


A  
3-10-14  
130



A  
130

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60

*Del Colegio de la Compañía de Jhu. de Granada*

*B. J.*

**D. FERDINANDI**

**ALPHONSI** R. 1133

**DEL AGUILA ET ROXAS**

**ADDITÆ QVÆSTIONES DE INCOM-**  
**patibilitate Regnorum, & Maioratum**

**AD TRACTATVM**

**D. HERMENEGILDI DE ROXAS AVI SUI J. C. CELEBERRIMI,**

*Quem in lucem editum vidit cura, & studio*

**D. FRANCISCI XIMENES DEL AGUILA PATRIS SUI,**

*Auctoris Generi, & Granatensis Senatus Causidici;*

**UBI PLURA UTILISSIMA, NOVITER DISCUSSA, IN MA-**  
**teria resolvuntur, & decisionibus Tribunalium Hispaniæ, maximè**  
**Granatensis Senatus comprobata ad praxim utiliter inveniuntur,**

*Sub tutela, & patrocinio Sanctissimæ Deiparæ Virginis, cognomine de las Tres*  
*Necesidades, in Ecclesia Sancti Egidij Granatensi.*



**U L Y S S I P O N E,**  
**Apud MICHAELEM DESLANDES,**  
*Serenissimi Regis Typographum.*

*Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio. Anno 1688.*

ABSTRUSO  
TRINITATIS  
ÆNIGMATI,

DEI FILIÆ, DEI SPONSÆ, DEI GENITRICI;

Coeli, & terræ incompatible vinculum  
moderanti;

DIVINÆ

HUMANAM NATURAM LAPSU PROTOPARENTIS

feciali purissimorum viscerum carne sacratoris delubro uteri

Componenti,

Illibato Virginitatis flore, unicum materni-  
tatis florem

GERMINANTI,


Patronæ suæ amantissimo numini Omnipotentiae  
gazas referanti,

TRIUM NECESSITATUM

Cognomine,

Suus ex pectore, ex animo cliens, & verna, Ferdinan-  
dus Ildephonsus Ximenes del Aguila & Roxas,  
Advocatus Granatensis, hanc opellam, stu-  
diorum suorum non uberiores fructum

D. S. C.



# AD LECTOREM.



Um de legitimæ scientiæ actis, quibus diu versatus, dirimendis litium ambiguis fati Hermenegildus selectiorem delibaret tractatum *de Regnorum, ac Maioratum Incompatibilitate*, quo, ferè toto tempore elaboravit, ut, & causas versanti, non deesset quidem & tractatus studiosa, diligensque, & assidua indagatio: sed pro dolor! ante quam ultimam imposuisset manum Auctor operi, misere assumptus est morte. Unde ne quidem ipse de suo labore fructus reportavit, nec opus perfectissimâ, quâ potuit, notâ, ab ejus manu illustrior evasit. Id accidit quod Aristoteles notat in seniorum liberis, *Quod nec ipsi senioribus gratiam referre ullam possunt, nec parentes filijs adjumenta præstare*. Certe nulli fas esse potest in alterius opere studiosum esse. *Improbe facit, qui in alieno libro curiosus est*: Nec lituras quidem eradere licet, indignum est enim sensum, doctrinæque mentem invertere, quæ cum ab alijs non rectè concipiuntur, quàm ab Auctore, facilè elusa mens maneret, si ab ijs quidquam addi, aut detrahi permissum esset. A nullo potest liber institui, quam ab eo qui fecit. Naturalis obligatio parètes attingit ad institutionem geniti: ita eodem vinculo astrictus est, qui expressum mentis conceptum evulgat instituere, & si periculosus notator est, ut Ausonius ait, ut facilius ab alio corrumpatur, necesse est. Id tamen, quod præstare nullus potuit, non sine laude maximâ D. mino, ac patri meo referendum est; sic enim aliquando convenit, ut extra filiorum tutelam apud generum liber maneret, ut maneret, & lucem cum cæteris liberis (sex enim superstites reliquit maximus Consultus) non videre desineret, nec injuria quidem, nam, ut proprio ore laudes omittam, eodem munere Advocati ab eo tempore cooptatus invenitur, nec inæquali dignitate à Senatorio ordine electus referendis litibus. Quapropter digni sunt, quorum encomia decantent omnes, & hæredes sui, qui solertia maxima elegerunt curatorem libri, cujus maior, quàm cæterorum filiorum requirenda erat tutela, quo præclare magis, ac puro mentis conceptu genitus cæteros præcedebat, nec minus dignus gener, qui laude eximia ornetur ob desiderium tractatus evulgandi, cū enim familiæ Herciscundæ judicio sibi quisque hæres suus legitimam portionem ascribi desideraret; is solus pro portione hæreditaria uxoris, tractatum illum nactus est, nec sine maiori commodo quam opum, inæstimabilis enim res est librorum lectura. Pius Pontifex *Libros plusquam saphyros, & smaragdos charos habuit, & dicere solitus: Plebeis argenti Nobilibus auri, Principibus loco gemmarum libros esse debere*. Et de Alphonso Aragoniæ, & Neapolis Rege, Antonius Panormitanus affirmat: *Cum aliquando de lecturâ rerum pretiosarum sermo haberetur, per sancte affirmasse Regem, male se gemmas, uniones, margaritas suas, (quæ quidem essent in omnem orbem terrarum diffamatissimæ) quam libros qualescunque perditū iri*. Et si Socratis una declamatio viginti talentis æstimata est, ut Plinius testatur:

*Ar. lib. 7. Politic. cap. 16.*

*Auson. Epigram. 1. centumque lituras mutantas semper deteriore nota.*

*Platina in ejus vita fol. 310. & 311.*

*Anton. Panormit. de dict. & fact. Alphonso lib. 4. n. 24. Sen. Plin. lib. 7. c. 20.*

statum: quia æstimatione competens pretium assignari poterat integro volumini, ex cujus doctrinis tot causæ quotidie deciduntur, tot lites de maioratum controversijs dirimuntur? Non ergo potuit plus acquirere patet, nec plura consequi, licet universam hæreditatem sibi quæsiisset, nec quidquam perennius, vel stabilius, ut perbellè Ovidius (sicut avus poterat) loquitur.

Ovid.  
Trist. lib. 5.  
eleg. 14.

*Non ego divitias dando tibi plur a dedissem,  
Nil feret ad Manes divitis umbra suos.  
Perpetui fructum donavi nemini, idque  
Quo dare nihil potui munere maius habes:  
Adde quod & rerum sola est tutela mearum,  
Ad se non parvi venit honoris onus.  
Dumque legar, pariter mecum tua fama legetur,  
Nec potes in mæstos omnes abire rogos.*

Ego autem, qui in avi hæreditate portionem à patre meo acceptam in tractatu maioratus receptam habeo, maioratu Patruo meo reservato, sollicitus in evolvendo opere laudato à primis jurisprudentiæ litteris, inveni novorum scriptorum copiam desiderasse, eorum maximè, quorum doctrina plura circa maioratus materiam comprobata noviter, & illustrata inveniuntur, quorum in recollectione passim plura circa avi tractatum observavi; nec enim in quæstionibus, quæ ab ipso specialiter sunt discussæ, quidquam addi, aut detrabi posse judicavi, cum magistraliter ita sint decissæ, ut nisi nimia subtilitate infructuosa doctrina alia via posse resolvi videantur. Quod quidem non meo iudicio retuli, (ego enim is sum, qui de altero iudicium facere, nec velim, si possim, nec possim, si velim) sed novorum scriptorum auctoritati, qui eo honore sunt prosecuti, ut nullum hucusque viderim, qui contra Dominum meum avum aliquid senserit, sed eum summo opere laudaverint, ut vides in novis tractatibus D. Didaci Bolero Cal, Didaci Balmafeda, Emmanuelis Alvarez Pegas, D. Ildephonsi de Olea, Petr. Bedoya, Domin. Antunez, & aliorum, quorum ore *Doctissimi* nomen Auctor est consequutus. Jure ergo Papiniano comparamus cui gloriosa *Maximi, Excelsi, Acutissimi* nomina veteres accensuerunt; *Asylum juris, & jurisprudentiæ Theaurus* meritò etiam decorandus: in supremis Regijs Hispaniæ Curijs ejus auctoritas ita creverit, ut fere ab ejus resolutionibus recedere nefas sit, in quo laus Auctoris maximè attenditur apud omnes Doctissimo, ac æque Nobilissimo Ludovico Molina, omnium Hispanorum scriptorum in juris scientia præclarissimo, qui de Primogenijs Hispanorum scripsit, nec minus comparem prædicari.

Cicero.

Bolero de  
decoct. de  
bitor. fisci  
tit. 5. q. 2.  
n. 29.  
Apud Al-  
varez Pe-  
gas ad Or-  
din. Port.  
Et var. re-  
sol. libello  
noviter  
aucto.

Cicer. lib.  
2. de Leg.

Quid? si ita à prima ætate deditus studio juris fuisse testatur, ut adhuc antequam toga indutus, inveniretur in tenero legum studio ea fuit aviditas legum, ut versibus Hispanè plura testimonia juris civilis transferret, ut auctoritatis pondus utilitatem ubertate superaret, quod & de 12. Legibus Tabularum, si credimus Ciceroni, traditum est, & aliquando J. C. & Imperatores fecisse, vel illo Cai testimonio non male probatur, quod refert in *L. Fructus ff. de reivindicat.* & notavit Acc. per *L. Non idcirco minus quod te Limenarcha creato*, Cod. de liber. caus. & *L. Deo nobis. §. His ita dispositis repetita lege jubemus*, Cod. de Ep. & Cler.

Ita nec in severitate festivitas, nec in locis seriarum rerum severa facundia fastidio legum premebatur, cum nullo tempore memoria juris abstraheretur; in forensibus exercitationibus, tanta aviditate, & scientiæ deside-

rio erat in Curia, ut deambulando cum cæteris amicis Causidicis, continue de jure tantum, vel in jure dubias quæstiones proponeret resolvendas, in quo non id tantum considera, sed eximij J. C. humilitatem; cum & incipientibus studiosis similiter, ac maximis in jure prudentibus dubia proponeret. Ita ex illorum doctrina, & ex horum imperitia doctioris, & Doctoris vices eodem tempore sustinebat. Solebat dicere temporis jacturam, rem esse turpissimam, quæ per negligentiam fit, & cum illo Senecæ repetere solitus: *Vindicate tibi & tempus, quod adhuc auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige, & serua. Perire omne tempus arbitratur, quod studijs non impertiretur*, ut Plinius de altero seniori Avunculo suo testatur se correptum cur ambularet: *Poteris, inquit, has horas non perdere*. In itinere, in Villa, in Civitate quasi solutus cæteris curis, huic unum vacabat. Hac avidissima legum cupiditate intentus, hoc elegantissimum peregit volumen, de Incompatibilitate, quod *si ad memoriam posteritatis incorruptius judicantis, quam ad ineptam præsentis illius temporis notam referas, videbis non immerito, eum juris scientia, quam propriæ eloquentiæ nomine celebrare, ut de Mucio Velleius testatur, conclamatum esse ingenij itidem, ac studiorum eminentissimum sæculi sui, qui nihil in vita, nisi laudandum, aut fecit, aut dixit, aut sensit.*

Ergo his motus credidi nullum posse me invenire, vel ad imitandum, vel ut docerer, præstantiorem, ideo semper incubui in libellum Avi, motus illo Plinij nam ait: *Stultissimum credo ad imitandum non optima quæ que proponere*. Idcirco statim ac causis agendis in Senatu Granatensi cooptatus sum, tractatum Avi tunc recentem, ac novum summo desiderio videre complacui, strictissima quasi amicitia, ac consanguinitate noviter advenientem amplexus, imo potius ipsissimam Avi mei imaginem mentis, ad me perlatam congratulatus sum aspicere. Plurimos noviores Scriptores tractatum desiderasse cognovi, ex illis que loca, vel quæ ad probationem conducere, vel ad rem agere videbantur; interea aliud agens, colligere, & observare cæpi, ob id maximè Additionum, Observationum que tractatus nomen à me impositum est, creverat enim in dies labor, & desiderium, vel amicorum precibus, nescio an importunis, vel certe ut posset emergere studium, cura, sollicitudo in relegendo tractatu: in id pluribus annis impensius egi, ut noviores DD. cumularem, quorum dictis pleraque illustrantur, vel commendantur, quæ Avus meus subtiliter, & vere tradidit. Licet copia, & multitudine non comprobaret, & ne manerent etiam censura Senatuum Hispaniæ destituta, aliquas etiam, quas meo tempore decisiones observavi, reponere ausus sum, ut auctoritate Senatus illustris redderetur additio, & quæ apud me mea opinio non valeat, inspecto tot virorum iudicio Senatorum teneat. Nec gloriam, Lector, à te peto, sed ut ingenuo animo, pietate, ac clementia ingenioli mei fautor commendatorque existas. Quin potius, & illa adnota, quæ putaveris corrigenda: ita enim magis credam cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognovero. Vale.

Senec. E.  
pist. 1.

Plin. lib. 3.  
Epist. 5.

Vellej. Pat.  
terc.

Plin. lib. 1.  
Epist. 5.

Plin. lib. 3.  
Epist. 14.

D. Ferdinandus Ildephonsus del Aguila & Roxas.

\*\*

LI-



LICENCIATI DOM. ANTONII DE MORALES, & NOROÑA,  
Regios inter Regalis Granatensis Cancellaria Advocatos Decani,  
Regni que ejusdem maritimæ Oræ Militarium Legionum Generalis  
Auditoris, de Additionibus Dom. Ferdinandi Alphonfi del A-  
guila, & Roxas, ad Dom. Hermenegildi de Roxas Jordan  
de Tortosa, de Incompatibilitate Regnorum,  
& Maioratum Tractatum,

Ex Domini Doctoris D. Francisci Ruiz Noble, Sanctæ hujus  
Metropoliticæ Ecclesiæ Generalis Vicarij missione,  
CENSURA, & JUDICIUM.

Ovid. 1.  
Metam.

Facundissimi, & omnigena litteratura fecundissimi nostri, & multo-  
rum sæculorum præclari viri D. Hermenegildi de Roxas Jordan de  
Tortosa celebratissimum de Incompatibilitate Regnorum, & Maiora-  
tum apotelesma legeramus, eoque admirantes docebamur, cum rudem,  
indigestamque quæstionum molem, & Non bene junctarum discordia semi-  
na rerum, mirabili componeret methodo, & judicio se ad compatibilita-  
tem reduceret: nihil videbatur amplius exoptandum, donec nepotis  
ejus, cõmilitonis nostri, Dom. Ferdinandi Alphonfi del Aguila, & Roxas  
ad præclarum opus præclaras cum omni aviditate vidimus Additiones,  
& selectas Observationes novarum, subtilium, utilium que quæstionum  
refertas indagine. Hæsitat jure animus in utriusque elaborato opere, si  
quæramus cui palma sit deferenda: sed sine hæsitatione laudamus  
utrumque, nam, *Et vitula tu dignus, & ille*; Magnorum Præceptorum  
magno omni ævo legimus sectatores; & ut cæteros taceam, Divini  
Platonis novimus Aristotelem, qui addendo, inveniendo, & redigendo,  
Philosophi nomen antonomasticè adeptus est. Platoni, hoc est Avo,  
Nepos amicus obsequens, sed veritati amicissimus semper: *Speculum  
veritatis* (ut aiebat Divus Bernardus Serm. 1. de quinq. panib.) *nemini  
blanditur, nullum seducit, talem que in eo se quisque reperiet, qualis fuit.* Si-  
cut Aquila pullum suum, Ferdinandum Hermenegildus provocavit ad

Exod. 1. e.  
19. vers. 4.

volatum. *Super Aquilarum pennas tutissime portabitur per orbem, fa-  
mæ que decantabitur buccina.* Acutissimè Aquila omnia prospiciens, in  
altissimis ponit nidum suum, ut ab incurfantium animalium injurijs fer-  
vetur innoxius, permaneat incolumis, excellior appareat, & uti Regina  
cunctis avibus dominetur. Sed quò me rapit Additionum admiratio,  
aut suavissima ex opere selecto delectatio, ut encomiasten videar agere,  
qui censor operis sum constitutus? Nempe quia, & emendationem, &  
commendationem censura complectitur: alioquin è Republica non ef-  
fet, *Si suam cuique ita non tribueret, ut non distraberetur ab ullius perso-  
næ justiore repetitione,* (ut optimè docebat Triphoninus Conf. in Leg.  
Bonæ fides 3 1. ff. de positi.) laudemque benemeritis assignaret, & præ-  
mium. Nihil emendandum: Catholicæ veritati, & bonis moribus ad-  
versum nihil, sed omnia commendatione, & laude dignissima inveni-  
mus:

mus: quapropter publicæ spei, & litterariæ rei convenientissimum ju-  
dico, ut publicam lucem Additionum opus & videat, & augeat. Sic  
censeo, & sentio. Granatæ in Musæo nostro, anno reparatæ salutis Mil-  
lesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, die primo Martij.

Licentiatus D. Antonius de Morales & Noroña.

Licencia del Ordinario.

Nos el Doctor Don Francisco Ruiz Noble, Canonigo Doctoral de  
la Santa Iglesia Metropolitana de Granada, Provisor, y Vicario  
General deste Arçobispado por el Illustrissimo Señor Don Fray Alon-  
so Bernardo de los Rios y Guzman mi Señor, Arçobispo de Granada,  
del Consejo de Su Magestad, &c. Por lo que a Nòs toca, damos licencia  
para que se pueda imprimir un libro intitulado *Addiciones, & Obser-  
vaciones ad posthumum tractatum de Regnorum, & Maioratum incompati-  
bilitate, celeberrimi Jurisconsulti D. Hermenegildi de Roxas, &c.* com-  
puesto por el Licenciado Don Fernando Alfonso del Aguila y Roxas  
su nieto, Abogado de los Reales Consejos en la Real Chancilleria desta  
Ciudad de Granada, atentò a la aprobacion del Licenciado D. Antonio  
de Morales y Noroña, Abogado de Canones desta Real Chancilleria de  
Granada, &c. a quien lo cometimos, y constar por ella no contiene cosa  
alguna contra la Santa Fè Catholica, y buenas costumbres, antes si muy  
digno de que se de al estampa. Dada en Granada en quinze de Março  
de Mil y seiscientos y ochenta y dos.

Doctor D. Francisco Ruiz Noble.

Por mandado del Señor Provisor,

Christobal de Leon, Notario Mayor.

CENSURA LICENTIATI D. PETRI FRANCISCI DE PINE-  
da Guadalajara, Insignis Divæ Catharinæ Martyris Granatensis  
Collegij calicolum referenti chlamyde insigniti, in Imperiali  
ejusdem Civitatis Lyceo Juris Civilis Primarij Antecesso-  
ris, & in Regali Cancellaria causarum Patroni.

EX delegatione D. D. D. Didaci de la Serna & Cantoral, in Salmanti-  
censi Academia Juris Civilis jam pridem Coryphæi, & Antecesso-  
ris Primarij, nunc Catholicæ Maiestati à Consilij, & in Granatensi Præ-  
torio Senatoris gravissimi, impressionumque hujus Regni Judicis emeriti,  
demandata nobis est censura operis, cui inscriptio, D. Ferdinandi Al-  
phonfi del Aguila & Roxas J. C. Granatensis Additiones, & Observa-  
tiones ad D. Hermenegildij de Roxas Jordan de Tortosa avi sui tracta-  
tum de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratum. Et quidem,  
cum Hermenegildi Commentarios, statim ac practicis lucubrationibus  
incumbere cæpi, non semel evolverim, opus undequaque completum,  
& numeris omnibus absolutum mirabar: in quo styli dulcedo, methodi  
partitio, differendi acumen, resolutionumque electa soliditas ita artifi-  
ciose cohærent, ut nihil, quod è re esset, addi, aut observari posse ex cer-  
ta animi sententia putarem. Quippe, licet inficiari non possim, quod  
multum adhuc restat operis, multumque restabit; nec ulli nato post mille sæ-  
cula præcludetur occasio aliquid adhuc adjicendi. Nec Aristotelem in Phi  
pist. 64.

\*\* ij

lo.

*Cicero de Oratore.* *lofophicis deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, & copiâ cæterorum studia restrinxit.* Nam & qui præcesserunt, non tam præripuisse quæ cogitari, & dici poterant, quam aperuisse nobis videntur. Attamen *multum interest, utrum ad consumptam, Seneca E- an ad subactam materiam scriptor accedat; subacta enim in dies crescit, & pist-79: inventis inventa non obstant.* Ast ubi consumptam incompatibilitatis materiam, imo locupletissimo syntagmate absolutam conspexi, nihil aliud præter incompatibilitatem additionis cum opere absoluto adjici posse existimabam. Sed cito nobis sententiam mutare coegit hæc Additionum, Observationumque politissima accessio, quæ adeo principalis tractationis naturam sequitur, ut ab eodem genio, & ingenio prodijisse non dubitem. Avita siquidem disciplina, avito sanguinis splendore, & naturæ dotibus nepos præfulget: queis fidissime innixus, velut *Aquila grandis magnarum alarum plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.* Volatu namque celeri fulgidos avitæ sapientiæ radios legitima proles sine caligine exhaustit. Semper virentis cedri succum libavit suavissimum, Hermenegildi nempe, qui *cedro digna loquutus.* Unde, veluti ex eadem messe eadem pullulavit seges uberrima. Hæc, scilicet, Observationum excultissima additio, quæ & exotico amœnorum litterarum ornatu, & forensibus controversijs noviter exagitatæ, secure tamen resolutis abundat, in quibus *pergit interdum, & novissima eligere, & certare cum electis.* Interdum lustrat selectissima quæque aut festinanter ab Hermenegildo discussa, aut forsan ad gloriam nepotis ex proposito prætermissa.

*Et que*  
*Desperat tractata nitescere posse, relinquit.*  
 Agit denique opportunum scholiasten, interpretem acutum, observatorem perspicacissimum. Ergo cum mirabilem incompatibilitatis tractatum in commune Reipublicæ litterariæ bonum, communemque litteratorum utilitatem editum, etiam severitatis censoriæ episcynium proclamet; eidem publicæ rei, utilitati que hoc accessorium opus publica luce frui oportere, nostrum judicium esto. Datum in hoc insigni Divæ Catharinæ Martyris Granatensi Collegio, Nonis Januarij, anno Christiano 1683.


*Licenciatus D. Petrus Franciscus de Pineda Guadalajara.*

*Licencia del Juez.*

**E**L Doctor Don Diego de la Serna Cantoral, del Consejo de Su Magestad, y su Oidor en esta Chancilleria de Granada, luez nombrado por su Magestad para las impresiones en esta Ciudad: Doi licencia para que se pueda imprimir un libro, cuyo titulo es, *Additiones, & Observationes ad Tractatum de Regnorum, & Maioratum Incompatibilitate celeberrimi I. C. D. Hermenegildi de Roxas,* cõpuesto por el Licenciado D. Fernando Alphonso del Aguila y Roxas su Nieto, Abogado de los Reales Consejos en la Real Chancilleria de esta Ciudad, atento a la aprobacion del Licenciado D. Pedro Francisco de Pineda Guadalajara, Colegial del insigne Colegio de Santa Catalina, y Cathedratico de Prima de Leyes de la Vniversidad de esta Ciudad, a quien lo cometimos, y que por ella consta no contener cosa alguna contra nuestra Santa Fè, y buenas costumbres. Granada, y Enero 19. de 1683.

*Doctor Don Diego de la Serna Cantoral.*

DO



## DOMINVS

JOANNES GARCIA ALEXANDRE CASTILLEJO I. V.  
 Professor, & publicus olim apud Salmanticenses, Legumque Cathedralium Candidatus, Regionum Consiliorum Advocatus,  
 & in supremo Sanctæ, & Generalis Inquisitionis à secretis,  
 oppidi de *Agreda de S. Iuan de Dios* Toparcha.

A D

*Natalibus Nobilis, & Iurisperitia D. Ferdinandi Alphonfi del Aguila & Roxas, Regionum itidem Consiliorum Advocati, selectas Additiones, & Observationes pro celeberrimo Præclari viri Domini Hermenegildi de Roxas avi ipsius materni de Incompatibilitate Tractatu, sic Epigrammate Innuebat, & annuebat.*


**C**Ælicolas auctura potens Astrea nitentes;  
 Juraque concupiens *compatitura* sibi;  
 Implentem præclara virum prælegerat Hermen,  
 Cui par Nilivæ legifer haud fuerat.  
 Sæcla per innumera ut nomen *renovetur* avitum,  
 Nunc Aquilam præstat desuper altivolam.  
 Addit, edit, lustrat, quarit, *sectatur* acutè  
 Grata Jovi æquicolæ, grata patri soboles:  
 Altus honos remanet mansuro in sæcla nepoti,  
 Siccine, qui patriam, & patria jura colit.  
 Non te Aquilarum jam fulgentia stemmata plaudant;  
 Astra petis gestis, lumine, & ingenio.  
 Ergo age, & ingentes ferto super æthra volatus,  
 Qui facis ut pennis jure peremnet avus.

*Hermes  
 Mercurius  
 Egyptiorum  
 legislator.*

*Renovabitur  
 ut Aquila juvenis  
 mea.  
 Psal. 103.*

\*\*ijj

DECL.




DECIMA

DE

DON IVAN DE ROXAS HENRIQUEZ,  
Cavallero del Orden de Señor  
Santiago.

Al Auctor su sobrino.

EL vinculo incompatible  
Del tratado de tu Abuelo  
A tu linea lo dió el Cielo  
Por ser linea succesible.  
Que en otra fuera imposible  
Que tanto huviera crecido  
Mayorazgo tan lucido,  
Como en su Libro fundó;  
Que en tu Padre tituló,  
Y tu lo as engrandecido.



Nobilissimo, inclyto, egregio, ac doctissimo viro  
D. FERDINANDO DEL AGUILA ET ROXAS,  
Jurisconsulto sapientissimo, eruditionis The-  
sauro, Hispaniæ Regni Ornamento,  
Granatensis Splendori,

EXTRACTUM

A DOCTORE EMMANUELE ALVAREZ PEGAS,  
Promotore S. Bullæ Cruciatæ, nec non Capellæ Regiæ,  
Ecclesiarum que Patronatus Regij Fiscale, &  
Domus Supplicationis Advocato.

Qui cupit esse bonus, legum, jurisque peritus,  
Hunc legat, & modico tempore doctus erit;  
Doctrina, ingenio, verbis, sensu, ordine, famam  
Priscorum superat, nomen, opusque delet.  
Est brevis, est clarus, sapiens, servator & æqui,  
Percupidus justæ, Religionis amans:  
Quæ correctæ magis, quàm condemnata vocentur;  
Quæ fugienda docet, quæve sequenda simul;  
Et nunquam veris nequit mendacia dictis,  
Atque suo posuit singula verba loco.  
Vivat in æternum, celebrent sua scripta legentes;  
Extollant cuncti nomen ad astra suum.

LICEN.

NO.



# L I C E N Ç A S.

**N**ihil continet contra Fidem, aut bonos mores. Vlyssipone, in Monasterio Sanctissimi Patriarcharum Principis, die 11. Septembris 1686.  
*D. Fr. Hieronymus de Santiago.*

**N**ihil continet contra Fidem, aut bonos mores. In Conventu Sanctissimæ Trinitatis, die 15. Novembris, anno Domini 1686.  
*Doct. Fr. Ioannes Ribeyro.*

**V**istas as informações, pode-se imprimir este Livro, cujo titulo he: Licenciatus D. Ferdinandus Alphonsus del Aguila ad Hermenegildum de Roxas, de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratum: & depois de impresso tornará para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella nam correrá. Lisboa 19. de Novembro de 1686.  
*Ieronimo Soares. Ioão da Costa Pimenta. O Bispo Fr. Manoel Pereyra, Bento de Beja de Noronha. Pedro de Attaide de Castro. Fr. Vicente de Santo Thomás.*

**P**ode-se imprimir este Livro, & depois tornará para se conferir, & dar licença para correr, & sem ella nam correrá. Lisboa 29. de Novembro de 1686.  
*Serraõ.*


**A**dditamenta hæc, sive Observationes additionales ad pulchrum Tractatum de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratum à D. Hermenegildo de Roxas Jordan de Tortosa elaboratum, literis que omnibus affabre expolitum, & à Genero Francisco Ximenes del Aguila in lucem editum, de mandato Regij Senatus, sedula qua potui diligentia evolvi, & summa voluptate perlegi. In illis equidem contenta omnia, præterquam quod Regni Legibus, & consuetudinibus nullatenus dissonant, & Coronæ juribus, & maiestati minimè repugnant, eruditissimè ab Auctore differuntur, & acuratissimè Doct. ubertate, ac pondere, insigni que resolutione, & eruditione perlostrantur. Tanta igitur in super dext. ritate de thesauro suo profusit Auctor in hisce Additionibus ad enucleandum avum, ut ijs, qui illarum lectioni se se dederint, magnam literaturæ accessionem futurum iri non dubitem; ideoque dignissimæ sunt, ut typis mandentur. Vlyssipone, pridie Nonarum Martij 1687.  
*Simão Cardoso Pereyra.*

**Q**ue se possa imprimir, vistas as licenças do Santo Officio, & Ordinario, & depois de impresso tornará a esta Mesa para se conferir, & taxar, & sem isso não correrá. Lisboa 13. de Março de 1687.  
*Roxas. Lamprea. Marchão. Azevedo. Ribeyro.*

**V**isto constar do despacho atraz estar conforme com seu original, pôde correr. Lisboa 27. de Agosto de 1688.  
*Ieronimo Soares. Ioão da Costa Pimenta. Bento de Beja de Noronha, Pedro de Attaide de Castro. Fr. Vicente de Santo Thomás. Estevão de Brito Foyos. Ioão de Azevedo.*

**P**ode correr. Lisboa 31. de Agosto de 1688.  
*Serraõ.*

**T**axação este Livro em doze Toftoens. Lisboa 26. de Agosto de 1688.  
*Roxas. Lamprea. Marchão. Azevedo.*



## A D INTRODVCTIONEM DOCTISSIMI D. HERMENEGILDI DE ROXAS Celebris Tractatus D E MAIORATVVM INCOMPATIBILITATE Additiones sedulò observatæ.

### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 <i>Species Textus</i> in Cap. Cæpit Hermenegildus 24. q. 1.</p> <p>2 <i>Reccaredus Gothorum Rex</i>, primus, qui <i>Arianam Hæresim</i> abjuravit.</p> <p>3 <i>Tituli Catholici in Regibus Hispaniæ origo.</i></p> <p>4 <i>Concilium Alexandrinū sub Silvestro</i> anno 1315.</p> <p>5 <i>Errores de Summa Trinitate</i> refutatur. <i>Remissivè.</i></p> <p>6 <i>Toletum Civitas Regia</i> appellata.</p> <p>7 <i>Regnum Hispanicum electivum</i> fuit.</p> <p>8 <i>Electio, an melior sit</i>, quàm <i>successio in Regnis?</i></p> <p>9 <i>Utraque sententia proponitur</i>, &amp; <i>distinguitur.</i></p> <p>10 <i>Successio à quo tempore inceperit in Regnis Hispaniæ.</i></p> <p>11 <i>Varia sententiæ proponuntur</i> n. 11.</p> | <p><i>&amp; seqq.</i></p> <p>13 <i>Consanguineus Regis proximior eligebatur in Hispania.</i></p> <p>14 <i>Dignitates parentum filijs conferendæ sunt, si sint idonei</i>, &amp; 15.</p> <p>16 <i>Successio in dignitatibus Ecclesiasticis, &amp; secularibus prohibita est.</i></p> <p>17 <i>Lex 2. tit. 15. part. 2. ibi: Por costumbre, intelligitur</i>, &amp; 19. &amp; 20.</p> <p>18 <i>In Hispaniæ Regnis an sit lex fundamentalis de successione?</i></p> <p>20 <i>Regnum est caput maioratum.</i></p> <p>22. <i>Maioratus electivi, &amp; qui consuetudine fundantur materiâ. Remissivè, &amp; n. 23.</i></p> <p>24 <i>Rex an possit se abdicare à Regno?</i></p> <p>25 <i>Et quid in cæteris dignitatibus?</i></p> <p>26 <i>Et feudis.</i></p> <p>27 <i>Cessio maioratus an possit fieri aliqua re retenta?</i></p> <p>28 <i>Cessio an valeat in præjudicium immediati?</i> A 29 Cæ</p> |
|--|--|

- 29 *Cæsa dignitate, an retineatur honor, & præeminentia.*
- 30 *Contractus in carcere à carcerato factus, an rescindatur? Remissivè.*
- 31 *Rex in Hispania debet esse Catholicus.*
- 32 *De conditione impossibili, vel turpi in ultima voluntate, vel in contractu adjecta. Remissivè.*
- 33 *Conditio si Catholicam Religionem non amplectatur, an rejiciatur, vel annullat actum.*
- 34 *In quolibet actu requiritur voluntas, & potestas.*
- 35 *Electus non potest gravari ab eo, qui eligere tenetur, remissivè.*
- 36 *Filius tenetur obedire patri, nisi iniqua jubenti, vel contra Legem Dei, & redditur ratio, & 37.*
- 38 *Hæretici potestatem Ordinis retinent, & ideo Sacramenta conficere possunt, & quomodo.*
- 39 *Hæretici Sacramentum penitentiae non possunt facere, quia jurisdictionem non retinent.*
- 40 *Sacramentum Baptismi in forma Ecclesiae celebratum ab Hæretico, non debet reiterari.*
- 41 *Catholicus ab Hæretico non debet recipere Sacramentum, & 42.*
- 43 *Et quid in casu necessitatis?*
- 44 *Catholicus non debet consentire Hæretico, etiam cum periculo mortis, 45. & seqq.*

## Num. 8. &amp; seqq.

- 3 **D.** Antonin. in *Summ. Histor. p. 2. tit. 11. cap. 6.* Genebrard. *lib. 2. pag. 102.* Histor. Palentin. *2. p. cap. 19.* D. Valézuela Velásques in *Manuscript. de introductione Regum Gothorum in Hispania, c. 1.*

## Num. 14. &amp; seqq. ad 16.

- 2 Quòd in Reccaredo primum Arij error deficeret communiter traditur, & probatur ex integra *cap. 1. de prob. quod est D. Gregor. lib. 7. Epist. 172.*

Reccaredo Regi, ubi ait : *Explere verbis, excellentissime Princeps, non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector, audita quippe, novi diebus nostris, virtute miraculi, quod per Excellentiam tuam, cuncta Gothorum gens ab errore Arianae Hæreseos in fidei rectæ soliditate translata est.* Vide Anton. August. *Collet. 1. not.* Alfonso Sanchez de rebus *Hispan. lib. 1. cap. 11.* Saavedra *tom. 1. Hist. Gothor. in Reccaredo.*

## Num. 16.

D. Salzedo *Theatr. honor. gloss. 7.* August. Barbof. *voto dec. 126. num. 39.* D. Valenz. *contra Venetos p. 7. n. 106.* Salazar de Mendoz. *de dignit. Hispan. lib. 1. cap. 6.* Maiol. *dier. canicul. tom. 4. colloq. 5.*

## Num. 18.

Concilium Alexandrinum sub Silvestro celebratum anno 315. Baron. *Annal. anno 315. n. 19. & anno 318. n. 42.* Concil. *Nican. 1.*

## Num. 19. &amp; seqq.

P. Greg. *tom. 3. Sintax. art. mirabil. 5 tot. cap. 16.* ubi errores de Trinitatis mysterio convincit.

## Num. 25.

Civitatem Toletanam *Urbem Regiam* appellatam, & sic corruptam esse litteram legis fori constat ex *Roderic. Hist. lib. 4. cap. 3. & 11. & lib. 6. cap. 23. & lib. 9. cap. 13.* D. Lucæ de Tui in *Vita Vvambæ, Ambros. de Morales lib. 2. cap. 74.* Pifa *Hist. Tol. lib. 1. cap. 29.* Pat. Marian. *de reb. Hisp. lib. 5. cap. 11. & lib. 6. cap. 1.* Garcia de Loaisa in *notis ad Concil. Tolet. 8. cap. 10. pag. 475.* D. Molin. in *annot. ad lib. 1. cap. 2. num. 1.* D. Greg. Lopez Madera *de las Excelencias de España, cap. 8.* Pard. Maldonad. *ad Molin. ubi sup. Spino*

in *Specul. gloss. 19. in princ. numer. 73.* Gutierrez. *pract. lib. 3. quæst. 13. num. 51.* Garcia *de expens. cap. 16. num. 17.* Et Urbis Regiæ nomine vocari jam ad annum 601. constat ex P. Claud. Clem. in *Tabulâ Chronolog.*

## Num. 26.

- 7 Regnum Hispanum aliquando electione adquisitum est, quod & probat Cassiodor. *Epist. 1. lib. 10. ibi: Perduximus ad sceptrum virum nobis fraterna proximitate conjunctum, qui regiam dignitatem communi nobiscum consilij robore sustineret, & ille avorum suorum purpureo decore fulgeret, & animos nostros solatum prudentiæ erigeret.* Et *Epist. 3. Elegimus, Deo auspice, felicissimum Theodobadum; & expressè dispositum est in Concil. Tolet. 5. c. 3. Siquis ad Regiæ Maiestatis ambitu pervenire fastigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit sit consortio Catholicorum privatus, & divino anathemate condemnatus.*
- 8 Hinc probatur opinio eorum, qui utilius esse defendunt electione Regem erigi, quàm successione adoptari, quia, ut ait Italus Vates:

*Non sicut in ramos ex imo stipite succus Influit in liberos, sic orta parvibus ipsis Descendit virtus.*

Videbis D. Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 2. n. 11. & 12.* Palac. Rub. *de obtent. Regn. Navarr. 6. p. §. 6.* Méchac. *illustr. contro. cap. 21. num. 8.* Gomez in *L. 40. Taur. num. 3. & 4.* Domin. Sot. *de just. & jur. lib. 4. p. 4. art. 1.* Garcia *de expens. cap. 16. num. 16.* Capyc. *dec. 121. numer. 13.* Tiraquel. in *præfat. de primog. n. 4.*

- 9 Contraria sententia, quæ in Hispania obtinetur, cõmuni ferè gentium jure comprobata defenditur à Lecirier *de primog. lib. 2. cap. 14.* Add. *ad Mol. lib. 1. cap. 2.* Curtius in *Vita Alex. lib. 4.* ubi de Sidone Urbe Græcorum, vetustate famaue inclitâ: *Negaverunt (inquit de Civibus Alexandro traditis) quemquam patrio more in id fasti-*

*gium recipi nisi Regia stirpe ortum. Admiratus Elephestion magnitudinem animi spernentis, quod alij per ignes, ferruque peterent (obtulerat enim ijs sceptrum) vos quidem macti virtute, inquit, estote, qui primi intellexistis quanto maius esset Regnum fastidire, quàm accipere: ceterum date aliquem Regiæ stirpis, qui meminerit à vobis acceptum habere Regnum.* Adde P. Marian. *de Rege, & Regis inst. l. 1. c. 3.* Pat. Vasquez in *Gubernator. lib. 2. c. 3. §. 1.* Egid. *de Rep. l. 3. c. 5.* Bodin. *l. 6. c. 5.* Iust. Lipsius in *Monit. polit. l. 2. cap. 3. & seqq.* Senec. *epist. 89. & vide Leg. 7. & 8. tit. 1. p. 2. & ibid. Lex 1. tit. 15.* Et latius integro libel. comprobatur Balboa *Monarch. Reg. Hispan. maxime quæst. 2. p. 1. numer. 3.* Noviter Antunez Lusitan. *de donationibus Reg. tom. 1. p. 2. cap. 3. à num. 1.* & latè disquirat *num. 7.* ubi morem patrium fervandum censet.

Potest tamen utraque opinio concordiam amplecti, si dicas jus ad Regnum successione deferendum, electione tamen regimen adipisci debere, ut in Hispania factum est diu.

Sed ut unde digressi sumus revertamur: certum est jam diu in Castellæ Regno successione statutam; jure scilicet sanguinis, & hæreditario, non per electionem, ut antea. Vide Picarro in *Viris illustr. cap. 1. observ. 1. fol. 3. & 4.* quæ quidem consuetudo, ut moribus introducta est, ita initium habet incertum. Alij judicant (ut Auc. hic) à tempore Leovigildi captam esse consuetudinem succedendi: ad quod verba Cassiodori, & Toletani Concilij à nobis supra relata expendenda sunt. Alij, quæ est communior opinio, à tempore Pelagij immutatam dispositionem Legis Gothorum, quæ est *2. fori judicum*; sic enim ab eo Regnum, & regnandi jus novè sumpsit initium, ut antiquam formam, usque ad Rodericum ultimum Gothorum Regem observatam & everterit & immutaverit; cui opinioni præter hic relatos referendi Palac. Rub. *de obtent. Regn. Na-*

*varræ* 6. p. §. 9. & in *Rub. de Donat. inter §. 69. num. 26.* moventur ex quadam lege, quam tempore Pelagij latam aiunt ut filius Regis si Catholicus esset in Regno patris succederet. De ea tamen dubitat Ambros. de Morales *lib. 13. cap. 6.* & alij, quibus adstipulatur Roder. Archiepisc. *lib. 4. c. 5.* ibi: *Mortuo Pelagio cepit regnare Frasila filius ejus, æra 770. & regnavit annis 2. & cap. 6. Post hunc cepit regnare gener Pelagij Aldephonsus æra 772. Post mortem ejus Froila filius ejus successit in Regno, & seqq. Capp. semper verbo Successionis utitur, & hanc etiam opinionem tuetur Pifa Hist. Tolet. lib. 3. cap. 12. Christophorus Lozano David perseguido 1. p. cap. 5. exemp. 1. ibi: T desde este tiempo se empezó a succeder en el Reyno de España. Moreno de Vargas discurs. 13. de nobilit. Hispan. n. 7. ubi Ambros. de Moral. lib. 13. cap. 8. 29. & 64.*

12 Alij successionem postmodum statutam in Ordonio filio Ramiri I. nepotæ Bermudi Diaconi: Iulian. de Castill. discurs. Regum Gothorum lib. 3. c. 10. disc. 5. fol. 154. col. 2. ibi: *Luego los Estados del Reyno eligieron por su Rey al Principe D. Odrono, y desde este tiempo succeden los Reyes por derecho de sangre, y no por eleccion, como antes era costumbre entre los Godos.* Probatur ex Histor. general Hispan. 3. p. cap. 7. & seqq. ubi asseritur Silum, Alphonsum, Bermudum, & Ramirum in regimen electos, & sic post eos successionem cepisse; quod & latius comprobat Doctissimus Valenz. Velasquez in introductione Gothorum in Hispania, qui tractatus apud me manu ejus scriptus extat.

13 Verius tamen esse iudico in Regnis Hispaniæ tempore Gothorum ita successionem esse stabilitam, ut eligi in Regno is deberet, qui Gothiciæ gentis originem ferret, & sanguinem; extraneus vero nec eligi poterat, nec unquam electus, ut notum historicis est, & statutum in *Concil. Tolet. 8. can. ult.*

& 5. *Concil. can. 8. & leg. 8. prolog. fori Judicum,* apparetque ex Casiodor. Epp. supra relat. notat quoque D. Salzed. in *exam. veritat. Prorege contra Franc. fol. 152. n. 18.*

Sic enim & in dignitatibus & officiis est constitutum maxima cum ratione filios in officiis parentum esse præferendos. *L. nemini 11. §. filios autem, L. petitionem 13. L. 20. §. filios. L. 22. §. & filios. L. 24. C. de advocat. divers. judic. L. 20. tit. 3. lib. 4. Ordinarum. quæ est L. 10. tit. 14. lib. 6. recop. L. 5. tit. 10. lib. 5. L. 13. tit. 2. lib. 7. Ordin. D. Gregor. in L. 2. gloss. 10. q. 18. notab. 3. tit. 15. p. 2. & in L. 5. gloss. 3. tit. 27. p. 2. Galganet. de jur. public. lib. 2. tit. 9. num. 13. D. Solorzan. tom. 2. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 30. num. 38. noviter cum alijs Antunez. de donat. Reg. lib. 1. cap. 13. numer. 15. & seqq. Idem D. Solorzan. lib. 3. politic. cap. 32. fol. 481. & 482. vers. T este sentimieto: ubi reprobatur Matienz. contrarium sentientem, & Casiodor. lib. 2. epist. 2. ibi: *Non enim relinqui in glorios patimur, qui generis claritate gloriantur, currat quinimo honorum gratia per parentes.* Quod intellige dū idonei sint, tunc enim alijs idoneis præferri ob id æquum est. *L. Ut gradatim §. 1. ff. de mun. & hon. ubi gloss. & DD. Addendus noviter Alvarez Peg. ad Ord. Regr. Portug. tit. 1. lib. 1. §. 48. num. 17. licet sicut in dignitatibus Ecclesiasticis successio: D. Solorzano ubi supr. de jur. Ind. & lib. 2. cap. 5. numer. 93. Garcia de benef. 7. p. cap. 3. num. 66. Barbof. in Trident. sess. 25. cap. 7. & de pot. Episc. alleg. 65. P. Sanch. lib. 2. conf. c. 1. dub. 15. & seqq. ubi late, & dub. 56. Salzedo de leg. polit. lib. 2. cap. 21. Belatm. tom. 1. Controv. l. 1. de der. cap. 6. ita in officiis sæcularibus prohibeatur. *L. 17. tit. 3. L. 65. tit. 1. lib. 3. recop. dicam infra 7. p. cap. 5. ad num. 104.***

Postmodum vero à tempore Regis Pelagij cepit introduci successio in Regno: nam cum Pelaius filiam re-

linqueret hæredem cum Alphonso I. ejus marito; in Regno succedere sicut in patris, & foci testamenti dispositum fuerat, ut ait Pater Mariana *Hist. Hispan. lib. 7. cap. 1.* & ita paulatim successio stabilita est usque ad tempora Alphonfi Sapientis, qui ex jure non scripto legem firmam, & irrevocabilem condidit de successione Regni, quæ est *L. 2. tit. 15. p. 2.* cum antea variè successio se haberet, & jam ex testamento, jam ex sanguinis jure, jam utroque jure filij succederent.

18 Nec enim vera est illorum sententia, quia tempore Pelai successionem Regni esse stabilitam lege fundamentali eo tempore latâ contendunt: ij sunt Palac. Rub. de Retent. Regn. Navarr. §. 9. num. 6. & in Rub. de d. n. inter §. 9. num. 26. Gutierrez. lib. 3. pract. q. 3. num. 13. D. Castill. lib. 3. controv. cap. 19. num. 19. D. Vela dissert. 4. n. 29. Pater Molin. de Just. disp. 576. ex num. 5. tractatus 2. Raudens. conf. 1. num. 173. lib. 1. Henning. Arniseus lib. 2. de Repub. cap. 2. sect. 8. num. 50. Videndi D. Molin. lib. 1. cap. 2. num. 13. Garcia de expens. cap. 16. num. 18. & seqq. Ambros. de Moral. 4. tom. hist. post Florianum de Ocampo lib. 13. c. 6. 21. & 53. D. D. Franciscus Ramos in Manifest. contra Regem Christianissimum, fol. 175. num. 68 & seqq. ubi etiam de Regnis Aragoniæ, Navarræ, & Lusitaniæ idem docet: quæ nostra sententia probatur ex ipsa *Lege 2. tit. 15. p. 2.* ibi: *Por costumbre; & illis verbis: T maiormente en España: quibus innuit cõsuetudine introductam non aliquo jure scripto successionem in Regnis Castellæ, & legionis. Eleganter D. Salced. in Exam. verit. fol. 153. num. 23. ubi ita ait: T assi assentamos por cierto, que Ley fundamental, è por mejor dezir, Pacto federal entre Rey y vassallos le ubo, de que en la Corona de España se observasse la del Reyno de los Godos, en quanto a la calidad, y naturaleza del Reyno individua: co-*

mo de los Exemplares, y Historias Españolas notan los Autores: pero en quanto a que estubiesse abierta la successio igualmente a varones, y hembras no, hasta El Rey D. Alonso. *L. 2. tit. 15. p. 2. tit. 18. p. 3.* quæ omnia notanda, & observanda sunt.

Ex quibus ad successionem maioratum plura inferri possent; cū Regnum uti maioratum caput regula sit eorum successionum: in specie tamen agi debebat de maioratus successione quæ electiva instituitur, vel quæ immemoriali consuetudine sustinetur; sed quia de ijs alibi latius agimus, dicere hic superfedemus; interim videndi, qui de electivo maioratu agunt relati sup. 1. p. cap. 6. §. 25. 23 & qui de immemoriali maioratu: D. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 22. & cap. 13. num. 100. & lib. 2. cap. 6. & lib. 1. c. 1. num. 30. ubi Add. Meres de maiorat. 4. p. q. 20. Cabed. dec. 121. num. 4. P. Molin. disp. 623. num. 6. & disp. 582. D. Castill. lib. 5. tom. 6. cap. 145. num. 33. Pereir. dec. 5. Baltas. Tomas. tract. 8. de primog. tit. 9. à num. 4. Paz in Lege 200. styli, à num. 38. noviter Pegas ad Ord. Portug. tom. 4. fol. 697. num. 5. & Resol. for. c. 4. n. 221. & 246.

## Num. 27.

Adde D. Ramos in Manifest. contra Franciam, §. 20. per tot. D. Greg. in *L. 2. gloss. 11. tit. 15. p. 2.* Menchac. Illustr. controv. lib. 1. cap. 11. à num. 17. D. Olea tit. 3. q. 3. num. 21. & per tot. ubi de dignitatibus regalibus cessis: D. Solorz. tom. 2. de jur. Ind. lib. 2. cap. 23. num. 83. ubi de feudis Marinis ad Reverter dec. 550. Valeron de transact. tit. 4. q. 2. num. 64. ubi an alicujus rei retentione cessio fieri possit: D. Paz de Tenuta cap. 18. num. 4. ubi an valeat in præjudicium immediati, & Greg. in *L. 3. gloss. 2. q. 18. tit. 13. p. 6.* & de cessione maioratus præter D. Oleam supra videndum, Castro de annon. notab. 11. num. 15. Paz de Tenut. c. 35.

num. 37. *Pegas Resol. for. lib. 1. cap. 4.*  
 & alij quos retuli infra 1. p. cap. 6. ad  
 fin. & 7. p. cap. 5. addendus D. Didacus  
 de Bolero de decoct. debitor. fiscal. tit. 5.  
 q. 12. à num. 9. ubi an cæsa dignitate  
 retineatur honor, & præheminentia  
 dignitatis, & affirmativè resolvit  
 cum pluribus: adde Gratian. *discept. c.*  
 834. num. 29. & seqq. Jul. Capon. *dis-*  
*ceptat. 20. tom. 1. à n. 10.*

## Num. 45.

30 Addendi Bobadill. *lib. 5. Polit. cap.*  
 3. num. 95. D. Covar. *de matrim. cap.*  
 3. §. 4. num. 25. Cyriac. *contro. 467.*  
 D. Olea de *cess. jur. tit. 8. q. 1. à num. 7.*  
 qui de contractibus in carcere à car-  
 ceratis factis an ob metum rescindi  
 possint? agunt Mogoll. *de met. cap. 2.*  
 §. 6. n. 11. Ricc. 3. p. *coll. dec. 45. n. 1.*

## Num. 49.

31 Probat ex *Concil. Tolet. 8. can. 10.*  
 Camil. Borrel. *de præstantia Reg. Ca-*  
*thol. cap. 41. n. 19.*

## Num. 51.

32 D. Molin. *lib. 2. cap. 12. à num. 34.*  
 D. Salgad. 1. p. *labyr. cap. 44. num. 14.*  
 & à num. 96. Gomez *lib. 1. var. cap. 12.*  
*num. 67. & 74. vers. Quod intellige, &*  
*lib. 2. var. cap. 12. num. 38.* Antunez  
*de donat. 1. p. prælud. 2. §. 2. à num. 92.*  
 Jul. Capon. *tom. 5. discept. 354.* Dian.  
*tom. 6. tract. 7. resol. 14. & seqq.* Hen-  
 ric. Bozer. *disp. jur. 1. p. clas. 2. disp. 2.*  
*num. 19.* qui de impossibili, & turpi  
 conditione in ultima voluntate, vel in  
 contractu adjecta agunt, & quando  
 actum annullat, vel ipsa rejiciatur.  
 Card. Tuschus *lit. C. conclus. 591.* ubi  
 de aliquibus speciebus turpis condi-  
 tionis agit, cui addendus Ripol. *in*  
*L. 3. ff. de cond. & dem. num. 7.* & in  
 33 specie de conditione institutioni ad-  
 jecta si Catholicam Religionem non am-  
 plectatur. Vide Bessold. *in delib. ff. ad*

*lib. 5. sub questione 27. fol. 469.* Gran.  
*disp. de interd. cap. 5. fol. 36.* ubi late  
 Bozer. *ubi supr. clas. 3. disp. 4. num. 50.*  
*vers. Quid si fiat.*

## Num. 54.

Giurb. *observ. 126. à num. 8.* D. So-  
 lorzan. *de jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 3.*  
*num. 86.* D. Molin. *lib. 1. cap. 2. num. 11.*  
*vers. primo, & cap. 24.* D. Salgad. *de*  
*retent. bull. 1. p. c. 10. n. 78.*

## Num. 55.

Adde Gomez *in L. 40. Tauri n. 49. 35*  
*vers. Item inferitur.* D. Solorzan. *de jur.*  
*Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 11. num. 25. &*  
*31. & in Politic. lib. 3. cap. 12. fol. 329.*  
*vers. T. bolviendo.* Barbof. *vol. 126. n.*  
*116.* Tondut. *lib. 2. q. 50.* D. Salgad.  
*in labyrinth. 2. p. cap. 27. à num. 9. &*  
*25.* Hermosill. *in L. 7. gloss. 5. & gloss.*  
*6. num. 18. tit. 4. p. 5.* & vide quæ in-  
 fra dicam 3. p. *cap. 1. cum Auct. ibi à*  
*num. 20.*

## Num. 58. &amp; 59.

*Deuteronom. 15. Job. 4. Eccles. 7. 36*  
*Macab. 2. 7.* D. Paul. *ad Ephes. 6.* Vi-  
 de Sayrum *in Clavi Regia, lib. 7. c. 5.*  
*num. 9. & seqq.* ubi num. 11. limitat 37  
 in patre iniqua jubenti, in Legem Dei,  
 cui obedire non tenemur, ex ratione  
 D. Thomæ, quia maiori superiori po-  
 tius obediendum, quam inferiori. D. Ber-  
 nardus *epist. 111. Sola causa, qua non*  
*liceat obedire parentibus Deus est.* D.  
 Hieronym. *in Paulo Colloss. 3.* ubi ex-  
 plicat illud Matth. 10. *Qui amat pa-*  
*trē, aut matrem plusquam me, non est*  
*me dignus.* Nam (ut ait) Hieroclis  
 apud Stob. *Si ad aliud nos ducat divi-*  
*na Lex, ad aliud nos ferant præcepta*  
*parentum; in hac voluntatum diversi-*  
*tate, Deum præferri semper oportebit,*  
*in his solum parentibus non obtempera-*  
*tes, in quibus ipsi divinis Legibus non*  
*obediunt.* D. Hieronymi *epist. ad*  
 He-

*Heliodor. ait: Licet sparsa crine, &*  
*scissis vestibus, ubera, quibus te nutrie-*  
*rat mater ostendat, licet in limine pater*  
*jaceat: percalcatum perge patrem, scissis*  
*oculis ad vexillum Crucis evola; solum*  
*pietatis genus est in hac re esse crudelem.*  
 Adde ex nostris Gomezium *lib. 3.*  
*var. cap. 3. n. 41.* Cabal. *cas. 289.*

## Num. 61. usque ad 68.

38 Observandum est, Hæreticos po-  
 testatem ordinis retinere, & ideo si  
 formâ Ecclesiæ servatâ sacramenta  
 conficiant, Sacramentum quidem  
 conferunt suū sine re, hoc est, sine ef-  
 fectu, quod eleganter explicat D.  
 Thom. *q. 64. art. 9. vers. Ad secundum*  
*dicendum, quod Hæretici quidam in col-*  
*lacione Sacramentorum formam Eccle-*  
*sie non servant, & tales neque Sacra-*  
*mentum conferunt, neque rem Sacramē-*  
*ti, quidam verò servant Ecclesie for-*  
*mam, & tales quidem Sacramentum, sed*  
*non conferunt rem Sacramenti.* Et idem  
 D. Thom. *q. 82. art. 8. p. 3.* Sunt tex-  
 tus *in cap. Quod autem cum seqq. & Can.*  
*Sicut, & Can. Quod quidam 97. §. ex*  
*his verbis 1. q. 1. & Gratian. post Can.*  
*Quod quidam 37. 24. q. 1. Can. Præter*  
*hoc 6. §. porro 32. distinct. & Can. Si-*  
*quis à Simoniacis 1. q. 1. Can. Hi qui*  
*51. §. sed notandum 1. q. 1. gloss. in c. 2*  
*de hæretic. excomm. DD. in Can. Acce-*  
*dens 50. distinct. Suarez in dict. 3. p. D.*  
*Thom. disp. 65. sect. 3. in fin. & disp. 72*  
*sect. 4. artic. 7. Valencia disput. 6. q. 10.*  
*punct. 1. Bonacin. disp. 4. q. 5. punct. 1.*  
*numer. 2. Sayrus de Sacram. in genere*  
*lib. 2. cap. 6. art. 5. vers. Ad quintum.*  
 Petr. Greg. *partit. jur. Can. lib. 1. cap. 3.*  
 gloss. 2. Idem Valencia *in 3. p. D. Thom.*  
*ut supr. disput. 3. q. 5. punct. 3. vers. Et de*  
*fide, tom. 4. D. Covarr. lib. 1. var. cap.*  
*10. num. 8.* Ubi Faria num. 27. plures  
 refert, confirmatque ex textu *in cap.*  
*Non nocet 89. cap. Dictum 96. q. 1. cap.*  
*Non vobis 43. de consecrat. distinct. 4.*  
 Idque specificè in omnibus Sacra-  
 mentis probat Marius Alterius *de Cen-*  
*suris tom. 1. disput. 8. cap. 3. usque ad 6.*

Campanill. *in diversor. jur. Can. rub.*  
 1. à n. 103.

Excipe pænitentia Sacramentum, 39  
 quod non solum ordinem requirit, sed  
 & jurisdictionem, quam hæreticus  
 non retinet, *Can. Novatianus 7. q. 1.*  
 ideoque Sacramentum non conferre  
 docent Ant. August. *p. 2. lib. 25. tit. 12.*  
 Navarr. *in Manual. cap. 9. num. 8.* So-  
 to *distinct. 25. q. 1. art. 1. concl. 3. vers.*  
*Quicunque, D. Thom. in supplem. ad 3. p.*  
*q. 19. art. 6.* Navarr. *in Summa q. 26. n. 26.*  
 Tolet. *instructor lib. 1. cap. 9. num. 3.*  
 Gutierr. *Can. lib. 1. c. 1. sub n. 54.* Hen-  
 ric. *in Summ. cap. 10. §. 2. & cap. 21.*  
 §. 4. Marius Alterius *dict. disp. 8. cap. 7.*  
 Campanil. *diversor. jur. Canon. rub. 1.*  
 à num. 110. Ubi quid in casu necessi-  
 tatis? & quid ex *Concil. Trid. dispo-*  
*sitione in cap. 2. sess. 14.* & præter hos  
 omnino videndus P. Ioan. Angel. Bos-  
 sius *Moral. tom. 2. tit. 5. §. 5.* ubi bene  
 resolvit.

In Sacramento autem Baptismi 40  
 idem, quod in cæteris Sacramentis di-  
 cendum est, dummodo forma Eccle-  
 siæ servetur juxta *Can. 4. sess. 7. Concil.*  
*Trid.* Ubi Aug. Barbof. Coriolan. *in*  
*Summa Concil. in annot. ad Can. 46.*  
*Apost. & in Concil. Iconiensi contra Ca-*  
*thasrigas, fol. 155. & in Concil. Cartha-*  
*ginensi sub Cypriano in annot. fol. 157.*  
 & *in Concil. Laodicenf. Can. 7. annot.*  
*fol. 194. & in Concil. Nicæno Can. 19.*  
*annot. fol. 219.* Simanc. *de Cathol. cap.*  
*52. num. 2.* Brun. *de hæret. in 6. c. 2.*  
 Euseb. *lib. 7. Hist. Eccles. cap. 3. & 4.*  
 Campanil. *diversor. dict. rub. 1. num. 103.*  
*cap. Rebaptizare, cap. Ostenditur de*  
*consecrat. distinct. 4. cap. fin. de Baptis-*  
*mo non iterand. L. Si quis rebaptizare,*  
 & *tot. tit. Ne sacrum Baptisimum reite-*  
 retur, *in Cod. L. 9. tit. 4. p. 1.* Torre-  
 blanc. *de Magia, lib. 3. cap. 6. numer. 8.*  
 ubi de pæna ex *dict. LL. & cap. 7.*  
 num. 17.

Licet autem ab hæretico conficia- 41  
 tur Sacramentum (ut est dictum)  
 ab eo tamen recipi non debet, ut pro-  
 bat A. hic, & docet D. Thom. *dict. 3. p.*

q.64. art.9. vers. *Ad tertium*, ibi: *Et ideo Sacramentum quidem confert, sed peccat conferendo, & similiter ille, qui ab eo accipit Sacramentum, & sic non percipit rem Sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur.* Et q.82. art. 9. ibi vers. *Respondeo dicendum* (sicut supra dictum est) *Sacerdotes, si sint heretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiam peccatores, quamvis habeant potestatem consecrandi Eucharistiam, non tamen eam recte utuntur, sed peccant utentes, quicumque autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur.* Unde in secundo Can. Joan dicitur, quod qui dixerit ei *ave* (scilicet heretico) *communicat operibus illius malignis, & ideo non licet à prædictis communionem accipere.*

42 Videndus P. Suarez in dict. 3. p. D. Thom. disp. 18. sect. 1. vers. *Tertio est observandum*, ubi ait: *Ex vi solius heresis, & seclusa Ecclesie censura, non esset directe prohibitum fidelibus ab heretico petere, vel accipere Sacramentum, quia neque ex sola rei natura oritur talis prohibitio, neque in jure divino positivo invenitur: igitur seclusa censura eodem modo, seu eodem genere obligationis erit prohibitum accipere Sacramentum ab heretico, quo à quolibet alio ministro iniquo; nec verò obligatio tantò erit maior, quanto iniquitas heretici maior est, maiusque periculum proprii, maiusque aliorum scandalum, &c. ubi vide, & disp. 72. sect. 3. in fine latè.*

43 Ubi querit an in casu necessitatis extremæ liceat à quocumque ministro accipere Sacramentum Eucharistiae, sicut licet accipere Pœnitentiæ? & affirmativè resolvit, quia licet non sit tantæ necessitatis sicut Sacramentum pœnitentiæ est tamen maximæ utilitatis, & gravissimæ, ac sufficientis necessitatis; & prosequitur ibi ad solutionem nostri Cap. *Cepit Hermenegild.*: *Licet ergo ab eis hoc Sacramentum suscipere, per se loquendo, (id est) secluso periculo scandali publici, aut infamie religionis, aut periculo alterius mali, ad*

*quod possit hominem talis minister inducere: quæ rationes maxime occurrere possunt, quando minister est hereticus, & quantum ex historijs colligi potest in factò illo Hermenegildi intervenerunt, & ideo merito laudatur, tum ob rectam intentionem, tum ob prudentem actionem, qualis Catholicum, & sanctum principem decebat.*

Adde Campanil. divers. Jur. rub. 1. numer. 27. & 103. cum seqq. Imol. in cap. Quanto, n. 17. de Consuetud. Alex. Alenf. 4. p. Summ. q. 111. memb. 2. art. 3. §. 2. Durand. in 4. distinct. 13. q. 4. n. 8. Sayr. in Thesaur. lib. 2. cap. 2. num. 21. Acufia in distinct. 32. cap. Præter. Ripald. in 4. sentent. dist. 4. & 5. q. 1. & 2. & dist. 14. & dist. 25. q. 3.

Num. 67. vers. Sequitur ergo.

Vide exempla Danielis & Eleazar, 2. Macabeor. 6. 21. & seqq. & D. Paulus ad Corinth. 2. 6. 14. & 1. item ad Corinth. 10. 20. & seqq. ubi Eleazarus scriba cum à Gentilibus cogere-retur ad transgredienda legis præcepta, & blanditijs, & supplicio oblato ad carnes porcinas edendas, noluit ullo modo, cum posset se à morte liberare comedendo, rogantibus obsequi, dict. cap. 6. Macab. & eum sequuti septem cum matre filij, quorum ad supplicium unus raptus, hæc ait cap. 7. *Tu quidem, o Tyranne scelestissime, in presenti vita nos perdis, sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus æternæ vitæ resurrectione suscitabit.*

Difficiles tamen sunt textus divini 2. Regum 10. & 2. Reg. cap. 5. D. Hieronym. tom. 6. in cap. 6. ad Galat. Sed vide eum Epist. 89. de quo latè apud Theologos videndi quos ad manus habeo P. Petr. de Iesus Maria Sufficiencia Concionator. tract. 6. conclus. 14. Marc. Iun. de virtut. Homelet. cap. 6. q. 2. P. Chavas de vera prud. lib. 1. cap. 5. ad fin. Euseb. lib. 4. cap. 14. D. Chrysof. Homil. 25. in Matth. P. Marquez in Gubern. lib. 2. c. 34. fol. 362.

AD

## AD PARTIS I.

### CAP. I.

#### ADDITIO.

#### SYMMARIUM.

- 1 Privatio præsupponit habitum.
- 2 Mixtum sub simplicibus, quando contineatur? Remissivè.
- 3 Dispositio de uno, alium non comprehendit.
- 4 Quæ prohibita non sunt, permissa censentur.
- 5 Maioratus institutio an revocetur, si de iisdem bonis alter instituat.
- 6 Quid si primus cum Regia facultate sit institutus?
- 7 Maioratus in testamento inter liberos institutus non revocatur ex secundi institutione in posteriori testamento facta, cum exclusione fæminarum.
- 8 Maioratus institutio revocabilis, non intelligitur revocata ex generali dispositione bonorum.
- 9 Nisi dispositio generalis in alijs bonis verificari non possit.
- 10 Maioratus in testamento institutus revocatus manet testamento revocato alio posteriori.
- 11 Nisi res tradita sint in vita ab institutore simpliciter.
- 12 Maioratus per contractum institutus in testamento, non revocatur, revocato testamento.
- 13 Nisi contractus sit revocabilis in executionem testamenti factus.
- 14 Melioratio prima tertij, & quinti revocatur per secundam.
- 15 Nisi melioratio secunda non sit ex toto tertio, & quinto.
- 16 Meliorationes duæ absolutæ, ex tertio, & quinto in eodem testamento factæ valent, & filij meliorati pro virili admittuntur.
- 17 Melioratio irrevocabilis, non potest

minui per alias donationes postea factas.

- 18 Meliorationes duæ in diversis filijs factæ jure maioratus, non possunt valere, sed filius posteriori maioratu vocatus præfertur.
- 19 Maioratus duo cum conditione ferendi arma quado sint incompatibiles? Remissivè.
- 20 Qualitatibus pluribus in eadem persona concurrentibus, quæ attendi debeant?
- 21 Agricoliarum privilegijs an gaudeat, qui agriculturæ, & alterius artis operi incumbit.
- 22 Affirmativè resolvitur.
- 23 Maioratus sub conditione ferendi arma absque immixtione, vel confusione, est incompatibilis cum alio conditionem nominis, & armorum habente.
- 24 Regna Hispaniæ, & Franciæ, an sint incompatibilia ob confusionem armorum?
- 25 Incompatibilitas ex conditione nominis, & armorum non habet locum in Regno Castellæ cum alijs Regnis à Rege possessis, ratione maxime dignitatis hujus Regni.
- 26 Insignia Castellæ, & legionis quæ sint, & de præcellentia inter ea.
- 27 Conditio ferendi nomen, & arma sola, in quo differat à conditione ferendi arma in loco principali.
- 28 Maioratus cum conditione ferendi arma sola, est incompatibilis cum alio, etiam conditionem simplicem habente portandi arma.
- 29 Maioratus institutus ad conservationem familiæ semper habet conditionem nominis, & armorum, etiam si non sit expressa.
- 30 Conditio nominis, & armorum subintelligitur appositæ, sed sine privationis pœna, & 31.
- 32 Maioratus cum conditione nominis, & armorum tacite subintellecta non est incompatibilis cum alio, etiam cum conditione ferendi arma sola instituto.

- 33 *Conditio de facto impossibilis ex persona legatarij non rejicitur, sed legatarius à legato excluditur.*
- 34 *Idem in Maioratu.*
- 35 *De conditionibus perplexis remissivè.*
- 36 *Legitima gravamen non admittit.*
- 37 *Conditio nominis, & armorum an gravamen, & onus contineat. & 38.*
- 39 *Affirmative resolvitur quando ex ea privatio juris inducitur.*
- 40 *Legitima sunt omnia bona parentum excepto quinto.*
- 41 *Nisi inter liberos disponat parens, quia de tertio disponere inter eos valet servata forma L. 27. Taur.*
- 42 *Donatio tertij, & quinti à patre facta inter vivos an valeat?*
- 43 *Lex 27. Taur. explicatur remissivè.*
- 44 *Quintum bonorum patris cum tertio jure maioratus relictum eodem jure censendum ratione individuitatis.*

Num. 24. & 34.

- P** Areja de Instrum. edit. tit. 2. resol. 6. num. 87. & seq. tit. 5. itidem resol. 8. num. 61. D. Salgad. 2. p. Labyr. c. 17. à num. 47. & 50. quod ad materiam maioratum observari potest, & dico ad cap. 7. numer. 25. infra p. 8. Mieres de Maior. 1. p. q. 1. n. 328. & seqq.

Num. 31.

- D**icam infra p. 2. cap. 3. & alibi pluribus in locis.

Num. 33. & 21.

- M**ieres de Maior. 2. p. q. 6. ubi in maioratibus explicat inclusionem, seu vocationem unius, non posse aliorum vocationem, aut exclusionem inducere à num. 469. & sequentibus videndus.

- E**t conducit A. hic num. 21. ubi adde Ricciùm p. 7. collect. 27. 48. Mieres de Maior. p. 1. à num. 2. D. Salgad. 2. p.

de Reg. protecl. c. 6. n. 2.

Hic oportune quæri potest de casu quæ de facto habui: an ex secundi maioratus institutione revocetur primi institutio? in quo dubio resolves, maioratum ex iisdem bonis institutum revocare primum ex sua natura revocabilem juxta L. 44. Taur. & D. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 1. & seqq. & tenent Add. ad eum lib. 2. cap. 10. num. 74. ibi: *Res namque certa est quod eo casu primus maioratus per secundum revocatur, & hoc sive in eadem, sive in diversis personis fuerit institutus: quibus adde Mieres 1. p. de Maiorat. q. 43. num. 86. & 87. ubi idem ait, si primus cum regia facultate sit institutus, & secundus simpliciter in altero filio, adhuc enim primum censi revocatum docet ex ratione L. Hujusmodi §. Cum pater, ff. deleg. 1. melius ex textu vulgari in §. poster. vi Inst. q. m. testam. inf. cum de maioratibus in testamento institutis loquatur, cum gloss. verb. Estraña in L. 23. tit. 9. p. 6. vide eum à n. 57.*

In qua specie observanda est decisio Granatensis apud D. Larream dec. 57. ubi de maioratu in testamento instituto cum clausula derogatoria, vel inter liberos, an revocetur ex secundo? & negativè decisum refert, quia, dictis accessit primum maioratum fuisse regularem, & sic favorabiliorem filijs, & secundum irregularem cum faminarum exclusione.

An autem maioratus revocabilis, ex generali bonorum dispositione censetur revocatus; negandum firmiter est per textum in L. Sequens questio 68. ff. deleg. 2. & in specie Tenut. Alvarad. de Conject. ment. lib. 3. cap. 2. n. 48. Angulo in L. 10. tit. 15. gl. 2. n. 4. de Melior. Azeved. in L. 1. tit. 6. l. 5. recop. num. 20. D. Castillo lib. 1. de Usufrag. cap. 39. num. 33. & seqq. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 19. à num. 6. ad 9. ubi ratio; quia utraque dispositio potest subsistere, nec inter eas aliqua ad sit incompatibilitas, ex quo tacite, vel expresse prioris

ris mentio facta non sit, revocata non censetur.

- Q**uæ ratio observanda est, quia insunt ei omnes hujus quæstionis limitationes, quando enim utraque dispositio non potest subsistere, prima revocata censetur, veluti si in alijs bonis secunda verificari non possit. D. Castell. ubi supr. num. 39. D. Salgad. num. 13. per textum in L. Pediculis, §. Cum quæreretur, ff. de aur. & arg. leg. L. Mævius 66. ff. deleg. 2. L. Servus in fin. ff. deleg. 3.

- V**el cum prima non potest compati, extante secunda, quod accidit, quando primus maioratus in testamento est institutus, nam revocabitur per secundum in ultimo testamento institutum, quando duplex suprema voluntas non potest dari, L. 1. §. 1. ff. de bon. poss. secund. tab. & ideo prior revocatur, ut supra dixi cum D. Mol. & Add. & probatur ex L. iure testamentum, ff. deleg. 3. Roder. Suar. in L. Quoniam in prior. in declarat. Leg. Reg. q. 8. num. 12. Fusar. q. 45. 1. num. 1. & seqq. Valasco consult. 61. num. 7. Peralta in L. Si quis in princip. à num. 26. ff. deleg. 3. Giurb. dec. 5. 1. n. 1.

- L**imitant tamen communiter DD. quando maioratus in testamento instituti, res in vita simpliciter traditur ab institutore: dixi *Simpliciter*, quia si traditio fiat in executionem relictæ, adhuc manet revocabilis. D. Molin. l. 4. cap. 2. à num. 19. & pluribus relatis, D. Castillo lib. 8. de Alim. cap. 37. ex num. 10. Mieres de Maior. 1. q. 31.

- Q**uod autem in maioratu in testamento instituto per viam contractus? & hoc casu idem dicendum arbitror, si enim contractus fiat in executionem ultimæ voluntatis revocabilis est sicut testamentum, ut latè probat Surd. dec. 149. n. 6. & seqq. quæ refert Carpio de Executor. l. 3. c. 12. n. 16.

- A**liàs non mutat naturam suam licet in testamento fiat, & licet testamentum revocetur contractus irrevocabilis durat. Amendol. decis.

71. Franchis num. 13. Surdus dec. 127. num. 16. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 23. num. 21. 25. 30. & seqq. Cevallos q. 475. videndus D. Castell. lib. 5. cap. 86 num. 41. Gratian. tom. 4. discept. cap. 751.

**Q**uæ omnia etiam obtinent in tertij, & quinti melioratione à parentibus facta, per secundam enim revocabitur prima, nisi utraque non sit absoluta in tertio, & quinto, tunc enim prima in eo, quod superfit, sustinenda est, & in hac specie intelligendi sunt D. Valenz. cons. 134. num. 25. D. Salgad. in Labyr. 2. p. cap. 4. num. 64. conducit D. Castell. lib. 5. Controv. c. 100. & cap. 128. à num. 21. Mieres de Maior. 1. p. q. 43. à num. 57.

**U**bi cum D. Greg. tenet meliorationem primam censi revocatam per secundam de iisdem bonis in altero filio factam, & postmodum num. 68. ait, quod melioratio prima non censetur revocata per secundam, sed ambo filij pro virili admittantur; quod quidem verum esse arbitror quando in eodem testamento ambo meliorantur, quia re, & verbis conjuncti sint, vel re tantum; secus autem si diversis scripturis, & dispositionibus meliorati sint absoluta tertij, & quinti melioratione, tunc enim cum una tantum valere debeat, existente prima revocabiliter facta, secunda prævalere debet, secus si irrevocabilis sit prima, Angulo in L. 7. gloss. 4. n. 6. de Melioration.

**L**imitat tamen Mieres suam sententiam quando per viam maioratus meliorationes sint factæ, tunc enim ait filios non posse concurrere, & ideo primam revocari: quæ observanda sunt vera in ipsa specie à nobis proposita de duobus re conjunctis, quia tunc in secunda melioratione vocatus præferendus est, & conditiones posteriores prioribus prævalent: post Molin. adde Pat. Molin. tom. 3. disp. 584. num. 48. Gutierr. lib. 2. pract. q. 63.

Num.

## Num. 39. &amp; seqq.

19 De quo addendi Fufar. *q. 582. de Substit. num. 2.* Ripoll. *var. cap. 13. num. 34.* Theodor. Oping. *de Iur. insign. cap. 8. num. 380.* Auguff. Barbof. *vot. 7. à num. 28.* Pardo in *Addit. ad Molin. lib. 2. c. 14. n. 30. vers. Et quod non sint incompatibiles.*

## Num. 41.

20 Obferva hanc Baldi doctrinam ad tradita à D. Salg. *Labyr. 1. p. cap. 9. n. 48.* de eo qui duas artes, vel negotiationes exercet. D. Perez de Lara *de Vit. hom. c. 11. n. 9.* Eleganter Balmafed. *de Collect. q. 98. num. 4.* ubi pulchra, & practica quæstio ad textum in *L. 1. tit. 12. lib. 7. & L. 25. tit. 21.*

21 *lib. 4. recop.* de privilegio agricolis concesso an gaudeat qui & agriculturæ, & alterius artis ministeria exercet. Et negativè resolvit ex *L. 67. §. Si unus, ff. deleg. 3.*

22 Ex hac tamen Baldi doctrina ab Auctore laudata potiùs affirmarem privilegio posse gaudere cum Parlador. *diff. 79. ad cap. 1. Pragm. num. 4.* Addendus D. Perez de Lara *de Vit. hom. cap. 11. à n. 9.*

## Num. 42. ad 45.

23 Fufar. *de Subst. quæst. 582. n. 2. & 3.* Oping. *dict. cap. 8. à n. 380. & seqq. & cap. 11. n. 67.* D. Castill. *tom. 6. cap. 127.* Ripol. *dict. cap. 13. num. 34.* Auguff. Barbof. *vot. 7. n. 31.* Pardo in *Addit. ad Molin. supra.*

24 In Regnis etiam ex nominis, & armorum immixtione incompatibilitas causatur ob eorum conservationem, uti in Regnis Franciæ, & Hispaniæ fundat D. Ramos, *en el Manifiesto contra Francia, Resp. ad §. 13. num. 176. & seqq. fol. 136. à tergo.*

25 Potest tamen ad favorem maximæ dignitatis quis ejus insignia deferre, & præferre: in Rege Hispaniarum do-

cet Oping. *d. c. 8. n. 383.*

Inde semper præferuntur Castellæ 26 Insignia, quæ sunt Castellum aureum in campo rubeo, & Leo rubeus in campo argenteo. Pardo in *Add. ad Molin. lib. 1. cap. 2. n. 14. & 15.* ubi de Ordine Insignium Hispaniæ, & præcellentia: D. Mol. *lib. 2. cap. 14. num. 42.* ubi de antiquitate legionis Regni, & Castellæ prælatione.

## Num. 45. ad 47.

In primo casu, quando in quolibet 27 ex duobus maioratibus apponitur cōditio *portandi Arma sola, vel sine aliorum immixtione*; ea conditio sufficiens est, ut maioratus non possit cum altero conjungi, quamvis alter habeat cōditionem simplicem portandi arma. At in hoc casu quando conditio *portandi arma in loco principali* appofita est, incompatibilitas provenit ex accidenti, non ex natura maioratus; & ideo cum alio conjungi potest, nisi habeat eamdem conditionem, ut innuit Auctor, & ita cenfet D. Castillo *citatus hic.*

In primo casu diversum est, & ideo 28 maioratus cum conditione portandi arma sola cum alio etiam simplicem conditionem habente est incompatibilis; nisi conditio non sit expressa, sed tacitè insit; quamvis enim maioratus institutio facta semper intelligatur sub conditione, ut successor nomen, & arma ferat, etiam si non exprimat. D. Molina *lib. 2. cap. 14. num. 46.* Theod. Oping. *de Iur. Insign. à n. 367. ad 371.* D. Castillo *tom. 6. cap. 181. sub num. 13. & cap. 136. à n. 76.* P. Molin. *de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 615. num. 8.* qui ait nescire cur ad id cogi debeat maioratus possessor; maioratus tamen ad familiarum dignitatem creantur, & ideo hanc conditionem innuunt ex tacita voluntate fundatoris, vel quia est vulgaris clausula, quæ semper intelligitur appofita vulgari *L. Quo d si nolit, §. Quia assidua 20.*

ff.

*ff. de ædil. edict. D. Vela diff. 20. n. 21.* Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 33.* D. Mol. *lib. 4. cap. 2. numer. 43. & 52. & cap. 7. à num. 2. & cap. 11. num. 64.* D. Castillo *lib. 4. cap. 13. n. 38.* Hermof. in *L. 32. gloss. 8. num. 8. tit. 5. p. 5.*

31 Quæ sufficiunt ad cōditionem inducendam, non tamen cum privationis pœna, arg. *L. Conditiones 99. L. Servo 47. ff. de condit. & demonstr. & tradit ipse Mol. ubi sup. & alij relati, quibus adde D. Perez de Lara de Vit. hom. cap. 13. num. 31.* Escobar *de Puritat. 1. p. q. 4. §. 7. n. 122.*

32 Et ideo maioratus simpliciter institutus, etiam si tacitam habeat conditionem portandi arma, non erit incompatibilis cum alio conditionem portandi arma sola habente. Conducit Auct. *infr. 4. p. cap. 2. num. 22. & 23.* & potest probari arg. *L. Si in venditione 60. ff. de evict.* quod verius mihi videtur, licet contrarium ex traditis ab A. *dict. cap. 2. num. 35.* defendi posset.

## Num. 49. ad 53.

33 Malè thesaurus ex *L. Ubi pugn. ff. de R. I. & L. Titius 16. ff. de condit. in tit.* non enim statim ac conditio per eum, cui relinquitur, non potest impleri, impossibilis iudicanda, & rejici debet; nam si uni à duobus legatum sit sub contrarijs, vel diversis conditionibus, is consequi utraque legata non poterit, non quia conditiones sint impossibiles, sed quia ab eo impleri non possunt, arg. textus in *L. Cum hæres, §. 1. ff. de stat. lib. D. Amay. lib. 2. obs. c. 11.* Spin. in *Specul. proæm. gloss. 1. num. 40.* arg. *L. Mortuo bove 50. §. Labeo, ff. deleg. 2. L. Sed si res 4. ff. deleg. 1. L. Filius famil. 111. §. Si quid alicui, ff. eod. ubi gloss. & Gotofred. lib. A. & B. ubi de legato fundo militi, ut eo loco militet, quod validum est, nec mutare militiam temetur. *L. 9. §. fin. de re mil.* quam in hoc sensu accipit, ad quorum expli-*

cationem videndi Donel. & Osswald. *lib. 8. Comm. c. 11. à lit. D.*

Pone nunc ab uno testatore Titio legatum si Romam ierit, & ab altero si non ierit, vel sub conditione si cū A. matrimonium contraxerit, & ab alio si cum B. contraxerit, vel cum A. non contraxerit, eidem legatum; his, & similibus speciebus Titius utraque legata consequi non poterit, non quia impossibiles sint cōditiones, sed quia per eum altera impleri non poterit, quin incidat in alterius legati ademptionem, *L. 10. ff. de adim. leg. & ideo alterius legati conditio impleta facit, ut ab altero legatarius excludatur.* Idem in institutionibus, & fideicommissis dicendum est ex *L. 17. ff. de cōd. inst. ubi cons. ait: Si plures institutiones ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint, conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem.* Eleganter Surd. *de Aliment. tit. 9. quæst. 4. num. 22.*

In hac igitur specie quando unus 34 vocatur ad maioratum sub conditione portandi arma sine aliorum mixtura, is in alio maioratu conditionem nominis, & armorum habente succedere non poterit, sed eorum uno tantum, quia duorum conditionibus parere non potest.

De conditionibus perplexis alibi 35 dicemus, interim vide D. Amay. *dict. cap. 11. num. 8. & 28.* ubi de differentia inter eas, & impossibiles, quæ rejiciuntur, cum hæ dispositiones inutilem reddant. Ripol. cum alijs in *L. 3. de Cond. & Dem. numer. 236. & seqq.* Galganet. *de Condit. & Demonstr. p. 1. cap. 2. num. 14.* D. Greg. in *L. 5. tit. 4. p. 6.*

## Num. 54.

Certum est in legitima gravamen 36 imponi non posse. *L. Quoniam in prioribus, C. de inoffic. test. D. Molin. lib. 2. cap. 1. num. 29. & seqq.* ubi adde D. Melch. de Valent. *l. 3. Illustr. tract. 1.*

B

cap.

cap. ult. num. 3. D. Castillo lib. 5. cap. 107. num. 36. D. Larrea dec. 36. n. 8. noviter Antunez de Donat. Reg. tom. 1. prael. 2. §. 1. n. 57. A. hic n. 57.

37 Sed an conditio nominis, & armorum gravamen, & onus contineat dubitari potest? In maioratu à parente instituto, non facile onus, vel gravamen esse dices, cum enim filius arma parentis de consuetudine portare teneatur, in nihilo gravatur, nisi fors & ipse pater alterius arma portandi conditionem imponat, quod raro accidet.

38 Et quòd onus propriè sit probari potest ex textu in L. Hoc jure, §. fin. ff. de donat. & in Sacris literis ex Ruth. cap. 4. Deuteron. cap. 25. Videndus Alvarad. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 25. de conjectur. ment. defunct. Menoch. cõf. 30. num. 13. & seqq. Oping. de Jur. insig. cap. 8. num. 338. Contrarium, quia in nullo gravat hæc conditio, defendunt Fachineus cõf. 51. num. 17 & cõf. 52. num. 16. lib. 1. & cõf. 6. n. 7. lib. 2. & cõf. 21. num. 13. ibidem, & cõf. 32. num. 33. lib. 3. Oping. ubi supra n. 341.

39 Verius dic hanc conditionem nominis, & armorum onus, & gravamen continere, ut hic A. innuit, & num. 57. quãdo ita apponitur, ut privationem juris inducat, veluti ut successor in alio maioratu, veluti in conditione ferendi arma sola, vel sine aliorum mixtura; & ratio est, quia tunc successor in duobus maximè gravatur, & quia ab altero, propter hoc, maioratu excluditur, & quia propria insignia deferere tenetur. Idem in conditione portandi arma in priori loco dicendum est per eandem rationem, quod licet non ita, docet Oping. ubi supra num. 396. & seqq.

Num. 55. & 56.

40 D. Castell. cap. 175. num. 7. & 9. & cap. 99. num. 6. & cap. 128. ubi locus Anguli: filiorum legitima hodie sunt

omnia bona parentum excepto quinto bonorum. L. 213. Styl. D. Molin. lib. 1. cap. 17. num. 7. D. Valencia lib. 3. Ill. tract. 1. cap. fin. num. 12. D. Olea de Cess. jur. tit. 4. q. 5. num. 15. Auct. infra h. p. cap. 6. num. 242. & cap. 13. num. 11. & 13.

Nisi inter liberos disponat parens, 41 quia tunc inter eos liberè de tertio etiam disponere valet. A. hic Paz in d. L. 313. n. 3. Styl.

Ad quod observãdus est locus Do- 42 minici Antunez de Portugal tom. 1. de Donat. Reg. lib. 1. praelud. 2. §. 7. à num. 56. quem sequitur Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 50. gloss. 1. c. 4. q. cum Valasc. cap. 20. de Partit. Ex hoc tenent donationem tertij, & quinti à parente factam in filium irrevocabilem ex causa matrimonij invalidam esse, quia est omnium bonorũ, cum nihil patri supersit ad testãdum, contra Pereir. dec. 67. numer. 3. & 4. quod tamen jure nostro negãdum est, cum ex Legibus Taur. 17. 44. & 27. liceat inter vivos parentibus tertij, & quinti donationem in quemlibet ex filijs conferre, licet ex eisdem legibus donatio omnium bonorum absolute prohibita sit. Vide Hermosill. in L. 3. gloss. 1. num. 53. ad fin. tit. 4. p. 5. Angul. in L. 1. gloss. 2. num. 49. tit. 6. lib. 5. recop.

Num. 57.

D. Castillo dict. tom. 6. cap. 175. 43 num. 9.

Num. 59.

Vide D. Molin. & Add. lib. 1. c. 9. 44 num. 19. tenentque cum Mier. 3. p. 9. 8. num. 17. & seqq. contra Angul. in L. 11. gloss. 4. n. 14. D. Castillo d. c. 128. à n. 21. Noguerol. alleg. 25. n. 111. ubi ita decisum refert, D. Salgado in Labyrinth. 1. p. cap. 4. n. 17. ubi etiam refert decisum, D. Larrea de Vita hom. cap. 30. n. 121.

AD

## AD PARTIS I.

### CAP. II.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 1 Verbi divini unitas cum humana natura non fuit in natura, sed in persona.
- 2 Peccatum, & Gratia sunt incompatibilia in eodem homine.
- 3 Peccatum, & Gratia an opponantur physice inter se.
- 4 Justus an possit condemnari in infernum de potentia Dei.
- 5 Deus potest hominem morte damnare sine causa.
- 6 Deus potest negare Gloriam, quia gratis dat.
- 7 Deus potest addicere ad libitũ quẽcumque æternis cruciatibus.
- 8 Deus an possit facere ut angatur animus criminis non commissi reatu.
- 9 Deus an possit hominem damnare sine causa.
- 10 Deus bonis Gloriam, malis infernũ promittit.
- 11 Beatitudo semel donata nunquam cessat, sic nec pœna.
- 12 Exclusus semel à successione denuò admitti an possit?
- 13 Exclusus omnino deficientibus alijs consanguineis admitti potest ad successionem.
- 14 Voluntas, & potestas ad quemlibet actum requiruntur.
- 15 Voluntas & potestas si se invicem opponantur, actus non valet.
- 16 Forma L. 27. Taur. non servata, an actus corrumpat in totum, vel in parte, ita ut inutiliter vocato bona maneat libera.
- 17 Proponitur species.
- 18 Transversales omnes an præcisè vo-

candi juxta L. Taur. vel sufficiat vocatio aliquorum.

- 19 Transversales nondum natos tempore testamenti non tenentur vocare institutor juxta L. 27. Taur.
- 20 Melioratio 3. & 5. contra legem reducitur ad formã legis quando jure maioratus rebinquitur.
- 21 Extranei vocati ad meliorationem 3. & 5. sive relicta sit jure maioratus, vel simpliciter, nunquam possunt admitti.
- 22 Transversales, vel alij præter extraneos vocati contra formam Legis admitti debent deficientibus personis prioris gradus qui secundũ Legem eis præferuntur. Differentiæ ratio traditur, & 23.
- 24 Maioratus perpetui dispositio inducitur ex vocationum multiplicitate.
- 25 Item ex vocatione primogeniti repetita.
- 26 Item ex vocatione secundogeniti omissio primogeniti quia alium maioratum habet.
- 27 Maioratus ex specialibus vocationibus non restringitur.
- 28 Bona meliorationis apud ultimum juxta legem vocatũ libera manent.
- 29 Nisi ordo legis sit tantum præposteratus.
- 30 Bona maioratus manent libera in ultimo ex melioratione vocato, nec admittuntur alij qui vocari debebãt, vel exclusi, vel omisi.
- 31 Quid si maioratus perpetuus sit institutus?
- 32 Maioratus temporalis judicatur quando post consanguineos vocatos, substitutio extranei apposta est.
- 33 Melioratio temporalis potest institui.
- 34 Ex melioratione inter aliquos facta cum substitutionibus non inducitur perpetuus maioratus.
- 35 Substitutionum multiplicitas per se non est sufficiens ad institutionem maioratus perpetui nisi sint indefinite vocationes.
- 36 Vocatio indefinita primogeniti requiritur ad maioratum inducendum.



- 37 Verba perpetuitatem denotantia restringuntur ad vocatos quādo maioratus institutio est temporalis.
- 38 D. Ferdin. Matute locus adducitur.
- 39 Prohibitio alienationis ultra personas vocatas non extenditur.
- 40 Secundo geniti vocatio per se non inducit fideicommissum perpetuum ad favorem familiae.
- 41 Melioratio contra formam Legis facta apud ultimum vocatum secundum Legem resolvitur, & apud eū bona libera manent.
- 42 Quintum bonorum apud extraneum vocatum contra Legem permanere debet, & refertur decisio ibidem, & SS. D. Ferdin. de Casra, ibid. & 43.
- 44 Legatum propter inimicitias inter testatorem, & legatarium revocatur.
- 45 Legata, & donationes merita in legatario, vel donatario supponunt.
- 46 Hereditas contumeliosis verbis relicta an valeat quando filius, vel extraneus instituitur, & 47. 48. 49.
- 50 Inimicitia qua revocetur legatum debet esse gravis.
- 51 Rex an possit filium Regno exheredare.
- 52 Quae jure sanguinis deferuntur non capiuntur ab ultimo possessore.
- 53 Occidens maioratus possessorem, successione privatur, & ad fiscum pro vita ejus pertinet.
- 54 Maioratus successor ex ingratitudine contra possessorem privatur maioratu si sic dispositum sit à fundatore.
- 55 Offensa facta testatori, privat offendentem successione.
- 56 Odiosus institutori in vocatione generali non comprehenditur, nec requiritur, ut odium proveniat ex offensa gravi.
- 57 Vocatus specialiter non excluditur ex odio nisi nascatur ex gravi offensa.
- 58 Exclusi specialiter sunt de quibus si interrogaretur testator excluderet.
- 59 Eligendi facultatem habens non potest eligere odiosum testatori.
- 60 Eligendi facultas extinguitur per status mutationem eligere debentis.
- 61 Eligendi facultate uti non potest qui graviter offendit institutorem.
- 62 Inimicitia quae oritur inter vivos, & post mortem detegitur, similis est posthumo qui rumpit testamentum.
- 63 Eligendi facultatem habens, & ea utens.
- 64 Ante delictum commissum an recte elegisse videatur.
- 65 An post delictum ea uti possit.
- 66 Eligendi facultatem habens eligere non potest legibus odiosum veluti spurium testatoris.
- 67 Eligi spurium eligentis potest.
- 68 Spurium filium testatoris in defectum consanguineorum, ut extraneus eligi potest.
- 69 Inimicitia proveniens ex culpa institutoris an revocet legatum.
- 70 Odium testatoris contra legatarium, proveniens ex eo quod legatarius aliquid fecit justè permittente jure contra testatorem, non revocat legatum, & num. 71. & 72.
- 73 Legatum revocatum propter inimicitias non confirmatur etiam si testator habuerit tempus expresse revocandi, vel codicillos fecerit, & nō revocaverit.
- 74 Testator contritus, & confessus moriens non ideo praesumitur confirmasse legatum ob inimicitias revocatum.
- 75 Testator odium deponens quoad Deū, actionem injuriarum remittere non videtur.
- 76 Exclusio maioratus ob ingratitudinem contra institutorem, an sit realis lineae, vel personalis, & 77. & 78.
- 79 Occidens maioratus successorem privatur successione, non solum ipse, sed filij ejus.
- 80 Intellige si ea mente occidit, ut filio successorem aperiret.

- 81 Filius tamen occidētis natus post delictum admitti potest.
- 82 Filius haeretici natus ante delictum patris non excluditur à successione.
- 83 Ingratus non privatur successione maioratus instituti cum clausula quod ingratus succedat.
- 84 Donatio cum pacto de non revocando propter ingratitudinem cum juramento, an valeat?
- 85 Maioratus successor ingratus contra ultimum possessorem non privatur successione.
- 86 Homicidium casuale. Remissivè.
- 87 Donatio remuneratoria an revocetur ingratitudine?
- 88 Donatio filio facta ut ordines suscipiat, ingratitudine non revocatur.
- 89 Donatio in remunerationem facta revocari potest in eo, quod merita excedit praetextu ingratitudinis.
- 90 Donatio ob causam matrimonij non potest revocari propter ingratitudinem constante matrimonio, eo verò dissoluto potest, & 91.
- 92 Donatio irrevocabilis causa matrimonij propter ingratitudinem revocari potest quoad eum qui ingratus est, non quoad alios quibus jus est quaesitum.
- 93 Maioratus irrevocabilis ob causam matrimonij ex ingratitudine, non potest revocari in praedictum successorum.
- 94 Donatio pluribus successivè facta non potest ex consensu primi vocati revocari.
- 95 Donatio pluribus simul facta, unius ingratitudine non revocatur.
- 96 Donatio filio facta ob causam matrimonij revocari non potest in praedictum uxoris, & liberorum etiam consensu filij.
- 97 Donatio filio facta ob causam matrimonij, uxori illius matrimonij jus quaeritur, & ex ejus persona filij illius.
- 98 Donatio filio facta ob causam matrimonij, ejus respectu lucrativa est, respectu uxoris onerosa.
- 99 Maioratus institutus ob causam matrimonij ad favorem liberorum mariti, & uxoris, an si dissolutum sit per mortem viri, vel uxoris, & vir, uxorve secundas contrahat nuptias, & filios habeat, an succedant in maioratu.
- 100 Et quid si habeat clausulam vocationis filij, dummodo sit filius ambo- rum.
- 101 Intellige si deficiant filij illius matrimonij.
- 102 Et an femina ex primo matrimonio praeferatur masculo ex alio.
- 103 Donatio uni facta, ut post ejus mortem alij restituat, irrevocabilis est quoad tertium vocatum, & adveniente die dominium transfertur in eum.
- 104 Maioratus ob causam matrimonij institutus, an possit revocari quoad transverales dissoluto matrimonio sine filijs? Affirmativa sententia proponitur.
- 105 Donationis causa cessante, cessat donatio.
- 106 Donatio inter vivos non transit ad heredes, nulla eorum facta mentione, & 111.
- 107 Donatio ad heredes non transit si causa donandi in eis deficiat.
- 108 Donatio alicui facta pro se, & filijs masculis, his deficientibus ad donantem revertitur.
- 109 Donatio ob causam matrimonij, & filiorum ex illo matrimonio tantum, revertitur ad donantem, nec ad filios alterius matrimonij pertinet.
- 110 Donatio ob causam matrimonij filio facta sine traditione, mortuo filio resolvitur, etiam si filiam reliquerit.
- 111 Donatio simpliciter facta absque mentione heredum ad heredes non est transitoria.
- 112 Donatio favore matrimonij revertitur ad donantem mortuo donatario sine filijs.

- 113 *Et quid quando causa matrimonij fuit impulsiva, vel finalis.*
- 114 *Maioratus ob causam matrimonij, eo dissoluto sine filijs, quoad transverales revocari non posse proponitur, & 117.*
- 115 *Maioratus institutio acceptatione primi vocati manet quoad omnes irrevocabilis.*
- 116 *Donatio ultra voluntatem donantis an extendatur.*
- 118 *Donatio inter vivos simpliciter facta non revertitur ad donatorem præmortuo donatario, quia est transitoria ad hæredes, & 119.*
- 120 *Donatio ob causam matrimonij filio facta, ad patrem non revertitur, mortuo filio sine filijs.*
- 121 *Donatio alicui facta cum gravamine alteri restituendi, an maneat apud donatarium, vel ad donantem revertatur, si cui erat restituenda vivo donatore, mortuus sit, vel transmittatur ad huius hæredes.*
- 122 *Donatione facta, & reservata certa quantitate ad testandum, an quantitas reservata pertineat ad donatarium, vel ad hæredes ab intestato donatoris.*
- 123 *Limita quædo ad reservata est aliquis expressè vocatus.*
- 124 *Limita 2. quando non quantitas, sed facultas disponendi reservatur. Tunc enim si donatarius non sit usus facultate, extinguitur facultas, & bona apud donatarium manent.*
- 125 *Reservata facultate disponendi de certa quantitate, an si donator committat delictum, confiscationi subiacet hæc quantitas.*
- 126 *Quantitas reservata pertinet ad hæredes donantis qui inveniuntur tempore mortis, non tempore factæ donationis.*
- 127 *Maioratus ob causam matrimonij institutus ad favorem donatarij, & filiorum, nec quoad transverales revocari potest in gratiam donatarij si sint vocati, secus si eorum vocatio*

- donatarij favorem non concernat, & 128. 129. & 130.*
- 131 *Maioratus ob causam matrimonij impulsivam, traditione facta, revocari non potest etiam si matrimonij non sit contractum.*
- 132 *Maioratus irrevocabilis juxta L. 44. Taur. non verò ob causam matrimonij tantum, quoad omnes vocatos irrevocabilis est.*
- 133 *Mieres de Maiorat. l. p. q. 24. n. 97 & 144. explicatur.*
- 134 *Donatio conditionalis ad hæredes non transmittitur.*
- 135 *Maioratus ob causam matrimonij irrevocabilis est ex subsequuta traditione quoad omnes vocatos, licet utilitas donatarij cesset, si traditio vera, vel ficta omnium vocatorum nomine fiat.*
- 136 *Clausula constituti operatur non solum ad favorem constitutarij, sed etiam habentis ab eo causam.*
- 137 *Clausula constituti an operetur ad favorem tertij in donatione comprehensæ, & 138.*
- 139 *Maioratus ob causam matrimonij irrevocabilis quando efficiatur quoad omnes: proponitur species decisionis Granatensis. & 148.*
- 140 *Maioratus institutus in testamento redditur irrevocabilis per donationem ob causam matrimonij.*
- 141 *Legatum in vita donatum irrevocabile redditur.*
- 142 *Legati onus adimplere legatarius non tenetur, si in vita donatio rei legata sit facta, quia ex causa donationis rem habet, non ex causa legati.*
- 143 *Maioratus in testamento institutus irrevocabilis redditur ex traditione à fundatore facta.*
- 144 *Vocatio unius post alium, alium vocatum præsupponit, & 145.*
- 146 *Vocatus in donatione referente testamentum, ex donatione potius, quam ex testamento relato vocatus videtur.*

147 Ar-

- 147 *Argumentum de ultimis voluntatibus ad contractus an valeat.*
- 149 *Vocatio enuntiativa non disposita in donatione non tribuit vocato jus irrevocabile.*
- 150 *Donatio irrevocabilis facta quoad unum manet revocabilis quoad alios, quos causa irrevocabilitatis non comprehendit.*
- 151 *Vocationes maioratus sunt inter se distinctæ, & possunt esse diversæ naturæ, revocabiles aliæ, aliæ irrevocabiles, validæ, & invalidæ, & 152.*
- 153 *Donatio pluribus facta potest esse quoad unum revocabilis, quoad alium irrevocabilis.*
- 154 *Vocationes maioratus quando sunt diversæ naturæ, nec sub una ratione comprehenduntur, non potest dici, vocati unius acceptatione maioratum quoad omnes esse irrevocabilem.*
- 155 *Secus quando licet sint diversæ speciei, sunt tamen ejusdem naturæ, quia tunc acceptatione unius, omnes vocati acquirunt jus irrevocabile, & 156.*
- 157 *Maioratus invalidus ex aliqua causa quoad primum vocatū, quoad omnes non valet.*
- 158 *Conditio maioratus defecta in persona primi quoad alios defecta videtur.*
- 159 *Maioratus in testamento institutus, si fiat irrevocabilis quoad unum vocatum, non ideo irrevocabilis est quoad alios.*
- 160 *Maioratum à se institutum revocans in parte, in cætero confirmare videtur.*
- 161 *Maioratus ex traditione partis irrevocabilis in non traditis revocatus censetur.*
- 162 *Maioratus revocabiliter instituti traditio in vita facta quando eum reddat irrevocabilem.*
- 163 *Pactum relatam ad rem ex sua natura variabilem, non alterat commutabilitatem provenientem ex natura rei.*

- tura rei.*
- 164 *Clausula constituti, & reservationis usufructus assumunt naturam contractus cui adhærent.*
- 165 *Donatio conditionalis conditione non impleta resolvitur, etiam si habeat clausulam constituti.*
- 166 *Donatio conditionalis cum clausula ex nunc prout ex tunc, an faciat conditionem impletam?*
- 167 *Maioratus ob causam matrimonij institutus an quoad ingratum revocari, & quando possit.*
- 168 *Maioratus ob ingratitudinem in fraudem suppositam ab institutore, non potest revocari.*
- 169 *Injuria post mortem facta reddit legatarium indignum, & fiscus capit legatum.*
- 170 *L. Si inimicitie in princ. & S. ult. de his quib. ut indign. explicatur.*
- 171 *Maioratus testamento universaliter hæredis institutus quomodo ingratitudine revocetur.*
- Hæreditas ingratitudine non videtur, revocata. Ibid.*
- 172 *Fideicommissum ingratitudine revocatur ipso jure, legatum doli exceptione.*
- 173 *Maioratus in filium institutus qui postea exhæredatus est, an videatur revocatus.*
- 174 *Et quid in melioratione 3. & 5. jure maioratus relicta.*
- 175 *Maioratus bona indivisibilia sunt.*
- 176 *Melioratio 3. & 5. an sit quota bonorum, vel hæreditatis.*

Num. 2. 3. &amp; 4.

**C**omprobat P. Petr. de Jesus Maria Sufficientia Concion. tract. 7. conclus. 7. Unio hæc Verbi divini cum humanitate non fuit in natura, sed in persona, quam conclusionem late exponit.

Bijij

Num.

## Num. 5. &amp; seqq.

- 2 Iridem Suarez *lib. 1. de Grat. c. 19. num. 5.* Ripalda *de Ente supernat. tom. 2. lib. 6. disp. fin. sect. 13.* contra Lorcam *tom. 2. 1. 2. dist. 40.* & alij referendi.

## Num. 7. &amp; seqq.

- 3 Ad quam ne in messem alienam falcem mittam, vide P. Petr. de Jesus Maria *Suffic. Concion. tract. 5. conclus. 36. de Contrarietate Gratiae cum peccato.* P. Suarez *lib. 7. de Gratia c. 12. n. 3.* Azor *tom. 1. lib. 4. cap. 24. q. 4.* Vasquez *itidem 1. 2. dist. 91. cap. 1.* Torres *2. 2. dist. 72. dub. 4. & opposit. 6. dist. 2. dub. 1.* Granado *controv. 8. de Gratia tract. 8. dist. 4.* Aragon. *2. 2. art. 10. circa 5. conclusionem,* Mæratius *tract. de Gratia disp. 9.* Ripalda *dict. tom. 2. ubi supr. sect. 14. & seqq.* ubi sententias refert.

- 4 Ad alteram quaestionem quæ hic traditis incidit, an innocens, Iustus, Beatus possit æternis pœnis addici, videndi Suarez *lib. 1. de Angel. cap. 9. num. 5.* P. Vasquez *1. p. disp. 182. n. 7.* Tanner. *1. disp. 5. q. 1. num. 15.* P. Ripalda *tom. 3. lib. 1. de Stat. naturæ innocentis disp. 12, sect. 13.* ubi locus Sæcti Patris Marci Eremitæ Senioris *Homil. 15.* ubi ait: *Deus sui juris est, & quod vult facit, ita ut si visum sit ei, potentiam suam possit mittere justos in gehennam, peccatores autem in Regnū Cælorum, licet hoc minimè velit nec ei gratum sit.* Videndus Ripald. latè explicans, & clariùs P. Caramuel *Theolog. Mor. lib. 1. disp. 9.* impressa Lovan. ann. 1645.

- 5 Ubi an possit Deus hominem morte dånare sine causa. De terrena absolutè affirmat *n. 140. ex Joan. c. 9. initio.* De æterna agit *à num. 142.* ubi proponit quatuor Conclusiones. Prima: *Deus possit negare gloriæ lumen, & Beatitudinem supernaturalem.* Probat, quia quam gloriam gratis daret, etiam gra-

tis negare, aut adimire posset. Nec possit dici negare præmium meritis, quia agimus ex hypothesi præcidete ab omni promissione, & peccato.

Secūda: *Deus possit addicere pro libito quemcumque æternis cruciatibus.* 7 Probat ex absoluto Dei dominio, ut & Ripald. supra, & alij. Vel sic: ergo & cruciatibus æternis addicere.

Antecedens probat ex ipsa Dei potentia, quæ nos creavit liberè, & nos liberè etiam conservat; potest igitur nos non conservare, quod formalitèr annihilatio est. Cõsequens probatur: clemens sententiæ moderatio est pœna minori condemnare illum quem possumus delere; atqui Deus omnes homines potest delere: ergo & affligere malo minori: sed cruciari doloribus minus est quàm annihilare: ergo & hæc sententia Augustini Scholæ convenit: D. Bernardus durum ait, damnationem æternam annihilationi præponi.

Tertia: *Non posset Deus facere ut angeretur animus conscientie verme, reatus memoria, criminis turpitudine.* 8

Ultima: *Non posset Deus hominem aliquem, vel minima pœna damnare sine causa.* 9 Ratio, quia pœna, & præmiū respiciunt culpam, & meritum, ut necessaria connotata: ergo sicut non potest Deus facere patrem sine filio, nec totum sine partibus, &c. sic similiter nec poterit innocentem punire, nec reum præmio donare.

Hæc de potestate Dei dicta sint. 10 Voluntas autem Dei, ut ex communi Ecclesiæ traditione docemur, Reprobos statim ac vita excedunt ad infernum ducit, Justos ad Beatitudinem, *Matth. 25. & 6. Sap. 5.* Pœna autem sicut & præmium æterna erit, ex ratione *Aug. 13. de Trinit. cap. 8.* ibi: *Nulla modo potest esse veracitèr beata, nisi fuerit perpetua.* Ex quo sequitur Beatitudinem semel donatam nunquam cessare, quod & assertum sic; nec pœnam, quod & assertum Petr. *Festivar lectio. 3. c. 11. n. 28.* & Ovid.

Nec

*Nec mortis pœnas mors altera finiet hujus,*

*Horæque erit tanti ultima nulla mali.*

Et Senec. *Epist. 82.* descriptus est carcer infernus, & perpetua nocte oprefsa regio.

- 12 Liceat aliquãdiu in re pijsima immorari; & ne desit utilitas practica ad instituti materiam, hic accõmodanda sunt. Poterat dubitari an exclusus omnino à maioratùs successione aliquando possit admitti: in qua quæstione duos resolvì posse non dubito. Prima, an exclusus semel, denuò admitti possit exclusionis causa cessante.

- 13 Secunda, an omnino exclusi, deficiētibus omnibus consanguineis, admitti possint, de qua alibi latè sermonem institui cap. 6. hujus 1. p. De prima agit A. per varias species pluribus locis, maximè *3. p. cap. 3. num. 29. & cap. 4.* Addendū etiam D. Molin. *lib. 1. cap. 6. num. 23.* ubi docet ob maioratùs perpetuitatem semper præsumi exclusionem temporalem potiùs quàm perpetuam; & idem probat *lib. 3. cap. 5. n. 72. & cap. 10.* Adde D. Castill. *lib. 5. cap. 91.* D. Vela *dissert. 49. à num. 37.* Giurb. *de Success. feud. §. 2. gloss. 6. à num. 11.* Barbof. *vol. 126. à num. 137. & 141.* Cyriac. *controv. 174. & 223. & 283.*

- 14 Nec omittenda est quæstio difficilis, quæ maximè dictis aptatur, de incompatibilitate inter potestatem, & voluntatem; dixit Auctoꝝ supra in Introductione *num. 54.* ad cujusvis aetùs validitatem esse necesse voluntatem, & potestatem simul concurrere; nūc dubito quid si se invicem opponant? & cum incertum sit nec voluntatem solam, nec potestatem sufficere, ut etiam probat Cyriac. *controv. 284. num. 94.* sequitur, quod quando se opponūt invicem nihil agitur *L. Nihil interf. 6. C. Si quis alteri, vel sibi, ita: Empti actionem nec illi, nec tibi quæstis, dum tibi non vis, nec illi potest. L. 3. C. de Contract. & Comit. Stipul. cap. Super, Abbatia 23. de offic. deleg.*

ibi: *Voluntate, ac potestate sibi mutuo adversantibus cum noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiverit.* Et ibi gloss. lit. L. ait: *Nota, quod posse, & velle contraria sunt, ut hic, nec valet quod valere potest, quia illud non vult, nec valet illud quod vult, quia illud non potest.* Simon Barbof. *Axiom. lit. q. num. 23.* August. Barbof. *axiom. 196. num. 13.* Cardin. Tuschus *lit. B. conclus. 133.* Gratian. *cap. 809. num. 12.* itid. Barbof. *in Collect. in d. cap. sup. Abbat.* ubi alios referunt, D. Castillo referendus.

Hinc intelligendus est textus in *L. 16 27. Taur. hodie L. 11. tit. 6. lib. 5. re-cop.* in quaestione difficili, & quotidiana: an scilicet si testator formam in substitutionibus juxta legem non servaverit, melioratio ad formam, & ordinem in lege præscriptum reducenda sit, vel tantum sustineatur in substitutionibus factis servata forma legis, ita ut in ultimo utiliter vocato bona maneant libera, & nullo restitutionis onere obnoxia?

In his terminis accidit quæstio in Granatensì prætorio, quæ nondum ultima sententia terminata est. Dubitatur in institutione quadam meliorationis tertij, & quinti facta à Beatrice Carrillo uxore quondam Domini de Zuheros, in qua post institutas filias ad successionem vocavit earum filium maiorem primogenitum, & ejus descendentes primogenitos, postmodum filias, & eorum descendentes cum eadem qualitate, & his extinctis, vocavit filium suum maiorem masculum, & similiter ejus descendentes, & denique ultimo loco vocavit filios ex fratre Didacum secundogenitū, Martinum tertio genitū, & alios; & dehinc transitum fecit ad extraneos, instituitque liberè in iisdem bonis Cænobium Sanctissimæ Trinitatis Cordubensis.

Ecce cum testatrix in favorem Conventus disposuisset in defectum vocatorum; contingit dubitari, an transverfales alij fundatricis præferri de-

debeant in bonis ex vocatione supplēda per Legem Tauri, an ipsum Monasterium à fundatrice institutum, vel denique de iisdem bonis ultimus possessor, qui descendens erat instituentis, liberè disponere poterit?

18 Et pro parte Monasterij facit expressa testantis voluntas, quæ nec opponi videtur dispositioni Legis 27. Tauri; imò cum ea conformis est; cum enim ibi dispositum sit post ascendentes, & descendentes esse vocādos transversales, non tamen præcisè omnes vocandi sunt, quod manifestè apparet ex finalibus legis verbis, ubi permittitur parentibus, qui meliorationem instituunt, eam temporalem instituere, ibi: *Los quales dichos vinculos, y sumisiones, ora se hagan en el dicho tercio de mejora, ora en el quinto, mandamos, que valan para siem pre, o por el tiempo que el testador declarar, sin hazer diferencia de quarta ni quinta generacion.* Quibus verbis manifestum est posse testatorem aliquos ex transversalibus vocare, & cæteros excludere, alioquin semper astrictus esset perpetuam dispositionem facere contra expressa legis verba.

19 Quod maximè procedit juxta eorum sententias, qui defendunt nondū natos, nec cognitos non esse præcisè vocandos ab institutore, quia etiam descendentes, qui eo tempore, quo testamentum fit, nati, aut concepti non sunt, non possunt testamentum impugnare. *L. Si quis filio exheredato, §. 1. ff. de injust. rupt.* quod in specie ad declarationem Leg. 27. tradunt Parlador. *in Sex quicent. q. 6. n. 3.* Mieres de Mayorat. 2. p. q. 6. num. 25. quem sequitur Azeved. *in L. 11. num. 43. tit. 6. lib. 5. recop. Censal ad Peregrinum, art. 29. fol. 170. vers. Tertius est casus, ibi: Quemadmodum nec qui nascuntur post mortem fundatoris impugnare possunt maioratus avi, vel proavi institutionē, ad quam nō fuerunt invitati, & præcisè essent vocandi si tempore fundationis nati fuissent. Quam*

sententiam licet quoad descendentes legitimos, vel illegitimos impugnet, & rectè D. Castillo *tóm. 5. Controv. c. 98. à num. 23.* in transversalibus autem eam posse sustineri non dubito, quia nulla necessitas eos instituēdi apud meliorantem, vel melioratos existit.

Quibus consequens est gravamen restitutionis impositum ad favorem Monasterij juxta L. 27. Tauri, rectè potuisse imponi juxta ejus verba, ibi: *Que le puedan poner el gravamen de restitucion, &c.* Pro parte autem Comitissæ de Alcaudete, quæ ut transversalis opponitur, potest etiam ponderari Lex Tauri, quæ absolutè jubet extraneos vocari non posse ommissis transversalibus, sed præcisè eos esse vocandos; quod comprobatur ex verbis ipsius Legis, ubi postquam substitutiones descendantium ascendentiumque fieri jubet, vocat expressè collaterales ante extraneos cum clausula annullativa aliter dispositi ibi: *T que de otra manera no puedan &c.*

In cujus comprobationem in eam 20 frequentius itum est sententiam, quam proposuit D. Castillo *lib. 2. Controv. cap. 7. à num. 14.* ubi docet, quòd si in melioratione à parente facta ordo legis servatus non sit, tunc reducenda est ad formam legis si jure vinculi, aut maioratus perpetui relicta sit; secus autem, si simpliciter, non jure maioratus sit relicta, quo casu non tota dispositio corruet, sed ea tantum quæ contra formam legis sit facta: quam distinctionem iterum comprobatur *lib. 5. cap. 98. à num. 7.* & ibi alios tradit, & præcipuè D. Paz de Tenuta *c. 34. à n. 42. & in L. 200. Styli, n. 145. & seqq.* addendus ipse D. Castell. *c. 100. num. 5.* Noguero. *alleg. 25. num. 100.* & ita intelligendi sunt Angulo *in L. 11. gloss. 4. num. 13.* Ayora de Partit. 2. p. cap. 43. Gutierr. *lib. 3. Practicar. q. 52. à n. 15.* qui in secundo membro distinctionis rectè loquuntur.

Et juxta hanc distinctionem semper

per manet exclusum Monasterium, si ve enim jure perpetui vinculi, si ve simpliciter melioratio facta sit, sua vocatio nulla est, & rejicienda ex D. Castillo sententia, quam latius comprobatur ubi supr. & D. Paz *in L. 200. Styli quest. 6. à num. 160.* Angul. *in d. L. 11. gloss. 4. à n. 13.*

22 Interesse id tamen existimo, quòd si maioratus sit ex tertio, & quinto institutus, vocatio, vel substitutio contra legē facta, non omnino annullabitur, sed suspensa manebit, donec deficientibus, succedent suo loco, & ordine quo à testatore vocati sunt, quia hoc perpetuitate maioratus magis conveniens est, & cum lege, & voluntate testantis conforme; & probatur arg. *L. Et si 3. §. fin. ff. de liber. & posth. L. Si filius 73. ff. de hered. inst. L. Ex facto 41. §. Lucius. ff. de vulg. L. 3. §. fin. cum leg. seq. ff. injust. rupt.* Aliàs si suo gradu inveniuntur exclusi, dispositionem, quam conservare intendunt, & ideo à priori gradu remonentur, vitiarent. *L. Posthumorum 13. ff. de injust. rupt.*

23 Si autem melioratio simpliciter facta sit, vel non jure maioratus perpetui, vocatio contra legem facta omnino nulla erit, ut DD. tradunt.

Et idem dicendum est quando ad conservationem maioratus non interest vocationem præposteram conservare, veluti si (ut in nostro casu) extranei vocati sint sine vinculo, nec gravamine maioratus, tunc enim nulla etiam erit substitutio veluti contra legem facta, nec prætextu maioratus perpetuitatis conservari potest. Et juxta prædicta intelligendus Angul. *in d. L. 11. gloss. 4. num. 13. vers. Sin autem testator,* quem refert D. Castillo *dict. cap. 98. num. 17.* D. Paz *in d. L. 200. Styl. à num. 150.* ubi quærit an gradus substitutionis invalidus statim nullus sit, an verò revocandus stantibus personis intermedijs exclusis, & revocabile esse, non verò statim esse

annullandum ait *ex d. L. 3. ff. injust. rupt. in pr. & vers. Ex his apparet.*

Sed nunc oportet inquirere an si 24 nostro casu maioratus perpetui institutionem factam esse, vel simplicis meliorationis fideicommissum temporale dicendum sit? & si ad substitutionum multiplicitem attēdamus, perpetuum maioratum inducere debemus ex traditis à D. Castillo *lib. 4. cap. 9. num. 27.* Noguero. *alleg. 25. n. 105.*

Maximè ex vocatione primogeniti 25 toties repetita. Alvarez Pegas *tóm. 1. Resol. For. cap. 4. n. 186.* Giurb. Molin. & alij quos ibi refert. Nec interest, quòd textatrix verbo maioratus, aut vinculi non fuerit usa, quia quoties dispositio ad conservandam familiam dirigitur, non obest, ut tenet Giurb. de Succ. feud. §. 1. gloss. 8. num. 22. & 23. Carpan. de Fideic. mascul. art. 1. inspect. 1. num. 67. & seqq. Menoch. *conf. 775 à num. 6. & conf. 1082. à num. 17.* Maldonad. *in Add. ad Molin. lib. 1. cap. 5. n. 23.* Pegas *n. 166.*

Et quòd in hoc casu dispositio facta sit ad conservandam familiam dubitari non debet; cum enim appareat expressa primogeniti testatricis exclusio cum prælatione filiarum, & in vocatione transversalium observaverit idem, vocando filios secundo, & tertiogenitum, & alios ex fratre filios, nulla de primogenito mentione facta, hoc ideo disposuisse ita credendum est, ne cum alio cōmixtus maioratus suus obumbraret memoriam, & familiam ejus, arg. *L. 7. tit. 7. lib. 5. recop. & quæ dicam ad Auct. 8. p. infra,* & alibi pluribus in locis, maximè 3. p. cap. 5. & 4. p. cap. 2.

Et data contemplatione familiæ, 27 non obest quòd textatrix speciales fecerit vocationes, quibus alioquin videretur successione restringere ad personas expressas, nec ultra eas extēdi, quam tenuere aliqui sententiam, quos refert D. Castillo *lib. 2. Controv. cap. 22. n. 59.* quibus addendi Gama *dec.*

dec. 206. num. 19. Jacob. Barret. *conf.* 134. num. 11. D. Paz de Tenut. *cap.* 85. num. 68. Bardel. *conf.* 45. Cyriac. *controv.* 281. num. 60. & est textus in L. *Qui solidum* 78. §. *Qui prædium*, ff. de leg. 2. ad quem vide D. Molin. *lib.* 1. *cap.* 4. num. 23. & *cap.* 8. n. 24.

Contraria enim sententia vera est, & eam comprobant latius ex Molin. & alijs D. Castillo ubi sup. *cap.* 22. à num. 60. *vers.* *Vides*, & *tom.* 6. *cap.* 163 §. *unic.* num. 3. ubi Garcia, Angulo, & alij, quibus adde D. Vela *dissert.* 49. num. 38. ad med. Horat. Barbat. *de fideicommiss.* p. 1. *cap.* 4. *insp.* 4. num. 59. Maldonad. in Molin. *lib.* 1. *cap.* 4. n. 33. ibi: *Quòd enumeratio specifica personarum, quamvis per modum taxationis successionem non restringat, sed solummodo tribuat nominatis prælationem.* D. Joan. del Castillo, & c. Et pro hac sententia etiam est textus in L. *Peto*, §. *Fratre*, ff. de leg. 2. L. *Cum ita*, §. *In fideicommiss.* ff. eod. adde Cyriac. *controv.* 511. & 521. D. Covar. in *cap.* 21. num. 5. de *Testam.* Marefcot. 1. *var.* *cap.* 45. & 99. & *lib.* 2. *var.* *cap.* 50. & *lib.* 3. *cap.* 12. August. Barbof. *vot.* 126. n. 167.

28 Denique nec defunt pro parte ultimi possessoris, & ejus hæredibus fundamenta, quibus probetur apud eum bona meliorationis libera remanere, cum enim nec transversalis succedere possit, cum non sit vocatus à testatrice, nec item Monasterium, cum à lege exclusum inveniatur, sequitur regula in principio supraposita, qua unus defectu voluntatis, alius potestatis defectu succedere non potest, consequenter bona libera apud ultimum juxta legem vocatum remanere debent, ut præter Ayoram, Gutierrezque supra relatos tenet expressè Angulus in *dict.* L. 11. *gloss.* 4. à num. 13. *vers.* *Sint autem testator*. vbi postquam resolutum relinquit, quòd quando testator præpotteravit ordinem legis, ut quia primo vocavit transversales quàm ascendentes, meliorationem ad formam legis re-

duci posse, quia omnes sunt vocati; ordo autem testatoris rejicietur tamquam impossibilis de jure.

Quærit inde quid si non præpotteratus sit ordo legis, sed expressè exclusi qui vocari debebant, ut quia vocavit consanguineos cum haberet ascendentes, vel extraneos transversalibus existentibus? in qua specie distinguit eam expressè exclusit testator, firmiter resolvit vinculum finiri in ultimo juxta legem vocato, & bona libera manere.

Quando verò omiserit, ita ait: *Posset non sine justa ratione dubitari, an personæ ejus gradus sint supplendæ, an verò tam illæ, quàm in ultimo loco expressè exclusæ vocatæ sint excludendæ? & videtur personas intermedias, quæ non fuerunt expressè exclusæ, supplendas, & admittendas, cum sine eis non possit deveniri ad ultiores vocatos, ut testator qui voluit ulteriora, censeatur etiam voluisse media, prout, qui vult consequens, videatur velle necessarium antecedens, L. 2. ff. de Jurisdic. omn. Judic. Sed contrarium videtur verius, ut in isto casu sit idem, quòd in superiori, quando intermedij fuerunt expressè exclusi ex illis rationibus, quas referemus supra gloss. fin. in illa questione, Utrum maioratus extendatur ultra personas expressas.*

Nec obstat D. Castell. & Noguero, qui eum sequitur *alleg.* 25. supra relato *numer.* 100. qui affirmant, quòd quando maioratus perpetuus ex melioratione 3. & 5. est institutus, tunc non solum, qui inveniuntur omisi, sed & penitus exclusi cõtra formam legis, sunt admittendi ad successionem maioratus, nec dispositionem finiri in ultimo ex vocatis secundum legis dispositionem, quòd quidem defendunt ex præsumpta voluntate testatoris, quia potius maioratus durare præsumendum est, quàm finiri in ultimo utiliter vocato, nam licet aliquos testator exclusit absolute, ita demum exclusisse videtur si maioratus durare, & conservari posset;posito autem quòd

aut

aut maioratus extinguatur, aut exclusi admittendi sint, præsumendum est velle, ut maioratus duret, eos admitti, quam eis exclusis, extinguatur.

32 Quæ ratio optima quidem & subtilis est; sed tamen ex eadem ratione dicendum est, quòd si testator in eo peccaverit contra formam legis, quòd aliquibus omisis, vel exclusis ad extraneos transferit, ut in hac proposita à nobis specie, verius dicendum iudico maioratum extinguatur in ultimo ex vocatis, nec ad extraneos transire cõtra dispositionem legis, nec ad omisos contra voluntatem testatoris, quòd ea ratione manifestum est, cum enim testator, eo ipso quòd vocabit extraneos, recedat à vinculo, & à contemplatione familiæ, maximè si expresserit, ut extraneus libere in dictis bonis succedat; (quia si ob defectum consanguineorum, qui tunc nati sint, extraneos sub eodem vinculo vocaberit, quòd manifestum erit, si vocatio sit sub gravamine nominis, & armorum testantis, aliud dicendum est) & consequenter præsumpta testatoris voluntas conservandi fideicommissum in familia locum habere non possit, cum ad sit contraria expressa voluntas. D. Solorzano *de Indiar. lur.* tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 22. num. 29. & alij vulgariter; coniequens est, ut quamvis concedatur in hoc casu testatricem voluisse maioratum instituere, non tamen potest ea conjectura ultra extendere dispositionem, ut contra voluntatem testatricis maioratus ultra personas vocatas duret, & conservetur, quòd licet à nemine tractum viderim, verissimè iudico.

33 Quæ in specie nostri casus ex abundantia dicta sint, nam serie dispositionis considerata, non videtur testatricem voluisse maioratum perpetuum instituere, sed tantum fideicommissum temporale restrictum ad personas vocatas, quòd juxta Legem Tauri rectè potuit instituere, nec tenebatur transversales vocare, ut expressè sentit

D. Castillo *lib.* 2. *Controv.* *cap.* 22. à num. 54.

Et quòd ex simplici melioratione sine nomine vinculi, aut maioratus, etiam si verba perpetuitatem denotantia adjecta sint, & prohibitio alienationis, & aliæ substitutionis, non inducatur maioratus perpetuus; sed restrictus ad personas, & gradus expressos. Tenet idem D. Castell. *dict.* *cap.* 22. à num. 44. & *lib.* 4. *cap.* 9. num. 10. *lib.* 5. *tom.* 6. *cap.* 143. à n. 31. & 42. ubi P. Molin. Angul. Azeved. Garcia, & alij, quibus adde Gomez, Bayo 3. p. *Prax.* *lib.* 2. *quest.* 6. *per totam.* Videndus Angul. in d. L. 11. *gloss.* 11. num. 4. & 5. cujus verba refert D. Castillo d. c. 143. num. 32.

Nec obstat quòd ex pluribus gradibus substitutionum induci videatur maioratus perpetuus, ut tradit Noguero, ex D. Castillo *alleg.* 25. *cit.* num. 105. quòd licet non probet locus ex Castillo *cap.* 93. §. 4. num. 8. ita tamen id intelligendum est, si dispositio nomine vinculi, aut maioratus facta sit, quò in casu loquitur Noguero, dispositio enim simpliciter facta, etià si multiplicis gradus substitutiones habeat, perpetua non erit, sed ad vocatos restricta, nisi aliæ conjecturæ inducentes perpetuitatem adsint hæc enim sola ad eam inducendam non est sufficiens, juxta ea quæ tradit D. Molin. *lib.* 1. *cap.* 5. num. 38. ubi add. D. Castell. *lib.* 5. *cap.* 93. §. 4. num. 9. *vers.* *Quidquid*, Fragos. *de Regim.* 3. p. *disp.* §. num. D. Franc. Hier. Leo *dec.* 60. n. 28. Bayo *dict.* q. 6. *supra* num. 10. Peregri. *de Fideicommiss.* *art.* 29. à n. 27. ubi requirit substitutiones indefinitas ad favorem familiæ factas, ut conjecturæ locus sit; & *enfal* *ibid.* *fol.* videndus, *vers.* *Quintus est casus*. Fufar. *de Substit.* q. 480. num. 55. & 56. & *conf.* 17. num. 77. ubi ab hac opinione non esse recedendum: Mar. Cutel. *tom.* 1. *dec.* 28. num. 54. ubi hanc conjecturam communiter esse rejectam ait, & num. 53. contra eam pluries ju-

C

di.

dicatum, quod & ita in suo casu decisum refert Gomez. Bayo *sup.*

36 Idemque dicendum est de secunda conjectura ex primogeniti vocatione desumpta, quia intelligendum est dummodo vocatio primogeniti absolute concepta sit, & indefinite pronuntietur, nec ad certum filium referatur, sed absolute vocatus sit *primogenitus familiae*, velut maioratus deveniat ad primogenitos, in qua specie certum est induci perpetuum primogenitum familiae, ut tenet D. Molin. cum hoc temperamento *dict. cap. 5. à num. 18.* aliter dicendum quando verbum *primogenitus, vel filius maior* stat taxativè relatum ad personarum vocatarum filios, arg. *L. Cum pater 77. §. Hereditatem ibi filijs suis ff. deleg. 2. Menoch. cons. 106. numer. 14. & 279. Cutel. dec. 40. num. 77. Hieron. Leo dec. 60. num. 42. vers. Non etiam procedit. Azeved. cons. 18. num. 2. Add. ad Molin. ubi *sup. num. 22.* D. Castillo *dict. cap. 143. numer. 40.* Azevedus in *rub. tit. 7. lib. 5. recop. Sesse dec. 372. n. 62. & seqq.* quæ distinctio probatur ex textu in *L. Plures gradus 98. ff. deleg. 3. L. Legatorum 33. §. Si plures 1. ff. deleg. 3. L. Quæ conditio 39. ff. de cod. & dem. L. fin. Cod. de verb. sign. ibi: Nulla speciali adjectione super quibusdam certis personis facta, &c. L. Liberatorum 220. ff. eod. L. In omnib. 68. ff. de reg. jur.**

37 Et in hoc casu quælibet verba perpetuitatem denotantia etiam ad vocatos restringuntur, nec ultra vires suas extenduntur. *L. Id vestimentum 25. ff. de pecul. L. Debitor 32. ff. de pignorb. & tenent Add. ad Molin. dict. lib. 1. cap. 5. num. 33. & numer. 7. Garcia de Nobil. gloss. 1. §. 1. num. 29. P. Molin. de Inst. & Jur. tom. 2. disp. 588. num. 4. Azeved. cons. 15. in princ. D. Castillo dict. lib. 2. cap. 22. num. 47. & seqq. & cap. 143. num. 41. Tondut. quæst. Civil. 130. num. 9. Rovit. cons. 97. num. 9 lib. 1. Petr. Surd. cons. 554. n. 38. lib. 4. Cyriac. controuv. 281. à num. 47. Marta*

*Succ. leg. p. 4. q. 21. art. 4. numer. 14. Eleganter Marute disquisit. legal. 12. 38* ubi agens de perpetuitate maioratus ait: quod quando maioratus simpliciter instituitur, & postea aliqui vocantur per speciales vocationes, maioratus non restringitur; quando autem aliquibus bona relinquuntur, ut possideant bona indivisibilia, & inalienabilia, etiam sub nomine vinculi, & maioratus, tunc vocatio specialis per generale verbum *Maioratus* non ampliatur, & *num. 24.* ait, quod quamvis testator dicat quod vocati succedant jure maioratus *para siempre jamas*, ea verba restringuntur ad vocatos. Menoch. *cons. 233.*

Et juxta eandem sententiam, & distinctionem intelliguntur textus in *L. Peto 69. §. Fratres ff. deleg. 2. l. um. L. Qui Solidum 78. §. Prædium 3. ff. deleg. 2. L. Cum pater 77. §. Libertis 27. ff. eod. L. Pater filius 38. §. Fundum 3. & §. Iulius Agrippa 4. ff. deleg. 3. L. Lucius 93. ff. eod. Auth. de Restit. fideic. §. Nos igitur, col. 9. qui de prohibitione alienationis loquuntur, & ita distingunt D. Molin. & Add. *dict. cap. 5. n. 7.* D. Castillo, Gomez, Bayo, Tonduto, & alij supra relati quibus adde Marefcot. *lib. 2. var. cap. 103. Tondut. lib. 2. supr. citat. q. 47. Jul. Capon. tom. 4. discept. 271.* ubi ad quas personas, & casus extendatur prohibitio.*

Nec item obstat consideratio à nobis facta ex vocatione secundogenitorum, & omissione primogeniti filij testatricis, & filij ejus ex fratre, nam quamvis profiteamur ex ea induci familiae contemplationem, & conservationem maioratus sine alterius mixtione, hoc tamen etiam similiter intelligi debet limitatum ad personas vocatas; præterquam quod potuit moveri testatrix, alia de causa, ad exclusionem filij maioris, qui alium maioratum haberet; quod scilicet provideretur alijs filijs, qui non habebant unde se alerent, ut ait latius Auct. *dict. p. 3. cap. 5. à num. 9. & 4. p. cap. 2. à n. 17. quæ*

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 1. C. 2. 27

quæ causa cum persona vocatorum extinguitur ex traditis ab *A. 8. p. cap. 4. num. 25. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 24. D. Solorzano lib. 3. Polit. cap. 13. fol. 336. Covar. cap. 8. §. 6. à num. 24. de Matrim.*

41 His præhabitis, manifesta quæstionis difficultas apparet; sive enim ad vocatum expressè Conventum Religiosorum attendamus, à lege eum exclusum invenimus: si ad Comitissam de Alcaudete, transversalem fundatricis, etiam eam exclusam esse defectu voluntatis testantis nemo negavit: si ad ultimi hæredes possessoris, idem dicendum videtur, quia eadem ratione, qua ex vocatione Cænobij transversalis excluditur, hæres ultimi possessoris excludendus est; noluit enim testatrix libera bona relinquere apud ultimum successorem, quando alium post eum vocavit, unde, cum & transversalis, & ultimi possessoris hæres defectu voluntatis exclusi sint, & Monasterium defectu potestatis; succedit regula ex textu in *cap. Cum super Abba 23. de offic. deleg. ibi: Potestate, & voluntate sibi invicem aduersantibus, cum noluerit quod potuerit, & quod voluit adimplere nequerit.*

42 Æquius tamen judico in tertio præferendum esse ultimum possessorem, in quinto autem Religiosos Sanctissimæ Trinitatis. Moveor, quia in quinto parentes liberam habent dispositionem: nec obstat quod ratione unionis non debet quantum à tertio separari ex *D. Castillho cap. 100. & A. sup. b. part. cap. 1. & alijs ibidem relatis num. 59.* quia hæc unio dissoluta fuit in vocatione Religiosorum, & eatenus durat, quatenus maioratus ex *sup. dictis. Mieres 3. p. quæst. 8. num. 19.* in tertio autem ideo ultimus possessor præferendus est, quia ex descendibus testatoris est, & ut diximus cum *A. dict. cap. 1. num. 56.* tertium respectu transversalium, & aliorum præter filios, est legitima eorum, & quævis gravari non posset ex *L. Fori 9*

*tit. 5. lib. 3. Lege tamen 27. Tauri facultas parentibus data substitutiones, & gravamina apponet juxta formam legis, aliter nullæ sunt, quia ex illis verbis: T que de otra manera no pueda: efficacissimè contrarium factum prohibetur, ut per Iasonem in L. Non dubium num. 60. Cod. de Legib. Baeza de Non melior. c. 35. n. 5. ubi alij.*

43 Nemo autem negare potest hanc prohibitionem in favorem filiorum, & eorum contemplationem esse factam, consequenterque bona apud eos remanere debere. *L. Si legatarius, Cod. delegat. L. 2. §. fin. & ibi Bart. ff. de Coll. bonor. Iason in L. Servo, §. Si testator num. 4. ff. deleg. 1. Baeza ubi supra cap. 36. num. 8. & 9. & probatur expressè d. L. 27. illis verbis: T que de otra manera no puedan poner gravamen alguno, ni condicion en el dicho tercio: liberum ergo & sine vinculo tertium remanebit: ergo apud descendentes, quorum legitima judicatur, & juxta hanc sententiam in sententia visionis decisum. Et pro hac etiam judicavit Illustrissim. D. Ferdinandus Franciscus de Zafra & Galindo, Dominus de Castril, cum gradum advocati suscipere non recusasset, quando dignitatem Comitissæ suscipere conabatur à magnificentia Regia. Heu quales dignitates cumulare studuit! Ita igitur judicabit quæ die 10. Februarij anni 1681. in munus advocati receptus est.*

Sed in sententia Revisionis pro ultimi possessoris hærede decisum est in possessione cum fructibus, tam in tertio, quam in quinto, invenitur enim verus, & legitimus, tuendus possessor, & omnia quæ dicta sunt in proprietate, disquiri debent, & ad iudicium reservari, nam ultima possessio attendenda est. *Mieres de Maiorat. 3. p. q. 6. num. 96.* nec attendi debet ad possessionem datam Monasterio sine præjudicio tertij ex traditis ab Auctore *5. p. c. 5. n. 2. & seqq. & doctrinam Mieres amplius docet A. p. 6. c. 1. n. 28. & 29.*

Et pro lege potius esse pronuntiandum, quam pro voluntate disponentis contra legem. Optimè ad rem vide Ant. Fabr. de *Error. pragm. decad.* 15. error. 7. circa princip. & vide etiam dicta num. 31. & 32.

## Num. 30. &amp; 31.

44 Adde Donel. & Ossuald. lib. 8. Com. cap. 17. lit. C. & D. Molin. lib. 1. cap. 9. à num. 38. Covar. in cap. 16. de Testam. à num. 8. Gomez lib. 1. var. cap. 12. à num. 56. Dian. tom. 6. resol. 134. tract. 7. Lara de *Anivers.* lib. 1. cap. 11. à num. 21. ubi de legato propter inimicitias revocato agunt.

45 Legatum, hæreditas, vel donatio plerumque ob merita alicui relinquuntur. L. 9. ff. pro facio, inde honoris loco habetur, aliquid alicujus testamento relinqui. L. 3. §. 1. ff. de leg. præst. L. Divus, §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. vide Brisson lib. 4. Select. cap. 19. Donel. lib. 6. Com. cap. 19. ubi Ossuald. lit. A. & dilectio vocatur ipsa institutio. L. 4. ff. de confirm. tutor. L. 58. §. 1. ff. de hæ. inst.

Inde est quod legatum, donationes causa mortis per inimicitias capitales revocatæ videantur d. L. 3. in fin. cum alijs, ff. de adim. leg. Nec enim potest meritum cum ingratitudine sustineri.

46 Inde est quod hæredis institutio contumeliosis verbis facta non valeat. L. 9. §. 8. ff. de hæ. instituend. & quidem odio scribentis si ei, quem honore afficere demonstrat, contumeliam inferat. L. Turpia legata, ff. deleg. 1. Tusch. lit. L. conclus. 48.

47 Nec obstat L. His verbis 41. §. 1. ff. de hæ. inst. ubi illa institutio valet: filius meus impiissimus male de me meritis hæres esto. L. 10. tit. 3. p. 6. ubi idem in qualibet extranei institutione disponitur.

48 Nam dicendum est in filio eam institutionem ita conceptam valere, quia amor patris etiam ex atrocissima injuria non deficit, quia maior est,

quam injuria esse possit; ut videmus filios parricidio suspectos, & a parentibus honoratos. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 9. ubi de Tulio ait: Dominum omnium esse voluit, quem genuerat hæredem instituens, non quem fuerat expertus. Vide L. 4. ff. de inof. testam.

In extraneis autem tunc institutio 49 similis sustinetur quando appellatio hæredis nomine proprio præcedit contumeliam, quia rejecta ea manet institutio. Larriateg. lib. 7. Select. cap. 7. num. 12. Si verò in hæredis instituti injuria, non in genere propositam, sed specialiter demonstratam contumeliam institutio facta sit, non valet. L. 10. dict. tit. 3. p. 6. Adde Spin. in Specul. testam. gloss. 20. à num. 22. Genoa Leg. Concil. fol. 257. ubi de interpretatione L. 9. pro soc. cum L. Quoties. §. Si quis nomen, ff. de hæ. inst. Gomez 1. var. cap. 2. num. 6. & 7. & cap. 9. n. 7. Vacon Declar. lib. 4. declar. 124. & seqq. Forner. 1. Select. cap. 19. & alij, apud Ossuald. ad Donel. lib. 6. cap. 19. in princ. videndus Alvarado de Conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. à n. 52. ubi docte loquitur.

## Num. 33. &amp; seqq.

Præcis de Interpret. ult. vol. lib. 1. in 50 terp. 2. dub. 2. solut. 4. num. 28. Antunez de Don. Reg. 3. p. tom. 2. cap. 31. n. 83. ubi alij: vide Baltas. Thom. tract. 8. de Primog. tit. 25. cap. 8. ubi hæc, quæ Auctor tradit, per discursum capitis explicite tractat.

## Num. 37.

Garcia de Expens. cap. 16. num. 37. 54 Antunez de Don. 2. p. cap. 3. num. 44 & seqq. Maldonado in add. ad Molin. lib. 1. c. 9. in rub.

## Num. 38. ad 41.

Quæ jure sanguinis deferuntur, ab 52 ultimo possessore non capiuntur. L. 3. ff.

ff. de in ted. & rel. L. Si argator, ff. de adopt. & ideo ejus exhæredatio inutilis est: d. L. Si arrogator. L. Cohæredi, §. Cum filijs, ff. deleg. 1. Costa ubi sup. ab A. relat. Pinel. & alij, ab Alvar. Bæz. de Jur. emph. lib. 1. q. 45. relati. Adde di D. Castillo cap. 161. tom. 6. Aillon. ad Gomez 1. var. cap. 11. numer. 38. Giurb. de Succ. feud. §. 2. gloss. 8. à num. 22.

## Num. 41.

53 Mieres itidem num. 44. & 49. Antunez 3. p. cap. 31. numer. 70. & seqq. & an hoc casu transeat maioratus in sequentem successorem, vel per tempus vitæ delinquentis conficeretur? Transire affirmat idem Antunez n. 72. eum Barbof. in L. Si ab hostibus. §. fin. num. 20. ff. sol. matr. D. Castillo dict. cap. 161. num. 14. Sanchez lib. 4. Conf. cap. 1. dub. 39. addendi D. Greg. in L. 13. tit. 7. p. 6. gloss. 12. Alfar. de Offic. fisc. gloss. 20. §. 1. num. 40. & seqq. & q. 34. §. 7. à num. 159. Marinis lib. 1. cap. 151. ubi quando occidens occisi successione privetur.

## Num. 42.

54 Peralt. apud Molin. d. cap. 9. num. 3. & ibi Add. cum D. Castillo, P. Molin. & alijs, & itidem D. Castillo dict. cap. 165. num. 8. & Add. ubi sup. num. 58. Mieres itidem d. quæst. illat. 2. n. 27.

## Num. 43.

Vide num. 49.

## Num. 44.

55 Simon de Præc. de Interp. ult. vol. lib. 1. interp. 2. dub. 2. sol. 4. num. 28. in fin. Fontanel. de Pact. nupt. 4. clausul. gloss. 9. p. 5. num. 169. & vide supra n. 85 & 86.

## Num. 45.

Gloss. in L. Si quis ad Trebel. verb. 56 Specialiter. Romanus cons. 458. Præcis ubi sup. num. 10. Patr. Caramuel in Logic. Moral. prodrom. numer. 255. not. 3. Burg. de Paz quæst. Civil. 3. numer. 29. Hodierna dec. 44. Surdi, Mart. Success. leg. 4. p. q. art. 7. Baron. de Effect. inimic. effect. 40. à n. 1. Pegas ad Ordin. Portug. proæm. gl. 53. n. 13.

Nec requiritur in hoc casu ut odium nascatur ex gravi offensa, vel inimicitia capitali, nam, ut odiosus in vocatione generali comprehendendi non dicatur, sufficit esse odiosus, etiam ob levem offensam. L. Lucius Titius, §. Lucius damam, ff. deleg. 2. L. Testamento Centurio, ff. de manum. testam. cum alijs si vocatus esset specialiter quis, graves inimicitias requirantur, ut censetur non vocatus, ut dixit A. quam differentiam agnovit Post. Raph. cum Sozin. cons. 37. col. 2. lib. 3. & Bald. in L. Athletæ. §. Dat remissionem de excusator. Sim. de Præc. dict. fol. 4. n. 13. vers. Hæc autem differunt.

Hinc specialiter exclusi præsumuntur, de quibus si interrogatus fuisset, testatoreos excluderet. Dict. L. Lucius 88. §. Lucius 11. ff. deleg. 2. d. L. Testamento Centurio de manum. test. L. Cohæred. 41. §. Qui patrem, ff. de vulgar. Alex. cons. 231. num. 4. Sozin. cons. 37. et. num. 6. D. Molin. dict. cap. 9. n. 12. Caramuel ubi sup.

Addendi Theod. alleg. 61. num. 42. Censal. ad Peregrin. art. 30. fol. 205. & art. 16. fol. 33. Jul. Capon. tom. 3. discept. c. 149. n. 39.

## Eod. Num. vers. Ampliatur sexto.

D. Ferdinand. Matut. disquis. leg. 4. 59 num. 27. & disq. 16. num. 19. & probat L. Hominem, ff. mandati, L. Cum quis 38. in princ. ff. de solut. ibi: Si in eodem

*statu maneat, quo fuit*: Mieres hic citatus *num. 121. ubi de inimico, & n. 122. ubi de odiofo, & 126. & à num. 130. ubi limitat nisi verifimilis adfit & præfumta reconciliatio; & idem iterum 2. p. initio num. 342. Simon de Prætiſ dict. fol. 4. num. 10. ubi de fideicommiſſo mafculino.*

## Num. 46.

Jul. Capon. *tom. 3. difceptatione 139. num. 38. poſt hæc viſus.*

- 60 Per ſtatus mutationem facultas data ad eligendum extinguitur *dict. L. Hominem, ff. mandat. dict. L. 38. ff. de ſolut. de cujus interpretatione agunt Genoa Legum Concil. fol. 575. Pazius cent. 3. q. 93. ubi de cujus antinomia cum L. 56. Cum qui, §. Qui ſibi, ff. de verb. oblig. Gironda de Prærogis q. 122. num. 670. Antunez 3. p. de Don. Reg. cap. 31. num. 65. Cancer 1. var. cap. 6. num. 141. Steph Gratian. *tom. 1. difcept. cap. 5. Gomez in L. 14. Taur. num. 17. itidem Antunez dict. cap. 31. num. 10. ubi de eo qui cum uxore defuncti coivit, vel ſore, vel matre. Simon de Prætiſ dict. fol. 4. numer. 28.**
- 62 ubi idem ait, etiam ſi teſtator ignoret, quia inimicitia quæ oritur inter vivos, & poſt mortem detegitur, ſimilis eſt poſthumo, qui rumpit teſtamētum. *Bald. conſ. 446. lib. 2.*

- 63 An autem electio ante cōmiſſam ingratiſtudinem facta teneat, nec ex ea ſupervenienti irritetur. Ita videtur dicendum ex tradit. à Bart. *in L. 2. §. 2. ff. de opt. leg. Imol. in L. Abſenti de donat. ubi etiam Bart. Romanus cōſ. 116. num. 1. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 28. num. 35. Antunez 2. p. de Don. lib. 1. cap. 13. num. 34. qui tamen, in officio patri conceſſo cum facultate nominandi, electionem factam ante delictum improbat.*

- 64 Quod quidem ſuſtineri poſſet quando electio in fraudem facta eſſet, veluti ſi quis eligendi facultatem habens in tempus mortis, in vita elige-

ret. *D. Molin. lib. 2. cap. 4. numer. 22. ubi Add. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 18. num. 27. D. Salgado in Labyrinth. 2. p. cap. 15. n. 72. Donel. in L. Poſt mortem 12. Cod. de fideicommiſſ. n. 3. & 4. ſed antequam privetur per ſentētiā, facultate eligendi uti poſſe, tenet Mieres dict. 1. p. q. 48. numer. 242. ex cap. Cum in terra in fin. de elect. ergo recte valet electio ante delictum facta citra fraudem.*

Quod in tantum verum eſſe dici 65 mus, ut etiam ſi poſt condemnationem, & privationem officij dubitatum ſit, an poſſit uti eligendi facultate? & probatur poſſe ex textu in *L. Cum pater 77. §. Hereditatem el primo, ff. deleg. 2. ibi: Eligendi facultate non eſſe pœna peremptam placuit. L. ex factō 17. §. Si quis rogatus el tercero, ff. ad trebel. Contrarium tamen defendit Scip. Rovitus *tom. 2. conſ. 104. & ſeqq. ubi pro utraque parte fundamenta invenies. Addendus Montan. de Regal. cap. de Reg. in officijs, num. 53. con-*ducit etiam Mieres *1. p. de Maiorat. q. 26. num. 132. Dian. tom. 6. tract. 1. reſol. 34. & ſeqq. & reſol. 137. D. Valéz. conſ. 155. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 27. num. 1. & ſeqq. videndi D. Solorz. lib. 1. Polit. cap. 18. fol. 371. & 373.**

## Num. 47.

Adde Simon de Prætiſ *dict. lib. 1. interp. 2. dub. 2. ſol. 4. num. 12.*

Eademque ratione ſicut odioſus 66 teſtatori, & Principi eligi non poteſt, ita legibus odioſus nominari non valet, ut in electione ſpurij teſtatoris tenet Doct̄or Molin. *lib. 2. de Hiſpan. primog. cap. 4. num. 8. ubi add. Mieres de Maior. 1. p. q. 48. numer. 107. 100. 116. & 124. & 2. p. q. 2. num. 4. & q. 4. num. 23. Nogueſol alleg. 9. num. 69. ubi etiā in emphyteuſi Eccleſiaſtica. P. Dian. tom. 9. tract. 9. reſolut. 56. P. Sanchez lib. 4. Conſ. moral. cap. 3. dub. 28. & ſeq. Auct. infra cap. 6. num. 132. ubi plures alios refert, & numer. 131. ubi*

- 67 ubi an poſſit eligi ſpurius ipſius eligentis? Et affirmat cum Molin. & alijs. Et quod in maioratu ex tertio, & quinto inſtituto juxta *L. 27. Taur. extraneorum loco vocari poſſit ſpurius, tenet Valenzuel. Peſcador in L. 46. de bonis Vacant. num. 29. quod obſerva, & intellige dū voluntas inſtitutoris ad electionem ſpurij non refragetur, D. Molin. ſupr. & alibi relati.*

## Num. 48.

- 69 D. Caſtillo *lib. 8. de Alim. cap. 37. numer. 4. verſ. Et ademptionis tacite, Mieres de Maior. 1. p. q. 43. numer. 17. Paſchal. de Vir. pat. pot. 1. p. cap. 8. n. 106. & ſeqq. Fontanel. dec. 14. n. 14. & ſeqq. D. Mattheu de re Crimin. contrav. 65. numer. 29. ubi inimicitia culpa recuſantis non eſt ſufficiens ad recuſationem, cap. Ad hæc, cap. Perſonas de appellat. cap. Suspicionis de Offic. lud. deleg. contrarium tamen probat Bart. in L. Cum tabulis 16. §. Quoniam ſuprum, ff. de his quib. ut indign. quem latius contra Jaſonem, & alios defendit Sim. de Prætiſ. d. ſolut. 4. à n. 14. & hæc ſentētia probatur *dict. L. 16. §. Quoniam ſuprum. Nec obſtat L. ex part. 22. ff. de adim. leg. ibi: Cum teſtator inimicitijs graviffimis perſequutus, quibus videtur, inimicitijs cauſam dediffe teſtatorē, & tamen revocatur legatum. Nam ex ijs verbis contrarium potius inducitur, nemo enim gratis præſumitur aliquem inimicitijs perſequi. Baldus in L. Cancellaverat in fin. ff. de his qua in teſtamēto delent.**

Priorem tamen opinionem Auctoris, contra Prætiſ defendit Oſſuald. ad Donel. *dict. lib. 8. cap. 17. litter. C. Vaquez de Succ. progreſſ. lib. 3. §. 27. n. 9. & de Succ. creat. lib. 1. §. 10. n. 621. Nec obſtat dict. L. 16. in §. Quoniam ſuprum, quia debet intelligi, quando legatarius jure permittente aliquid facit contra teſtatorē pro commodo rei familiaris, quo in caſu*

voluntatem muſtaſſe non præſumitur Sim. de Prætiſ *dict. ſolut. 4. num. 26. ibi: Quod non præſumitur, ubi idem ait, ſi inter legatarium, & teſtatorē lis eſſet omnium, vel maioris partis bonorum teſtatoris fortē legatario aliàs debitorum ex fideicommiſſo antiquo, vel etiam eſſet pro licita deſenſione perſonæ, & honoris legatarij; & idem tradit dec. in cap. Ut debitus honor ſub num. 19. ff. de appellat. & probatur quia verifimile non eſt, teſtatorē legando velle privare legatarium aliquo jure ſuo, etiam competentem contra ipſum teſtatorē. L. Creditor 85. ff. deleg. 2. L. Si ab eo, Cod. de negeſt.*

Et quia jure communi utens non videtur facere contra voluntatem teſtatoris, *L. pen. ff. de his qui ut indign. L. Poſt legatum 5. §. 1. ff. eod. videntæ.*

Et nemini injuriam facit qui jure ſuo utitur, vide *L. 14. tit. 34. part. 7. D. Molin. de Primog. lib. 2. cap. 5. num. 27. & num. 8. in annot. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. num. 30. Barboſ. in cap. 31. numer. 2. verſ. Quia de electione in collect. Pareja de Inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 6. numer. 105. & ſic Authoris ſententia vera eſt, & eam ſequitur cum pluribus hic relatis Jul. Capon. *tom. 3. difcept. cap. 149. in fine poſt hæc viſus.**

## Num. 49.

Antunez *dict. 2. p. cap. 31. numer. 88. vide Mieres de Maiorat. 1. p. quæſt. 43. num. 19. Cardin. Tuſch. litt. L. concl. 138. num. 56. Jul. Capon. dict. c. 149. num. 40.*

## Num. 50.

Videndi *D. Molin. lib. 2. cap. 5. n. 12. Prætiſ dict. ſol. ut. 4. num. 12. in prima limitatione, Antunez de Donat. dict. cap. 31. num. 87. Jul. Capon. ubi ſup. num. 41. Hæc ſententia vera eſt,*

Cuij quia



quia testator odium deponens quoad Deum, non videtur actionem injuriarum, vel jus aliud ad forum contentiosum spectatis remittere. D. Molin. *supr.* & cū pluribus alijs Faria ad Covarr. *lib. 2. var. cap. 10. videndus à n. 41. & seqq.* & ideo ex remissione defuncti injuriati, non tollitur actio, & hæredes ejus possunt injuriam profequi. Valeron *de Transactionibus tit. 4. q. 7. num. 8.* ubi Farin. Azeved. & alij. Jul. Capon. *supr.*

## Num. 51. ad 59.

76 Ad hanc quæst. supponenda est Auctoris distinctio tradita *supr. num. 71. & seqq. & 87.* quam & sequitur Mieres *de Maior. 1. p. q. 43. numer. 91. & 2. p. ibi quæst. 4. illat. 1. à num. 6. & num. 12.*

77 Contra filios, & descendentes ingrati sunt pro sententia Auct. *cap. Si vassallus culpam, Si de feud defuncti content. sit. lib. 2. feud. cap. unic. Si vassallus feud. privetur. L. Qui contra 15. ff. de jur. patron. Donel. lib. 2. Comm. cap. 19. ubi Ossualdus litt. E. ubi de ejus intellectu cum L. 8. §. 2. ff. de injusvocand. Robert. 2. rer. judic. cap. 7. Valasc. de lur. emph. q. 49. Caldas de eod. lib. 4. cap. 19. num. 7. 8. & 13. Reverter dec. 56. num. 4. in Consilij, Rovit. vol. 2. Menoch. conf. 502. videndus Censal. qui latè defendit, ad Peregrin. *art. 31. fol. 205.* ubi alij.*

78 Contrariam sententiam cum hic relatis *num. 58.* tenent Barbof. *in L. Si ab hostibus §. fin. n. 24. ff. solut. matr. D. Castillo lib. 5. controuv. tom. 6. cap. 161. num. 4.* Antunez *de Donat. Reg. tom. 2. cap. 31. num. 74.* Mieres *d. q. 43. num. 91.* Et probatur ex *L. 8. §. 5. L. Si id quod 21. §. fin. L. Si filius 42. ff. de bon. libert. L. 41. eod. L. 50. eod. & hæc opinio æquitati magis accedit ex ratione textus in *L. generali 34. §. filiam 3. ff. de rit. nupt. L. 9. ff. de Senator. L. 26. ff. de pænis.**

## Num. 60. &amp; 61.

Alvarad. *de Conject. ment. defunct. 79 lib. 2. cap. 3. num. 24.* ubi tamen filios hoc casu non excludi absolute tenet. Limitatio tamen Auct. vera est. Conducit Valasco *quæst. 41. de lur. emph. Cald. de Nominatione emph. quæst. 14. num. 7.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 27. num. 8.* D. Castill. *lib. 3. controuv. cap. 15. num. 37. & 56.* D. Solorzan. *de lur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 37.* D. Olea *tit. 3. q. 4. numer. 20.* D. Cresp. *de Valdaur. observ. 22. à n. 73.* Antunez *ubi sup. cap. 33. n. 28.*

Subintellige cum Auctore nisi ea mente quis occidit ultimum possessorem ut aperiret filio quem habebat successionem maioratus. Videndus Censal *ad Peregrin. art. 31. fol. 204.*

Exinde dic filios postea conceptos, & natos, non esse excludendos, cum in eis deficiat ratio ob quam jam natus exclusus fuit; nec enim ex dolo, aut fraude paterna præmium potest dici consequi eum, qui veniente casu substitutionis lege admittitur ad maioratum. *L. proxime 50. ff. de rit. nuptiar. L. 41. 42. & 50. ff. de bon. libert.* Nunquam tamen pater admittetur ad successionem etiam vacante maioratu per mortem filij, & bene notat cum D. Greg. Lopez Alvarad. *dict. cap. 3. numer. 25.*

## Itidem Num. 61.

Adde D. Greg. *in L. 2. tit. 2. p. 7. 82 L. 6. tit. 27. p. 2.* Anton. Gomez *3. var. cap. 1. num. 16.* Didac. Perez *in L. 3. tit. 9. lib. 4. Ordin. & alij apud Zened. in collect. 16. numer. 14.* & alij apud Auct. *3. p. cap. 2.* ubi & nos dicemus.

## Num. 62.

Gomez *1. var. cap. 12. num. 83. in 83 fin. & cap. 4. numer. 14. vers. Item,* ubi Aillon. Mantic. *de Tacit. & Ambig. Comu.*

*Comu. lib. 13. tit. 41. numer. 6.* Hermosilla *in L. 1. tit. 4. gloss. 7. numer. 1. p. 5.* Valeron *de Transact. tit. 3. q. 5. num. 64.* Antunez *de Donat. Reg. lib. 1. 84 prælud. 2. num. 18. & 19.* ubi ratio; & an valeat pactum de non revocando propter ingratitudinem futuram juramento vallatum? Mantic. *ubi sup. n. 13.* Tiraquel. *in præfat. leg. Si unquam, num. 155. & 204.* Seraphin. *de Privileg. juram. privileg. 108. à n. 1.* Peguer. *dec. 136. num. 3. & seqq.* Gu-tierr. *de juram. 1. p. cap. 10. & conf. 24.* Hermosilla *in L. 10. gloss. 7. tit. 4. p. 5.* ubi negativè resolvit.

## Num. 63.

Dixit *sup. Num. 33. & seqq.*

## Num. 64.

85 Dixit *sup. Num. 40. & facit textus in L. 50. ff. de rit. nupt.* Adde D. Gonzalez Tellez *in Comm. ad cap. Licet de voto, & vide dict. num. 38. ad 41.* Limita ut per A. *num. 41. & 60.*

## Num. 65.

Vide *sup. Num. 50.*

## Num. 66.

86 Vide quos tradit D. Castejon *in Alphabet. jurid. litt. H. verb. Homicidium, num. 5.*

## Num. 69.

Hermosilla *in L. 10. gloss. 6. n. 26. tit. 4. p. 5.*

## Num. 70.

87 Mieres *itidem num. 194.* ubi de melioratione 3. & 5. revocabili, & quod revocari non valeat prætextu ingratitudinis, quando est irrevocabiliter ob contractum onerosum constituta,

*num. 197.* D. Olea *videndus tit. 2. q. 7. 88 num. 19.* Riccius *tom. 1. dec. 19.* ubi de donatione facta filio ad sacros Ordines suscipiendos, non posse revocari ob ingratitudinem. Vide Hermos. *in L. 3. gloss. 1. num. 42. tit. 4. p. 5.* Boerius *dec. 25. num. 1.* Mantic. *de Tacitis lib. 13. tit. 15. num. 33.* Gomez *in L. 29. Taur. num. 23.* Gam. *dec. 163. num. 33.* Palac. Rub. *in Rubric. de donat. inter §. 50. num. 5.* Fontanel. *de Pact. nupt. ubi ab Auct. citatur num. seq. & gloss. 19. p. 1. num. 33.* Hermosilla *in L. 10 gloss. 1. num. 8. tit. 4. p. 5.* Antunez *de 89 Donat. lib. 1. prælud. 2. num. 42. & 43.* ubi in excedente merita revocari posse cum respectu excessus simplex sit donatio, cum *supr.* relatis, quibus adde Surd. *de Alim. tit. 1. q. 48. num. 24.* Baeza *de non meliorat. cap. 32. num. 8.* Faria *ad Covarr. lib. 1. var. cap. 11. à num. 66.*

## Num. 71.

Donatio ob causam matrimonij, eo constante non revocatur, quia est pars contractus matrimonij irrevocabilis. *L. Divi, Cod. de nat. lib. L. Plerūque, §. Si ante matrimonium, ff. de jur. dotium.* Addent. *ad Molin. lib. 4. cap. 2. n. 18.* ubi plures; Marinis *2. var. resol. c. 165. à numer. 7.* Larrea *alleg. fisc. 76. à num. 2.* Andreol. *controvers. 155. n. 11.* D. Castillo *cap. 119. num. 28.* Merlin *controuv. 34. à n. 16.* Barbof. *vot. 126. num. 102.* Ferentil. *in dec. 861. Burat. D. Olea tit. 2. q. 7. n. 10.*

Adde Gam. *hic. August. Barbof. 91 alleg. 20. de Pot. Ep. num. 19.* Fontanel. *hic claus. 4. gloss. 1. num. 35. & 36.* Altograd. *conf. 7. num. 29.* Menoch. *conf. 720. à num. 9.* Antunez *lib. 1. de Donat. præl. 2. num. 98.* Solutio matrimonio revocari potest. Antunez *num. 99.* Pintel. *in L. 1. 3. p. num. 62. illat. 32. Cod. de bon. mat. Peguer. dec. 210. n. 2.*

Quod intellige quoad eum, qui ingratitudinis causam commisit, non quoad alios, quibus est jus ex ea do-  
na-

natione quæsitum irrevocabiler, ex *L. Quoties, Cod. de revoc. don. & L. Il. lud 20. C. de collation. Pegas Resol. c. 4. à num. 128. & alij*; quod eis invitis auferri non potest ex regul. jur. & ita docent Larrea dec. 91. à n. 4. Castill. lib. 4. cap. 5. num. 21. Tondut. Resol. cap. 55. numer. 5. & 9. Fontanel. dict. claus. 4. gloss. 9. p. 1. num. 5. Gama dec. 8. num. 2. & 233. num. 16. & 338 n. 2. Gratian. disc. cap. 45. num. 2. Antunez dict. prælud. 2. n. 154. & seqq.

93 Et in specie videndi Add. ad Molin. lib. 4. cap. 2. num. 16. & 17. vers. primo ibi: *Primo, ut maioratus institutio contemplatione matrimonij facta, etiam ex ingratitudine in patrem, vel matrem commissa, in præjudicium successorum revocari non possit.* Vide etiam Horat. Barbatius in *L. Unum ex fam. tract. de Fideicomiss. 1. p. cap. 4. inspect. 3. à num. 1.* itidem Add. lib. 1. cap. 9. num. 58. Donatio enim pluribus facta revocari non potest ex consensu primi donatarij. Addent. ubi sup. num. 73. & 74. Amat. var. 1. cap. 30. D. Vela dissert. 47 à num. 24. Gomez in *L. 40. Taur. num. 29.* Anton. Faber. de Error. dec. 48. error. 1. Garcia de Nobil. gloss. 6. num. 38. & 41. vers. *Præterea, & seqq.* Hermosilla in *L. 7. gl. 4. tit. 4. p. 5.* Gutierrez. 2. præct. quæst. 52. Nogueroles alleg. 37. Cyriac. controuv. 269. vide Petrus. de Donat. cap. 14. n. 17. Ramon conf. 100. numer. 523. & 533. ubi de maioratu, qui loquuntur in donatione cui tertio fuit jus quæsitum, & in eleganti specie Hermosill.

95 in *L. 10. gloss. 7. num. 4. tit. 4. p. 5.* ubi de donatione pluribus facta an unius ingratitudine revocetur? & negativè optimè resolvit D. Molin. lib. 4. cap. 11. num. 46. quæ observa ad tradita infra 3. p. cap. 1. notab. 3. Vide etiam Hermosill. in *L. 3. gloss. 1. num. 43.* ubi donationem ob causam matrimonij de consensu filij revocari non posse in præjudicium filiorum, & uxoris, & numer. 53. ubi de promissione de donando idem affirmat, si cum tertio contracta sit.

## Num. 72.

Vide Mieres dict. q. 22. n. 219. 198. & seq. Ad rem textus in *L. Filius qui patri 41. in princ. ff. de bon. libert.*

98 Et observa ex persona matris filijs jus esse quæsitum in maioratu in contractu matrimonij ad favorem conjugum, & filiorum eorum, cum ex persona patris sint exclusi ob ejus ingratitudinem; donatio enim ob matrimonium contracta respectu tertij contractus onerosus est, respectu filij lucrativus, & ideo revocabilis ob ingratitudinem. Cevallos q. 37. Comm. Guzman de Eviction. q. 26. num. 6. Robert. rer. judic. lib. 3. cap. 11. Gomez 2. var. cap. 2. num. 37. & in *L. 9. Taur. n. 44. vers. Item, & seqq.* D. Castillo lib. 3. controuv. cap. 23. num. 41 & de Alim. cap. 50. num. 3. ubi alij Matute disquisit. leg. 15. n. 23. ad 31. videndus.

99 Ex quo inferitur maioratus institutio factam marito, & uxori, & eorum filijs, ita debere intelligi, ut ex persona cujusque filijs jus quæritur quando mortuo marito uxor secundo nupsit, vel mortua uxore maritus, ex quo illo secundo matrimonio filios habuerit. Ita tenent Mar. Cutel. de Don. contempl. matr. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 36. ubi Gratian. Mieres, & alij, Balmaseda de Collect. q. 47. numer. 20. & 22. Fontanel. de Pact. claus. 4. gloss. 9. p. 1. numer. 19. & seqq. ubi pro hac sententia decisum refert. Rota apud D. Salgad. post tract. *Labyrinth. dec. 87. & 88.* Censal ad Peregrin. art. 29. fol. 173. ubi septem casus distinguit. Matute disq. 42. per totam, 100 ubi idem tenet, etiam si donatio facta sit conjugibus, & filijs ex eis procreatis cum clausula, Dummodo sit filius 101 amborum, quod intellige deficientibus filijs ex illo matrimonio, ut & ipse observat num. 11. & Mieres 1. p. q. 39. num. 120. & q. 51. num. 343. ad 345. & à num. 347. ad 366. ubi an femina ex illo matrimonio præferatur mascul.

masculo, & affirmativè resolvit, ut & nos alibi, qui omnes pro vera hujus quæstionis resolutione vidèdi ad textum in *L. Filius à patre 28. §. Si quis, ff. de lib. & posth. L. Cum 25. ff. de cod. & dem. L. Si uxori 60. ff. eod. D. Olea tit. 2. q. 7. num. 42. D. Larrea dec. 33. à num. 32. & seqq.*

## Num. 73.

Auctor sic legendus: *Ideo si decedat absque liberis persona, cujus causa pater instituerit in filium maioratum*, ut in M. S. vidi.

103 Dixi ad num. 71. donationem factam uni, ut post eum alijs restituatur, quoad tertios vocatos esse irrevocabilem; quod probatur ex *L. Quoties, C. de notat. quæ sub modo, L. 7. tit. 4. p. 11.* ubi statim adveniente die dominium secundum transfertur; quod latè cõprobât ibidem citati, maximè Antunez de Don. Reg. prælud. 1. §. 1. numer. 147. & à num. 153. D. Olea titul. 4. q. 9. num. 30. Giurba de Succ. feud. §. 2. gloss. 10. num. 58. Ramon conf. 100. n. 523. & 533. D. Larrea dec. 91. n. 1. & seqq. Add. ad Molin. lib. 4. c. 2. n. 19. & 18. & lib. 1. c. 1. à n. 20.

104 Hinc dubitatur in maioratu ob causam onerosam matrimonij instituto; an possit revocari, si matrimonium nulla prole relicta sit dissolutum? & videtur affirmativè resolvendum cum Auct. hic, & Mieres, quem sequitur: quibus adde Baltas. Thom. tract. 9. de Maior. tit. 16. num. 16. & hanc sententiam in puncto juris, & in judicando, & consulendo sequendam esse tenent Add. ad Molin. lib. 4. cap. 9. n. 73. vers. *In qua materia.* Ratio eorum est; quia irrevocabilitas præpotens est quàm causæ onerosæ deservit, quæ tantum filijs, & descendantibus illius matrimonij prospexit, quorum respectu est causa onerosa, non vero respectu aliorum transversalium, quibus cum maioratus institutio mere lucrativa est.

105 Quod confirmatur ex eo quod ces-

sante causa donationis cessat donatio. *L. 2. §. fin. ff. de donat. tradit. Oldrad. conf. 238. & 278. & Menoch. conf. 388. numer. 46.* & ideo donatio inter vivos simpliciter facta absque mentione hæredum, & filiorum, non transit ad hæredes, ut sunt textus in *L. penult. ff. de servit. rustic. prædiurum*, ubi servitute donata jus ad hæredes non transit, non quia servitutis jus personale sit, cum ad hæredes, & singulares successores sit transmissibile; *L. Si aquæ ductus, ff. de contrab. empt. L. 1. §. si fund. ff. de servit. rust. præd.* sed quia donatio intuitu personæ facta, licet sit irrevocabilis, deficiente persona extinguitur.

Idem probatur ex textu in *L. Cum precario la primera, ff. de precario. D. Olea de cess. jur. tit. 2. q. 7. n. 32.* in Additionibus videndus.

107 Et quoties causa, quæ movit donationem ad donandum, cessat in ejus hæredibus, donatio ad eos non transit, sed revertitur ad donantem, ut tenet Menoch. dict. conf. 388. per tot. maximè numer. 55. Sozin. Jun. conf. 53. vol. 2. ubi ait donationem pro se, & filijs masculis tantum, deficientibus filijs masculis, ad donatorem revertere. Sequitur Rovit. conf. 94. num. 9. & 8. à num. 3. ubi de donatione ob causam matrimonij ad commodum filiorum nasciturorum tantum, ait non comprehendere filios ex alio matrimonio susceptos, sed ad donantem reverti eis deficientibus, quæ est limitatio ad tradita hic num. 72. *Auctoris*, & idem 110 Rovit. conf. 16. tom. 2. & conf. 15. ibidem defendit donationem à parente filio factam ob causam matrimonij non tradita possessione, mortuo filio ante patrem, extingui, etiam si filiam reliquerit, quia donatio facta simpliciter sine hæredum mentione, non est transitoria ad hæredes, sed extinguitur cum morte donatarij in vita donantis. Ant. Fab. de Revoc. don. lib. 8. Cod. de fin. 21. & de Error. pragm. dec. 41. error. 2. vers. *Ea vero*, & vers. *Neque tantum.* Et

- <sup>112</sup> Et generaliter donatio favere matrimonij quod revertatur ad donantem mortuo donatario sine filijs, quia cessat causa donationis, tenet præter Menoch. *ubi sup.* Marinis *alleg. divers.* 125. num. 150. & *seqq.* ubi Franch. & Rovit. Molfes. & Theodor. quibus adde Cutel. *dec.* 7. & 10. Genfal *ad Peregrin. art.* 29. à num. 21. fol. 268. col. 8. *in fin.* & *art.* 6. num. 9. fol. 7. col. 1. addendi Amendol. *in dec. Franchis* 3. num. 1. & *dec.* 52. numer. 2. ubi distinguit an donatio facta sit ob causam finalem matrimonij, vel impulsivam, de quo Surd. *dec.* 322. & *in dec.* 205. n. 2. & 3. ubi Amendol. D. Salgado *post Labyrinth. dec. Rot.* 87. & 82. ad quaestionem autem addendi Cyriac. *controv.* 145. num. 59. & 60. & *controv.* 279. n. 13. tom. 3. Galet. *lib.* 2. *controv. discept.* 21.
- <sup>113</sup> Contrariam sententiam tenet ac contra Addentes late tuetur Doctissimus Olea *de Cess. jur. tit.* 2. q. 7. à num. 22. *in novissim. impressione*, ubi affirmat donationem titulo maioratus à patre in filium factam ob causam matrimonij, esse irrevocabile non solum quoad filios, & descendentes illius matrimonij, sed etiam quoad alios transversales vocatos, quia de natura maioratus est, quod si acceptetur per primum nominatū, non solum quoad eum irrevocabilis maneat, sed etiam respectu cæterorum qui substituti, & vocati sunt, ut probat Mieres 1. p. q. 24. tot. D. Molin. & *add. dict. cap.* 2. num. 75. Hermosilla *in L.* 7. *gloss.* 4. num. 15. & 16. *tit.* 4. p. 5. quos & ipse refert num. 23. & *in posteris Addit. ad tract. ibidem à n.* 3.
- <sup>114</sup> Nec ob stare ait, quod videatur quod filio sine liberis defuncto deficiat ratio ob quam donatio irrevocabiliter est constituta, & ne ultra donatarij voluntatem extendatur actus contra *L.* Si quis nec causam 25. *in princip. ff. si cert. petatur*, irrevocabilitatem extinguendum sit cum Addent. *sup.* quia (ait ipse) si hoc verum esset, se

queretur, revocari posse maioratum, etiam relictis filijs à donatario, si hi in vita donantis deficerent, quod nimis offenderet superioris doctrinas, quibus disertè asseritur, irrevocabilem fieri donationem quoad omnes vocatos acceptatione primi *ex L.* Quoties *supra cit.* Larrea *dec.* 91. ipse D. Olea *tit.* 4. q. 9. numer. 29. etiam si ob causam matrimonij facta sit, & sine filijs donatarius moriatur, ut tenet expressè Mieres *dict. q.* 24. numer. 97. quem ad litteram refert. D. Olea n. 26 cui adde D. Castill. *tom.* 6. *controv. cap.* 119. *num. fin.* Mieres *itidem dict.* 1. p. q. 39. à num. 80. Baltasar Thom. *tract.* 9. *de Maior. tit.* 14. *cap.* 4. num. 52. & 56. *decad.* 1. Paschal *de Vir. patr. potest.* 1. p. *cap.* 4. n. 40. ubi Mieres.

Item hæc sententia probatur, quia donatio inter vivos irrevocabilis non revertitur ad donantem, etiam si donatarius sine liberis moriatur. Gratian. *disceptat. cap.* 386. num. 14. Marefcotus *lib.* 2. *var. cap.* 20. n. 56. Hermosill. *in L.* 7. *tit.* 4. p. 5. *gloss.* 5. num. 54. P. Molin. *de iust. & jur. tom.* 3. *disp.* 983. num. 8. Grat. *dec.* 41. num. 2. quod & præsentit Olea *ubi sup.* numer. 30. ubi alios plures refert, & in Additionibus.

De natura namque donationis est, esse perpetua, & transitoria ad hæredes, ut expressè dispositum *in L.* Si quis argentum, §. *ultim. Cod. de don. L.* 67. *ubi Greg. gloss.* 2. *tit.* 18. p. 3. Cardin. Tusch. *litt. D. conclus.* 704. n. 1. & 2. ubi ampliat, etiam si donatarius præmoriatur, & bona transeant ad extraneos, *ex Bald. conf.* 195. *lib.* 4.

Et licet donatio ob causam matrimonij facta sit à patre, veriore sententiam iudicat Olea, ad patrem non reverti mortuo filio sine filijs. Contra Gasp. Ant. Thesaur. *in Addit. ad dec.* 32 Thesaur. Ferrer. *ad dec. Guid. Pap.* 147. & contra Rovitum contra citatū tenet Merlin. *tom.* 2. *controv.* 34. à n. 29. quem refert num. 33. & in Addit. ad num. 52. latè.

Quæ

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 1. C. 2. 37

<sup>121</sup> Quæ omnia possunt extendi, ut licet in donatione gravamen sit appositum alteri restituendi, & ipse cui restitutio fieri debebat mortuus sit in vita donatarij, tamen res donata apud donatarium manere debet, nec ad donantem reverti. *L.* Pater filium, §. *Tusculanus, ff. deleg.* 3. *L.* Si quis Titio, *ff. deleg.* 2. D. Greg. *in L.* 7. *tit.* 4. p. 5. gl. 5. ubi latius disputat Hermosilla à num. 40. ubi tamen verius iudicat ad hæredes donatarij secundi, vel substituti transmitti, cum Cancer. 1. *var. cap.* 2. num. 38. & 3. *var. cap.* 21. numer. 95. Fontanel. *de Pact. nupt. claus.* 4. gl. 24. num. 24. D. Castill. *lib.* 3. *cap.* 19. num. 259. Phebo *dec.* 83. num. 6. Robles *de Repræsentat. lib.* 3. c. 12. ubi latè. Adde Giurba *de Succ. feud.* §. 2. gl. 10. à n. 59.

Idemque dicendum est quando donans bona sua, quætitatem aliquam ad disponendum reservavit, qua in specie licet controversum an hæc quætitas ad hæredes donantis pertineat, vel ad donatarium; & ad donatarium pertinere contédant Thesaur. *dec.* 97. Fontanel. *claus.* 4. *gloss.* 23. numer. 14. contrariam tamen sententiam veriorum esse, & pro ea decisum aiunt Franchus *dec.* 600. & 45. ubi Amendol. & Riccius, & contra Thesaur. tenet Mar. Muta *dec. Sicil.* 49. num. 15. Surd. *dec.* 272. Hieron. Leo *dec.* 12. num. 17. Amat. *resol.* 76. numer. 16. Mantic. *de Conject. lib.* 7. *tit.* 7. num. 14. Cassanat. *conf.* 37. num. 23. Sesse *dec.* 33. num. 6. Giurba *in Consuetud. Messan. cap.* 6. gl. 11. num. 15. Cancer. *var. lib.* 5. *cap.* 2. num. 116. Noguerol. *alleg.* 119. n. 116. D. Salgad. 2. p. *Labyr. cap.* 18. numer. 61. Antunez *de Donat. Reg.* 1. p. *præ-lud.* 2. §. 7. n. 74. ubi Olea, & alij.

Hæc tamen sententia limitatur quando ad reservata in donatione est aliquis vocatus expressè, tunc enim etiam non facta alia dispositione reservata ad eum pertinent, quia hæredes abintestato non veniunt dispositivè, sed permissivè, *ex L.* 8. *ff. de jur. codicil.* uti ait Amat. *conf.* 8. numer. 14.

sequitur Merlin. *Controv. cent.* 2. c. 9. ubi doctè, & in hac sententia dicendum est reservata ad hæredes vocati pertinere, si is vivo donatore reservate mortuus sit, quia contractus conditionalis spes ad hæredes transmittitur, de quo Olea *tit.* 3. *quæst.* 10. *maximè à n.* 7.

Limitatur etiam quando non quætitas, sed facultas disponendi reservata est, tunc enim decisio Thesauri locum habet, & si donator non disponat apud donatarium, permanet integra donatio, quia facultas extincta fuit. Sequitur Intigiolus *singul.* 112. num. 20. Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 40. num. 59. eleganter Sesse *dec.* 48. *per totam*; contrarium tamen sentit Mar. Muta *ubi sup.* & alij apud Antunez *d. num.* 79. & 3. p. *lib.* 2. *cap.* 25. num. 49. ubi hanc sententiam defendit contra donatarium, quem tamen præfert. *ficco*, si donatoris bona confiscata sint, quia necesse est (ait) quod donator de reservatis disponat, sive expressè, sive tacitè relinquendo abintestato, ut bona apud donatarium non remaneant. Vide Cavall. *resol.* 207. n. 15. Riccius *in addition. ad Franch. dec.* 45. ubi latè *Add. ad Molin. lib.* 2. *cap.* 10. n. 23. videndi.

Illud certum est, quod bona reservata non pertinent ad hæredes abintestato donatarij, qui erant tempore donationis, sed ad eos, qui tēpore mortis donatoris existunt, tunc enim hæreditas defertur, & quantitas reservata cum ea, ut observat in hac quaestione Barbat. *de Fideic.* 3. p. *cap.* 3. num. 60. Mieres *de Maiorat.* 2. p. *initio n.* 206. Ex quibus omnibus vides quanta sit in quaestione principali difficultas, & doctissimi Oleæ cum Addentibus oppositio maximè inexplicabilem facit, quis enim suam proferre audebit sententiam ubi sapientes discordant?

Si quid tamen opinio mea valeat, iudico utramque sententiam sustineri posse distinguendo an Maioratus per viam donationis ob causam matrimo-

D

127

nij ad favorem donatarij sit institutus non solum quoad filios, & descendentes illius matrimonij, sed etiam quoad transverfales vocatos; an non in favorem, & gratiam donatarij substitutiones additæ sint.

In primo casu doctissimi Oleæ <sup>128</sup>sententia vera est; in secundo Addentium opinio.

Nam quando maioratus institutus est in favorem, & gratiam donatarij, & filiorum ejus, & ob eandem causam vocati sunt transverfales donatarij, quoad omnes est irrevocabilis, nec ideo quod sine filijs matrimonium sit dissolutum, deficit irrevocabilitas maioratus, quæ ob eam causam influit tam in descendentes, quam in transverfales. Si vero substitutiones adjectæ non concernant favorem donatarij, revocari possunt mortuo eo sine liberis, quia in hoc casu urget ratio Addentium, quia irrevocabilitas præpotens est quantum causa influit, quæ deficiente revocari potest maioratus. Probatur hæc sententia ex doctrina Vivij *dec. 257. num. 1.* ubi cum Bald. Decio, Dilecto, & alijs tenet, donationem irrevocabilem contemplatione matrimonij factam firmam manere, quatenus concernit favorem, & personam donatarij; sed ubi appositæ fuerint aliquæ conditiones, & gravamina, & fideicommissa, quoad ea quæ favorem donatarij, & filiorum non concernunt, revocari posse: quam sententiam sequitur Costa *tract. de Re integra, n. 4. distinct. 79.*

Intellige prædictam sententiam, <sup>131</sup>quando matrimonium fuit causa finalis donationis jure maioratus institutæ, quia si sit causa impulsiva tantum, alia ratione erit irrevocabilis, nempe ex traditione rerum; quæ in specie etiam si matrimonium non sit contractum, donatio revocari non poterit; & probat D. Castillo *tom. 6. cap. 119. num. 10.* quem sequitur D. Olea *tit. 2. q. 7. num. 5.* ubi ratio, quia defectus causæ impulsivæ non facit ces-

sare dispositionem; secus causæ finalis. *L. 1. §. Sexum, ff. de postul.*

Inde est, ut si maioratus sit institutus irrevocabiler, non quia ob causam matrimonij, sed quia ita contractum fit, & conventum: vel traditio interveniat, vel aliter sit factus irrevocabilis, juxta *L. 44. Taur.* tunc certissimum est conventionem, & contractum irrevocabilem reddere maioratum quoad eos qui institutione sint vocati, vel descendentes, vel transverfales, ut expressè probant *L. Quoties, Cod. de Don. sub mod. L. 7. titul. 4. p. 5.* quas ponderat Mieres *dict. q. 24. n. 6.* Horat. Barbat. *de Fideic. 1. p. cap. 4. inspect. 3.* ubi per totam de interpretatione *d. L. Quoties agit.*

Et juxta supra dicta intelliges Mieres *dict. q. 24. num. 97. & 144.* nam <sup>133</sup>priori *n. 97.* supponit speciem, quando pater fecit filio maioratum ob causam matrimonij, & tradidit possessionem rerum, in *numer. 144.* agit quando ob causam matrimonij instituitur maioratus absque traditione possessionis; in hoc casu revocari posse quoad alios vocatos asserit, in primo casu non posse tenet. Ratio differentiæ est; quia quædo traditio intervenit, jam maioratus est irrevocabilis quoad omnes vocatos, nõ quia ob causam matrimonij, sed quia omnibus vocatis traditio facta intelligitur, rebus traditis primo vocato. Ideo, ait ipse Mier. *d. q. 24. à num. 24.* ex acceptatione, vel irrevocabilitate, jus omnibus vocatis acquiri, & ideo maioratum non posse revocari, si apud filium jam sit factus irrevocabilis.

At vero quando ob causam matrimonij tantum irrevocabilis est maioratus, recte ait *num. 144.* quoad transverfales revocari posse, & in hoc casu conducit Rovit *conf. 15. & 16.* citatis; ubi ideo maximè revocabilem esse donationem ob causam matrimonij factam in filium, quia non intervenit traditio vera, vel ficta, ut ibi videri potest, & ad idem Menoch. *dict. conf.*

<sup>conf. 388.</sup> qui etiam loquitur in donatione conditionali.

<sup>135</sup> Illud observandum est, maioratum ob causam matrimonij institutum ex traditione ficta, veluti per constitutum, vel ex subsequuta vera traditione, quoad omnes irrevocabilem manere (deficiente causa utilitatis legatarij, ut supra est dictum) si, vel donatarius, vel donator nomine omnium se constituent possidere, vel donatio omnium nomine sit acceptata, quia clausula constituti in hac specie, vel possessione tradita, vel acceptatio eum facit irrevocabilem quoad omnes; quod in hoc casu requiri judico, licet aliàs quando ex vi contractus maioratus est irrevocabilis, & omnibus jus quæritur, non requiratur acceptatio omnium nomine, vel constitutum, ut videtur sentire Mieres *dict. q. 24. num. 102. & q. 36. numer. 17.* quia omnibus jus est quæsitum; quia omnes ea dispositione sunt comprehensi. Mieres *dict. q. 24. num. 42.* Costa *dict. dist. 79. num. ult. tract. de Re integra.* Secus autem quædo non sunt comprehensi, veluti in donatione ob causam matrimonij, quando favorem donatarij non concernit eorum vocatione. Conducit Posthius *de Mantenedo obs. 20. num. 4.* ubi ait, clausulam constituti operari non solum ad favorem constitutarij, sed etiam habentis causam ab eo. Sequitur Alvarez Pegas *Resol. cap. 6. num. 4.* Ubi autem <sup>137</sup>in donatione constituti clausula apponitur ad favorem tertij, veluti si donator se constituat nomine donatoris possidere, & post ejus mortem constituat se possidere nomine tertij, cui donata res restituenda sit juxta *Leg. Quoties, Cod. de donat.* quæ sub modo dubitatur, an possessio transferatur ex vi constituti in secundum donatarium? Negant Giud. Papæ *dec. 512.* Tiraquel. *de Jur. const. 2. p. ampliat. 30.* ubi pro hac sententia refert Bertand. Corneum, & pro ea decisum ait *n. 4.* Ratio hujus sententiæ est; quia quan-

do ex vi constituti transferri possessio debet in donatarium secundum, constitutum operari non potest, cum apud constitutum non sit possessio, quæ transferri possit: Barbof. Valasc. Posthius, & alij apud Pegas *d. cap. 6. n. 15.*

Contrarium defendunt Decius *conf. 138. 239.* Decif. Pedam. *85. num. 17.* ubi ait contrariam esse contra communem DD. opinionem: Card. Tusch. *litt. C. conclus. 789. num. 2.* Alvarad. *lib. 3. de Conject. ment. cap. 2. n. 57. & seqq.*

His quæ à nobis dicta sunt maxime favet decisio Granatensis, quæ in Consilio supremo in judicio secundæ supplicationis confirmata est.

Instituerat quis in testamento in <sup>139</sup>scriptis maioratum, ad cujus successionem plures vocavit; ex quibus unus filius secundo loco vocati, cum matrimonium contrahere vellet, ab institutore petijt, ut ejus vocationem donatione inter vivos ob causam illius matrimonij confirmaret, quæ ratione motus institutor fecit quamdam scripturam, qua in casu suæ vocationis donavit inter vivos irrevocabiler bona maioratus Martino (ita vocabatur filius secundo vocati) ut matrimonium contraheret, & filijs illius matrimonij, ita ut post eos succederent sequentes in testamento vocati, ita: *Otorga que desde luego para siempre jamás haze gracia, y donacion buena, pura perfecta, e irrevocable, &c. al dicho D. Martin del Valle, y Nieto, de todos los bienes contenidos en el dicho vinculo, y mayorazgo del dicho su testamento, para que goze de todos ellos en dicho D. Martin despues de los dias de los dichos Capitan D. Bartolome Mohedano, y D. Alonso Mohedano del Valle, todos los dias, y años de su vida, y en fin dellos, sus hijos, y nietos, y descendientes legitimos del dicho D. Martin, y en fin dellos los demás llamados en el dicho su testamento, lo qual haze el dicho Licenciado Alonso Mohedano en la forma declarada, para que tenga efecto*

*dicto matrimonio.*

Martinus mortuus est sine filijs, & sic matrimonium fuit dissolutum. Dubitatum fuit, an donatio esset irrevocabilis quoad eos qui ante Martinum fuerunt vocati, & eos qui post eum vocati sunt? Testator namque Martino defuncto donationem vocavit testamento posteriori, ac ordinem prioris testamenti prævertit in vocationibus, & orta lite inter vocatos in ultimo testamento, & eos qui in priori testamento donatione confirmato vocati erant, lis in possessione, & proprietate maximè controversa est, ac tandem in favorem D. Antonij de Ovando mei consanguinei decisum est quatuor sententijs conformibus, una, & altera in possessione, ultima in proprietate, quæ in secunda supplicatione est confirmata: quas obtinuit contra dictam donationem ad favorem ultimi testamenti, in quo revocata donatione, ipsius D. Antonij uxor erat alijs prælata in vocationibus.

<sup>140</sup> Allegabatur pro parte ejus qui in priori testamento vocatus erat, primo: vocationes maioratus factas esse irrevocabiles ex donatione ob causam matrimonij, postea facta cum clausulis constituti reservationis usufructus, & pacti de non revocando, text. in *L. Rem legatam, ff. de adimend leg. L. 17. tit. 9. p. 6. D. Castell. tom. 3. cap. 24. num. 106. Cavalcan. dec. 45. n. 6. tom. 1.* ubi docent donationem inter vivos revocare testamentum ante factum, consequenterque maioratus institutionem factam fuisse irrevocabilem in donatione ob causam matrimonij.

<sup>141</sup> Conducit Cardin. Tusch. litt. *L. conclus. 137. num. 10.* ubi si legatarius rem legatam consequitur in vita testatoris, non videtur habere ex causa legati, sed ex causa donationis, juxta doctrinam Paul. Castrenf. in *cons. 394. num. 2. lib. 1.* quem ibi citat; & probatur ex *L. Uxorem 41. §. Testamento quo 7. ff. deleg. 3.* ubi onus legato in-

jectum non debetur quando legatarius in vita testatoris rem legatam consequitur, ad quod eam allegat. Paul. ubi sup. Tusch. n. 111.

<sup>143</sup> Cum igitur ex donatione maioratus vocatis acquisitus sit, potius quam ex testamento omnium vocationes irrevocabiles esse dicendum est; maximè ex ijs quæ tradidimus ex Molin. & alijs supra *hac p. cap. 1. ad num. 33. & 21. vers. Limitant. tamen*, ubi maioratus in testamento institutus sit irrevocabilis ex traditione facta in vita ab institutore, quando non in executionem legati traditio facta sit, sed ob aliam causam. *L. 11. Cod. deleg. L. Hujusmodi 81. §. Cum pater ff. deleg. 1.*

Et quoad omnes vocatos effectum habeat donatio Martino facta, probatur, quia in ea omnes sunt comprehensi; cum enim ipsi donatum sit, ut succedat post priores vocatos, vocatos esse priores in ipsa donatione necessario supponendum est; qui enim filio sustinuit, institutionem filij supponit. *L. Cum in testamento §. Hæc verba, ff. de hæred. instituend. & in princ. ibi: Si filius meus me vivo morietur, nepos ex eo post mortem meam natus hæres esto, duo gradus hæredum sunt. L. Cum in libro fin. Cod. de hæred. inst. nec aliter ad donatarium successio devenire poterat, nisi deficientibus primis. Dicit. L. Cum testamento, vers. Ex quo apparet.*

Et quod videant vocati priores ex vocatione post eos alicui facta tenet Gribel *decis. 18. num. 18. & dec. 136. n. 50.* & probatur ex *L. fin. §. Filium, ff. deleg. 2.*

<sup>146</sup> Nec obstat quod testator se referat ad testamentum, adhuc enim ex donatione referente, quam ex testamento relato successione deferendam esse probatur textus in *L. A se toto, ff. de hæred. inst. L. Institutio talis, ff. de condit. inst. L. Si ita scrip. sero, ff. de cod. & dem.* quia relatum est in referente. Pareja de *Instrum. e dit. tit. 7. resol. 9. num. 12. Cassanate cons. 55. num. 25.*

videndus ad rem.

<sup>147</sup> Nec obstat quod ea omnia locum habeant in ultimis voluntatibus, non vero in contractibus, quia de uno ad aliud valet argumentum, ut vulgatum est ex *L. fin. Cod. deleg. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 4. n. 131.*

<sup>148</sup> Quibus suppositis, cum in donatione omnes vocati sint, quoad omnes esse irrevocabilem negari non potest, ex *L. Quoties de don. quæ sub mod. Larrea dec. 91. D. Olea, & alij à nobis relati*; consequens igitur est, quod etiam si donatarius sine filijs sit mortuus, quoad alios vocatos donationem revocari non posse; ad quod allegabant doctrinam Doctissimi Oleæ, quæ supra tradidi.

<sup>149</sup> His tamen non obstantibus, contra decisum est, & (ut dixi) in secunda supplicatione confirmatum est ad favorem ultimi testatoris Eliquij, quævis pars adversa in hac secunda supplicatione victoriam speraret, eò maximè, quia erat Iudex ipse D. Olea, quem ut opinabatur, & in hoc casu suam tuiturum sententiam; sed malè, quia sententia ejus in hac specie locum non habet, cum enim Olea loquatur quando in donatione omnes vocati, dispositivè vocati sunt, ejus sententia nihil in re præsentis obstat, quia omnes qui erant in testamento invitati, non dispositivè, sed enuntiativè tantum vocati sunt in donatione facta Martino, quo casu irrevocabilitas donationis eis prodesse non potest; ad quod conducit *L. 1. §. Idem Pomponius, ff. de positi. L. 8. ff. mandat. Mieres de Maiorat. 1. p. q. ultim. numer. 16. & 17. & q. 44. num. 36.* ubi ait, quod quædo unus contractus procedit causatus non ab alio consideratur causatus, sed causans.

<sup>150</sup> Ratio enim qua institutor fuit motus ad faciendam donationem Martino, ut melius ducere posset uxorem, in alijs vocatis non aliquid operatur; ergo quoad eos irrevocabilitas donationis effectum fortiri non debet.

*L. Si quis, ff. de testam. tutel. ibi: Sed quia de ipsa non sensit, dicendum est cessare in personam ejus, dationem. L. Licet Imperator 74. ff. deleg. 1. ibi: Vel quid si certa causa fuerit, cur ab instituto relinquatur, quæ instituto cessarent. L. Avus 53. ff. de pactis, ibi: Nec quidquam obstat uni tantum ex hæredibus provideri, cæteris autem non consuli. L. Aurelio 20. ff. de liber. lig. eleganter textus in *L. 3. §. 3. ff. eod. ibi: Sed si cum alio sim debitor, puta, duo rei promittendi sumus, & mihi testator solum consultum voluit, agendo consequar non ut accepto liber, nec etiam correus meus liberatur contra testatoris voluntatem.**

Ex quibus rectissime inferri potest, <sup>151</sup> quod quædo in vocationibus maioratus adest diversa ratio, possunt esse diversæ naturæ, altera revocabilis, altera irrevocabilis, nec ideo quod in una donatione vocationes sint factæ, omnes erunt irrevocabiles, argumento textus in *L. 2. §. Si primus, ff. de contra tabul. ibi: Nec sibi jungentur, cum ad suam quisque causam sit substitutus. L. Servus communis, §. fin. ff. de stip. servor.*

Ratio est; quia in institutione maioratus tot judicatur donationes, quot sunt personæ vocatæ, nec una ab alia dependentiam, aut connexionem habet. Giurba de *Sucess. feud §. 2. gl. 13. num. 101.* & alij quam plures; & consequenter quæque donatio potest habere diversam naturam, ita ut altera revocabilis sit, altera non; alia valida, alia invalida, ut latius comprobari potest ex Molin. *lib. 4. cap. 2. num. 74. vers. In primo casu, & Auctore hic, & infra cap. 6. num. 307.* & ex traditis à DD. in *L. 27. Taur. ut per D. Castillo lib. 2. Controv. cap. 7. num. 27. Paz in L. 200. Styl. & alij, Mieres 1 p. q. 2. n. 146. & 164. D. Castillo lib. 5. cap. 98 n. 7. Angul. in L. 11. gl. 4. n. 16. tit. de las mejoras.*

<sup>152</sup> Hinc dicendum, quod in donatione pluribus facta ait Paul. Castr. *cons. 347. lib. 1.* maioratus institutorem posse revocare vocationem alicujus

ad maioratum, quin cæteræ revocatæ censeantur. Eleganter Menoch. *conf.* 1153. num. 5. Gratian. *cap.* 332. n. 5. & *cap.* 257. num. 10. & *cap.* 751. n. 10. D. Valenz. *conf.* 69. num. 50. Consequenter igitur poterit irrevocabilem alicujus vocationem facere, quin videatur alias irrevocabiles facere.

154 Hinc dicendum, quod quando vocationes ad maioratum sunt diversæ naturæ, nec sub una ratione universali comprehenduntur, doctissimi Oleæ sententia locum non habet, sicut in acceptatione ait Molin. *diēt.* n. 74. *vers.* In primo casu, & *vers.* seq. ubi de donatione per viam maioratus ait, acceptatione primi manere irrevocabilem, quia sub una ratione universali omnes vocati sunt, & comprehensi

155 nomine familiæ, quo in casu vocationes unius sunt naturæ, & ideo primi acceptationem sufficere ait Mieres *d.*

156 *p.* *quæst.* 22. n. 42. Et in hoc casu ait, quod si maioratus ex aliqua causa invalidus est quoad primum vocatū, etiam erit invalidus quoad alios,

157 *num.* 135. Et quod conditio deficiēs in persona primi, quoad alios etiam deficere videtur, *num.* 145. Addendus Petr. Barbof. in *L.* 40. §. *Si quis*, ff. de leg. 1. à *num.* 51. Nec regula illa (tot sunt donationes, quot personæ vocatæ) in hoc casu obstat, quia licet tot donationes sint, quot personæ, sunt tamen ejusdem naturæ, & ideo licet una ab altera non pendeat, eodem jure omnes censentur, ut constat ex Mieres *d.* q. 22. & 42.

158 Non obstant quæ pro contraria adducta sūt, quia licet vera, diversa tamen sunt: quid enim interest legatū in vita traditum, vel maioratum manere irrevocabilem? non enim negamus eum cui donatio facta est irrevocabile jus acquisisse, sed non ideo cæteros vocatos, in quibus diversa dis-

159 positio invenitur, ex donatione enim uni facta, quoad alios induci non potest: imo posset dici specialem provisionem in favorem unius ex vocatis,

inducere dispositionem contrariam in alijs vocatis, ex *L.* *Quæsitum*, §. *Denique*, ff. de fund. instr. leg. conducit Mieres 1. q. 43. num. 19. ubi ait, eum qui à se maioratum institutum revocat in parte, videri in cætero confirmare; & *quæst.* 34. numer. 3. ubi ait, maioratum institutum in diversis bonis, si aliqua bona tradantur, manere irrevocabilem quoad ea tantum quæ tradita sunt, quoad alia vero non tradita revocabilem: ergo similiter maioratu revocabilem institutum, si quoad unum fiat irrevocabile, quoad alios vocatos manebit revocabile. Addēdi Alex. *conf.* 75. n. 13. lib. 5. & quæ tradit Auct. *p.* 5. *cap.* 1. n. 4.

Nec Molinæ, & aliorum doctrina 160 in hoc casu intelligenda est, sed quando maioratus simpliciter traditur ab institutore non ob causam specialem, sed ita ut jure maioratus succedantur vocati, quo casu ex traditione in vita facta irrevocabile quoad omnes vocatos manebit; secus quando ob causam specialem in alicujus favorem manente priori dispositione, traditio facta sit, ut ex traditis à nobis manifestum est: quibus cōducit distinctio communiter à DD. approbata, ut tūc maioratus irrevocabile maneat ex traditione in vita facta, quando traditio simpliciter fit; secus si sub commemoratione relictī in ultima voluntate, ut latius probat ex Molin. & alijs Castillo de *Alim.* *cap.* 37. ex *num.* 10. ubi de melioratione, & maioratu; cū igitur non posset dubitari quoad eum cui fit donatio irrevocabilem esse traditionem, necessario cōsequitur, quoad alios revocabilem esse maioratum, quando sub commemoratione institutionis factæ in testamento in donatione vocantur, ut ex mente DD. qui hanc quæstionem agunt, esse non dubito.

Ad quod maximè conducit *L.* 1. 162 §. *Si quis sub conditione*, ff. ut leg. seu fid. nom. cau. ubi ait: *Si quis sub conditione legatum stipulatus pendente condi-*

*ditione decesserit, stipulatio evanescit, quia nec legatum transmittitur, huic stipulationi easdem causas, & conditiones inesse sciendum est: qui textus confirmat tradita à Salgad. in Labyr.* 1. p. *cap.* 25. num. 25. ibi: *Ideo pactum relatium ad rem habentem naturam commutabilem, & variabilem, non alterat, nec interimit commutabilitatem provenientem ex natura rei.*

Cum ergo donatio naturam maioratus non immutaverit, maximè quoad alios vocatos præter Martinū, & ejus filios, necessario sequitur posse eo mortuo sine filijs à fundatore revocari.

163 Nec item obstat clausula constituti, reservatio ususfructus, & pactum de non revocando in donatione appositum; hæ enim clausulæ, uti contractui accessoriæ, non amplius, quam principalis dispositio, operantur. Postius de *Manuten.* *observ.* 20. num. 4. Noguero. *alleg.* 14. num. 51. Alvarez Pegas *Resol.* *cap.* 6. n. 36. 37. & 38.

164 Præterquam quod donatio fuit facta sub conditione ex illis verbis, *Para quando llegue el caso de su llamamiento*, ubi inducitur conditio mortis priorum vocatorum. *L.* 179. §. *Heres meus*, ff. de condit. & dem. D. Larrea *dec.* 107. num. 33. quæ conditio defecta est, quia non evenit casus successionis Martini, & consequenter constitutum locum non habuit. Postius *diēt.* *observ.* 20. num. 29. Noguero. *alleg.* 14. num. 52. Giurba *observ.* 51. num. 9. Pegas *diēt.* *cap.* 6. n. 18. cum alijs. Imo totam donationem defecisse dicendum videtur. *L.* *Si quis ita stipulatus* 129. ff. de verb. oblig. D. Larrea *dec.* 78. n. 15. & alijs, ad quod est expressa doctrina, quam ex Mieres supra retuli ex 1. p. q. 24. num. 145. ubi ait, quod conditio deficiens in persona primi vocati, quoad alios etiam deficere videtur.

165 Nec obstat quod ex verbis donationis: *Desde aura, para quando llegue el caso*; quæ appolita in contractu cō-

ditionali facit conditionem adimpletam: vide Marta *Traēt.* *claus.* 1. p. *claus.* 54. num. 10. Gabriel. *conf.* 185. num. 6. vol. 1. quia in gratiosis requiritur, ut adveniat tempus conditionis. De quo vidēdi quos refert Riccius in *Addit. ad Franchis dec.* 213.

Quibus omnibus huc usque longa 166 manu à nobis traditis convenit Auct. sententia, quam hic ex Mieres, & alijs tradit: Maioratum scilicet institutum ob causam matrimonij, revocari ob ingratitude non posse stantibus personis in quorum favorem, & gratiam fuit factus maioratus; eis vero non stantibus revocari posse. Innuit ergo maioratum eatenus esse irrevocabilem, quatenus durat causa instituendi ob matrimonium, unde ea permanente non posse revocari ob ingratitude certū est. Addendus Olea de *Cess.* *tit.* 2. q. 7. num. 20. Angulo in *L.* 1. gl. 13. n. 2. tit. 6. de las mejoras: & sic intelligit dicta à Mieres de *Maior.* *rat.* 1. p. q. 39. n. 80. & 116. D. Olea post hæc scripta visus in *Addit. ad traēt.* de *cess. jur.* d. q. 7. num. 13. ubi late agit de hic à nobis proposita decisione.

## Num. 74.

Vide quæ dixi *num.* 48. Fontanel. 167 de *Paēt.* *claus.* 4. gloss. 1. n. 84. quæ refert Olea d. q. 7. n. 19. in fin.

## Num. 75. &amp; seqq.

Vide Giurb. de *Sucess.* *feud.* §. 2. gloss. 4. à *numer.* 4. Antunez de *Donat.* *Reg.* 3. p. *cap.* 29. itidem Giurba ubi *sup.* gl. 6. à n. 62.

Et nota injuriam institutori factam 168 post ejus mortem, reddere indignum legatarium, ac proinde fiscus vēdicat, cessat enim præsumptio revocati legati; quo modo intelliges textum in *L.* *Si mimicitia* 9. ff. de his quib. ut in 169 dign. ubi non ideo applicatur fisco legatum in specie §. *ult.* quia maior est

injuria illata, sed quia post mortem illata est, ut Nicol. à Salif. *in ea notat.*

## Num. 80.

170 Adde Antunez *dict.* 3. p. cap. 31. n. 79. & *seqq.* Diana *tom. 6. Resol. Moral. tract. 7. resol. 34.* Menoch. *de Præs. lib. 4. præf. 170.* D. Lara *de Capell. lib. 1. cap. 11. à num. 21.* Gomez *1. var. cap. 11. num. 56.*

## Num. 83.

Dixit Auctor *sup. num. 39. & sequentibus.*

## Num. 84.

171 *L. ex parte 22. ff. de Adim. leg.*

## Num. 85.

172 Fideicommissum ipso jure legatum, doli exceptione opposita revocatur. *L. ex parte 22. sup. cit. L. 3. §. fin. ff. de adim. leg.* & in donatione revocabili Angulo *in L. 1. gl. 7. n. 17. de Meliorationibus.* Adde Antunez statim citandum.

## Num. 86.

Dixi *num. 75. vers. Et nota.* Addendus Antunez *dict. cap. 31. num. 84. & seqq. vide.*

## Num. 87.

Card. Tusch. *litt. D. conclus. 511.* Faria *ad Covarrubias lib. 1. var. cap. 11. à num. 66.*

## Num. 88.

Vide *num. 85.*

## Num. 89. 90. &amp; seqq.

173 Et in hac specie si filius in quem

maioratus est institutus sit jure ex hæredatus, an videatur testatorem revocasse maioratum? Negant D. Gregor. *in L. 2. tit. 15. p. 2. gloss. maioratus, col. 3.* Alvarado *de Conject. lib. 2. cap. 3. num. 29. ex L. 1. §. Sed si, ff. de assig. libert. L. 12. Si paternus, §. Si quis libertum, ff. de bon. libert.* loquuntur in melioratione tertij, & quinti, idemque in hoc casu dicendum esse videtur ex traditiis hæc.

## Num. 92. &amp; seqq.

Dixi cum Auctore *p. 5. cap. 4. num. 175. 13. & 16. & vide sup. cap. 1. num. 59. & Molin. lib. 1. c. 3. n. 6.*

## Num. 95. &amp; 96.

Roder. Suarez *in L. Quoniam in prioribus in declar. leg. Regn. quæst. 7. ubi an melioratus hæres, vel prælegatarius sit, & vide L. 4. & 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. ubi latè tradunt DD.*

In hoc capite actum est latè à nobis de quæstione proposita à doctissimo D. Olea *in tractatu de Cess. jur. tit. 2. quæst. 7. num. 26.* ubi defendit maioratum ob causam matrimonij institutum, esse irrevocabilem quoad omnes vocatos, licet matrimonium ob quod fuit institutus nulla prole relicta sit dissolutum. D. Castillo *tom. 4. cap. 5. num. 23. vers. Ex his.* Baltasar, Thom. *tom. 1. tract. 9. de Maiorat. tit. 16. n. 56.*

Postmodum ipse D. Olea typis mandavit quasdam additiones ad sui tractatus aliquas quæstiones, quæ lucem viderunt Matrili anno 1682. ubi occasione litis, & decisionis propositæ à nobis, iterum de quæstione agit, & adhuc etiam in eo casu suam videtur sententiam defendere, proponit enim D. Antonium de Ovando necessario obtinuisse ex uno, vel altero ex motivis; *vel quia donatio fuit tantum irrevocabilis respectu D. Martini, & ejus descendentium, vel quia licet per donatio-*

*nem effectus fuisset maioratus irrevocabilis, qui in primo testamento institutus erat, adhuc mortuo donatario sine filijs potuit revocari, & multo magis ordo vocationum alterari, ut fecit institutor: & licet non diffiteatur fuisse judicem in secunda supplicatione, ignorare tamen se ait, ex quo ex duobus relatis motivis obtinuerit, quia tres ex quinque judicibus vota sua in scriptis dederunt; unde se contra sententiam diffimulat, & pro sua sententia stare asserit aliam Senatus decisionem in casu maioratus instituti per D. Franciscum Sardeneta, & uxorem in filiam ob causam matrimonij contrahendum cum D. Francisco de Valdes, ac descendentium, quæ non posse revocari in præjudicium substituti obtinuit is, qui & consanguineus transverfalis erat, Marchio de Navarmarquende, quamvis matrimonium dissolveretur sine filijs.*

Certè non immerito placuit sibi sua sententia, quam & nos verissimam profiteamur, & tanto viro dignam; sed si verum est in ea specie adhuc eam sustineri tentasse, tuto fecisse non videtur, militant enim diversæ à nobis allatæ rationes, quæ ab ea faciunt recedere, ideo à distinctione proposita non avertit nos doctissimus Jurisprudentiæ Antistes, nec tamen confitemur D. Antonium ex posteriori motivo posse obtinere, sed ex primo, quod sententiæ ejus non opponitur, cum alterum opponatur immediatè, & verum est quod si maioratus in testamento institutus, per donationem uni ex vocatis factam ob causam matrimonij efficeretur quoad omnes irrevocabilis, nequiquam posset postmodum alterari, & si donatarius sine liberis decessisset, & multo minus revocari, ut docte sentit D. Olea, & ab ipso traditi; donatio enim, quæ efficitur irrevocabilis ob causam matrimonij, acceptata à primo, quoad omnes manet irrevocabilis. Anton. Gom. *in L. 40. Taur. num. 34.* D. Molin. *de*

*Primogen. lib. 4. cap. 2. num. 75. in fin.* D. Olea *ubi sup. num. 3. & hoc eodem tit. 2. q. 7. num. 23.* Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. à num. 153.* itidemque Molin. *lib. 1. cap. 9. num. 31.* D. Castillo *tom. 6. Controv. cap. 119. n. fin.* postmodum ergo nec revocari, alterari, nec ei gravamen aliquod adjici poterit, quidquid videatur contra statuere cū Fabro, & Merenda Joseph. de Rosa *consult. juridic. 69. à n. 115. & 132.* quæ ab improba opinione excusat D. Olea *in Add. d. tit. 2. q. 7. post num. 10.* & pro se etiam adducit Molin. *de Rit. nupt. lib. 3. q. 6. à num. 22.* videndus etiam *q. 56. per tot.* ubi conducit, & in fortioribus terminis asserit, doti promissæ tam à patre, quam ab extraneo non posse ex intervallo adjici gravamen, nec conditionem. Latè Bossius *de Dote, cap. 7. per tot.* ad intelligentiam textus in *L. fin. §. Filia cum L. à Filia 62. ff. ad Trebel.* Amato *resol. 64. tom. 2. Giurb. ad Consuetud. Messan. c. 3. gloss. 7. à num. 66. & 72.* Imo ne quidem per viam declarationis dispositio perfecta alterari poterit ab institutore, rejecta opinione Decian. *conf. 7. à n. 99. & seqq.* quam laudat Mieres *de Maiorat. 1. p. q. 44. num. 16.* sequiturque Fontanel. *dec. 172. num. 9. tom. 1. & de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 5. num. 12.* Rosa *consultat. jurid. 69. à n. 108.*

Quia licet verum sit eum, qui maioratum instituit irrevocabiliter per donationem inter vivos, posse etiam post longum tempus, & in testamento declarare, & illius declarationi standum esse. *L. Heredes palam 21. §. 1. ff. de testam. L. Adeo 7. §. Cum quis. ff. de acq. rer. domin.* D. Larrea *dec. 32. à num. 30. & 100.* D. Valenz. *conf. 23. à num. 124.* Rosa *ubi sup. à n. 98. & nos alibi.*

Id tamen procedit, quando verba de quorum declaratione agitur, sunt ambigua, nam si verba clara essent, & eis declaratio repugnaret, diceretur potius nova dispositio, & destructio prio-

prioris voluntatis, & magis perimetret, quam exponeret, ad text. in cap. *Cum dilecti* 18. de accusat. D. Larrea dec. 32. à num. 54. Carpio de Executor. lib. 2. cap. 5. D. Salgad. de ret. Bull. c. 30. §. 5. à num. 20. ad 25. Paul. Rub. Resol. pract. cap. 83. à num. 163. & in specie D. Castillo lib. 3. Controv. cap. 10. à num. 24. & lib. 6. cap. 182. à numer. 36.

Ideoquæ certissimum est maiora- tum contemplatione matrimonij ex prædicta causa fieri irrevocabilem, ita ut etiã ex voluntate ipsorum donatoris, & donatarij non possit revocari, uti ex Molin. Mieres, & alijs latè probat D. Larrea alleg. 76. à num. 2. nec filius potest cõsentire ut alia onera maioratui imponantur in præjudicium successorum, Mieres de Maiorat. 1. p. q. 22. numer. 231. & seq. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 32. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 8. num. 75. & 76. D. Larrea sup. num. 4. transit enim donatio, cum sit ob causam onerosam, ad contractum do, ut des, vel facias, qui revocari, aut modificari nulla ratione potest, ut docent Bãrt. Bald. Afflict. & alij apud D. Christophorum de Paz tract. de Tenuit. tom. 2. cap. 57. à num. 125. cum seqq. ubi latè de specialibus donationũ ob causam, & cum Faria, Fabro Addentibus ad Molin. D. Solorzano, Giurba, & Fontanela, D. Olea tit. 1. q. 6. sub num. 15. ubi ita intelligit Barbof. vot. 126. num. 92. & 93. lib. 3. ut principalis etiam donatio ex vi contractus revocari, modificari, aut alterari nequeat, secus tamen per viam legis, aut ex publica utilitate, quod ad Legem 12. tit. 7. lib. 5. Recop. notandum est ad tradita à D. Christophoro de Paz ubi sup.

Sed dubium est, an in simili matrimoniali, vel ob causam matrimonij facta donatione, liceat donanti ante modum impletum eam revocare? & cum donatio ob causam reducatur ad contractum innominatum. Donel. lib. 12. Comm. cap. 10. ubi ex Corraf.

Menchac. Ant. Fabr. & alijs Offuaid. litt. A. D. Paz ubi sup. num. 126. D. Larrea dec. 66. num. 41. & dec. 91. n. 23. Videtur dicendum posse ex pœnitentia revocari ante modum impletũ re integra, ut videtur sentire D. Larrea dict. dec. 66. num. 41. ibi: Nam in donatione ob causam re adhuc integra ex latere ejus, qui recepit, quando scilicet causa ob quam datur, sequuta non est, licitum est donanti pœnitere; & in probationem adducit text. in L. Dedi 3. §. Sed si tibi, ff. de condit. caus. dat. L. Si pecuniam 5. in princ. & §. Si servum, ff. eod. & quod donatio sub modo, & ob causam facta sit quidam cõtractus innominatus, probãt expressè textus in L. Sed & si lege §. Consuluit, ff. de petit. hæred. L. Attilius Regul. ff. de don. L. Hoc jure, §. ult. ff. eod. ibi: Denique Pegasus putabat si tibi centum spondero hac conditione si jurasses te nomen meum laturum, non esse donationem, quia ob rem facta est, & res sequuta est. L. Si pater 34. in §. ff. eod. Quod quidem cum sit certum, similem donationem ad innominatos cõtractus reductam revocari posse dubitari non debet, cum eorum propria & peculiaris natura sit, pœnitentiæ locum esse contrahentibus re integra. L. Iuris gentium, §. 1. ff. de pact. L. Si pecuniam 5. ff. de cond. caus. dat. Gomez tom. 2. var. cap. 8. num. 4. Menchac. Usufreq. cap. 59. num. 12. Menses in L. Naturalis 5. num. 18. & seqq. ff. de præscr. verbis, Parlador. 2. cotid. cap. 3. num. 32. D. Pichard. in Rub. inst. de locat. à num. 111. & in §. Actionum, inst. de act. q. 27. à num. 24. Azeved. in L. 2. tit. 15. lib. 5. Recop. n. 13. D. Franc. Sarmiento lib. 2. Select. cap. 3. n. 13. Gutierr. de Iuram. 1. p. cap. 35. Duaren. ad tit. de Præscript. verb. c. 4. Donel. lib. 14. Comm. cap. 22. per tot. ubi Offuaid. Ant. Faber de Err. dec. 45. error. 9. & dec. 84. error. 4. Fachin. Controv. lib. 11. cap. 8. Treuther. Select. vol. 1. disp. 22. Thef. 2. litt. B. & C. D. Retes lib. 2. Opuscul. sect. 3. cap. 1. per

tot. De quo, & an hodie de jure Regio nullus sit pœnitentiæ locus: præter relatos, itidem Gomez in L. 40. Taur. num. 25. & 32. D. Retes ubi sup. sect. 3. cap. 5. per totum. Valeron. de Trans. tit. 1. q. 4. n. 5. & 25. ubi alios dant.

Qua ratione donatio ob causam matrimonij matrimonio non sequuto revocari potest, & donatori conditio ob causam competit. L. 2. §. fin. & ibi DD. ff. de donat. Tello Fern. Matienz. Molin. Fontanel. & alij, quos sequitur Hermosill. in L. 3. tit. 4. gloss. 1. n. 44. part. 5. quod verissimum est, quãdo matrimoniũ fuit causa finalis donationis, nam eo nõ sequuto nulla, & invalida est donatio propter defectũ causæ finalis. L. 2. §. fin. ff. de donat. L. 3. ff. eod. L. 12. §. fin. ff. de donat. inter. L. Si extraneus 6. ff. de cond. caus. dat. L. Si donaturus, ff. eod. D. Castillo Controv. lib. 5. cap. 119. Noguero. alleg. 23. à num. 159. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 1. num. 56. & 53. Leo decis. Valent. 137. num. 23. Giurba observ. 28. num. 16. Mar. Cutell. de Donat. contempl. matr. tract. 2. disc. 1. special. 6. à num. 1. & 23. D. Olea tit. 2. q. 7. num. 6. in noviss. impr. Secus si fuit causa impulsiva tantum, quia defectus causæ impulsivæ non facit cessare donationem. D. Castill. & alij relati ab Olea sup. num. 5. Quando autem matrimonium sit causa finalis, vel impulsiva, ex Cutell. Fontanel. & Monter. à Cueba docet D. Olea sup. n. 4. donationem scilicet à patre filio factam certi matrimonij favore ex causa finali esse, ex impulsiva vero, quando donatur à patre, vel extraneo, ratione incerti matrimonij, ipse etiam judicat etiam ab extraneo factam donationem ex causa certi matrimonij, esse regulandam sicut donatio ex eadem causa facta à patre. Et generaliter definiendum est donationem tunc fieri ex causa finali matrimonij, quando ita ex ea causa donatum est, ut ali-

ter non donaturũ esse constiterit donatorem, arg. textus in d. L. 2. §. ult. cum L. seq. ff. de donat. ibi: Et generaliter hoc in donationibus definiendum est, causa donandi fuerit, an conditio, si causa fuit cessare repetitionem, si conditio, repetitioni locum fore. Vide Ripol. in L. Demonstratio falsa de cond. & dem. num. 18. & 19. ubi ex quibus causa finalis, vel impulsiva dignoscatur.

Sed his non obstantibus, in quæstione proposita dicendum est donationem ob causam matrimonij non posse ante matrimonij contractum revocari, nec donanti licere pœnitere etiam re adhuc integra. Idque expressè tenent Bald. Novel. de Dote p. 6. privileg. 5. 1. D. Covar. lib. 1. var. cap. 14. num. 15. Bossius de Dote, cap. 9. n. 50. & 51. D. Larrea dec. Granat. 91. num. 23. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 33. n. 13. & seqq. Costa tract. de re integra dist. 1. numer. 3. D. Joseph. de Retes tract. de Donat. cap. 14. num. 7. ad fin. & ante lib. 2. Opuscul. sect. 3. cap. 1. de Cõditione, ex capite pœnitentiæ, n. 4. & 5.

Et licet non desint qui contrarium sentiant, quos sequitur Menoch. conf. 92. num. 79. Faria ad Covar. ubi sup. num. 58. & 68. tamen hæc sententia verissima est, & enixè eam probat textus in L. Siego 9. §. Si res 1. ff. de jur. dot. ubi proponitur res alicui tradita esse, ut nuptijs sequutis dotis efficerentur, & donatorem ante nuptias decessisse: quæsitum est, an res sequutis nuptijs fiant dotales, & licet stricto jure, conditio post mortem ejus qui dedit, impleta, efficere non possit dominium discedere ab hærede invito, benignius esse, respondet Consultus necessitatem hæredi imponi consentire ei, quod defunctus fecit, vel eo invito dominium ad maritum ipso jure transferri, ne mulier indotata sit, ex verbis textus: Si res, ait Consultus, alicui tradidero, ut nuptijs sequutis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero: an se-



*sequatis nuptijs dotis esse incipiant? & vereor, ne non possint in dominio ejus effici, cui datæ sunt; & quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo; qui dedit; & quia pendet donatio in diem nuptiarum, & cum conditio nuptiarum sequitur, jam dominium hæredis est, à quo discedere non posse rerum dominium invito eo fatendum est. Sed benignius est, favore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, vel absente eo, dominium ad maritum ipso jure transferri, ne mulier indotata sit.*

Et ut ex hac lege possim evincere, prius est ut difficultates ejus avellere conemur, ex quarum solutione ea opinio firmatur. Et in primis difficilis est Ulpiani resolutio dum ad benignitatem, & favorem dotis recurrit, ut hæredi donatarij necessitas imponatur consentire ei, quod defunctus fecit, vel si nolit, dominium ad maritum ipso jure transferri; nam cum proponat donationem factam sub conditione nuptiarum, ut se ipsum explicat illis verbis: *Et quia pendet donatio in diem nuptiarum, & cum conditio nuptiarum sequitur*; non facile intelligitur cur dubitet an hæres teneatur stare donationi à defuncto factæ, cum id nullam dubitationem habeat, ut probatur ex textu in *L. Necessario 8. vers. Quod si sub conditione*, ibi: *Constat hæredes obligatos esse, quasi jam contracta emptione in præteritum; ff. de peric. & com. rei vend. & in donatione conditionali impleta conditione rem fieri ejus cui tradita est docet Julianus in L. 2. §. Si pecuniam, ff. de donationibus: Si pecuniam mihi Titius dederit absque ulla stipulatione, ea tamen conditione, ut tunc demum mea feret, cum Seius Consul factus fuerit, si ve furente eo, sive mortuo, Seius Consulatum adeptus fuerit, mea fiet. Ergo nulla dubitatio est, hæredem teneri donationi stare, & rerum dominium ad maritum translatum impleta conditione, nec est necessarium ad favo-*

rem dotis, & benignitatem recurrere, cum eadem stricto jure vera sint. Quæ si juris rigori repugnent, favore dotis obtinere minime debent; quid enim favorabilius, quam libertas? adhuc tamen libertatis favor non efficit, ut definat esse pœnitentiæ locus, uti si servus transferatur à domino, ut intra certum tempus manumittatur, necesse enim est, ut dominus in eadem voluntate perseveret: ergo pœnitentiæ locus est etiam in præjudicium libertatis, ut probat textus in *L. 3. §. 1. & 3. L. Si pecuniam 5. ff. de cond. caus. dat. L. 2. C. Si mancip. ita fuer. alien.* ergo cum in datione ob causam libertatis locus sit pœnitentiæ, idem in datione ob causam dotis dicendum est, quam rationem præter alios considerat D. Retes *lib. 2. Opusc. cap. 1. sect. 3. n. 4. in fin.*

Secundo, & contra opinionem quam supra defendimus, potius Consultus stare videtur dum quæstionem proponit in hærede, & quidem non sine mysterio, videtur donatariū omisisse quæ revocare posse donationem factam innuit, aliter inutiliter quæretur de hærede donatarij defuncti, *hic & in L. 2. §. Si pecuniam, ff. de donation.* Sed & in hoc maxima est difficultas, nam & in contractibus innominatis, in quibus est locus pœnitentiæ, hæredi non licet pœnitere, licet defunctus possit, ut probat textus in *L. 3. ff. de serv. exportand.* cum alijs D. Præses Covarr. *lib. 1. var. cap. 14. num. 17. P. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 265. post col. 4. vers. Quando donator*; & ibi Clar. & alij, qui omnes in donatione ob causam loquuntur: ergo & in donatione ob causam dotis hæredi non licet revocare ex capite pœnitentiæ, licet defunctus id facere possit, argumento textus specialis in *L. Publia Mævia 26. ff. depositi.*

Imo nec ipsi quidem defuncto in simili donatione ob causam dotis licita est pœnitentia. *L. Quod servius 8. ff. de cond. caus. dat. L. Dotis 7. §. fin. L.*

*L. Si debitor 80. ff. de jur. dot.* Donel. *lib. 14. Commēt. cap. 26. D. Amaya lib. 2. cap. 4. num. 26.* & generaliter donans ob causam cōdicere nequit quādiu donatarius potest & vult cōditioni parere per *L. 3. & 8. Cod. de condit. ob causam*: docet Ossuald. ad *Donel. dict. lib. 14. cap. 23. litt. C.* ergo multo minus hæredi licebit pœnitere, cum defuncto non licuit; cum nec ei liceat ex pœnitentia revocare contractum, quem defunctus poterat, ut dixi.

Has difficultates ut componant interpretes, varias afferunt solutiones, ut videre est apud antiquiores, & Sozinum in *L. Qui Romæ, §. Flavius, n. 15. de verb. oblig.* Morla in *Empor. jur. tit. 2. in præmis, num. 103.* Fab. in *Ratione & de Error. pragmat. decad. 45. error. 3. num. 3.* Faria ad *Covarr. lib. 1. var. cap. 14. à num. 59.* Petr. Barbof. in *Rub. ff. sol. matr. 4. p. à num. 37.* D. Salignad. in *Labyr. 1. p. cap. 33. à num. 13.* D. Amaya *lib. 2. observ. cap. 4. per tot.* D. Retes *lib. 2. Opuscul. sect. 3. cap. 1. à num. 5.* & alij passim ab his relati.

Sed nobis, ut rei, de qua agimus, cognitio plena habeatur, breviter licet, nos expediemus: igitur dicendū est, quod donatio ob causam, participat de donatione, & de contractu, qui donationi mixtus est, & quāvis admisceatur negotium donationi, non confunditur donatio cum negotio, quia hæc duo implicant contradictionem, negotiari, & liberalitatem exercere, ut unus idemque actus non possit simul esse donatio, & negotium, ideoque donatio ob causam, cum utriusque naturam separatim habeat, si prævalet donatio, remanet in terminis irrevocabilitatis, si negotium prævalet, obligatio contrahitur secundum naturam actus, & dicitur donatio ex causa, probat *L. Aristo 18. ff. de donationibus*, ibi: *Aristo ait: cum mixtum sit negotium cum donatione, obligationem non contrahi eo casu, quo donatio est*; ut igitur cognoscatur in donatione ob

causam an sit pœnitentiæ locus, inspicendum est, an prævaleat causa donationis, an ipsa donatio; prævalet autem donatio, si affectus tendit in accipientem, ipsumque respicit omnino: quod si affectus totaliter tendit ad modum, & causam quam primo, & principaliter respiciat, potius datio ob causam, quam donatio dicenda est: inter donationem autem ob causam, & donationem maxima est differentia; datio enim negotium est, quod reducitur ferè ad contractum innominatum: *do, ut facias, vel des*; donationem autem, esse contractū, qui pariat obligationem, repugnat, & ubi est datio ob causam, licet dationem revocare ex capite pœnitentiæ, etiam antequam dies impleti veniat. *L. 3. §. 1. ff. de cond. caus. dat. caus. non sequit. L. Si quis alicui 27. §. 1. ff. mandati.* Sed ubi est donatio ob causam non est locus pœnitentiæ, probat D. Joseph. de *Retes de donat. cap. 14. num. 7.* vbi hanc differentiam proponit: *Donel. lib. 14. Comm. cap. 23.* ubi Ossuald. *litt. C.* Ratio differentia est, quia datio ob causam negotium est, nec aliam causam præ se fert, quam dare, ut fiat, vel detur; quare re non impleta ex parte accipientis, liberum est ei, qui dedit, recedere à contractu, & rem à se datam repetere. In donatione vero ob causam est liberalitas, & est negotiū, ideoque pro qua parte commodum procuravi, cui dedi, non possum me pœnitere, quia omnis donatio præ se fert animum irrevocabilem, sive irredibilem, quapropter non debet audiri donans qui dicatur, pœnitere illū donasse. In summa, in donatione ob causam, duas causas consideramus, alteram, quæ inest, alteram, quæ exprimitur: quæ inest, est liberalitas, hæcque irtractabilis; quæ exprimitur, facit negotium diversum omnino à donatione. Ita docet Retes ubi supra; & idem sentit Ossuald. *litt. C.* ubi ait, donationi ob causam duplicem causam inesse, præsens una, quæ est libe-

ralitas, altera futura, ut quid fiat, vel detur vicissim; illam numquam posse videri defectam, hanc ex voluntate pendere; & hinc esse, ut si nolit parere conditioni, qui accepit, conditio sit, quia alter non erat donaturus ex mera liberalitate; ita est etiam ut si donatarius paratus sit adimplere, non datur conditio, quia adhuc subest alia causa impleta, praesens liberalitas. D. Retes *lib. 2. Opuscul. cap. 1. sect. 3. n. 9.* ibi: *Plus ergo est in donatione ob causam, quam in datione ob causam; qui enim ob causam donat, ante defectum causae non potest condicere ex capite poenitentiae; sed qui ob causam dat, si eum poenituerit dedisse, condicere potest. L. Si pecuniam §. ff. de cond. caus. dat. & postmodum: quia is qui dat ex causa donationis, & hoc amplius aliquam causam adjicit praedictae donationi, veluti, ut aliquid fiat, duplicem habet causam donandi, alteram praesentem, alteram futuram; praesens causa est liberalitas, quae cum pendeat ex solo animo, & munificencia donantis, non potest videri defecta unquam, vel non impleta, imo statim impletur ut donatio facta fuit; futura vero est quae pendet ex facto, & voluntate donatarij, quae ideo potest impleri, vel non impleri. Hinc ergo fit, ut quemadmodum si donatarius legem donationis implere nolit, danda est conditio causa data, causa non sequuta, donatori, quoniam ex sola liberalitate non fuerat donaturus; ita si donatarius paratus sit implere, non est permittendum donatori, ut condicat, quia pendente implemento conditionis, legisve, dictae donationi subest alia causa praesens, & jam impleta, id est, liberalitas donatoris, quae nullum poenitentiae locum relinquit, jam enim verum est donatum esse; & quamvis illud quoque verum sit, donatum fuisse, non simpliciter, & absolute, sed ob causam, tamen constat, adhuc durare praesentem liberalitatis causam, quae non deficit, imo pura, & impleta est, quando lex, aut modus donationis non deficit. Haec differentia originaliter à*

Baldo tradita est in *L. dictam 8. n. 8. Cod. de cond. ob caus.* quam proposuit Faber *de Error. pragmat. dec. 45. err. 9.* sequutusque est Osswaldus *ubi supra*, & eum D. Larrea *dec. Gran. 91. n. 23.* quos refert D. Retes, cum D. Franc. Sarmiento *lib. 2. Select. cap. 3. n. 13.*

Haec differentia inter dationem ob causam, & donationem, cognitu difficilis in facto, & statu conjecturalis est, quae ex verbis contrahentium percipi possit, & manifestum sit quādo sit donatio ob causam, vel datio: facile resolutio certa dari poterit de revocatione, vel poenitentia, sed ut plurimum confunditur donatio ob causam cum datione, nec potest certo affirmari an sit datio, an donatio ob causam; licet quando modus donationi adjectus continet causam impulsivam, potius donatio, quam datio ob causam dicenda sit. Ratio est, quia causa finalis est tunc liberalitas: ergo id principaliter actum est, ut sit donatio; ideoque ex poenitentia non potest revocari, sed voluntatis est quaestio, quando censeatur causa finalis, vel impulsiva adjectio modi, ut ait textus in *L. 2. §. 7. ff. de donation.*

Ex quibus ad textum in *dict. L. Si ego, §. Si res de jure dotium*, dicendum est, quod ideo ex benignitate, & favore dotium responsum est, dominium ad maritum transferri ipso jure, quia ibi dubium est an sit datio ob causam, vel donatio, & in dubio favore dotis praesumitur potius donatio ob causam, quam ob causam datio. *L. In ambiguis 85. ff. de reg. jur. L. 70. ff. illo tit. de jur. dot.* & in textu ratio dubitandi erat, quod in donatione ob causam matrimonij inest liberalitas respectu mulieris, & est negotium respectu mariti, nam dotis constitutio respectu dotatae contractus est lucrativus, respectu mariti onerosus. *L. Si donaturus, §. fin. ff. de cond. caus. dat.* Gomez *2. var. cap. 2. num. 37.* & alij communiter: ergo ejus intuitu resultat contractus innominatus, do ut facias: ergo

pc.

poenitentia potest revocari. Quod principaliter agitur, est causa ob quam; quia datae res sunt, ut nuptijs sequutis dotis efficiantur, quae est causa finalis dationis: ut enim eam denotat *Clement. 2. de etat. & qual. Rovit. cōf. 88. numer. 5.* & consequenter juxta proxime dicta, haec datio revocabilis est, quia potius causa, quam donatio, quia praevalet causa donationi; attamen dotis datio separanda est à regula favore dotis, & ne mulier cujus contemplatione datur, indotata sit. Ratio est, quia dotis nomine datum repeti nequit, donec matrimonium potest habere effectum. *L. Quod servus 8. ff. de cond. caus. dot. & alij D. Amaya obs. lib. 2. cap. 4. num. 26.* Dotis ergo favor efficit, ut regula invertatur, & potius attendatur liberalitas, quam negotium, vel ipsum separemus à cæteris contractibus innominatis, quia potius accedit nominatis, ut cum judicio observant D. Covar. Mozius, Barbof. & alij ab Amaya relati *ubi supra. num. 27. & 28.* licet non bene in hac lege mandato affimilent: de quo Faria fusè loquitur ad Covar. *lib. 1. var. cap. 14. num. 65.* sive igitur attendamus donationem, sive causam, debet esse irrevocabilis traditio ex dictis in primo supposito. Qua ratione verum est, quod in specie textus sicut defunctus non poterat, ita nec hæredi licet poenitere, & hoc favore dotis, quia per mortem dominium in eum translatum non debet stricto jure avelli sine ejus voluntate.

Ad secundum argumentum dices, quod in contractibus innominatis, licet defunctus posset, hæredi tamen non licet poenitere, ut docent Jul. Clar. & alij, quibus cum P. Molin. *de Inst. & Jur. tractat. 2. disput. 265. vers. Quando donator, Donel. l. 14. Cōm. c. 12.* Ratio est, quia manent respectu defuncti confirmati, cum nulla sit post mortem voluntas, ideoque defuncti respectu manent irrevocabiles ex poenitentia, quia cum ex parte defuncti sit

expletum, eo invito alter non potest resilire. Osswald. *ad Donel. lib. 14. c. 20. litt. B.* & si non impleat ex parte sua, hæres habet conditionem per *L. 37. ff. de acq. hæred.* cum alijs. Sed in dotis datione speciali alia ratione non datur repetitio ex capite poenitentiae, defuncto, nec hæredi, quia ipsa dotis datio efficit, ut jam res non sit integra respectu dantis, & accipientium, viri scilicet, & uxoris, utriusque enim gratia dos constituitur. *L. Capite 29. ff. de rit. nupt. L. 2. ff. de jur. dot. L. 1. ff. sol. matrim.* D. Gonzales *in cap. 1. de Don. inter. num. 8.* item *L. Dotis 7. ff. de jur. dot. L. 1. tit. 11. p. 4.* Gonzales *num. 7. & 9. supra.* ideoque favore mulieris maximè dos semel constituta non revocatur. Vide speciose Retes *Opuscul. lib. 2. sect. 3. cap. 1. numer. 4.* qui latius explicat.

Ad tertium ex *L. Si pecuniam. ff. de donat.* facile respondetur, quia loquitur in donatione conditionali, nos autem loquimur de donatione ob causam, vel de dotis datione, ideoque diversi sunt casus propositi in *d. §. Si pecuniam, & in d. L. Si ego, §. Si res*, ut praevideat Amaya *ubi sup. d. lib. 2. c. 4. à n. 48.* quem vide.

Ex quibus concludo donationem contemplatione matrimonij factam non admittere revocationem ex capite poenitentiae. Unde vera est D. Oleæ sententia quam probat ex Molina *de Ritu nuptiar. lib. 3. q. 6. numer. 41.* ubi probat maioratum institutum contemplatione certi matrimonij esse irrevocabilem, etiam si matrimonium non sit consummatum, sed dūtaxat ratum: quem sequuntur Addent. *ad Molin. lib. 4. cap. 2. num. 18. vers. Ampliatur quarto.* D. Solorzan. *tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 20. num. 70.* D. Larrea *allegat. 49. num. 39. & 49. tom. 2.* quos intelligit D. Olea *in addit. ad suum tract. tit. 2. q. 7. num. 6.* ut loquantur, quando pater vellet revocare meliorationem, & maioratum post ratum matrimonium, & ante ejus consumma-

E ij 60-

tionem ex aliqua causa, scilicet, in-  
gratitudinis, vel alicujus delicti filij  
donatarij, supponendo consumman-  
dum esse, quod quidem ex nostra sen-  
tentia probatur; donatio enim, quæ  
ante contractum matrimonij non po-  
test revocari, post illud contractum  
licet non consummatum non poterit  
etiam revocari; nisi consulto filius  
consummare noluerit, forte quia uter-  
que conjux votum castitatis emise-  
rit, vel ambo religionem professi. tunc  
enim docte Olea sentit, quasi causa  
defecta donationem maioratus revo-  
cari posse: *Nemo enim dixit (ait Do-  
ctissimus Olea) cogitasse patrem maio-  
ratus fundatorem de eo matrimonio,  
cum ex eo filij suscipi non possint, quibus,  
& filio domans prospexit.*

## AD PARTIS I.

### CAP. III.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 3 Novatio ex quibus inducatur?
  - 4 Novatio an inducatur ex incompatibilitate contractuum?
  - 5 Novatione fidejussor liberatur.
  - 6 Transactio creditoris cum debitoribus liberat fidejussores.
  - 7 Fidejussor an, & quando liberetur termino ad solvendum debitori prorogato sine ejus consensu.
  - 8 Contractu renovato an agatur ex renovato, vel ex posteriori renovante.
  - 9 Maioratus institutio cum clausula de non revocando, an faciat irrevocabilem.
- Negativa sententia refertur. Ibid.
- 10 Maioratus ex tertio, & quinto, vel aliter à parentibus institutus revocabilis est etiam si habeat clausulam

- de non revocando, & 11.
- 12 Clausula de non revocando operatur eam irrevocabilitatem, quam donatio haberet si inter vivos esset.
  - 13 Donatio causa mortis non immutatur ex pacto de non revocando.
  - 14 Contractus inter patrem, & filium invalidus est, nisi cum tertij inter-ventu, & 15.
  - 16 Maioratus ab extraneo institutus cum pacto de non revocando, est irrevocabilis.
  - 17 L. 17. & 44. Taur. non habent locum in maioratu ab extraneo instituto, & 18.
  - 19 Facultati revocandi donationem mortis causa renunciari potest.
  - 20 Pactum de non revocando idem operatur, quod expressa renunciatio facultatis.
  - 21 Renunciatio facultatis revocandi, an comprehendat facultates revocandi à Rege, & lege concessas.
  - 22 Donatio causa mortis cum pacto de non revocando revocari non potest.
  - 23 Donatio causa mortis facta alicui, & heredibus ejus, est irrevocabilis.
  - 24 Clausula de non revocando per viam additamenti, vel in executivis, an immutet naturam donationis.
  - 25 Electio facta cum pacto, vel juramento de non revocando, revocari non potest.
  - 26 Electio in contractu facta irrevocabilis est.
  - 27 Electio ad tempus mortis restricta, si in vita facta sit, non potest fieri irrevocabilis.
  - 28 Electio in testamento facta revocari potest.
  - 29 Electio per contractum facta in testamento est irrevocabilis.
  - 30 Electio in testamento facta revocabilis in dubio presumitur.
  - 31 Eligendi facultatem habens, an, & quando possit variare? Remissive.
  - 32 Pactum incompatible transmutat contractum.
  - 33 Contractus non transmutatur ex pacto incompatible quando emixæ vo-

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P.1. C.3. 53

- luerunt contrahentes valere contractum, & rejicitur pacto.
- 34 Donatio causa mortis non immutatur ex pacto de non revocando, quando eam ut causa mortis valere voluisse donatorem constat.
  - 35 Donatio causa mortis non immutatur ex pacto de non revocando, quando ut inter vivos valere non potest.
  - 36 Actus ex sua natura revocabilis, non potest fieri non revocabilis ex pacto.
  - 37 Pactum contra naturam actus, an, & quando valeat? Remissive.
  - 38 Legum 17. & 44. Taur. materia remissive explicatur.

Num. 1. & seqq.

- 1 C. Ard. Tusch. litt. C. conclus. 1003. & conclus. 1011.

Num. 8.

- 2 Hermosill. in L. 10. gl. 1. tit. 1. p. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 69.

Num. 10. 11. & seqq.

- 3 D. Salgad. in Labyr. 3. p. cap. 11. à num. 65. & per totum ferè; ubi quando inducatur novatio? & an ex incompatibilitate actuum? Affirmant Cyriac. controuv. 101. num. 38. & controuv. 124. num. 4. Giurb. observ. 83. num. 21. Noguerol. alleg. 21. num. 8. D. Fern. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 40. numer. 16. Tondut. Resol. Civil. tom. 1. cap. 21. n. 10. D. Christophor. Crespi obs. 71. Valeron de Transact. tit. 5. q. 4. num. 10. D. Salgad. supr. n. 77. Capic. Latro videndus dec. 200. Scoppa obs. 117. ad Gratiani decis. n. 13. Gomez Bayo 3. p. Prax. q. 105. num. 2. qui contrarium tenet cū Parladori opinione, quam contra communem acriter defendit lib. 2. Cotid. cap. fin. 1. p. §. 12. lim. 6. numer. 46. & seqq. ubi ait, utraque stare obligationes alternativè, ita ut in potestate creditoris sit qua velit uti, & alterius so-

lutione debitor liberetur. L. Fundum Cornelianum. ff. de novat. Sequitur tamen communem sententiam Pirrus Maur. Aretius de Fidejussor. sect. 10. §. 4. n. 22. fol. 935. vide D. Castill. lib. 7. cap. 77.

Num. 18. 19. 20. & 21.

Vide superius relatos, & an fidejussor novatione contracta liberetur? Gomez 2. var. cap. 13. numer. 20. vers. Secundo. Guzman de Evict. q. 28. n. 6. & q. 52. num. 12. D. Castill. lib. 4. Controuv. cap. 59. à num. 48. Cyriac. controuv. 124. & 546. ad textum in L. Novatione 4. Cod. de fidejussor. L. Ubiunque 60. ff. eod. ubi ita disponitur: Valeron citandus n. 6.

Idem si de causa transactum sit. L. Fidejussores 68. §. fin. eod. Valeron de Transact. tit. 2. q. 8. ubi eleganter disquirat.

An termino prorogato debitori sine ejus consensu? Affirmat ex Gomez 2. var. cap. 3. num. 17. & cap. 13. n. 21. Viotius dec. 129. Aug. Barbof. vot. 86. Cyriac. controuv. 449. videndus Marin. lib. 2. Resol. cap. 65. num. 12. & lib. 1. cap. 133. numer. 12. & cap. 136. & cap. 139. num. 3. itidem Cyriac. controuv. 259. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 34. & 2. p. cap. 27. à num. 64. Covarr. int. 1. p. num. 10. & 11. in cap. Quamvis pactum de pact. in 6. ubi an si prorogatio fiat ex facultate in obligatione, sit necessaria citatio fidejussoris?

Num. 21.

Dixi cap. præcedenti in resoluta 8. Decis. Granatenfi. Vide Surd. cons. 447. num. 57. lib. 3. Giurb. obs. 10. & vide L. Quoties. ff. de novation. & quæ tradit Parlador. superiori num. 10. citatus.

Num. 22. & seqq.

Latissimè Alvarez Pegas Resolut. E iij Fo.

*Forens. nov. edit. cap. 4. à num. 127. ubi Auctorem pluries laudat, ad quæstionem omnino videndus.*

9 In qua quæstione priorem sequuntur sententiam D. Valenz. Velazquez *consil. 119. num. 102. Sesse dec. Arag. 24. itidem D. Valenz. conf. 63. n. 34. & seqq. D. Castell. dict. cap. 80. in princip. & vers. Negativam, & d. cap. 119. num. 35. D. Larrea dec. Granat. 60. n. 20. & omnes Lusitani agnoscunt Jure nostro Regio ex d. L. 17. & 44. Taur. ex pacto de non revocando non posse esse irrevocabilem maioratum, cum eis legibus attentis, maioratus in contractu licet institutus revocari potest nisi in casibus ibidem expressis, quod ita agnoscunt præter Barbof. hic citat. Valasc. *consult. 122. num. 2. Alter Aug. Barbof. voto 30. Videndus Fragos. de Regimin. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 5. num. 5. vers. Idem. Alvarez Pegas Resol. cap. 4. à num. 144. ubi propositis sententijs, ait num. 148. In qua varietate dicendum est primam opinionem procedere in hoc Regno Portugallie, secundam in Regno Castellæ, nam licet attentæ L. 44. Taur. quæ est L. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. revocari, ac mutari valeant tales maioratum institutiones, ut ultra supra citatos advertit Valasc. *dict. conf. 122. num. 2. nihilominus apud Lusitanos minime observatur; cum nulla sit lex Lusitana, quæ idem disponat, ut testatur Pereira dict. dec. 48. & n. 8. & alla non extante recurrendum est ad jus commune ex Ord. lib. 3. tit. 64. ex quo ut dictum extat, maioratus institutus per viam contractus non potest deinceps revocari, aut aliquo modo mutari, eo quod irrevocabilis remansit. Roman. cõf. 171. num. 7. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 22. num. 7. & esse receptum eodem jure communi attentæ, post Traq. tradit Avendaño in L. 44. Taur. gl. 6. num. 1. ita resolvit Aug. Barbof. vot. 30. n. 5.***

11 Quæ sententia potest sustineri in maioratu ex 3. & 5. vel aliter à parentibus cum filijs instituto, in qua specie loquitur Lex 17. Taur. & L. 44. ut

probat inferius, quia nec in vim donationis, nec in vim pacti aliquid potest ea clausula operari, donatio enim à parentibus filio facta etiam inter vivos, usque ad mortem revocari posse docet Lex Donationes 25. Cod. de don. inter L. 11. & 17. Cod. de donat. quod ex Legibus Tauri verissimum esse nemo ambigit, nisi res donata tradita sit, vel aliter donatio irrevocabilis permaneat juxta L. 17. Taur. ut docent communiter Doctores, & præcipue Matienço in L. 1. tit. 6. lib. 5. gl. 3.

12 Clausula autem non revocandi ex L. Ubi ita donatur, solum operatur eam irrevocabilitatem, quam donatio haberet, si esset inter vivos, ita enim ait ea lex: *Perinde haberi debet atque alia quævis inter vivos donatio*: ex quibus obiter, & sine controversia notabis donationem causa mortis permanere donationem ita factam, ut nullo casu revocetur, ut probat & supponit ea L. Ubi ita donatur mortis causa, ff. de don. caus. mort. & L. 13. §. Sic quoque potest donari mortis causa, ut nullo casu sit ejus repetitio, & L. Senatus 35. §. 5. vers. Sic quoque, ff. eod. & expressius Auth. Novell. 87. de mort. caus. don. Curial. Angulo in L. 1. gl. 11. num. 13.

14 Item nec in vim pacti clausula non revocandi inter parentes, & liberos quidquam operatur, obligatio enim inter patrem, & filium esse non potest. L. 6. ff. de oblig. & act. Gomez 2. var. cap. 2. num. 2. & est L. 1. tit. 5. part. 5. ubi Hermosill. gloss. 2. Nec convalescit obligatio, & si filius postea sit emancipatus. Joan. Crot. in L. Frater à fratre, ff. de cond. indebit. num. 9. 10. & 30. Paschal. de Vir. patr. pot. 1. p. cap. 4. num. 4. Angulo in L. 1. gl. 5. num. 4. tit. 6. Hinc leges Regiæ ut melioratio valeat per viam contractus requirunt, ut conventio facta sit cum tertio. L. 17. & 44. & aliæ. Nec sufficit ut contractus fiat, nisi tertius interveniat, uti ex Avendaño, Mieres, Patr. Sanchez, D. Castillo, & aliis affirmant

firmant Addent. ad Molin. cum Auctore ibidem lib. 4. cap. 2. num. 16. & 17. Quod tertij interventu, & non alijs hæc donatio irrevocabilis efficiatur, tenent post Auctorem Mieres, &c.

16 Cæterum communem sententiam quam sequitur Auctor hic à num. 26. & Molina, itidem & plures, repetit lib. 1. cap. 9. num. 31. & cap. 12. n. 21. & Maldonado in Addit. lib. 4. cap. 2. à num. 4. Barbof. voto 30. num. 6. D. Larrea *decis. Granat. 57. num. 5.* ubi ex clausula de non revocando, ait, maioratum esse irrevocabilem, maximè cū institutor ad id se obligaverit. Hermosilla in L. 11. tit. 4. p. 5. gloss. 1. & 2. num. 13. & 14. Gutierrez itidem lib. 3. pract. quæst. 63. & 1. p. de Juram. cõfirm. cap. 12. num. 110. Gratian. cap. 96. discept. num. 5. Caldas de Potestat. elig. hic citatus 3. p. Robles lib. 3. de Representat. cap. 19. num. 33. Sanchez lib. 6. disp. 11. num. 10. de Matrim. Pegas d. cap. 4. n. 144.

17 Nec obstant Mieres, Barbof. & alij qui contrariam partem amplexi sunt, loquuntur enim in terminis Legis 17. & 44. Tauri, quas certū est loqui de melioratione tertij, & quinti, vel de maioratu à parentibus instituto, quo in casu urgent rationes superius adductæ: at vero quando maioratus ab extraneo instituitur cum pacto de nō revocando, in dubium est irrevocabilem esse juxta sententiam Auctoris, quæ cōmunis est, & expressè probatur in hac specie ex dict. L. Ubi ita donatur 27. ff. de donat. caus. mort.

18 Leges enim 17. Taur. & 44. non habent locum in maioratu ab extraneo instituto, ut cum Avendaño tenet Addent. ad Molin. lib. 2. cap. 10. num. 13. & 14. Azeved. in L. 4. tit. 7. n. 11. lib. 5. Recop. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 22. num. 56. & q. 69. per totam, maximè num. 2. ibi: *Ego suspicor illam Legem (44. Taur.) minime procedere in extraneis facientibus maioratum cū titulo donationis inter vivos, nam licet non tradant res in maioratu, aut dona-*

*tione comprehensas; donatio est irrevocabilis, dummodo acceptatio interveniat, quia contractus donationis interveniente consensu etiam absque traditione, remanet perfectus olim interveniente stipulatione, §. perficiuntur inst. de donat. hodie pacto nudo, L. Si quis argentum, §. ultim. Cod. de donationib. & est irrevocabilis L. Perfecta donatio, Cod. de donat. Notat Sozzinus conf. 53. num. 20. lib. 4.*

19 Quæ sententia verissima est, & ex ea constat donationem extranei non regulari juxta L. 17. Tauri, nec L. 44. Taur. in maioratu ab extraneo instituto locum habere, sed juxta jus cōmune intelligendum; jure autem cōmuni attentæ donatio causa mortis non potest revocari, si ita facta sit ut nullo casu revocetur: d. L. Ubi ita donatur, quia donans mortis causa potest renuntiare facultati donationem revocandi juxta Auth. Novel. 87. ibi: *Licentiam habere renuntiare etiam huic ipsi facultati, qua possit penitere super talibus donationibus revocare: & postea ibidem cap. 1. Mortis causa donationibus suam vim habentibus, & valentibus cæteris hominibus (exceptis curialibus) facere dictas mortis causa donationes, in quascumque voluerint personas, & conditiones ipsis imponere, & renuntiare, (si quidem hoc voluerint) penitentiæ concessæ circa pactum revocationis.*

20 Pactum autem de non revocando idem operatur, quod expressa renuntiatio facultatis revocandi à lege concessæ ex Addent. sententia ad Molin. lib. 4. cap. 2. num. 78. & 79. vers. His super addendum, ubi loquuntur de facultate concessa à Rege.

21 An autem facultatem habens ad instituendum maioratum à Rege cōcessam cum clausula ut maioratum à se institutum possit revocare si renuntiet facultati revocandi, possit adhuc ex L. 44. revocare. Vide Mieres de Maior. q. 38. per totam, & Add. ubi sup. vers. Et hinc est, ubi aiunt, quod si quis renuntiet facultati Regiæ, quam

habebat ad revocandum maioratum, si facultas idem continebat quoad irrevocabilitatem, quod Lex 44. Tauri, censetur etiam legi renuntiasse? Idem è contra si renuntiat Legi Tauri quoad irrevocabilitatem, censetur etiam renuntiata facultas Regia?

Num. 27. & 28.

22 De donatione mortis causa cum clausula de non revocando? revocari non posse tenent Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 4. num. 101. & gloss. 21. Capic. Latro dec. 151. n. 28. & Gizius obs. 118. num. 10. Hermosill. in L. 11. tit. 4. gloss. 1. numer. 13. p. 5. Ant. Fab. omnino videndus de Err. pragm. dec. 45. err. 1. & dec. 47. err. 6. Card. Tusch. litt. D. conclus. 654. & 661. à n. 25. & 671. per totam.*

23 Et an idem dicendum quando donatio fit donatario pro se, & hæredibus suis? Affirmat idem Tuschus *dict. conclus. 671. num. 9. & conclus. 654. num. 17. concl. 661. n. 20. & à num. 22. & conclus. 655. num. 9. Amendol. in Add. ad Franchis dec. 436. num. 11. ibi: Item donatio facta alicui, & hæredibus, dicitur inter vivos, quæ sententia dubia mihi videtur.*

24 Quid autem si clausula de non revocando apponatur in executivis, vel per viam additamenti, ut ait Auctor hic *num. 27.?* quod natura donationis non mutetur tenent Covarr. in *Rub. de Testam. 2. p. cap. 2. numer. 39. vers. Tertia. Vide Antunéz de Donat. Reg. 1. p. prelud. 2. §. 3. numer. 11. & seqq. Gomez 2. var. cap. 4. n. 22. vers. Sea pro concordia: P. Molin. tom. 2. de iust. disp. 287. num. 17. Surd. cons. 243. num. 40. & seqq. Matienz. in L. 7. gloss. 1. num. 14. tit. 10. lib. 5. Recop. D. Castill. lib. 4. Controvers. cap. 48. n. 5. & seqq. Hermosill. in L. 11. gl. 1. n. 14. tit. 4. p. 5.*

Num. 31.

25 Adde Mieres *de Maiorat. 1. p. q. 58. num. 252. ubi de electione facta cum juramento de non revocando. Ricc. dec. Cur. Neap. 3. p. dec. 107. n. 4. Addet. ad Molin. lib. 2. cap. 4. num. 22. ad 25. vers. Limitatur etiam, ibi: Quod intellige ubi adest pactum de non revocando; & idem tradunt numer. 35. in medio, ibi: Amplius non licebit variare, vel si tempore electionis intercedat pactum de non revocando juxta magis communem sententiam.*

26 Regulariter etiam electio per contractum inter vivos facta irrevocabilis est, quando simpliciter, & absolute ex ultima voluntate competit. D. Valenz. Velasquez *cons. 155. numer. 20. lib. 2. Novar. quæst. forens. lib. 1. q. 44. Staiban. 1. resol. cap. 64. Maldonado in Add. ad Molin. lib. 2. cap. 4. num. 36. & 37. D. Paz de Tenut. cap. 34. n. 55. Secus quando ad tempus mortis restricta est eligendi facultas. Cum pluribus Addent. ad Molin. *dict. cap. 4. numer. 22. ad 25. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 18. n. 27.**

28 Et electio in testamento facta variabilis est. D. Paz *dict. cap. 34. n. 57. nisi per contractum irrevocabilem facta sit, quod in dubio non præsumitur, ut tradit ipse num. seqq. 58. & 59.*

31 Quæ omnia latè agunt qui tractant quæstionem, an, & quando eligens variare possit, ut per Dom. Paz, à *num. 49. supr. D. Vela diss. 49. n. 34. Mieres 1. p. q. 48. à num. 156. & 180. D. Salgad. de Retent. Bull. 2. p. cap. 12. §. unic. à num. 46. Gonzales in Reg. 8. Chancell. gloss. 2. num. 47. Leo decis. Valent. 10. p. 1. Barbof. vot. 126. num. 115. & 117. Hermosill. in L. 53. gl. 6. num. 35. tit. 5. p. 5. Tondut. lib. 2. Resol. q. 51. D. Solorzano tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 11. numer. 58. & cap. 22. à numer. 6. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 10. gloss. 6. à num. 22. Valasc. cons. 102. D. Castill. lib. 5. cap. 80.*

& alibi, ut per Addent. *ad Molin. dict. cap. 4. ubi supr. itidem D. Valenz. cons. 83. D. Salgad. de Regia prot. 2. p. cap. 13. à num. 103. & 2. p. Labyr. cap. 27. à num. 16. Gomez in L. 17. Taur. n. 6. & in L. 35. & in L. 40. numer. 50. & lib. 2. var. cap. 11. num. 43. D. Cresp. observ. 110 tom. 2. ubi an, & quando ob vitæ incertitudinem liceat nominationem personæ mutare? qui in speciali casu loquitur.*

Num. 33. & seqq.

32 Retes de Donat. lib. Sing. de donat. inter. cap. 8. num. 16. ubi ait pactum ex diametro contrarium actus gesti, cum transformare in aliud genus negotij. L. 1. §. Si rem, ff. deposit. L. In Insulam 6. L. Si tibi 13. ff. de præscript. verb. Quod intelligit, quando celebrætes actum æque voluerunt, & potuerunt hunc, vel illum facere; cæterum si noluerunt alium actum celebrare præter illum, de quo cogitabant, & nihilominus talem adjecerunt pactionem, quæ ipsius actus essentiæ repugnat, rejicitur pactione, ut maneat actus, de cujus valore sincere cogitantur contrahentes, & hunc esse casum L. 12. ff. de precar. Vide Angul. in L. 1. gloss. 11. num. 42. vers. Et ad huc non diffitemur.

34 Ubi an pactum de non revocando immutet naturam donationis causa mortis, quædam eam velle facere donatorem constat, & à *num. 6. ubi an donatio facta conjugij, vel filio per maritum, vel patrem causa mortis, immutetur in donationem inter vivos ex tali pacto, cum inter eas personas donatio inter vivos prohibita sit, quod negativè cū alijs resolvit Tuschus litt. D. conclus. 661. num. 28. Quia pactum de non revocando donationem causa mortis tunc facit illam transire inter vivos, quando est valida; & concl. 671. num. 25. & vide Angul. maximè à n. 24. supr.*

36 Et quando actus ex natura sua

revocabilis, non possit fieri irrevocabilis ex pacto de non revocando? Vide Bart. Bald. & alios apud Marin. 2. resol. cap. 148. n. 4. & 5. Galeot. lib. 1. controv. 60.

37 Addendi D. Molin. lib. 1. cap. 21. num. 24. vers. In secundo, Gomez in L. 40. Taur. num. 15. & lib. 2. var. cap. 2. num. 39. & cap. 4. num. 22. Hermosill. in L. 2. gloss. 4. à num. 2. tit. 1. & L. 9. gloss. 1. à num. 14. tit. 5. p. 5. Guzman de Evict. q. 47. à num. 1. & 13. D. Salgad. 2. p. de Ret. cap. 7. à n. 109. Censius tract. de Censib. q. 53. D. Vela dissert. 27. à num. 37. Tondut. Civil. lib. 2. q. 59. Covarr. de Matrim. cap. 3. §. 1. qui latè agunt de pactis contra naturam contractus adjectis.

Num. 35.

38 Et vide Molin. lib. 1. cap. 9. à n. 31. & cap. 12. D. Covarr. de Testam. 2. p. à num. 16. Mieres *de Maiorat. fere per tot. 1. p. maximè q. 22. 24. & seqq. & q. 28. & seqq. & q. 49. 65. 67. cum trib. seqq. Gutierr. 2. pract. quæst. 50. & 77. & seqq. & lib. 3. q. 64. & seqq. D. Castill. in locis hic, & de Alim. cap. 37. & 38. Hermosill. in L. 2. gloss. 1. tit. 4. p. 5. D. Valenz. Velasq. cons. 23. & 119. Vela diss. 33. à n. 50. & diss. 28. à num. 94. & diss. 49. à numer. 26. Giurb. de Succ. feud. 2. §. gloss. 8. à n. 26. P. Sanchez de Matrim. lib. 6. cap. 32. Olea tit. 2. q. 7. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 19. à num. 4. Add. ad Molin. lib. 4. cap. 2. itidem D. Salgad. d. 2. p. cap. 6. à numer. 57. Fab. de Anna consil. 78. n. 4. & 5.*



## AD PARTIS I,

## CAP. IV.

## ADDITIO.

## SYMMARIUM.

- 1 Filius naturalis legitimatur per matrimonium sequens, licet pater contraxerit aliud matrimonium intermedium.
- 2 Filius naturalis, & legitimus, an præferatur filio naturali maiori, postea legitimo, & 3.
- 4 Nepos, præmortuo patre naturali, per subsequens matrimonium avi legitimatur, & succedit in maioratu, excluso patruo legitimo, & 5. & 6.
- 7 Matrimonium subsequens putativum, an legitimet prolem ante susceptam.
- 8 Negativa sententia.
- 9 Affirmativa, & 10. & 11.
- 12 Filius putativè naturalis per subsequens matrimonium verum, vel putativum non legitimatur.
- 13 Filius putativus naturalis non succedit in maioratu: referuntur Melinæ verba.
- 14 Filius naturalis per subsequens matrimonium putativum legitimus fit, & 15.
- 16 Filius naturalis non legitimatur per matrimonium clandestinum, & cum impedimento contractum.
- 17 Filij ex clandestino matrimonio suscepti sunt illegitimi.
- 18 Denuntiationes publicæ præcedere debent, nisi ex causa dispensatus sit, & 19.
- 20 Primogenitura quid sit?
- 21 Primogenitus est nomen naturæ.
- 22 Primogenitus dicitur qui tempore successionis maior est, & 25.

- 23 Secundogenitus vocatus in exclusionem primogeniti, si tempore delatæ successionis sit primogenitus, an succedere possit.
- 24 Præcedentiæ materia remissivè.
- 26 Legitimati per subsequens matrimonium, an succedant in maioratu, & quid de natis ex putativo, & clandestino matrimonio.
- 27 Legitimati per subsequens matrimonium succedunt in maioratu nisi sint expressè, & specificè exclusi.
- 28 Exclusio expressa legitimatorum non comprehendit legitimatos ex matrimonio.
- 29 Legitimatus per subsequens matrimonium in maioratu ex tertio, & quinto excludi non potest, sed juxta L. 27. Tauri est vocandus.
- 30 Legitimus ex matrimonio putativo excludi non potest juxta L. 27. Tauri.
- 31 Filius conceptus à muliere per vim oppressa, vel cum ignorantia invincibili, licet sit ex alio, non ex marito, legitimus est, & cum legitimis matris succedit, & juxta L. 27. Tauri vocandus ab ea.
- 32 De bona, vel mala fide, & ignorantia parentum, an obstitit prole legitime filiationi, & n. 33. & seqq.

## Num. 1.

**P**ater Caramuel *Logicæ Moral. prodrom.* ubi latè probatur.

## Num. 5. &amp; seqq.

Carleval de *Judicijs tom. 2. tit. 3. disputat. 23. n. 17.*

Ad hanc quæstionem supponendū est legitimationem per subsequens matrimonium operari, licet medio tempore aliud matrimonium sit contractum, quod non impedit, ut filij naturales antea habiti legitimentur, si eo dissoluto, cum concubina aliud postmodum contrahatur, ita disputando resolvit Joan. Andreas, & alij apud Peregrin. de *Fideicommiss. art. 24. num.*

num. 60. Tiraquel. de *Primogen. q. 34. num. 2.* & in *L. Boves, § Hoc sermone, limit. 3. num. 17. ff. de verb. sign. D. Covar. de Matrim. 2. p. cap. 8. §. 2. n. 15.* Paschal. de *Vir. patr. potest. 2. p. cap. 4. num. 94.*

2 Quo supposito, proposita A. quæstio maximè controversa est, an filius ex priori matrimonio legitimus, vel ex posteriori legitimatus præferri debeat? Pro legitimo stant Gutierrez. *alleg. 4. num. 13.* Gratus *discept. forens. cap. 33.* Botiller de *Sucess. ab intest. cap. 3. theor. 107. à num. 38.* Fufar. *quæst. 409. à num. 33.* & esse magis communem sententiam ait Pardo, Maldon. ad *Molin. d. num. 7. Add. ibidem num. 6.* Nogueroles *alleg. 24. n. 51.*

3 Auctoris tamen sententia verissima est, nec de ea amplius dubitari potest. Vide *L. 2. tit. 13. p. 4.* & ibi Greg. & Add. Card. Tusch. *litt. L. conclus. 229. à numer. 50.* ubi sententiam Auct. latius tuetur Montalv. in *L. 1. tit. 3. lib. 1. fol. 12. col. 1. feri leg. videntur.*

4 Amplius dicendum est, nepotem ex filio naturali in successione maioratus esse præferendum filio legitimo ejus patruo, si (licet mortuo filio) matrimonium contraxerint avus, & avia, licet enim controversum sit an nepos ex filio naturali legitimetur per subsequens matrimonium mortuo patre ejusante matrimonij contractum? in qua quæstione negativam sententiam tuentur relati ab Honded. *conf. 72. vol. 2. num. 31.* Rusticis in *L. Cū avus, lib. 2. cap. 16. num. 117. & seqq.* Mieres de *Maiorat. 1. p. q. 15. num. 124. & 2. p. q. 1. num. 61. & 62.* Tusch. *litt. L. conclus. 229. num. 35.* Matienzo in *L. 10. gl. 3. n. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil.*

5 Contraria tamen sententia verior est, & eam latè comprobatur D. Covar. de *Matr. d. cap. 8. & §. 2. num. 19.* Fachin. *lib. 3. Controv. cap. 56.* Bammacar. in *cap. Naturales si de feud. defunct. q. 6. fil. 143.* Montealegre *præct. lib. 2. cap. 1. §. 3. n. 55.* Paschal. de *Vir. patr.*

*pot. 2. p. cap. 4. numer. 91.* & cum alijs idem resolvit Fajardus de *Legitimat. à num. 157.* Jul. Sanazar. de *Matrim. cap. 3. art. 5. n. 188.*

6 Quibus consequens est, ut nepos legitimus effectus juxta *L. 40. Taur.* præferatur patruo in successione maioratus, quod verum judico, licet Tiraquel. de *Primogen. q. 34. num. 64. & 65.* Joan. Baptista Lup. de *Illegit. lib. 4. §. 3. in fin.* affirmant nepotem legitimum ex filio naturali præmortuo excludi à patruo: quorum sententiam jam reprobavit Fajard. de *Legitim. n. 260.* quia cū non requiratur existètia patris, ut legitimetur nepos, & per legitimum legitimus fiat, & subintret locum, quem pater, si viveret, haberet; necessaria illatio est ex sententia Auctoris eum esse admittendum patruo excluso. *Molin. dict. cap. 1. n. 9. lib. 3.* ubi Add.

7 An autem per subsequens matrimonium putativum filij legitimetur? quæstio est dubia; & non legitimari defendunt cum alijs D. Covar. *dict. cap. 8. §. 2. num. 16.* Peregrinus *art. 24. num. 52.* Sarmiento *Select. lib. 1. cap. 6.* Fachin. *lib. 3. Controv. cap. 55.* Cephal. *conf. 390. num. 44.* Malvasia *conf. 30. num. 18.* Paschal. de *Vir. patr. potest. 2. p. cap. 4. à num. 75.* Ant. Gabr. de *Legitimat. conclus. 2. & 1. num. 4. & 6.* quibus casum proponunt quando tempore coitus ambo fornicarij, vel alter ipsorum ignorabant impedimentum, & postea eadem ignorantia contraxerint, an proles suscepta in concubinato legitimetur?

8 Negant: quia dispositio textus in *cap. Tanta qui filij sint legitimi,* non habet effectum, nisi filij sint verè naturales; sed filij ex coitu fornicario inter eos qui habent impedimentum non sunt vere naturales, sed incestuosi, spurij, vel adulterini, licet alter eorum parentum impedimentum ignoret, quia bonam fidem habere non potest, cum det operam rei illicitæ: ergo tales filij legitimari non possunt.

Hoc

9 Hoc argumentum probatur ex cap. Cum inhibitio, §. 1. de Claudef. despons. ubi probatur etiam utriusque ignorantiam in matrimonio clam contracto proli non prodesse, ut legitima sit, si postea conjugium dissolvatur; quia eis imputatur, quidquid ex opere illicito præter eorum cogitationem evenit. cap. fin. de Homic. in 6. cap. Tua eod. tit.

10 His tamen non obstantibus, contrariam sententiam defendunt per gloss. in d. cap. Tanto, verb. Aliam Hostiens. ibi num. 2. Gemin. cons. 66. numer. 5. vers. Circa tertium. Cardin. in cap. Quod nobis, q. 11. col. 3. vers. Ultimo pone. Cassador. decis. unic. de Sponsal. Surd. cons. 303. num. 20. vol. 3. Luppus de Illeg. comm. 4. §. 1. num. 23. Basil. de Matrim. lib. 11. cap. 2. §. unic. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 42. à num. 2. & disp. 44. num. 2. in fin. Campanil. in divers. jur. Can. rub. 11. c. 13. num. 138. Rot. apud Ludovis. dec. 461. num. 2. Farin. dec. 280. p. 2. in recentior. Cavaller. dec. 10. Fajard. de Legitim. à num. 165. Giurba in Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 67. & 115. Nogueroi. alleg. 23. à numer. 124. D. Olea de Cess. jur. in 4. q. 8. numer. 14. D. Solorzan. tom. 2. de tur. Indiar. lib. 2. cap. 17. num. 60. Bossius omnino videndus de contract. Matrim. cap. 8. §. 15. à n. 53.

11 Quæ sententia probatur ex textu in cap. Quod nobis qui fil. sint legit. ubi filij, qui ex clandestino matrimonio nati sunt, per subsequens matrimonium legitimantur, licet clandestinū matrimonium sit contractum ab eis qui habebant impedimentum, & dubium non est filios ex illo matrimonio clandestino esse spurios, & tamen per subsequens matrimonium in facie Ecclesiæ contractum legitimantur: ergo licet filius spurius sit, dum tamen detur ignorantia in parentibus impedimenti, uti naturalis legitimabitur, quia sicut in matrimonio ignorantia impedimenti facit filios legitimos, ita in concu-

binatu eadem ignorantia facit eos naturales: quia ad hoc ut sit filius naturalis solum requiritur quod concubitus sit inter quos potuerit esse matrimonium. L. Nuper, Cod. de natural. liber. sed data ignorantia impedimenti bene poterat esse matrimonium quoad filiorum legitimitatem: ergo quoad naturalitatem idem dicendum est.

Hæc quæstio, ut vides, difficillima est, eam tamen resolvi posse iudico per casus sequentes.

12 Primus est: filius putativè naturalis per subsequens matrimonium, verum licet, & legitime contractum non legitimatur. Ita resolvit Fajard. de Legitim. num. 63. & seqq. ubi plures refert. Ratio est, quia natus ex concubitu inter eos inter quos non poterat esse matrimonium ob aliquod impedimentum, non est naturalis, sed spurius, licet ignorent parentes impedimentum, quod quidem jure certissimum est, nulla enim lex, aut Canonica sanctio est, quæ aliter disponat: non ergo extendenda dispositio matrimonij favens ad casum illiciti concubitus; licet ergo legitima sit proles ex matrimonio putativo, non inde favendum proli ex concubitu, maximè cum à jure reprobetur utcunque.

Et juxta hanc sententiam omnes pro prima opinione adducti, quibus adde Jul. Sanazar. de Ripa tract. de Matrim. cap. 3. art. 5. num. 194. Roder. Suarez in L. Fiori todo home, à num. 8. ad 10. Castill. in L. 11. Taur. verb. podria casar. Palazius Rub. num. 16. Roxas cap. 10. num. 43. de Succ. abintest. Tello Fern. in L. 6. Taur. n. 4. Avendaño in L. 11. gloss. 2. num. 5. & 6. qui disputant an sit filius naturalis natus ex ijs qui impedimentum ignorabant.

13 Sed eos ita putativè naturales non esse capaces legitimationis per matrimonium subsequens absolutè defendunt Comm. DD. & docet doctissimus D. Molin. lib. 3. de Primog. cap. 1.

num. 11. ibi: Secundo, quod hæc omnia intelligenda sunt in filio vere naturali, atque ex subsequenti matrimonio legitimo, nec in filio naturali putativo, qui ex concubitu ab ignorantibus impedimentum contracto natus fuit; procedat, quavis enim in matrimonio putativo ab ignorantibus impedimentum bona fide contracto, aliter accendum sit, ut sequenti ampliatione dicemus; in concubitu autem ignorantia etiam probabilis impedimenti filium naturalem non efficit: cum in illo casu detur opera rei illicitæ, nec sit ille actus dignus tali favore.

Et hanc etiam sequitur sententiam D. Greg. in L. 2. gloss. ult. tit. 15. p. 4. Peregrin. de Fideicom. art. 23. n. 73. Fufar. de Subst. q. 904. num. 65. P. Molin. de Just. disput. 172. vers. Dubium deinde. Addent. ad Molin. ubi sup.

14 Secundus casus est, quando filij sunt verè naturales, & matrimonium subsequens per quod legitimantur est putativum, palam scilicet, & bona fide contractum, sed cum impedimento, quod post filios procreatos supervenit, quod quidem contrahentes ignorant; quo casu vera est posterior sententia, & filiorum legitimitati favens, licet matrimonium putativum sit, non verum, ut tenet D. Molin. d. num. 11. ubi ita prosequitur: Filius autem vere naturalis, ex matrimonio putativo bona fide contracto legitimus efficitur, adeo, ut succedere possit in primogenio ea lege instituto, ut in eo non nisi filius legitimus, atque ex legitimo matrimonio procreatus succedere valeat. Matienzo in L. 10. gl. 4. num. 3. tit. 8. lib. 5. Recopil. Contrarium tenet Pat. Molin. tract. 2. disp. 172. vers. Molina in calce. Sequitur cum alijs hanc sententiam Fajard. à n. 165.

15 Hæcque locum obtinent licet matrimonium putativum sit ex unius ignorantia tantum, nam etiam quoad alium qui est in mala fide, filius legitimus erit, ut tenent Gutierrez. Barbof. Sanchez, Girond. Castillo, & alij apud Aug. Barbof. in Collect. ad cap.

Cum inhibitio, §. 1. de claudef. despons. & in cap. 2. & cap. Ex tenore qui fil. sint legitimi. Avendaño in L. 6. Taur. gloss. 1. & alij apud Fajard. num. 169. & 170.

Monstrum quippe fuisset eundem, & legitimum, & illegitimum reputari. Gloss. in cap. Cum inhibitio, §. 1. litt. D. vide Boss. de Contract. matrim. cap. 8. §. 15. n. 53.

16 Tertius casus: matrimonium clandestinè, & cum impedimento contractum non legitimat prolem susceptam; licet ignorent impedimentum contrahentes; quia filij etiam ex tali matrimonio suscepti non sunt legitimi ex dict. cap. Cum inhibitio, §. 1. de claudef. despons. Cervantes in L. 6. Taur. num. 27. Peregrin. de Fideicom. art. 24. num. 8. D. Castill. lib. 2. Controu. cap. 11. num. 8. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 42. num. 6. & ignorantia impedimenti non excusat non adhibentem debitam diligentiam in inquirendo quod tenebatur inquirere. Sanchez sup. & alij. Vide Jul. Capon. tom. 4. discept. 266. latè.

18 Defectus ergo denuntiationum publicarum, quæ juxta Concilij Tridentini sanctionem præcedere debent matrimonium (lib. 3. disp. 1. num. 12. Sanchez) reddit prolem illegitimam. De quo Gratianus cap. 83. discept. Spin. in Specul. testam. gl. 15. num. 12. & seqq. Menoch. cons. 69. Cephal. cons. 42. lib. 1. Honded. cons. 72. num. 19. & seqq.

19 Nisi denuntiationum solemnitas ex aliqua causa omissa sit ex dispensatione Ordinarij. Vide Nogueroi. alleg. 23. à num. 105. Fajard. n. 182.

Contrarium tamen varijs iudico cum Fajardo sup. numer. 192. & seqq. ubi alij affirmantes filios ex matrimonio contracto coram Parocho, & testibus, sine denuntiationibus tamen, esse legitimos.

Matrimonium tamen sine proprio Parocho, vel sine ejus licentia in aliena Parochia celebratum, reddit pro-

lem illegitimam, quia est nullum. *Co-  
sta de Facti scientia, cent. 2. dist. 39. n.  
13. vide Jul. Capon. disceptat. 23. tom. 1.  
& disceptat. 283. tom. 4. & vide Pal-  
chal. de Patr. potest. p. 2. cap. 5. n. 50.  
& itidem Capon. tom. 4. discept. 266.*

## Num. 6.

20 Primogenitura est, qualitas ha-  
bens actum momentaneum, quæ ac-  
quiritur in continenti cum quis nas-  
citur. *Mieres de Maior. at. 1. p. quest. 2.  
num. 66. Giurba de Success. feud. §. 2.  
gl. 8. num. 42. col. 3. ubi alij. Et ideo  
primogenitus jus sibi & posteris ac-  
quirit ex nativitate tempore, cum pri-  
mum in lucem prodijt. Giurba ubi  
sup. num. 39. col. 3. in medio, & gloss. 5.  
num. 31. & gl. 6. num. 28. & 31. & gl.  
12. num. 27.*

21 Adverte tamen quod primogeni-  
tus est nomen naturæ, & ætatis, & illi  
competens, qui primo natus est, id est,  
qui primo vidit lucem. *L. Qui duo, ff.  
de reb. dub. L. Arethusa, ff. de statu  
hom. nec potest alius hoc acquirere  
jus stante primo nato, nisi hic defi-  
ciat, vel non habeat capacitatem, quæ  
quidem tempore delatæ successione  
inspicitur: sic & primogenitum di-  
cimus, qui successione tempore est  
maior, & si alius primus natus sit, &  
mortuus. Giurba de Success. feud. §. 1.  
gl. 8. num. 39. dicam num. 25. ex qui-  
bus potest non malè deduci filium le-  
gitimum stante naturali natu maiori  
jus primogenituræ non acquisisse. Vi-  
de *L. Testamento 60. ff. de manum.  
test.**

## Num. 18. 20. &amp; 21.

Vide à num. 70. & quæ ibi dice-  
mus.

## Num. 25. &amp; seqq. ad 31.

23 Dixi num. 6. & vide Gama dec.  
27. Gribel dec. 135. num. 62. Mastrill.

dec. 266. num. 16. & seqq. *Surd. conf.  
45. D. Ferdin. Matute. disquis. leg. 22.  
& 30. ubi casus, an secundogenitus  
vocatus in primogeniti exclusionem  
possit succedere, si tempore delatæ  
successione sit primogenitus? quam  
quidem affirmativè resolvit ob ex-  
pressam vocationem, & quia exclu-  
sione causa cessavit, ut supponit n. 4.  
aliàs ea qualitas tempore delatæ suc-  
cessione, eum excluderet, ex A. hic,  
& in successione intestati, vel fidei-  
commissaria. *Ruin. conf. 96. num. 17.  
lib. 2. Avendaño in L. 40. Taur. gloss. 6.  
num. 6. & gl. 18. n. 26. itidem Gam.  
dec. 354. num. 8. Honded. conf. 49. n. 9.  
lib. 2. Fachin. lib. 4. Contr. cap. 88. Be-  
sold. conf. 27. vol. 2. & conf. 105. vol. 3.  
Bozer. disp. jur. tom. 1. clas. 3. disp. 7. n.  
28. Merlin. Controv. cap. 32. Horat.  
Barbat. de Fid. 3. p. cap. 3. sub num. 20.  
Censal. ad Peregr. art. 29. numer. 7. de  
Fideicommiss. Videndi Add. ad Mol.  
lib. 3. cap. 1. n. 6.**

## Num. 33.

Dixi in princ. num. 5.

## Num. 35.

24 Vide Marinis lib. 2. Resol. c. 113.  
& de materia adde *Suelium conf. 72.  
cent. 1. Valeron. de Transf. tit. 3. q. 6. à  
num. 43. Cancer. var. cap. 10. à numer.  
115. Barbof. de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 11.  
num. 85. Escobar de Loaysa de Pont.  
& Reg. jurisd. cap. 24. num. 169. Bayo  
in prax. Alphab. litt. O. n. 30. & litt. P.  
num. 37. Valenz. conf. 101. Hermosill.  
in Proem. p. 5. gloss. 2. itidem Valenz.  
conf. 201. itidem Barbof. de Canon. &  
dig. cap. 3. & alij apud Pard. ad Mo-  
lin. lib. 3. cap. 3. à num. 14. Castejon.  
Alphab. litt. P. verb. Precedentia.*

## Num. 52. &amp; seqq.

Eleganter Fajard. de Legitim. à n.  
10. per text. in *L. Si minor. ff. de ma-  
numiss. vindict.* Num.

## Num. 59.

25 Auct. 8. p. cap. 7. numer. 4. Add. ad  
Molin. lib. 1. cap. 5. num. 20. & seqq.  
Gribel dec. 135. Censal ad Peregrin.  
art. 29. num. 7. vers. Ex quibus observ.  
& num. 25. Menoch. conf. 106. n. 21.  
& conf. 413. num. 8. & conf. 97. num.  
105. Barry de Succ. lib. 8. de Succ. fi-  
deic. cap. In quibus fideicom. reliet. in-  
tellig. à num. 66. Horat. Barbat. de Fid.  
3. p. cap. 3. num. 29. Giurb. & alij sup.  
n. 6. & 25.

## Num. 69. 70. &amp; seqq.

26 Adde noviter Alvarez Pegas ad  
Ordin. Reg. Portug. tit. 1. §. 6. gloss. 55.  
à num. 13. & seqq. & tract. de Compe-  
tentia inter Archiep. cap. 7. num. 7. ubi  
late de legitimatis per subsequens ma-  
trimonium, & de clandestino, & pu-  
tativo matrimonio, & ibi Auctorem  
laudat.

27 A. sententia vera est, eamque se-  
quuntur itidem *Noguer. alleg. 24. Aug.  
Barbof. vot. decis. 73. art. 1. Larrea de-  
cis. 8. num. 6. & 7. D. Solorzan. itidem  
in Politic. lib. 3. cap. 19. fol. 376. col. 2.  
& seqq. Philip. de Fideic. famul. illustr.  
cap. 8. à n. 328. D. Olea tit. 8. q. 8. post  
num. 11. in noviss. impress. de cess. jur.  
& pro hac sententia pluries decisum  
refert *Noguerol. dict. alleg. 23. num. 27.  
Solorzan. & alij.**

28 Exclusio enim debet esse expres-  
sa, & specifica, aliàs in expressa exclu-  
sione legitimatorum legitimi per  
subsequens matrimonium non com-  
prehenduntur. *Menoch. conf. 799. n.  
17. lib. 8. Noguerol. alleg. 23. num. 52.  
& seqq.*

29 Et observa in maioratu à parenti-  
bus juxta *L. 27. non posse legitima-  
tum admittis transversalibus excludi,  
sed præcise vocandus est suo gradu,  
licet alij descendentes legitimi possint  
prævocari, ante tamen transversales,  
vel naturales descendentes vocandus*

est, quia legis ordo, nec per viam dis-  
positionis, nec per modum conditio-  
nis potest præverti, aut alterari. *D.  
Molin. lib. 2. cap. 12. numer. 53. & in  
annot. num. 10. Noguerol. alleg. 23.  
num. 170. Giurb. in Consuet. Messan.  
cap. 3. gl. 4. num. 22. in fin. Ita expressè  
in legitimatis per subsequens matri-  
monium tenent *Mieres de Maior. 2. p.  
q. 1. à num. 21. & p. 1. q. 50. à num. 24.  
Matienzo in L. 11. gloss. 4. num. 6. tit. 6.  
lib. 5. Angulo ibidem gl. 7. num. 1. Fa-  
jard. de Legitim. n. 228.**

30 Et idem tenet in filijs ex putati-  
vo matrimonio natis, *Doctrissimus O-  
lea dict. tit. 4. quest. 8. in Additis no-  
vissima impressione. Omnino viden-  
dus Boff. de Contract. matrim. cap. 3.  
numer. 112. ubi etiam observat ni-  
hil innovatum post Concil. Tridē-  
tinum (de solemnitate requisita lo-  
quens ad matrimonium) circa suc-  
cessionem putativè legitimatorum.*

31 Et idem etiam dicendum est in  
filio ab uxore habito ab alio, quàm  
à marito, judicante tamen eum esse  
suum maritum, nam si alioqui spurius  
esset, vel adulterinus, ignorantia ta-  
mè mulieris invincibilis, efficit quoad  
ipsam legitimum, & idem si per vim  
cognita sit, & conceperit. *P. Molin.  
tom. 1. de Iust. disp. 167. in fin. 4. conclus.  
vers. Illud præterea admonuerim quan-  
do femina quæ filium alioqui spurium  
conceperet, à culpa excusaretur, vel quia  
fuit vi oppressa, vel quia invincibiliter  
ignoraverit eum cū quo rē habebat non  
esse suum virum, vel aliqua alia ratio-  
ne, filium eo pacto genitum succedere  
matri unà cum alijs filijs legitimis, quo-  
niam denegatio successione est in pœnā,  
& odium delicti parentum, ubi autem  
nulla intervenit culpa, cessare debet pœ-  
na.*

32 Illud pro coronide ex huc usque  
observatis in hoc capite de filiorum  
legimitate, vel illegimitate inferre  
poteris, bonam fidem parentum effi-  
cere posse legitimos filios, qui aliàs il-  
legitimi essent, tum ob favorem ma-  
tri-



trimonij, tum ob favorem legitimitatis prolis, ut in cap. Ex tenor cap. 2. qui filij sint legit. L. 3. vers. Otrosi decimos, tit. 3. part. 4. L. 1. tit. 13. ead. part. ubi filij ex matrimonio nullo bona fide contracto publicè, sunt legitimi. Item ex matrimonio putativo ex soluta, & conjugato, ea ignorante, etiam legitimi sunt: dict. cap. Ex tenore; Costa de Fact. scient. 2. cent. dist. 38. n. 5. & dist. 39. n. 8.

33 E contra vero ex parentum ignorantia dato vero matrimonio legitima proles illegitima effici nullo modo potest, ut ita quod matrimonij favore prolis legitimitati est introductum, cõtra retorquere iniquum esset. Vulg. Reg. quod favore, ff. deleg.

34 Nec item parentis unius mala fides officit ad legitimitatem, ut infra dicemus cap. 6. ad fin. §. de legitimit. & probat Costa d. dist. 38. num. 9. facit Novel. 74. cap. 6.

35 Quibus nec difficile solves subtile Poetæ dubitatum, quod extat, Ouveini lib. 1. epigr. amm. 80. Auct. d. nati:

Cum propria imprudens conjux uxore corvit.

Quam falso alterius credidit esse viri.  
Hoc genitum coitu, Consulti Luris, & æqui,

Legitimè natum dicitis, an nè nothū?

## AD PARTIS I.

### CAP. V.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIVM.

- 1 Aritmeticæ laus.
- 2 Error Calculi dividitur in Mathematicum & Juridicum.
- 3 Creditores personales ad bona debitoris, quæ supersunt, pro rata admit-

tuntur.

4 Legata ultra vires hereditatis pro rata defalcantur, vel ad deductionem falcidiae.

5 Partitæ contra jus præter, vel cõtra judicatum positæ corriguntur.

6 Læsionis remedium habet locum in divisione familiæ heriscundæ quædo ex conventionem partium fit, & 7.

8 Læso in 6. parte rescindit divisionem per arbitratores factam.

9 Error Calculi corrigitur in divisione licet læsionis remedium non habeat locum.

10 Sententia contra Ius lata, nulla est.

11 Sententia contra Iustitiam partis appellatione rescinditur.

12 Sententia errorem Calculi continens nulla est, licet sit de Revisita.

13 Exceptio erroris Calculi admittitur in via executiva.

14 Error Calculi super quo judicatum, vel transactum est, rescindi non potest.

15 Sententia errore Calculi retractatur quatenus errorem continet, non in totum, & 16. & 17.

18 Maioratus incompatibilitas ratione quotæ consideranda est juxta valorem fructuum, nõ proprietatis, & 20.

19 Valor fructuum quomodo æstimentur.

20 Valor bonorum maioratus secundum fructus computandus est.

21 Pauper est, qui nullos redditus habet, licet res habeat amplas, & magnificas.

22 Valor bonorum ex redditibus 20. annorum computatur.

23 Officia publica quomodo æstimentur, & an sicut bona immobilia, juxta redditus, ad rationem unius pro quadraginta, & 24.

25 Officia, & dignitates an æstimentur quanti empta sunt, vel nunc valent.

26 Officia in dotem data quomodo æstimentur ad restitutionem.

27 Mediæ annatæ quomodo computentur, & de earum materia. Remissive.

28 Dignitas Ducatus, vel Marchionatus, an sit æstimabilis?

29 Census perpetui quomodo æstimandi?

30 Emphiteutica bona quando dantur in emphiteusim quomodo æstimentur ad valorem fructuum.

31 Bona sumptuosa, parvi, aut nullius redditus quomodo æstimentur.

32 Onus minuit valorem rei.

33 Fructus non dicuntur nisi deductis expensis.

34 Judicium proprietatis debet intentari in casu incompatibilitatis.

35 Verba, Mui Poderoso Señor, quare in libellis ponantur, remissive: & an cause maioratus habeant casum Curie?

36 Eligendi facultas non habet locum in maioratibus incompatilibus ex dispositione hominis, nisi expresse concessa sit.

#### Num. 1. & seqq.

1 Cassiodor. lib. 1. var. epist. 10. Pat. Torres lib. 6. Philosoph. Moral. cap. 6. ubi de Arithmetices laude, & utilitate.

#### Num. 6. & seqq.

2 Error Calculi potest dividi in Mathematicum, vel Juridicum: Mathematicus in Arithmeticum, vel Geometricum: Arithmeticus est quando de tribus fiunt quatuor, vel è contra, quod est in Arithmetica errare; Geometricus est, quando in distributione erratur, veluti si cui decem dari debeant, & quinque dentur, vel è contra, quod jure nostro pluries accidere poterit, veluti in specie L. Pro debito 6. Cod. de bon. ant. judic. possid. ubi post creditores hypothecarios, & ceteros privilegiatos admittuntur personales ad bona debitoris inter se dividenda æquali partitione pro rata debiti. L. 11 tit. 14. p. 5. de quo Castill. lib. 4. Contr. cap. 61. a num. 4. D. Salgad.

1. p. Labyr. cap. 16. num. 6. & 51. & per tot. & p. 2. cap. 4. a num. 154. p. 3. cap. 11. num. 11. Rodrig. de Concurf. 2. p. art. 3. Olea tit. 4. q. 8. num. 10. & tit. 8. q. 3.

Idem fit si ad legata relicta hereditas non sufficiat, de quo videndi Gomez 1. var. cap. 12. num. 34. D. Castillo dict. lib. 4. cap. 51. D. Salgad. ubi sup. p. 2. cap. 4. a numer. 2. 46. & 112. Olea tit. 4. q. 5. a num. 26. vel ad deductionem falcidiae D. Olea sup. q. 5. Escobar de Comp. comput. 10.

Item alijs pluribus speciebus, de quibus Costa integrum tractatum scripsit de Portione rata.

5 Error Juridicus est quando scilicet partitæ aliquæ contra jus, præter, vel contra judicatum positæ sũt. Vide Escobar de Ratiocin. var. 41. n. 5. & 6. Alvarez Pegas Resol. For. tom. 1. cap. 3. n. 778. ubi eleganter.

6 Veluti in divisione familiæ Heriscundæ accidere potest, quo casu corrigitur ordinario remedio L. 2. Cod. de Rescind. vend. si ex eõ læsio ultra dimidiam interveniat, Hermosill. in L. 56. gl. 4. num. 50. tit. 5. p. 5. quando divisio fit ex conventionem partium, Valasc. de Partit. cap. 39. num. 9. non vero quando per arbitratores facta fuit, tunc enim læsio in sexta parte sufficiens est, ut reductio petatur ad arbitrium boni viri. Vide Hermosill. in L. 9. gl. 5. & in L. 56. gl. 9. num. 7. tit. 5. p. 5. ubi explicat, & ad rem limitat prædicta num. 11: quando in calculatione erratum est, quo casu læsio non requiritur, ut repetatur calculatio arithmetica, sed sufficit læsio qualis qualis, non minima, aut contemnenda; nisi super læsionem judicatum, aut transactum sit ea cognita, ex Pinel. & Rodriguez de Ann. red. lib. 1. quest. 11. num. 32. Valeron citandus.

7 Error Juridicus etiam dividi potest, nam vel Judex onerat, vel exonerat de parcellis, quibus onerare, vel exonerare non debet, & aut hoc ira

facit expresse contrarius, vel præter jus & contra Justitiam partis, ad *L. Præss. 27. L. Cum prolati de re judic. junctis L. Si expressim 19. ff. de appell. L. 1. §. Item contra, ff. quæ sententiæ sine appell. L. 1. Cod. Quando pron. non est necess.* quibus sententia contra Jus expresse lata est nulla. *L. 1. tit. 22. L. 3. & seqq. tit. 26. p. 3.* Petrus Gregor. *cap. 10. de Consist. à num. 22.* Gutierr. *3. pract. quæst. 17. à num. 236.* Ricc. *collect. 2549. Narbon. in L. 35. gl. 5. à num. 9. tit. 3. lib. 1. Recop. Posth. obs. 12. Parlador diffr. 70. num. 1.* Ast sententia contra Jus, vel Justitiam partis appellatione rescinditur *L. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appell. L. 1. Cod. de error. calc. L. Emptor, §. Lucius, ff. de pact. Ricc. p. 7. coll. 2815. Petr. Barbof. de Iud. in L. 75. à num. 39. Ripoll. in L. Demonstratio falsa, §. 1. à n. 68. ff. de C. & D.*

<sup>12</sup> Nunc in specie de errore Calculi, de quo Auct. hic: observa sententiam errore Calculi nullam esse, & retractari posse, licet Revisionis sententia sit, ut ad *L. 4. tit. 17. lib. 4. Recop. notant Carrasco tract. An habeat locum restit. contra sent. num. 103. Torrebanc. de Mag. lib. 3. cap. 30. à n. 53. & de Iur. spirit. lib. 15. cap. 12. D. Alvarez Pegas dict. cap. 3. à numer. 775.* ubi quod hæc erroris exceptio admitti debet in via executiva. Pareja de *Instrum. edit. tit. 6. resol. 6. à num. 30. Boer. dec. 115.*

<sup>14</sup> Si autem errore detecto judicatum super eo sit, vel transactio facta, amplius de eo cognosci, aut inquiri non debet. Valeron de *Transact. tit. 6. quæst. 2. num. 83.* ubi Mantie. & Ang. Barbof. cum alijs in *dict. L. unic. Cod. de error. calc. & ita intellig. Aviles in cap. 30. Prætor. verb. T caben de tomar, Escobar de Ratiocin. cap. 41. à n. 18. Cephal. conf. 562. num. 19. vol. 4. D. Amaya in L. 2. Cod. de jur. fisc. ex num. 59. Gutierr. de Tut. 3. p. cap. 1. num. 115. Noguero. alleg. 11. n. 158. D. Solorzan. de Iur. Ind. tom. 2. lib. 2.*

*cap. 12. num. 29. Filluc. de Societ. cap. 38. num. 76. quem vide Prat. resp. 19. itidem Gutierr. de Iuram. confirm. 1. p. cap. 40. num. 28. Boerius dec. 52. n. 47. Costa de Fact. scient. cent. 1. dist. 94.*

## Num. 11. &amp; seqq.

Garcia de Nobil. *gl. 21. à num. 72.* Ricc. *collect. 1149. p. 4. Marinis lib. 2. Resol. cap. 163. à numer. 9. & in obs. ad Reverter. dec. 256. num. 9.* ubi an sententia sit nulla in totum ob errorem Calculi, & affirmat ex Chartar. *dec. 39. num. 12. Scaccia de Re judic. cap. 1. gl. 14. q. 13. n. 39. & q. 32. n. 25.*

Contraria sententia verior est ex Auct. hic, & probat *L. 19. supr. ibi: Tal yerro como este no debe valer sino es en los 150. maravedis, y no en lo demás, que fue acrecido por yerro.* Carrasco *tract. supr. cit. dict. num. 103. ibi: Nam constito de errore, quem sententia continet, est retractanda, quatenus ad dictum errorem: declarando, por no aver lugar el yerro de quenta alegado.*

Potest adduci D. Salgad. de *Reg. protect. 2. p. cap. 7. à numer. 53. & p. 4. cap. 14. à num. 206. & de Retent. 2. p. cap. 19. num. 45. Cabal. cas. 286. n. 35. & seqq. Scacc. de Re jud. c. 1. de sent. gloss. 14. q. 13.* ubi an sententia pro parte nulla, in totum sit nulla?

## Num. 13. &amp; seqq.

Agit Auctor quomodo computandus valor bonorum, vel reddituum; de reddituum, & fructuum valore computando agit a *num. 17. & valore bonorum a num. 22.* in quibus differentia observanda est ad maioratus ratione quotæ incompatibiles, in quibus valor fructuum, & reddituum attendi debet, non æstimatio bonorum, & ita expresse videtur sentire *n. 22.* quod verissimum est, sive enim lege, aut hominis dispositione incompatibilitas inducatur, ex eo, quod successor alium maioratum habeat ad com-

modam sustentationem, vel tantæ quantitatis; ita dispositio intelligenda est, ut computatio fiat ex fructibus, non ex qualitate bonorum, argumento textus in *L. Qui bonis, ff. de cess. bonorum;* & quæ notant DD. ad computationem alimentorum, quæ juxta vires fructuum, non secundum valorem bonorum æstimari, & taxari debent. *L. Imperator, ff. ad Trebel. D. Salgad. Labyr. p. 1. cap. 24. num. 16. Bossius tom. 2. de Effect. matr. cap. 13. num. 787.* qui infinitos referunt, & in collectarum impositione idem cum alijs tradit *Balmaseda q. 13. num. 4. & cum Auct. q. 77. n. 5.*

## Num. 17. &amp; seqq. ad 22.

<sup>19</sup> Sequitur Balmased. *dict. q. 13. n. 5.* ubi Auctorem laudat; vide etiam *Hermosill. in dict. gloss. 6. numer. 119. Morla Empor. jur. tit. 9. q. 19. num. 8. de contrab. empt.*

## Num. 22.

<sup>20</sup> Vide *supr. à n. 13.* Garcia de *Exp. cap. 14. num. 18. Balmaseda de Collect. quæst. 77. num. 5.* ubi ita computationem fieri debere semper, ac quoties de valore maioratus tractetur cū Auctore eleganter resolvit; conducit *Molin. lib. 1. cap. 19. num. 44. Noguero. alleg. 18. num. 39. D. Solorz. tom. 2. de Indiar. Iur. cap. 2. numer. 56.* eleganter Garcia de *Expens. sup. n. 19.* ibi: *Itaque vere ille pauper est, qui nullos redditus habet, aut fructus ejus rei, licet res ampla, & magnifica sit.*

## Num. 23.

<sup>22</sup> *Hermosilla dict. gloss. 6. num. 120. Valasc. de Iur. emph. q. 11. num. 2. Larrea alleg. 99. num. 22. Costa de Portion. ration. q. 229. n. 2.*

## Num. 24.

Vide *Larrea alleg. 82.* ubi ex quibus valor officiorum æstimetur, & *alleg. 99.* ubi an tantum valeant quæti vendi possunt, & quod, ut bona immobilia debent æstimari tradit *n. 23.* & ita ait juxta redditus ad 40. pro uno debere ad minus computari, idque ultra præminentias officij auctoritatem, dignitatem, & honorem: præcedenti tamen *alleg. 82. num. 11.* juxta computationem census perpetui æstimationem facit.

Adde *Balmased. dict. q. 13. num. 7.* ubi observandam esse ait sententiam Auctoris D. Solorzan. *de Indiar. Iur. tom. 2. lib. 5. cap. unic. & in Polit. lib. 6. cap. 13. fol. 1005. Escalon Gazophilac. Reg. del Peru lib. 1. p. 2. cap. 10. §. 9. Bobadill. lib. 3. Polit. cap. 8. num. 240.* ubi an æstimetur quanti empta sunt, vel quanti nunc valent, & *num. 292. & 294.* ubi an inter immobilia connumerentur. *Pareja de Instr. edit. tit. 5. resol. 9. n. 90.*

Et officijs, & dignitatibus in dotem datis quomodo æstimari debeant. Vide *Novar. quæst. forens. 6. lib. 2. Noguero. alleg. 19. num. 5. Escano Pro-pugnac. Hierosol. discept. 10. cap. 2. n. 10. Balmased. de Collect. q. 47. n. 24. vers. Et idem computum fit in exactione mediæ annatæ.*

Videndus Solorzano ubi *supr. in Politic. cap. 13. fol. 1006. vers. Lo qual, & seqq. Escalon Gazophilac. lib. 2. p. 2. cap. 36. Balmased. de Collect. quæst. 58. Tondut. de Pension. cap. 10.*

## Num. 25.

Videndus omnino D. Christoph. *28 Cresp. Observ. decis. 117. n. 216.* ubi textus elegans in *L. 12. tit. 21. p. 2. & dicam 8. p. cap. 3. n. 21. & p. 1. cap. 6. n. 359.* Auctoris.

Num. 26.

29 Larrea dict. alleg. 82. num. 11. ubi ad unum pro 30. computat, ex eo, quod quando census redimibiles computabantur ad unum pro 14. perpetui æstimatio erat ad unum pro 25. Nunc autem cū ex pragmaticis anni 1608. & 1621. census redimibiles ad unum pro 20. computantur, consequens esse irredimibiles ad plusquam 30. computandos. Adde Avendaño de Censib. cap. 31. numer. 6. Rodriguez de Ann. red. q. 6. à num. 11. & quando census perpetuus judicetur, vide D. Vela differt. 33. num. 70. Parlador. differentia. 73. §. 1. num. 5. ubi ad 20. pro uno, esse justum pretium census perpetui, probare conatur ex L. 7. tit. 15. lib. 5. Recop. eodem argumento, quo utitur D. Larrea supr. ex quo improbat Baez. de non melior. cap. 4. num. 21. ubi defendit, posse emi censum perpetuum ad rationem unius anni pro 12. & ratio est ibi. Nam si census redimibilis non potest emi nisi ad rationem unius pro 14. quomodo dicemus esse justum pretium ejus qui perpetuus est, si ematur minoris quam quatuordecim, cū manifesti juris sit census perpetui maius esse debere, quam pretium census redimibilis. Videndus Guzm. de Livit. q. 30. à n. 25.

30 Quomodo autem æstimari debeant bona emphiteutica? tradit Fontanel. de Pact. claus. 4. gloss. 18. p. 1. num. 79. & seqq. ubi ait, quod ratione retentionis dominij directi, quod remanet penes dominum, communiter in Cathalonia æstimantur hæc bona in tertiam partem justı valoris. Surd. conf. 452. num. 76. & 77. ait, quod qualitas emphiteutica diminuit sextam partem valoris rei, & ita placuisse Rotæ testatur Oliver. in decis. 573. Alex. Ludovis. litt. H. sub num. 5. sequitur Hermosill. in d. L. 56. gloss. 6. n. 97. vide Costam de Port. rat. q. 229. Tusch. litt. C. concl. 669.

Num. 27. 28. & 29.

Vide Noguero. alleg. 18. à n. 39. ad quem se remittit Salgad. 3. p. Labyr. cap. 4. num. 6. & vide Hermosill. dict. gloss. 6. num. 14. & 15. Garcia de Expens. cap. 14. numer. 20. Balmased. dict. q. 13. n. 8. & q. 77. n. 5. Merlin. dec. 554. n. 3. post tract. de Legitim. Gicarel. dec. 31. Molfes. tom. 2. in Consuetud. Neapol. fol. 192. in addit. ad q. 5. & 6. sub n. 6. Censal ad Peregrin. art. 42. in fin. pag. 292. col. 2. vers. Non inferas.

Num. 30.

Balmased. cum Auctore ubi supra. D. Franc. Salgad. 3. p. Labyr. cap. 11. à num. 3. & p. 1. cap. 21. Giurb. in Consuet. gloss. 12. cap. 6. Fontanel. dec. 62. Guzman. Verit. Jur. verit. 7. qui dicunt onera minuere rei valorem. Solorzan. lib. 3. Politic. c. 11.

Et fructus non dicuntur nisi deductis expensis. Covar. 1. var. cap. 3. n. 3. Ricc. collect. 1331. p. 4. & collect. 3103. p. 7. Marefc. lib. 2. var. cap. 108. Garc. de Expens. cap. 1. à num. 11. D. Solorzan. de Jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 10. à num. 1. & in Polit. lib. 3. cap. 11. fol. 320. Jul. Capon. discept. 394. n. 31. & seqq. tom. 5. Boss. de Alim. oblig. cap. 13. num. 787. Gratian. discept. cap. 545. n. 19. & 723. num. 17. Vela diff. 8. n. 53. Gomez 1. var. cap. 12. num. 25. Baeza de non melior. cap. 29. Cyriac. controu. 222.

Num. 31.

Vide Auct. infra 8. p. cap. 4. n. 22. & 20 ubi dicam.

Num. 32.

Latè etiam Cardin. Tusch. litt. V. conclus. 12.

Num.

Num. 33.

Infra p. 8. cap. 4. num. 26.

Num. 34.

34 Observa in casu incompatibilitatis agendum Judicio proprietatis declaratorio, ut dico infra 3. p. ad notabil. 10. cap. 1. Auctoris de quo agunt Paz de Tenut. cap. 34. D. Castillo tom. 6. Controv. cap. 180. n. 10.

35 Ad verba M. P. S. vide Salzedo in Theatr. Honor. gl. 17. an casus Curia sit causa maioratus? Negat Greg. quem probat Parlador. diff. 18. §. 2. num. 6. vide Cur. Philip. 1. p. §. 9. n. 9. Carrasco de cas. Cur. num. 216. Lara de Vit. hom. cap. 21. n. 39.

Num. 35.

36 Regulariter enim electio in casu incompatibilitatis hominis non competit, ut dicam cum Auct. 8. p. vide D. Castillo cap. 179. tom. 6.

Num. 37.

Vide 8. p. cap. 3.

Num. 38.

Vide 5. p. cap. 6.

AD PARTIS I,

CAP. VI.

ADDITIO.

SYMMARIUM.

- 1 De Geometria, remissivè.
- 2 Mensura sive Modus falsus Modus non est.

3 Maioratus non transit in aliam lineam donec omnes ex linea in quam intravit deficiant, 8. & 9.

4 An idem sit in Capellanijs, & 8. Capellania laicalis legibus maioratus regitur. Ibid.

5 In Capellania successione an præferantur consanguinei non vocati extraneis, vel proximiores in minoribus, remotioribus in sacris constitutis, & 7.

6 In Capellanijs collativis non succeditur per representationem.

10 De linea in genere, & ejus definitione, & 11.

12 Maioratus à successione Regni regulantur.

13 Argumentum de maioratu ad Regnum an valeat, sicut è contra.

14 Maioratus divisio in regularem, & irregularem.

15 Regula quod linea semel admissa non fiat transitus ad aliam, non habet locum in maioratu irregulari, & 19.

16 De linea recta, remissivè.

17 Linea recta semper intelligitur vocata in successione maioratus.

18 Descendentes in infinitum sub linea recta comprehenduntur, licet uniuscujusque linea à linea alterius distinguatur.

20 Filius natus ante Regnum à patre adeptum, an præferatur nato post Regnum adeptum?

21 Exemplum questionis in successione Regni Portugallia proponitur.

22 Filius natus minor post Regnum præferri dicitur, & vide à n. 27.

23 Dignitas patris non communicatur filijs antea natis.

24 Nobilitatis privilegium filijs antea natis non prodest.

25 Nisi post conceptionem ante natiuitatem sit acquisitum.

26 Filius Regis non dicitur qui ante Regni adoptionem natus est.

27 Filius maior ante Regnum adeptum natus, præfertur filio postea nato, 28. 29. & 31.

- 30 Lex 12. tit. 7. lib. 5. explicatur in Nova Recopil.
- 32 Primogenitura: jus an transmittatur, & à quo tempore queratur.
- 33 Maioratus successor qui est proximior tempore delatae successionis, an irrevocabiliter succedat.
- 34 Freiles, Fratres Ordinum Militariū admittuntur ad successionem sicut ceteri Monachi Religionis capax.
- 35 Legitimati ex matrimonio subsequenti, an succedant in maioratu? Remissivè.
- 36 Legitimati per rescriptum, & in quo differant à dispensatis.
- 37 Legitimitas Principis est necessaria ad succedendum in bonis temporalibus, & Rapti ad spiritualia.
- 38 Etiam si sit persona Ecclesiastica quæ legitimari intendit.
- 39 Legitimus à Rege non est capax beneficij, vel dignitatis Ecclesiasticæ.
- 40 Jus tamen patronatus potest acquirere in consequentiam successionis.
- 41 Legitimitas in radice an profit ad successionem in bonis temporalibus, & quando? & 42.
- 43 Cap. 1. §. Naturales si de feud. controu. fuer. explicatur.
- 44 Naturales legitimati in feudo non succedunt.
- 45 Nec in emphiteusi.
- 46 Nec in Regno.
- 47 Rex an possit legitimare filiū suum, & 48.
- 49 Legitimus non succedit in maioratu.
- 50 Legitimus in maioratu instituto à patre, non succedit quādo nulla ejus mentio facta est, & 70.
- 51 Limita deficientibus alijs filijs legitimis.
- 52 Legitimus an excludat consanguineos legitimos.
- 53 Legitimati ex vocatione legitimorū non excluduntur.
- 54 Legitimus ad succedendum in maioratibus non succedit si maioratus sit dignitatis, vel honorum Regiæ

Coronæ, 55. & 61.

- 56 L. 11 tit. 7. lib. 5. explicatur, remissivè.
- 57 Legitimus expressè exclusus, an possit admitti si legitimetur ad successionem maioratus, & 66.
- 58 Legitimus an excludat vocatos à lege, & omisos à testatore.
- 59 Legitimitas post mortem patris obita non præjudicat quibus successio est delata.
- 60 Legitimus in bonis liberis cum legitimis non admittitur. Remissivè.
- 62 Legitimus cum clausula ac. li ex legitimo matrimonio natus, an succedat in maioratu.
- 63 Legitimati, & naturales ex natura maioratus excluduntur, licet non vocentur filij, cum qualitate legitimorum, & 64.
- 65 Filij legitimorum sicut ipsi legitimati, an excludantur.
- 67 Legitimati deficientibus legitimis succedunt.
- 68 Legitimati an sint de agnatione.
- 69 Legitimati an excludant fratres in maioratu agnationis.
- 71 Legitimus an admittatur in maioratu à legitimata instituto.
- 73 Legitimus an debeat vocari juxta L. 27. Taur. post legitimas.
- 74 Legitimus spurius non est præcisè vocandus post legitimis.
- Naturales spurij legitimatis præferuntur. Ibid.
- Naturales gaudent nobilitate patris, legitimati verò spurij non gaudent. Ibid.
- 75 Legitimati spurij non sunt hæredes necessarij patris.
- 76 Legitimus tenetur vocari: ascendentes naturales juxta L. 27. Taur.
- 77 Successionis jus est reciprocum.
- 78 Filij an possint juxta L. 27. Tauri ascendentium suorum unum in tertio meliorare.
- 79 Illegitimo concessa successio in bonis patris, concessa videtur patri in bonis filij, & 82.
- 80 Filij ex matrimonio putati vo legitimi

- mi sunt quo ad patrem, qui ignoravit impedimentum. illegitimi quo ad matrem fidei conjungem & 81.
- 83 Legitimitas requirit consensum filij legitimandi, sicut & patris.
- 84 Illegitimi vocare tenentur suos ascendentes, ad meliorationem tertij, & quinti, quoties ascendentes eos vocare tenentur.
- 85 Legitimus an teneatur vocare ad meliorationem parentem suum, qui alios filios legitimos habeat.
- 86 Spurius legitimatus parentes vocare non tenetur, quia nec ipsi eum tenentur vocare.
- 87 Legitimitas per oblationem Curie.
- 88 Spurius matrimonium contrahens legitimatur.
- 89 Filij naturales qui dicantur, & 97.
- 90 Naturalis dicitur qui ex parentibus habilibus ad contrahendum tempore conceptionis, vel natiuitatis, vel medio tempore tantum nascitur.
- 91 Habiles ad contrahendum matrimonium qui?
- 92 Natus ex ancilla est naturalis, & patris nobilitate gaudet.
- 93 Natus ex Monacho, vel Moniali intra annum novitiatus, est naturalis.
- 94 An ex parētibus voto castitatis simplici ligatis?
- 95 Filij Equitum Militarium an sint naturales.
- 96 Natus ex illa quæ super matrimonij nullitate litem habebat, an sit naturalis?
- 98 Recognitio parentum quoad filiationem ceteris successoribus non præjudicat.
- 99 Natus ex concubitu inter sponsos de futuro, an sit naturalis, vel spurius.
- 100 Natus ex copula habita cum matrimonij promissione post aliud matrimonium clandestinè contractum, an sit naturalis, vel spurius?
- 101 Naturales non succedunt in maioratu, & 103.
- 102 Nec in Regno.
- 104 Nec in patronatu.
- 105 Nepos ex filio naturali similiter excluditur à maioratus successionem, sicut ipse naturalis excluderetur.
- 106 Vocato filio naturali, an nepos ex eo, sicut ipse qui est vocatus, admittatur?
- 107 Illegitimi habent jus succedendi matri, nisi ex damnato coitu sint.
- 108 Illegitimi à matre vocandi sunt juxta L. 27. Tauri.
- 109 Idem de ceteris illegitimis descendentes dicendum.
- 110 Limita ut ibi.
- 111 Vocatio filiorum ejus qui nisi naturales habere non potest, comprehendit filios naturales.
- 112 Specialis vocatio unius filij naturalis adsit sufficiens conjectura, ut naturales admittantur ad successionem, & 113.
- 114 Naturales in maioratu meliorationis ex L. 27. Taur. an vocandi sint ante ascendentes, & transuersales, & 115.
- 116 Naturales an post consanguineos legitimos possint succedere, & 122.
- 117 Exclusos à successionem maioratus alijs deficientibus esse admittendos probatur, & 121. & 122. & 123. & 124. & 125.
- 118 Proximiores an sint magis dilecti quam remotiores.
- 119 Illegitimorum successio deficientibus legitimis probatur ex Plutarcho, & alijs, & 120.
- 123 Spurij deficientibus consanguineis legitimis admitti debent ad successionem maioratus. Ibid.
- 126 Exclusis, vel inhabilibus concurrentibus ob aliorum defectum, quis eorum præferatur?
- 127 Masculus cognatus an præferatur feminae in maioratu agnationis. Ibid. & 131.
- 128 Spurius legitimatus an præferatur naturali.
- 129 Femina an præferatur masculo expressè excluso.
- 130 Masculus an præferatur feminae

- expresse vocata in defectu masculo-  
rum tunc natorum.
- 131 Monachus professus an preferatur naturali.
- 132 Spurius est capax successionis extranei.
- 133 Spurius filius ejus qui eligendi facultatem habet, ad maiorum eligi potest.
- 134 Spurius an possit succedere consanguineis patris.
- 135 An ascendentibus præter patrem.
- 136 An possit vocari ad maiorum avi.
- 137 An in defectum legitimorum.
- 138 Nepos ex filio spurio potest ab avo hæres institui, & quomodo, & 141.
- 139 Nepos ex filio Clerico, vel ex dånato coitu, an possit ab avo hæres institui.
- 140 Nepos in utero existens, an videatur institutus contemplatione filij spurij, vel institutio sustineatur?
- 142 Spurij Clericorum an, & quomodo successionis capaces sint.
- 143 Spurius an possit in defectum consanguineorum eligi ad maiorum.
- 144 Eligendi facultatem habens an possit eligere secundogenitum omisso primo.
- 145 Maiorum instituens vigore facultatis commissæ ad libitum instituendi, an possit excludere primogenitos, quia alium habent maiorum, & secundogenitos vocare.
- 146 An possit legitimis omissis legitimatum vocare.
- 147 Adoptivi filij, an habeant jus succedendi.
- 148 Et an succedant in Commendis.
- 149 Adoptivi ea quæ competunt tamquam de certo genere, aut familia nõ transferunt in patrem, nec contra.
- 150 Adoptivi ab avo adoptati, an succedat in feudo, vel maiorum, & 151.
- 152 Adoptivi an in Regno succedant.
- 153 Adoptio per Baptismum quæ dicatur?
- 154 Et quæ per pœnitentiam.
- 155 Per mitræ impositionem.

Per arma. Ibid.

- 156 Agnati civiliter, vel politicè tales, non habent jus succedendi.
- 157 Consanguineis vocatis cognominis alicujus familiæ non veniunt, qui ex privilegio, cognomine eodem utuntur.
- 158 Auctoris sententia intelligitur.
- 159 Maiorum bona in ultimo de familia libera manent, ita ut de eis libere disponere possit, & 189.
- 160 An ultimus possessor teneatur eligere successorem extraneum, ut conservetur maiorum, & 161.
- 162 Extraneus electus ad successionem maiorum, an preferatur bastardo filio ultimi consanguinei.
- 163 Fiscus an preferatur in bonis maiorum tanquam vacantibus, extraneis successoribus ex testamento, vel ab intestato ultimi consanguinei.
- 164 Gamæ decis. 193. ponderatur.
- 165 Dominium bonorum maiorum an irrevocabile sit apud ultimum successorem.
- 166 Maiorum in Regno Lusitaniæ, extinctis successoribus, ad Regem devolvuntur, ut successorem eligat ad bona administranda.
- 167 Administratio maiorum in Lusitania, an sit de jure, vel consuetudine, & 168. vers. Ego.
- 168 Et an habeat locum si ultimus successor maiorum nominet extraneum, & 169.
- 170 Et an etiam in maiorum electivo habeat locum, & 171.
- 170 Eligendi facultatem habens, si non eligat, filius maior succedit, vel hæres institutus, vel consanguineus ab intestato.
- 172 Administratio maiorum in Lusitania, an habeat locum quando deficiant vocati, vel deficientibus omnibus consanguineis intelligatur?
- 173 Maiorum successio post expresse vocatos extenditur ad ceteros consanguineos de familia, & decisio Senatus Regij in id adducitur, n. 176. & 174. & 175.

176 Transf.

- 176 Transactio super maiorum successione consanguineis non præjudicat, licet facta sit cum Regia facultate, & 177.
- 178 Patronatus an extinguatur deficientibus consanguineis, vel permaneat apud extraneos hæredes, & 179. & 181.
- 180 Patronatus jus an per delictum successoris confiscari valeat, vel Ecclesia maneat libera.
- 182 Successio inter virum, & uxorem an hodie habeat locum obstante L. 12. tit. 8. lib. 5. Recop.
- L. 3. tit. 9. lib. 1. Recop. explicatur, remissivè. Ibid.
- L. 9. tit. 10. Ibid. eod. lib. Recop.
- 183 Vir, & uxor an in bonis maiorum sibi invicem succedant, & 191.
- 184 Consanguinei in infinitum ad maiorum successionem admittuntur.
- 185 Maiorum successio per successionem ab intestato regulatur, & 263. & 192. & 193.
- 186 Et etiam per Regni successionem.
- 187 Regni successio an marito, & uxori reciproca deferatur, & 194. 195. & 196.
- 188 Affinitatis jure successio non deferatur.
- 190 Uxor, & vir in feudo sibi invicem an succedant.
- 196 De linea effectiva.
- 198 Immediatus successor lineam suis constituit.
- 197 Lineæ habitualis, & effectivæ differentia, remissivè.
- 199 Maiorum possessor pro tempore vitæ suæ dominus est, & libere de fructibus in id tempus disponere potest.
- 200 Fæmina filia ultimi possessoris, vel soror in judicio possessorio obtinet in dubio.
- 201 Fæmina ex linea anteriori, an preferatur fæminæ ex linea ultimi possessoris finita agnatione.
- 202 Et quid in fæmina ex linea effectiva anteriori.
- 203 De linea habituali primogeniti.
- 204 Natus ex primogenito licet minor, præfertur fratri maiori, patruo scilicet, vel ejus filio.
- 205 Masculinitas patris an transeat in filiam, & 208.
- 206 Fæmina filia primogeniti præfertur patruo masculino, 209. & 226. & 227. & 228.
- 207 Masculo, & fæmina eodem gradu existentibus, masculus fæminæ præfertur.
- 210 Primogenitura quid sit? Remissivè.
- 211 Primogenituræ jus, vivo patre, an competat primogenito filio.
- 212 Filij successorum maiorum an lineas sibi, & suis constituent, & 215. & 217. & 290.
- 213 Linea an possit inter successores considerari præter eam quæ effectiva, vel quæ habitualis primogeniti vocatur. & à n. 286.
- 214 Natus ex linea priori præfertur, sive maior sive minor, sive masculus, vel fæmina sit, & 216.
- 216 Fæminæ sibi constituunt lineam, sicut mares.
- 218 Lineam constituere an potuisset & qui non fuit primogenitus, num. 219. vel non successit, & vide num. seqq. 220. 221. & 222.
- 223 Lineæ qualitas præcedit sexus, gradus, aut ætatis qualitates.
- 224 Repræsentatio an detur, etiam si sola succedendi adsit potentia, & 233.
- 225 In repræsentatione salum habetur respectus ad personam quæ repræsentatur.
- 229 L. 7. tit. 7. lib. 5. ponderatur.
- 230 Masculus ex fæmina maiori excluditur à patrio masculino minori.
- 232 Repræsentatio etiam inter transversales hodie est perpetua in maiorum successione, & 234. & 291.
- 235 Ascendentes an in feudo succedant, 236. & 243.
- 237 Argumentum de feudo ad maiorum valet, & quando, & 278.

- 238 *Ascendentes proximiores excludunt remotiores.*
- 239 *Proximitas ad succedendum, an attendatur respectu institutoris, vel ultimi possessoris, & 298. cum seqq.*
- 240 *Pater an nobilitate filij potiri possit.*
- 241 *Pater filij claritate, & nobilitate cohonestatur.*
- 242 *Ascendentes an succedant descendantibus in maioratu.*
- 244 *L. Cum avus, ff. de cond. & dem. an habeat locum in ascendentibus, sicut in descendantibus.*
- 245 *Maioratus successio comprehendit non solum vocatum, sed etiam ejusdem descendentes transversales.*
- 246 *Pater succedit in feudo à se in filium refutato, & 248.*
- 247 *Idem in fratre.*
- 249 *Renuntianti feudum, vel maiorum successio devolvitur; an jure successio, vel reversionis? & 251. & 252.*
- 250 *Renuntians feudum, vel maiorum non desinit esse successor.*
- 253 *Tenentis remedium an detur in casti renuntiationis, & 254.*
- 255 *Dignitas aucta maioratui, vel feudo apud renuntiatarium, transit ad renuntiantem cum ipso maioratu.*
- 256 *Intellige si concessio realis sit, & perpetua.*
- 257 *Magnatum Castellæ dignitas transit ad successorem, & à Rege confirmatur.*
- 258 *De renuntiatione maioratus, remissive.*
- 259 *Pater succedit in maioratu à filio instituto, & quando, & 262. & 263.*
- 260 *Filius instituens maiorum in terminis Leg. 27. Taur. tenetur vocare ascendentes.*
- 261 *Filius relicta ascendenti legitima potest libere maiorum instituire.*
- 263 *Pater instituens maiorum juxta L. 27. Taur. irrevocabiliter, deficientibus vocatis descendantibus, admittendus est ad successionem, si vocat.*
- 264 *Maioratus irrevocabiliter institutus ad patrem non revertitur extra terminos L. 27. Taur. secus si revocabiliter sit factus, & 265.*
- 266 *Ascendentes in maioratu possunt admitti tamquam proximiores, vel si ex conjecturis sint vocati, 267. & 268.*
- 269 *Vocatis descendantibus alicujus, an ipse vocatus videatur.*
- 270 *Linea paterna an comprehendat masculos, & feminas, & 271.*
- 272 *L. 27. Taur. remissive explicatur.*
- 273 *L. Humanitatis, Cod. de impub. & alijs subst. explicatur.*
- 274 *Proximior ultimi possessoris, & fundatoris præferri debet in successione.*
- 275 *De linea collateralium.*
- 276 *Consanguineus tantum, an præferatur utrique conjuncto in successione feudi.*
- 279 *Maioratus successio an deferatur jure sanguinis, vel hereditario.*
- 280 *Et quid de Regni successione.*
- 281 *Consanguineus viri, & uxoris præferatur in successione maioratus ab utroque instituti.*
- 282 *Idem in maioratu in favorem utriusque instituto.*
- 284 *Linea prædilecta præferatur, & quis inter æqualiter dilectos præferatur.*
- 285 *Vinculi sanguinis duplicitas quid operetur, remissive.*
- 286 *Lineæ proximioris cujuslibet successoris qui sit alijs debet præferri, 287. & 288.*
- 289 *Lineæ effectivæ, habitualis, & alterius successoris distinctio traditur.*
- 291 *Gradus proximitas solum attenditur in constitutis in linea, quasi non sit in gradu, qui non est in linea.*
- 292 *Proximior ultimi possessoris præferatur in successione quærendo proximitatem per lineam primogenitam.*

- 293 *Linea priori extincta ad communem stipitem recurrendum est, ut appareat, cujus linea potior sit ad successionem.*
- 294 *Successionis origo inspicere debet ad succedendum.*
- 295 *Remotior in gradu proximior excludit ex lineæ prælatione.*
- 296 *Linea an possit incipere ab eo, qui successionem actu, vel habitu non occupavit, & quomodo id intelligatur, & 297.*
- 298 *Proximior ultimi possessoris præferatur.*
- 299 *Extincta linea ultimi possessoris, si transitus fiat ad aliam, an proximitas respectu institutoris inspicere debet, & 300. 301. & 302.*
- 303 *Quid quando transitus fit de una specie personarum ad aliam, veluti de masculis ad feminas.*
- 304 *Nepos ex filio maiori præferri debet nepoti ex filio minori nato, etiam inter transversales lineas, & 305.*
- 306 *Limitatur, nisi contrarium dispositum sit à fundatore maioratus.*
- 307 *Voluntas fundatoris est prima lex ad successionem.*
- 308 *De linea contentiva.*
- 309 *Decisio Senatus Granatensis refertur.*
- 310 *Consanguineus ex familia institutoris præferri an debeat in successione maioratus consanguineo materno?*
- 311 *Consanguineis vocatis veniunt agnati, & cognati.*
- 312 *Consanguineus ex parte patris, an præferatur consanguineo materno in successione capellanæ, & 317. ubi ratio.*
- 313 *Consanguineus ex familia, & linea institutoris præferendus est.*
- 314 *Vocatus cæteris consanguineis præferendus est.*
- Vocatio unius comprehendit eos qui ex linea vocati sunt. Ibid.*
- 315 *An eos qui sunt ex ejus linea contentiva, vel transversali.*
- 316 *Nomen, & arma defuncti deferens præferatur ei, qui non defert.*
- 318 *Agnatus an præferatur cognato.*
- 319 *Patruus an præferatur avunculo.*
- 320 *Frater consanguineus an præferatur uterino.*
- 321 *De lineæ qualitatis, & substantiæ differentia.*
- 322 *Linea substantiæ nihil influit, ubi linea qualitatis desideratur, nec è contra, & 323.*
- 324 *Linea substantiæ aliquando incompatibilis est cum linea qualitatis.*
- L. 40. Tauri, ibi: Salvo si otra cosa estubiene dispuesta por el que instituid el maiorazgo, interpretatur.*
- 325 *Linea qualitatis an detur in maiorum ex consuetudine, & 326. & 329.*
- 327 *Maioratus ex consuetudine an præsumatur Regia facultate institutus.*
- 328 *In maiorum ex consuetudine an possint excludi Clerici, furiosi, Monachi.*
- 331 *De linea agnationis.*
- 332 *Agnationis qualitas in una substitutione, an intelligatur repetita in alijs.*
- 333 *Agnatio limitate constitui potest.*
- 334 *Feminarum exclusio expressa debet esse.*
- 335 *Agnatis deficientibus, an succedat masculi exclusis feminis.*
- 336 *Femina agnata, agnato nubens, an præferatur agnato remotiori, & seqq.*
- 337 *Femina an sit de linea masculina.*
- 338 *An sit finis agnationis.*
- 339 *Mofesius cons. 18. n. 17. & seqq. refertur.*
- 340 *Adjunctus consequitur ex adjuncto quod per se non potest.*
- 341 *L. 14. tit. 7. lib. 5. ponderatur.*

- 342 *Fæminarum exclusione generali fæmina agnato nubens non comprehenditur.*
- 343 *Fæminarum exclusio ob agnationis conservationem regulariter est favorabilis.*
- 344 *Filius ex fæmina agnata, & ex masculino agnato remotiori, an præferatur agnato proximo, & 346. & 347.*
- 345 *Qualitates copulative in subjecto requisitæ licet inveniantur non sufficit nisi copulatæ inveniantur.*
- 348 *D. Perez de Lara taxatur.*
- 349 *Linea recta est incompatibilis cum linea masculinitatis agnatiæ.*
- 350 *De linea simplicis masculinitatis.*
- 351 *Masculis vocatis, an admittantur masculi ex fæminis.*
- 352 *Et quare masculi vocantur.*
- 353 *Masculus ex fæmina, an præferatur fæminæ ex masculino agnatæ in maioratu agnationis.*
- Et quid in maioratu simplicis masculinitatis. Ibid.*
- 354 *Marinis lib. 1. cap. 126. num. 33. refertur.*
- 355 *Et quid in successione Regni Castellæ.*
- 356 *Et quid in Aragoniæ Regno ubi exemplum adducitur.*
- 357 *Aragoniæ Regnum esse simplicis masculinitatis probatur, 359. & 360.*
- 358 *Masculis vocatis excluduntur fæminæ tantum, non vero masculi ex fæminis.*
- 361 *Navarræ Regnum esse agnatum probatur.*
- 362 *Ex duabus fæminis conjunctus, an præferatur masculino ex una fæmina conjuncto.*
- 363 *De lineæ masculinæ qualitate.*
- 364 *Fæmina an admittatur ubi masculi per lineam masculinam vocati sunt.*
- 365 *Fæmina an præferatur cognato si sit agnata.*

- 366 *De lineæ qualitatibus fæminæ.*
- 367 *Fæminæ aliquando exclusis masculis admittuntur ad successionem Regni, & 376.*
- 368 *Et idem in maioratibus.*
- 369 *Fæminas in dubio masculis præferri non præsumitur.*
- 370 *Feudum in dubio præsumitur masculinum, & non fæmininū, & 371.*
- 372 *In maioratibus, masculus fæminæ ejusdem gradus præfertur.*
- 373 *Et quid si vocetur, el hijo, ò hija maior en edad.*
- 374 *Decisio Granatensis refertur.*
- 375 *Comprobatur sententia pro fæmina maiori.*
- 376 *Contraria sententia defenditur, & 377.*
- 378 *De lineæ electionis.*
- 379 *Maioratus instituendi facultatem habens, an possit maioratum irregularem facere, & n. seqq.*
- 381 *Eligendi facultatem habens an possit remotiorem eligere omisso proximo, & 384.*
- 383 *Facultatem ad instituendum maioratum habens an possit electivum facere.*
- 384 *An secundogenitum omisso primo, vel fæminam omisso masculino eligere. & 384.*
- 385 *Facultas simpliciter concessa intelligitur de libera, & absoluta facultate eligendi, & 386.*
- 387 *Eligendi facultatem habens intra limites facultatis potest eligere quæ velit.*
- 389 *In fideicommissis plures succedere possunt.*
- 390 *Lex Cum pater 77. §. A te pecto, ff. deleg. 2. Lex Hæredes mei, §. fin. ad Trebel.*
- 391 *Conditio in ultimis voluntatibus formam inducit.*
- 394 *Feudi concessio simpliciter facta juxta feudi naturam intelligitur.*
- 395 *Maioratus instituendi facultas regulares tantum substitutiones comprehendit.*

396 Fa-

- 396 *Facultatem ad maioratum instituendum habens, ea omnia facere potest, quæ committens præset.*
- 397 *Facultate data si non utatur commissarius, maioratus regularis à lege pro facto habetur.*
- 398 *Facultas ad maioratum aliquibus conditionibus concessa in quo differt à facultate simpliciter data.*
- 399 *Facultas libera quæ sit.*
- 400 *Voluntati alterius substantia ultimæ dispositionis committi non potest.*
- 401 *Intellige de totali dispositione, secus si forma, & modus committatur.*
- 402 *In maioratu electivo, an habeant jus consanguinei per electionem, vel ex dispositione testatoris.*
- 403 *Facultas eligendi filios, an extendatur ad nepotes.*
- 404 *Facultas maioratum instituendi, an extinguatur prima electione.*
- 405 *Facultas ad instituendum maioratum omnes sub se gradus subscriptionis continet.*
- 406 *In mandato generali, instituendi an comprehendatur facultas substituendi.*
- 408 *Maioratus irregularis an sit odiosus, vel favorabilis.*
- 411 *In fideicommissis familiæ relicto remotior eligi non potest, secus si inter personas familiæ relinquatur.*
- 412 *Commendæ electio à Rege in secundogenitū facta, in præjudicium primogeniti sustineri non debet.*
- 413 *Donationem alicui pro se, & filiis factam, an possit in extraneum alienare, & 457.*
- 414 *Donatio contemplatione matrimonij facta patri pro se, & filiis, an uti filiis, vel ut hæredibus acquiratur.*
- 415 *Et quid in dubio, & 416.*
- 417 *Pater an possit alienare bona donata pro se, & filiis ex certo matrimonio.*
- 418 *Filius an teneatur uti hæres donationis factæ patri pro se, & filiis ad*
- debita patris.*
- 419 *Et quid quando uti filij, & non uti hæredes succedunt.*
- 420 *Et an delinquendo, filijs præjudicare possit.*
- 421 *Et an in actu electionis possit gravare filium.*
- 422 *Emphiteusis, pro se, & filiis, an alienari possit à patre in filiorum præjudicium.*
- 423 *Donatio rei, quæ ad extraneos non est transitoria, non potest alienari à patre.*
- 424 *Emphiteusis Ecclesiastica, vel emphiteusis ex pacto, & providentia ad extraneos transire non potest.*
- Idem in feudo: & ideo pater præjudicare non potest. Ibid.*
- 425 *Idem in donatione Regia, & Commendis Indorum.*
- 426 *Quid si ob remunerationem, vel ob pretium facta sit, & 428.*
- 427 *Feudum novum an possit à patre alienari.*
- 429 *Dona Regalia alicui concessa pro se, & liberis alienari an possint in filiorum præjudicium.*
- 430 *Pater an possit maioratum de bonis sibi à Rege donatis pro se, & filiis instituere.*
- 431 *Pater an possit unum filium meliorare in re donata pro se, & filiis.*
- 432 *Donatio Castri, jurisdictionis, vel dignitatis Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, an pertineat æqualiter ad filios.*
- 433 *Et quid si donatio facta sit pro se, & filiis.*
- 434 *Dignitates Regales jure maioratus concessæ intelliguntur.*
- 435 *Feuda Regalia indivisibilia sunt.*
- 436 *Licet cætera dividi possint de jure.*
- 437 *Comitis dignitas à Rege concessa, in feudum data, vel libera an præsumatur.*
- 438 *Jurisdictio, Castrum, vel Villa libera præsumitur.*

G iij

439 Di-

- 439 *Dignitas Ducis, Comitum, vel Marchionis pecunia acquisita, an sit conferenda à primogenito, quò ad estimationem, & 440.*
- 441 *Et quomodo estimatio ineunda.*
- 442 *Nobilitas inestimabilis est.*
- 443 *Dignitas Regalis concessa semper lucrativè quæstia videtur, & ob beneficium Regis.*
- 444 *Filius an teneatur conferre pretiū officij à Rege concessi.*
- 445 *Et an erogatum pro officio assequendo.*
- 446 *Filius naturalis an possit succedere in officio patri, pro se, & filijs donato.*
- 447 *Pater an possit maioratum instituere de bonis filio ob sua servitia donatis.*
- 449 *Filius legitimatus, an eligi possit in legitimorum præjudicium.*  
*Naturalis filius an includatur in donatione facta patri pro se, & filijs.*  
*Ibid.*
- 450 *Filius spurius an possit eligi ad legatam partem.*
- 451 *Filius spurius non est turpis persona.*
- 452 *Filius spurius ab alijs, excepto patre, capere potest.*
- 453 *Electus non ab eligente, sed à testatore capere dicitur.*
- 454 *Filius naturalis an possit eligi ad successionem maioratus quando extraneum comprehendit facultas.*
- 455 *Eligendi facultatem habens an extraneum eligere possit, & quando, & 456. cum tribus seqq.*
- 459 *Eligendi facultas an cedi possit, & 460.*
- 461 *An transeat ad successorem.*
- 462 *Eligendi facultatem habens an variare possit.*
- 463 *Electio facta in testamento nullo, an valeat.*
- 464 *Eligendi facultatem habens an possit remotiores, & nondum natos eligere.*

## Num. 1. &amp; seqq.

**D**E hac arte vide Cassiodor. in *Mathematica lib. de Geomet.* ubi de origine. Cassan. in *Cathal. part. 10. considerat. 50.* P. Torres lib. 6. *Philosoph. moral. cap. 6.* Senec. de *Benef. lib. 3. cap. 5. & epist. 88.*

## Num. 4.

*Tot tit. ff. si mens fals. mod. dix. de qua Gomez in L. 83. Taur. num. 12. Hermosill. in L. 24. gloss. 2. num. 56. tit. 5. p. 5.*

## Num. 10.

Pluribus D. Alvar. Pegas in *Additione nova Resol. Forens. cap. 4. n. 29. Rofa cons. 69. n. 5. & seqq.*

Adde itidem D. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 12. & seqq. & lib. 3. cap. 6. & cap. 10. num. 10. 11. & 36. D. Castill. tom. 6. cap. 166. *Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. à num. 60.* Flores de Mena 1. var. quæst. 19. à n. 21. Addent. Molin. dict. lib. 3. cap. 6. num. 29 ad 32. ubi remissivè ad Rotæ decis. 100. p. 2. an procedat in Capellaniz successionem? Quando sunt laicales sine Episcopi autoritate institutz, quæ profanz vocantur, affirmari potest: tunc enim legibus maioratus reguntur. D. Molin. lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27. D. Valenz. cons. 172. D. Larrea lib. 1. de *Annivers. & Capell. cap. 5. num. 8.* Barbof. de *Jur. Eccles. lib. 3. cap. 5. à numer. 7.* & alibi cum Auctore dicam: quo casu verum est, in successione consanguineos extraneis esse præferendos, licet non sint Sacerdotes, sed in minoribus constituti, ut tenet Escaño de *Testam. c. 3. num. 26. & in Propug. Hieros. discept. 11. cap. 3. numer. 16.* Parlador. *difer. 120. num. 13.* D. Valenz. cons. 135. ubi an proximior qui non est in sacris, remotiori, qui in sacris est, præferatur.

Si

## Num. 16. &amp; seqq.

*De linea in genere, & ejus definitione*, uti prima observatio ad successionem, agunt Alvarad. de *Conject. ment. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 44. p. 2.* Aponte de *Potest. Proregis. tit. 9. n. 42.* Joseph de Lumia in *Repetit. cap. Si aliquem n. 29. & 40.* D. Valenz. Velasquez *cons. 97. num. 13.* Gama *dec. 93. numer. 10.* alij apud Add. lib. 3. cap. 4. num. 13. ad Molin. & lib. 1. cap. 3. num. 12. & 13. D. Castill. cap. 138. & 140. tom. 6. *Controv. Fontanel. dec. 34. & seqq.* D. Olea tit. 3. de *Cess. jur. q. 4. n. 15.* Flores de Mena 1. var. quæst. 19. n. 10. *Giurb. §. 2. de Feud. gloss. 3 à n. 24. & gloss. 6. à num. 12. & 59. & gl. 10. à num. 15. & 19. & seqq. & gloss. 13. à num. 39. & in Consuetud. Messan. cap. 12. gloss. 3. à num. 4.* Jul. Capon. tom. 4. *discept. 237. à num. 26.* Pard. ad Molin. lib. 3. cap. 6. num. 33. ubi lineæ definitio.

## Num. 21. vers. Quia, &amp; Num. seqq.

De qua regula D. Castill. tom. 6. cap. 164. D. Vela *dissert. 4. num. 27. & dissert. 11. num. 80. & dissert. 49. n. 28. & 77.* D. Olea tit. 3. q. 3. num. 21. quid è contra, an disposita in maioratibus habeant locum in Regno? Affirmat Ribera de *Success. Regni Lusit. 3. art. à num. 105.* D. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 24. Vide D. Paz de *Tenut. cap. 85. n. 34. & seqq.* ubi contrarium probat quando adest ratio diversa in Regno. Pareja de *Instr. edit. tit. 5. ref. 9. n. 47.* De divisione maioratus in regularè agit D. Vela *dissert. 49. a num. 45. & 84. & quod in dubio regularis præsumatur n. 51. & seqq.*

Et quod maioratus irregularis successione non observetur regula Auctoris supra num. 10. & 11. quia fit transitus de linea in lineam ad inveniendam qualitatem, quam testator

G iij ad

6 Si vero collativæ sint, contrarium verius videtur, quia in maioratibus continuatio lineæ procedit ex repræsentatione, at in Capellanij, & anniverfarijs per repræsentationem non succeditur. Salaz. de *Usu, & Consuetud. cap. fin. num. 47. & seqq.* Escaño *dict. cap. 3. num. 25.* Alvarez Pegas ad *Ord. Portug. tom. 4. tit. 50. gl. 1. num. 129. vers. Nec in eis.*

7 Et in hoc casu vera est illorum sententia, qui aiunt, extraneum à patrono præsentatum non excludi à consanguineo, contra supra dicta. P. Sanchez lib. 2. *Cons. mor. cap. 1. dub. 11. n. 4.* Guzman *Verit. Jur. verit. 24. à num. 2.* Bayo 3. part. *Prax. Eccles. lib. 2. q. 5. num. 1.* Vivian. de *Jur. patron. 2. p. lib. 12. cap. 9. à n. 15.*

8 Et juxta prædicta recte ait D. Lara lib. 2. de *Capellan. cap. 2. num. 8.* ibi: *Et licet in alijs vinculis, & maioratibus ingressa una linea, non sit regressus ad aliam, quousque omnes ex illa linea deficiant, cap. un. in fin. de Nat. success. feud. & c. hoc tamen cessat in ijs Capellanij, nam admittetur proximior alterius lineæ, stante simplici consanguineorum vocatione; secus si vocaverit eum de familia, & nomine per lineam maioratus, ut num. præcedenti.*

9 Et pro regula Auctoris etiam addendi Capic. Galeota, Carpanus, & alij relati à Maldonado ad Mol. *dict. lib. 3. cap. 6. numer. 29. & seqq.* & esse communi scribentium voto receptam asserunt Addit. *ibidem num. 30. 31. & 32.* Alvarez Pegas lib. 1. *Resol. cap. 4. num. 29.* ubi alios refert.

Limitatio tamen communis est ex voluntate testatoris, ut infra dicam §. 1. à numer. 21. & ex Molin. Castill. Castanat. Menoch. Gratian. Larrea, & alij Doctiss. Alvarez Pegas cap. 4. *Resol. For. numer. 29.* ubi etiam limitat, quando supersint incapaces, vel inhabiles in linea.



ad succedendum desideravit. D. Castillo *tom. 5. cap. 93. a num. 20.* Auct. *num. 26. & 30. & numer. 301.* ubi dicam. Gratian. *cap. 621. num. 3.* quia incapax, vel inhabilis non comprehenditur in linea. Castillo *lib. 5. cap. 93. num. 16.* Giurba *de Feudis §. 2. gl. 10. num. 22.* cum alijs Pegas *Resol. cap. 4. n. 29. in nov. edit. & n. 78.*

## Num. 25.

- 16 De linea recta vide Mieres *de Maior. 2. p. quest. 7. num. 30.* Fufar. *de Subst. q. 345. numer. 12. & q. seq. n. 7.*
- 17 Gratian. *tom. 3. Discept. cap. 456. n. 43.* ubi quod semper intelligitur vocata, nisi aliud ex voluntate testatoris, *cap. 832. num. 10. & seqq. & cap. 621. n. 3. & 5.* Add. *ad Molin. lib. 3. cap. 5. num. 71. vers. Quod, & cap. 6. n. 33.*
- 18 Sub hac linea omnes descendentes continentur, & quamvis quilibet sibi, & suis diversam constituat lineam à linea alterius, Auct. *hic n. 167.* tamen unusquisque cum suis descendibus sub linea recta comprehenditur. Vide ibi: in quo differat linea substantiæ à linea qualitatis dicam cū Auct. à *num. 299. infra hoc cap.*

## Num. 30.

- 19 Cabrerros sententiam tenent ex Bald. *conf. 334. numer. 10. vers. Nec huic obstat, lib. 3.* Anchar. *conf. 95. n. 7.* Avendaño *in L. 40. Taur. gl. 9. numer. 40.* Mieres *dict. q. 7. num. 31.* Add. *dict. cap. 6. num. 33.* contra Fufar. *dict. q. 3+6. & n. 7.*

## Num. 36. &amp; seqq.

- 20 Videndus D. Franc. Ramos del Manzano *ad Leg. Jul. & Pap. cap. 3. n. 1. & cap. 4. n. 1. & 12.*
- 21 Hujus quæstionis exemplum optimum in successione Regni Lusitanie invenies, in filiis Alphonsi Secundi, *el Gordo*, abnepotis Comitis Henrici:

is duos habuit filios Sancium Secundum, antequam Regnum fuisset affectus, & Alphonsium Tertium post Regnum adeptum: quo excluso, Sancius successit, nulla forsan controversia, quia erat primogenitus Regis, licet actu Regnum non haberet, ex traditis ab Auct. *infr. §. 13.*

Doctissimus Caramuel *en el Manifiesto de Portugal lib. 1. fol. 54. in Alphonso Secundo, & fol. 56. in Sancio Secundo,* dum hanc quæstionem commemorat, asserit communem sententiam esse pro filio Regis, nato scilicet post Regnum adeptum, & citat Gomez *in L. 40. Taur. num. 67.* Didac. Perez *in L. 5. titul. 1. lib. 4. Ordinarum.* Mieres *2. p. de Maior. q. 4. illat. 5. n. 1. & alios.*

Quæ sententia ultra ab eo, & hic tradita ab Auctore potest probari, ex eo, quod dignitas patris filiis antea natis non communicatur. *L. Si Senator, Cod. de dign. lib. 12. & ibi Bart. n. 1. L. Si quis Decurio la tercera, Cod. de Decur. lib. 10. L. doctiss. L. pen. & L. fin. Cod. eod. L. Quicumque, Cod. de prepositis agent. in reb. lib. 10. L. Imperialis, §. His illud, Cod. de nupt. Gironda de Privileg. q. 15. n. 112.*

Et ideo nobilitas non prodest filiis ante privilegium natis. *L. 1. tit. 1. lib. 6. Otalora de Nobil. 4. p. in pr. cap. 2. n. 2. Gutierrez Canon. 2. p. cap. 30. num. 36.* ubi Garcia, Azeved. *in L. 1. dict. tit. 1. lib. 6. Recop. à num. 82.* D. Greg. *in L. 2. verb. Las honras, tit. 13. p. 2. optimè D. Covar. 2. var. cap. 8. numer. 5. vers. Nec idem, Mieres de Maior. 2. p. q. 4. illat. 5. num. 2.* Molin. *in Conf. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1.* D. Ramos *ubi supra dict. cap. 4. Pat. Molin. de Inst. disp. 658. num. 21. vers. Tertio ex lege.* Menoch. *conf. 267. num. 11.* Aug. Barbof. *Collect. in Auth. quod eis, num. 7. vers. Dum textus, Cod. de nupt. Sanchez, Cevall. & alij apud Fariam ad Covar. d. c. 8. n. 74.*

Nisi post conceptionem ante nati-  
vitatem pater nobilis sit effectus ex pri-

privilegio. Faria *supra.*  
26 Sic similiter filius Regis vocatur natus ante adeptum Regnum. *Gloss. in dict. L. Imperial. §. Illud. Cod. de nupt. Bald. & Aug. ibid. num. 2. Bart. in L. Cum satis, & ibi Alex. col. 3. Cod. de agricol. & censit. lib. 10. alij apud Tirraquel. de Nobil. cap. 15. n. 7. & q. 31. de Primog. num. 1. Did. Perez in L. 5. verb. No gozen, tit. 1. lib. 4. Ord. & in Addit. ad Segur. in L. Unum ex familia, §. Sed si fundum, num. 73. ff. deleg. 2. quod observa ad gloss. textus nostri in cap. Capit. Hermenegildus 24. q. 1.*

27 His non obstantibus, Auctoris sententia jam diu est recepta, & extra controversiam esse asserunt Add. *ad Molin. lib. 3. cap. 1. num. 3.* & eam sequuntur plures relati à Faria *ad Covar. sup. n. 73.* qui plures refert: quibus adde Arnizæum *Politic. doct. c. 9. vers. Exurgit, Palma in Prax. rer. notab. 2. p. gl. 8. à num. 17.* Pardo *ubi Ad-dentes ad Molin. sup.* Marcus Steph. *de Jurisd. p. 1. lib. 2. cap. 7. n. 22.* Theod. Oping. *de Insign. & arm. Jur. cap. 7. n. 44.* D. Solorzano, ubi est locus, *tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 2. n. 62. & in solut. lib. 3. cap. 19. fol. 377. vers. Aqui;* ubi de quæstione ait: *Porque aunque antiguamente fue mui controvertida por algunos textos que en ella parecen estar encontrados: ya en el tiempo presente todos en todas partes cõforman, que en Reynos, feudos, y maior asgos, es debida la succession al maior en edad, traiendo para ellos muchas razones, y exemplos, y assi no ai que ponerlo en duda, como ni jamàs he oido que se aia puesto en succession de las encomiendas.*

28 Et hanc latius comprobatur Basil. Pontius *var. disp. q. 4.* ubi per sex capita quæstionem exagitat, & proprius nato resolvit, & exemplis illustrat.

29 Et probatur hæc sententia ex textu *in L. 22. §. Senatoris, ff. ad municip. ubi Gotofr. litt. S.*

30 Item ex textu *in L. 12. tit. 7. lib. 5. Recop. ubi absolutè asseritur, jus primogenituræ dari in filio etiam ante*

institutionem maioratus nato, & id ad omnes ejus posteros transmittere, *aunque la muerte aia sido antes de la institucion de ellos, &c.* ut ibi, datur enim in primogenito naturalis capacitas juris primogenituræ, quæ est necessaria ad succedendum, & quæ in eo qui natus est post Regnum adeptum inveniri non potest, dum prior natus eam in se retinet, nec enim primogenitus dici unquam poterit, aut qui secundo natus est vivo priori, qui eum excludit: jure igitur in Regno ( licet noviter à patre adeptum sit ) vel maioratu filius maior minorem excludet.

Ad argumenta contraria vide Fariam *ad Covar. d. cap. 8. n. 75.* ubi rectè satisfacit.

## Num. 51. &amp; seqq.

Dixi *supr. proximè, & 8. p. cap. 5. num. 61.* & vide A. *infr. num. 165. & 282. & 3. p. cap. 6. n. 22. & p. 4. cap. 1. num. 48.* & an jus primogenituræ ad suos hæredes transmittatur, & à quo tempore quæsitum sit, vide D. Molin. *lib. 3. cap. 6. num. 27.* ubi Add. D. Vela *dissert. 49. num. 35.* Giurb. *de Success. feud. §. 2. gl. 5. num. 44. & gl. 6. à n. 23 vers. Quando 2. & gloss. 50. numer. 62. & seqq.*

## A Num. 54. ad fin. §.

Vide *infra 5. p. cap. 2.* ubi D. Oleæ opinio refertur.

Et vide Giurb. *de Success. feud. §. 2. gl. 10. num. 27.* cum traditis à Castill. *cap. 91. & Add. lib. 3. ad Molin. cap. 10. num. 1.* Mieres *de Maiorat. 2. p. q. 6. n. 149. & 202. & 219.* D. Solorzano *tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 19. à n. 37.* Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. num. 94. & seqq.* quorum sententiam contra Auctorem tuetur D. Olea *in poster. add. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 4.*

## Num. 65.

De Clericis dicam infra cap. 9.

De Monachis, & Monial. cum A. dictum 7 p. cap. 5.

34 De Fratribus Ordinum Militarium quos *Freiles* vocamus, idem quod de Monachis professis in Religione capaci dicendum est, ut probatum latè invenies à Mendo de *Ord. Milit. disp. 4 q. 10. per totam.*

## Num. 66. 67. &amp; seqq.

35 De legitimatis per matrimonium dixi cum A. supra cap. 4. ad fin. ubi plures retuli. Adde Botiller de *Sucess. cap. 4. theor. 107. à num. 3.* Pardo ad Molin. lib. 3. cap. 3. num. 31. D. Valenz. cons. 7. D. Solorz. lib. 3. *Polit. cap. 19. fol. 376.* D. Cresp. de Valdaur. *observ. 22. quæst. 16. ubi de legitimatione in radice, & quæst. 23. à num. 139.* Garcia de *Benefic. 7 p. cap. 2. num. 43.* Antunez de *Donat. Reg. lib. 1. cap. 16. num. 37.* limitat, & ampliat eleganter Noguerol hic citatus, Guzm. *Ver. jur. ver. 5. num. 71.*

36 De legitimatis per rescriptum Principis agit Auct. de quibus videnti plenissimè tractantes: D. Castill. lib. 4. *Controv. cap. 22. à num. 40. & 128.* ubi de differentia inter legitimatos, & dispensatos. Ripol. de *Regal. cap. 22.* ubi num. 34. nullam agnoscit differentiam inter legitimatos, & dispensatos, sed male; quia filij naturales legitimantur, spurij autem propriè legitimari non possunt, sed dispensari. Garcia de *Nobil. gl. 21. num. 48.* & hic Auctor supponit.

Videndi etiam Balthaf. Thom. tract. de *Legitimat.* Antunez de *Donat. Reg. lib. 1. p. 2. cap. 16.* Alvarez Pegas ad *Ordin. Portug. tom. 2. tit. 3. §. 1. gloss. 4. per plura capp.* Aug. Barbof. *vol. 27. per tot.*

37 Obiter nota quod legitimationis rescriptum, vel à Principe impetrari

potest, vel à Pontifice: legitimatus à Principe fit capax quò ad temporalia, à Papa quò ad spiritualia; nec interest cujus sit filius qui legitimatur, secularis, an Ecclesiastici? utroque enim casu à Principe debet legitimari, qui capacitatem ad temporalia velit accipere, vel è contra. D. Covar. de *Matrim. cap. 8. §. 8. num. 48.* Cyriac. *controv. 436.* Alvarez Pegas *dict. 2. tom. & tit. 3. gl. 4. cap. 17.* ubi late probat legitimationem filij Clerici ad Regè pertinere. D. Salzedo de *Leg. Polit. lib. 1. cap. 4. num. 24.* Fajard. de *Legit. per subsequens matrim. num. 74.* Barbof. de *Potest. Ep. 1. p. tit. 3. cap. 2. à num. 103.* alij apud Antunez *dict. tom. 1. cap. 16. num. 27.* Ripol. *dict. cap. 22. num. 20. & seqq. & num. 69.* ubi sine dubio ait, Regem legitimare posse Religiosum professum, ut succedat Monasterium in bonis patris naturalis. E contra vero legitimari debet à Papa ad bona Ecclesiastica; ideo legitimatus à Rege non potest obtinere beneficia Ecclesiastica. Salzed. *ubi supr.* Ripol. *n. 25. & 29.* D. Greg. in *L. 4. gl. En cuio señorio, tit. 15. p. 4.* & idem in Patronatu Ecclesiastico Noguerol. *alleg. 28. n. 62. 72. & seqq.*

Legitimatus autem licet à Rege acquirat jura Patronatus beneficiorum Ecclesiasticorum. Rocus de *Curte de Jur. patron. q. 2. verb. Competens,* Lambertin. *2. p. q. 2. art. 29.* & jus sepulchrorum ex *Leg. Vel quem pater, ff. de Religios. & sumpt. funer.* Garcia *d. gl. 21. num. 4.* quia hæc licet spiritualia, tamen cum universali adhæreant successioni, de per se non considerantur, sed cum universitate transeunt. *L. Quædam veniunt, ff. de acq. rer. dom. cap. Ex litteris, cap. Cum sæculum 7. & 13. de Jur. patronat.* latè D. Petr. Frass. de *Regio patron. cap. 4. à numer. 41.* vide Alvarez Pegas *dict. gl. 4. cap. 31. per tot.* Ripol. *cap. 22. supr. n. 29. & 30.*

Eadem ratione à Papa concessa legitimatione ad temporalia prodesse

potest, veluti quando ex vi dispensationis obtentæ in radice matrimonij, filij ex eo matrimonio habiti legitimantur, qui, ut legitimi ad bona temporalia capacitatem acquirunt, & in maioratu succedere possunt, quia id efficit principaliter legitimatione, capaces reddere personas ad matrimonium, non vero ad bona aliquid disponit, licet in consequentiam efficiat, quod non attenditur. *L. Si quis nec causam, ff. si cert. pet.* Sic etiam dicimus legitimationem valere, etiam quò ad bona extra territorium legitimantis. Gama *dec. 387. num. 5.* Ripol. *supr. n. 26.* Rectè ergo legitimati in radice succedere possunt in maioratu. D. Salzedo de *Leg. pol. lib. 2. cap. 1. per totum maximè num. 23.* ubi temperat hanc sententiam quando impedimentum in quo à Papa dispensatur est juris naturalis, vel divini, quo casu filij non legitimantur, ut in legitimatione Regis dixi. Vide D. Molin. & Add. lib. 3. cap. 2. num. 12. Reinoso *obs. 4. num. 16.* P. Molin. de *Iust. disp. 624.* P. Sanchez *tom. 3. lib. 3. disp. 7. num. 3.* Gutierr. de *Matrimonio cap. 34.* D. Castillo lib. 5. *contr. cap. 105. à num. 19.* D. Larrea *dec. Granat. 8. ex num. 10.* Adde Riccium *colleçt. 3063. p. 7.* Marefcot. *var. lib. 1. cap. 19.* Barbof. *dict. vot. 27.* Dian. *tom. 3. tract. 1. resol. 87.* Antunez *d. cap. 16. à n. 29.*

## Num. 69. &amp; 70.

43 Ad textum in *dict. cap. 1. §. Naturales,* vide D. Solorzan. *dict. cap. 17. num. 34.* Menoch. *cons. 687. num. 41. & cons. 1098. num. 6.* Giurba de *Succ. feudi §. 1. gl. 9. num. 11.* Alvarez Peg. *tom. 2. ad Ordin. gloss. 4. cap. 18. num. 142.*

44 Et quod per eum legitimati naturales in feudo non succedant. D. Molin. lib. 3. cap. 2. num. 8. & cap. 3. num. 24. & 26. Scaccia de *Iudicijs, lib. 1. cap. 9. num. 1724. & 1744.* Mar. Cutel. de *Don. contempl. matr. 1. p. disc.*

2. p. 6. num. 156. D. Castillo lib. 5. cap. 84. numer. 47. Carvalho in *Cap. Raynald. 1. p. num. 255.* Fragos. de *Regim. 3. p. lib. 8. disput. 17.* Marinis ad *Reverter. dec. 118.* Pegas *dict. gloss. 4. cap. 19.* ubi latè Riccius *p. 4. colleçt. 1308.* Garcia de *Nobil. gl. 21. n. 7.*

Et nec in emphiteusi. Garcia num. 47. Cyriac. *Controv. 79.* Marefcot. lib. 1. var. cap. 15.

Nec ad successionem Regni admittitur in præjudicium contanguineorum de domo Regia. Marin. Freccia de *sub feud. lib. 3. tit. de differ. inter feuda Regal. tit. & alia feud. nobil. diferent. 15.* ubi ait, legitimatum ad feuda non succedere in feudo nobili, nec in feudo dignitatis, quod & antea dixit Afflict. in *dict. cap. 1. §. Natural si de feud. fuer. controv. D. Molin. lib. 3. cap. 3. num. 26. & seqq.* ubi ait, in præjudicium agnatorum non posse legitimari ad successionem Regni. Licet contrarium tenere videatur Avendaño in *L. 40. Taur. gl. 11. num. 33.* ubi ait, filium specificè legitimatum ad succedendum in maioratus bonis, legitimis deficientibus, esse admittendum in agnatorum, seu cognatorum præjudicium, & idem in Regno tenet Tapia in *Addit. ad River. de Success. Regn. ad num. 26. num. 22.* Vide Intigriol. de *Feud. q. 46. num. 67. & seqq. cent. 1.* videndi Zanar. *cons. 1. num. 17.* Alex. Raudens. *cons. 1. num. 54.* Capyc. *dec. 121. num. 4.* ubi dicit: *Rex Aragonum non posset facere legitimari filium naturalem per Papam in præjudicium alterius consanguinei, cui consuetudo defert Regnum, Rege decedente sine filijs legitimis, quia hoc non pendet ab ejus potestate.* Cap. *Licet de voto.* Greg. Lopez ad *L. 4. tit. 15. p. 4.* Adde Bagnafac. *cons. 140. num. 2.* Luppum de *Illegitim. coment. 3. §. 2. n. 45.*

An autem Rex possit filium suum legitimare, vel à Papa fit legitimandus? Possè legitimare videtur, ex textu in *Cap. per venerabilem,* ubi DD. qui *fil. sint legitim.* Alvarez Peg. *dict. gloss.*

gloss. 4. cap. 27. Covar. de Matrim. cap. 8. §. 8. num. 20. Cabed. dec. 69. p. 2. n. 20. Pichon. de matrim. disp. 8.

48 Contrarium tenet Antunez, & alij ab eo relati tom. 1. de Donat. Reg. cap. 16. n. 53.

49 Denique in maioratu, vel fideicommissio non succedere tenet Auct. hic cum pluribus: quibus adde Giurb. de Succes. feud. §. 1. gloss. 9. num. 5. & seqq. & §. 2. gloss. 8. num. 25. vers. Amplia, & à num. 31. Parlador. Cotid. sex qui cent. q. 6. num. 6. Tondut. Civil. cap. 124. numer. 3. Aug. Barbof. claus. freq. 158. num. 7. & in Repertor. jur. verb. Legitimus, & verb. Maioratus, num. 53. col. 3. D. Solorzan. in Politic. lib. 3. cap. 19. fol. 375. Antunez dict. cap. 16. num. 23. D. Alvarez Peg. dict. gloss. 4. cap. 31. & cap. 32. ubi primo ait, etiam in maioratu à patre legitimati instituto, & vocatis alijs filijs, & descendentibus legitimis, ipsum non esse admittendum nulla ejus facta mentione. Phæbo dec. 97. num. 27. ubi decisum.

51 Limitat deficientibus legitimis num. 210. ubi Auctor laudatus hic n. 71. & Molin. dict. lib. 3. cap. 3. num. 10. Menoch. lib. 4. præsumpt. 79. numer. 2. Tiraquel. in L. Si unquam, vers. Susceperit liberos, num. 69.

52 Quid in maioratu antiquo? Cum Auctore tenet legitimatum ab ultimo possessore non excludere proximiores consanguineos num. 211. Agnoscit tamen ipse communem esse contrariam sententiam, & in suo Regno tenendam num. 212. ubi ait: Nihilominus tamen secundum communem sententiam legitimatus, etiam secundum stylum nostri Regni, cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis prout fieri solent, & patet ex chartis legitimatationis, succedere debet excluso fratre, seu quocumque consanguineo institutoris, & secundum illam judicandum, & tenendum est in hoc Regno; tum quia est Bart. in L. Communium, Cod. de natur. liber. & quia est magis recepta, &c.

quæ sequuntur, & post ibid. Quod autem sit communis testificantium, omnes fere D.D. de quibus sup. qui contrariam amplectuntur sententiam. Molin. lib. 3. cap. 3. num. 1. 2. & 26. Alter Molin. disp. 174. num. 36. Covar. lib. 3. var. cap. 6. num. 7. in solutione quartæ rationis. Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 10. n. 6. vers. Contrariam. Menchac. de Succ. progress. §. 2. numer. 52. Costa in cap. Si pater, verb. Si absque liberis, num. 50. Gama dec. 278. num. 4. & 21. Adde Molin. lib. 2. cap. 7. num. 31. & lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 2. cap. 11. num. 26. Giurba de Succes. feud. §. 1. gloss. 9. num. 23. Escobar de Purit. 1. p. quæst. 4. §. 6. num. 21. Fermosin. in cap. Super litteris de rescript. quæst. 3. num. 28. D. Castillo lib. 5. Controv. cap. 105 & seq. Caldas cons. 4. Phæb. decis. 97. 172. & 171. Barbof. verb. Legitimare. Roxas de Incomp. & c.

53 Quam sententiam contra transversales ad favorem naturalis descendens, & filij ultimi possessoris posse defendi non dubito, eaque latius roborari potest cum Cyriac. controvers. 207. & 208. ubi latissime fundat, & intelligit, ita in transversalium exclusione numer. 106. dummodo non sint exclusi legitimati expressè, quod accidit quando vocantur ex legitimo matrimonio nati, non vero si vocentur tantum legitimi. Vide Cyriac. sup. per tot. & controv. 21. num. 14. Palma cons. 155. num. 515. & cons. 25. num. 4. D. Castillo lib. 4. cap. 22. num. 40. Alto grad. cons. 93. num. 17. tom. 2. Barbof. vot. 73. num. 33. Cutell. de Don. contemp. disc. 2. p. 6. num. 159. Noguero. alleg. 23. num. 57. Capyc. Latr. dec. 3. num. 25. p. 1. Alvarez Peg. cap. 35. d. gloss. 4.

54 Tertius casus ab ipso Alvar. Peg. relatus, quando legitimatus expressè, ut possit succedere in maioratibus n. 213. ubi succedere affirmat cū Molin. Mantic. Covar. Menoch. Phæb. & Gam. & tenet Auct. hic num. 78. limitat, nisi in maioratus sit ex bonis Regiæ

giæ Coronæ, tunc enim non sufficit legitimatio ad maioratus, sed requiritur specialis ad maioratus bonorum Regiæ Coronæ; & idem in maioratibus dignitatis dicendum est. Cabed. dec. 57. p. 2. Phæbo dec. 97. numer. 13. Barbof. in Remiss. ad Ord. lib. 2. tit. 35. §. 12. Mendez in Prax. Lusitan. 2. p. lib. 1. cap. 2. num. 1. Pinheiro de Censib. & emphit. 2. p. disp. 5. sect. 5. à n. 146. Escobar, & alij ab eo cum Auctore relati.

56 Apud nos ita hæc locum habent in maioratibus dignitatis, & alijs juxta L. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. quæ consonat cum Lege Lusitana lib. 2. tit. 17. §. 1. Vide Noguero. alleg. 29. n. 191. & 193. de quorum interpretatione, licet extra rem, agunt Costa de Succes. Regn. 1. p. D. Molin. lib. 1. cap. 5. n. 21. & 22. & cap. 6. & lib. 3. cap. 7. n. 12. & lib. 4. cap. 4. numer. 39. & seqq. D. Castillo lib. 5. cap. 89. à num. 77. Robles de Repræs. lib. 3. cap. 16. num. 20. D. Amay. in L. unic. Cod. Si liberal. imp. soc. ex num. 50 lib. 10. Doctiff. Retes de Donat. cap. 13. n. 17.

57 An autem data expressa legitimati exclusione ad maioratum possit legitimari? Negat Tondut. Civil. cap. 124.

58 An vero legitimatus possit admitti ad successionem maioratus exclusis à lege vocatis à testatore omisfis? Affirmari potest: legitimatus enim dum contra voluntatem testatoris non sit, quoad ea quæ juris sunt ac si legitimus ex matrimonio esset reputatur. Videndus latè disputans ad rem, Ferrer in Const. Cathalon. titul. de los impuber. gl. 6. n. 77. ad 93.

Num. 71.

Antunez de Donat. dict. cap. 16. n. 44. ad 50. ubi quæ sit justa, & publica causa.

59 D. Alvarez Pegas dict. gloss. 4. cap. 12. ubi an legitimatio post mortem patris obtenta præjudicet quibus jam

bona delata sunt? quod recte negandum est, ex Auct. hic, & alijs quos ibi sequitur cum Molin. tract. 2. disp. 174. num. 19. & 23. Gama dec. 278. num. 5. Barbof. vot. 67. num. 20. Cyroch. disc. 1. num. 35. & cap. 7. n. 3. Baron. de Citat. in add. ad quæst. 15. à n. 70. Noguero. alleg. 32. n. 194.

Num. 72.

Alvarez Peg. dict. gloss. 4. cap. 10. n. 69. & 70. & relati supr. in princ. §. & Castejon verb. Legitimus, n. 22. ubi alios refert.

Num. 73.

60 Dixi super num. 70. Vide Alvar. Peg. dict. cap. 12. Giurb. de Succ. feud. §. 2. gl. 8. n. 26. vers. Declara, quinto.

Num. 74.

61 Videndus Menoch. cons. 20. à n. 21. & seqq. Doctiff. Pegas latè c. 35. dict. gloss. 4.

Num. 75. & seqq.

62 D. Molin. num. 45. & Addent. num. 41. vers. Multo magis, & vers. Adversus naturales: D. Larrea dec. 32. Granat. Guzman Verit. jur. 5. n. 76. qui in naturalibus loquuntur.

63 Ex natura maioratus quando legitimi extant verius est legitimatos non comprehendi, nec naturales etiam appellatione filiorum simpliciter facta, ut tenet A. hic, & n. 114.

Num. 77.

64 Verissima est hæc sententia quamvis contra videantur sentire Cephal. cons. 103. Pancirol. cons. 169. num. 13. Beccius cons. 138. lib. 2. Torniol. cons. 83. à num. 17. Decian. cons. 33. n. 20. Riminald. Junior cons. 294. videndus Balthasar Tom. tract. de Legitim.

H tit.

tit. 14. num. 263. & 305. & alij relati à Solorzano tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 17. numer. 24. Cassanate conf. 8. Aug. Barbof. voto 98. D. Castillo cap. 103. Auct. infr. 3. p. cap. 1. numer. 73. Fajard. de Legitim. num. 340. ubi alios pro Auctore refert.

## Num. 78.

66 Phæb. itidem dec. 172. à numer. 14. Gama dec. 278. Alvarez Peg. tom. 2. §. tit. 3. gloss. 4. num. 213. & cum eo supr. dixi Roxas de Success. cap. 23. n. 86.

## Num. 79.

67 Gratian. itidem cap. 635. num. 41. Balthaf. Thom. tit. 14. de Legitim. cap. 15. num. 839. vers. Sexto sublimita, & de Primog. tract. 8. tit. 10. cap. 1. num. 4. 12. & 16. Greg. in L. 4. glossa: En todas las honras, tit. 15. p. 4. Escobar de Purit. 1. p. q. 4. §. 6. num. 21. & 22. Fragof. de Regim. 3. p. lib. 9. disp. 20. §. 5. num. 61. Pat. Molin. disp. 589. n. 5. Alvarez Peg. n. 210. sup. gl. 4.

## Num. 80. &amp; 81.

68 Cyriac. dict. controu. 207. & seqq. & 21. Censal. ad Peregrin. art. 23. fol. 71. Intigriol. decis. 4. Menoch. conf. 687. num. 42. latè Alvarez Peg. dict. gloss. 4. cap. 36. qui propositionem ita docent.

## Num. 82. &amp; 83.

69 Pro sententia Auctoris Reverter. dec. 101. n. 1. alij legitimatos æquant fæminis, ut per Morquecho num. 42. Marinis ad Reverter. dec. 137. num. 1. Paul. Staiban. conf. 68. numer. 26. itidem Marin. lib. 1. cap. 322. n. 13. Molin. lib. 3. cap. 2. num. 7. Fufar. de Subst. q. 816. num. 2. Barbof. dict. appellat. 185. n. 6. Menoch. conf. 517. num. 6. & 1026. num. 4. Morquech. de Divis. bon. lib. 4. cap. 6. num. 42. vide

Cevall. Comm. q. 2. itidem D. Molin. ubi sup. cap. 5. num. 75. Merlin. Controvers. cent. 2. cap. 89. à numer. 4. & seqq. ubi latè negativam tuetur num. 30. Balthaf. Thom. tit. 10. de Primog. n. 554.

Limita sententiam Auct. hic n. 83. cum Peregrin. art. 23. n. 46. Fufar. q. 315. num. 2. Cyriac. dict. controu. 207. à n. 107. & seqq.

## Num. 84.

Dixi supra in pr. ad n. 70.

70 Limita si vocabit alios filios legitimatos cum hac qualitate, nec mentionem fecit legitimati. Phæbo decis. 97. num. 27. Alvarez Peg. ad Ordin. Port. tom. 2. §. 3. gl. 4. cap. 32. n. 209.

## Num. 85.

71 Intellige nisi eos expressè excluderit, vel eos excludere voluisse constiterit: doctrina enim Auctoris in casu dubio intelligenda est; & regulari debet juxta Doctorum traditiones in casu maioratus à fæmina instituti, quæ in dubio fæminas excludere non intelligitur. D. Molin. lib. 3. cap. 5. n. 73. & ibi Add. Mieres 1. p. de Maior. q. 51. num. 13. & seqq. & num. 20. Alvarad. lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 20. de Conject. ment. def. & lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 56. Balthaf. Thom. de Primog. tit. 10. cap. 4. num. 545. Contra tamen voluntatem testatoris fæminas admitti, vel legitimatos iniquum esset, propter personæ disponentis qualitatem. L. In conditionibus primum locum, ff. de cod. & dem. Fragof. de Regim. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 3. n. 10. Mieres de Maior. at. 2. p. q. 6. n. 236.

## Num. 86.

72 Quod similiter intelliges juxta Molinæ doctrinam dict. lib. 3. cap. 5. n. 50.

Num.

## Num. 87.

73 De legitimato per subsequens matrimonium supra idem dixi cap. 4. ad finem: de legitimatis per rescriptum vide Angulo in L. 11. gloss. 9. de las mejoras, ubi ait, post legitimatos ante naturales vocandos esse in melioratione juxta L. 27. Taur. quia licet stantibus legitimis non sint hæredes, eis tamen deficientibus hæredes necessarij sunt. §. Quibus inst. de hæred. abintest. & Gomez in L. 12. num. 66. Tello Fern. num. 2. Covar. de Matr. 2. p. cap. 8. §. 8. à num. 3. Garcia de Nobil. gloss. 21. num. 54. & vide Add. ad Molin. lib. 2. cap. 11. num. 17. ad 25. ubi an filio legitimato debeat legitima? & pro negativa D. Castillo, & Gratian. referunt; videntur tamen affirmativam sententiam defendere ex Ludovif. dec. 135. ubi additio plures Rotæ decisiones refert.

74 Repetit eam sententiam idem Angul. gloss. 2. num. 2. & in noviss. impr. gloss. 7. qua retenta, Auctoris sententia vera est, quod scilicet legitimatus debeat vocari juxta L. 27. Taur. in omnibus casibus in quibus succedere potest filius naturalis, scilicet post legitimatos; quod si cum naturali concurrat, is præferatur juxta Anguli sententiam, nisi legitimatus non sit, sed dispensatus, quia spurius sit, vel adulterinus: tunc enim judico naturalem esse præferendum; quia naturalis filius est magis aptus ad conservandam memoriam, cum parentum nobilitate gaudeat, legitimati spurij non gaudeant; ita enim naturalibus est concessum L. 1. tit. 11. p. 7. & legitimatis denegatū L. 10. tit. 8. lib. 5. L. 12. tit. 2. lib. 6. Gomez in L. 9. Taur. num. 66. Garcia de Nobil. gloss. 1. §. 1. à n. 48. & gloss. 20. & 21. Escobar de Purit. 1. p. q. 4. §. 6. à num. 16. Vide Matienzo in L. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 8. per totam, ubi differentiam inter naturales, & legitimatos agnoscit, & Azev. in ead. Leg.

75 Item, quia licet non extatibus legitimis legitimatus rûpat testamētum patris, dispensatus tamen non rûpat. Matienzo in dict. L. 10. gloss. 7. n. 3. cum ergo ante naturales juxta legis mentem vocentur filij quorum respectu tertium meliorationis legitima est, sequitur dispensatos non esse dispositionis ratione inclusos. L. In omni, ubi Bart. ff. de adopt. cum vulgar.

76 Sed dubium est, an filius legitimatus teneatur vocare post suos descendentes legitimatos, & naturales juxta L. 27. Taur. parentem suum naturalem, sicut parens ipse eum vocare teneatur? 77 Quæstio est quam apud neminem vidi; videtur tamen affirmandum, quia successio inter ascendentes, & descendentes reciproca est, & ex correlativis, ita ut dispositio quæ loquitur in uno, æque procedat in alio. L. Nam & si parentibus, & ibi Bart. ff. de inoffic. test. Auth. de hæred. & fals. §. 1. & hodie est L. 6. Taur. ubi disponitur quod eadem forma, & modo, quo ex testamento, & abintestato descendentes ascendentes sunt hæredes; ascendentes descendentes succedant: quam legem quæ hodie est in nov. Recop. L. 1. tit. 8. lib. 5. ad id notant Roxas de Success. abintest. cap. 13. num. 13. & cap. 20. num. 137 & alibi referendus Gomez in L. 9. Taur. num. 51. vers. Et hinc: D. Lara in L. Si quis à liberis §. Parens, à numer. 25. ubi pulchram quæstionem proponit, de qua meminit Angul. in L. 10. gloss. 3. à n. 10. ubi an sicut parentibus licet filios in tertio meliorare, ita è contra filij possint unum ex ascendentes meliorare? quæ ex eodem principio negativè cum Angulo resolvenda est, ex L. 4. tit. 13. p. 6. ut videre est apud eum.

79 Et illegitimorum successio eodem modo regulanda est, quoties enim illegitimo filio successio competit in bonis patris, æque patri competere debet in bonis filij. Roxas de Success. abintest. dict. cap. 20. num. 136. & c. 30. H ij num.

numer. 26. Pat. Molin. de Iust. & Jur. tom. 1. disp. 167. conclus. 11. & probatur dict. §. Filium vero, Auth. quib. mod. natur. es. sui, & apud Lusitanos ex textu Ord. lib. 4. tit. 81. cui convenit dict. L. 6. Taur. Addendus Gutierrez cap. 75. pract. lib. 3. D. Solorzan. de Iur. Ind. lib. 2. cap. 21. à n. 4. tom. 2.

80 Et in filijs natis ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentum, iure tamen valido putativè ex bona fide contrahentium, idem dubitatum est; an si alter ex conjugibus cum mala fide contraxerit, filius natus quò ad eum non sit legitimus? In quo dubio parentem propter malam fidem non trahere jura legitimi docent Costa in cap. Si pater de testam. lib. 6. verb. Uxorem num. 21. & seq. Petr. Barbof. in L. Si cum dotem, §. fin. num. 12. ff. solut. matr. Pat. S. inch. de Matrim. lib. 8. disp. 38. num. 46. Matienzo in L. 1. gloss. 1. num. 6. tit. 8. lib. 5. Recopil. Tello Fern. in L. 6. Taur. num. 7. ubi ita ait: *Et sic fortè licet filius esset legitimus hæres patris propter bonam fidem matris, & propter sacramentum matrimonij, non tamen erit pater legitimus hæres filij propter malam fidem, & contemptum matrimonij.* Sequitur cum Lara de Vit. hom. cap. 3. num. 10. Olea tit. 4. q. 8. num. 12. de Cess. jur. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 5. gloss. 5. à n. 5. & 7. Roxas de Succ. cap. 30. n. 38.

81 Contraria tamen sententia probabilior est, eamque defendunt Avendañ. in L. 6. Taur. gloss. 1. Gutierrez lib. 34. pract. dict. q. 75. Cevallos Comm. q. 697. à num. 16. Fajard. de Legitim. n. 170. videndus Lara ubi supr.

82 Idem in legitimato per rescriptum Principis dicendum est; quâvis enim legitimatio sit strictè intelligenda, nec de persona ad personam possit ampliari, tamen successio concessa filio per legitimationis rescriptum in bonis patris, æque concessa videtur patri in bonis filij, ut eleganter resolvit Tello Fern. in L. 6. Taur. num. 19. ubi in hac specie loquitur. Phæbo dec.

172. à num. 24. D. Alvarez Peg. tom. 2. ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 3. §. 1. gloss. 4. cap. 21. ubi an pater succedat filio legitimato; quia ita intelligendus cum Tello Fernandez supra.

83 Ideo non sine ratione constitutum est ad legitimationem requiri, non solum parentis, sed etiam filij cōsensum. Auth. q. m. nat. eff. sui, §. Generaliter: Abbas dec. & alij apud Roxas de Success. cap. 23. num. 23. Pat. Molin. tom. 1. disp. 173. vers. Ut legitimatio: Tello Fern. in dict. L. 6. Taur. num. 15. ibi: *Cum hæc legitimatio de consensu patris ac filij fuit facta, & exinde utrumque visum est consentire, ut successio sit æqualis: & alibi latius in L. 12. Taur. à num. 9. Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 3. gloss. 9. num. 19. Costa de Fact. scient. lib. 2. cap. 76. videndus.*

84 Quæ quidem sententia vera est, & ex ea dicendum, quod quoties pater, aut mater filios illegitimos vocare tenentur juxta L. 27. Taur. licet sint spurij, dum tamen successionis sint capaces juxta L. verba: *Que ayen derecho de les poder heredar*, quod in filio spurio matris respectu, vel legitimato rectè exemplificari potest: & vide Angul. in L. 27. gloss. 11. num. 3. eadem ratione, & æqualitate successionis, si filius meliorationem facit post descendentes, tenebitur patrem legitimum, aut spuriam matrem vocare.

85 Verum tamen est notandum legitimum patri non succedere quando adsunt alij legitimi filij, vel nepotes ex eis, ut supra est dictum ex L. 12. Taur. quapropter cum ei hoc casu denegata sit successio, videbatur dicendum ipsum non teneri parentes vocare quando habet fratres legitimos ex vi correlativæ successionis. Sed verius etiam hoc casu judico legitimum parentem vocare teneri ex ratione d. L. 12. legitimatus enim filius deficientibus legitimis succedit: ergo eodem modo pater: sed ascendentes legitimi

le-

legitimato nulli sunt: ergo cum hi deficient, pater admittetur etiam si ei sint alij legitimi filij. Hanc sententiam æquiorè judicat Tello Fernandez in L. 12. Taur. numer. 43. sed propter alias rationes, quæ certè non convincunt.

86 Quid autem in filio spurio legitimato? Dicendum est, filio spurio legitimato parètè non succedere. Fulgof. cons. 82. quem refert Card. Tusch. litt. L. conclus. 216. num. 43. Tello Fern. in L. 6. Taur. num. 10. & 11. Capra. cons. 1. quod intellige ut filius patri, nec pater filio succedat nisi in eo quod in rescripto sit concessa successio limitate. Tello Fern. supr. num. 15. Et ideo quò ad legitimum spurium sententia nostra limitanda est, ut supra est limitata in casu quo pater fuerit melioratus.

## Num. 88. &amp; seqq.

87 Pat. Molin. tom. 1. disp. 173. ad fin. Pat. Joan. Angel. Boss. de Patr. potest. cap. 1. n. 44. & 45.

## Num. 105.

88 Mieres de Maior. 1. p. q. 2. num. 132. Boerius decis. 240. num. 19. D. Amaya in L. ult. num. 8. Cod. de incol. lib. 10. Richard. de Nobil. communicat. inter vir. & uxor. num. 46. vers. Item. Balmased. de Collect. q. 41. num. 7. ubi ait hoc privilegium non trāsire ad filios, ideoque illegitimorum vitio remanere maculatos.

De filijs naturalibus agit Auctor, & nos breviter qui sint filij naturales attingere convenit, nec extra rem, quoties enim de naturalium successione quæritur, prius de qualitate est disquirendum.

89 Extat L. 11. Taur. quæ est L. 9. tit. 8. lib. 5. Recop. ubi hodie naturales dicuntur qui ex soluto, & soluta habitibus ad matrimonium contrahendum procreati, concepti, vel nati sunt. Cap.

Innotuit 20. de election. L. 3. tit. 14. p. 4. L. 1. & seqq. tit. 15. p. 4. Videndi Aug. Barbof. in Collect. & indict. c. Innotuit de elect. num. 6. Robles de Representation. lib. 2. cap. 11. eleganter Fajard. de Legitim. numer. 23. & seqq. ubi alij.

90 Dixi concepti, vel nati, quia parentes esse habiles ad contrahendum sufficit, uno, vel altero tempore. Pat. Molin. tom. 2. disp. 172. num. 4. Pat. Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 7. num. 19. Fajard. de Legit. à num. 24. & 32. D. Larrea dec. 43. per totam. Imò habilitatem parentum sufficere medio tempore, licet tempore nativitatis, & conceptionis deficiat, tenet Basilius Ponz. de Matrimon. lib. 11. cap. 3.

91 Qui autem habiles sint ad contrahendum matrimonium ad hoc ut ex eis nati dicantur naturales explicat latè Fajard. ubi supr. à num. 46. & 49. & num. 54. ubi de ancillæ filijs, cum Sanchez, & alijs: quibus adde Tancredo de Matrimon. lib. 7. disp. 20. num. 10. Larrea dec. 32. num. 32. ubi affirmat filium naturalem ancillæ gaudere nobilitate patris. Item filius naturalis nascitur ex Monachis, vel Monialibus intra annum noviciatus. Fajard. num. 55.

94 Item ex parentibus simplicis castitatis voto astrictis. Basil. de Matrim. lib. 11. cap. 2. n. 6. Fajard. n. 56.

Vel ex Clerico in Minoribus Ordinibus constituto. Fajard. à n. 59.

95 De filijs Equitum Ordinum Militarium vide Aug. Barbof. tract. var. de Appellat. verb. appell. 233. num. 4. Mar. Cutell. lib. 2. de Immunit. Eccles. q. 50. num. 6. Gutierrez lib. 2. Pract. q. 111. Melch. Phæb. dec. 68. 1. p. ubi de filijs Commendatorum.

96 Et an sit naturalis natus ex illa, quæ super matrimonij nullitate litem habebat, vide Aug. Barbof. lib. 3. vot. 114. Araujo de Stat. Civil. disp. 11. q. 1. ubi de nato ex uxorato, matrimonio invalido, & soluta.

97 Cætera tractare non vacat. Videdi

Noguerol. *alleg.* 25. D. Castillo *lib.* 5. *cap.* 135. Garcia de Nobilit. *gloss.* 20. à *num.* 12. D. Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. à *num.* 8. & in *Polit.* *lib.* 3. *cap.* 19. in *princ.* & *lib.* 5. *cap.* 9. fol. 828. *vers.* Maior. Escobar de *Purin.* 1. p. q. 4. §. 6. Pat. Sanchez *lib.* 4. *Consil.* *cap.* 3. *dub.* 1. & *seqq.* Balmased. de *Collect.* q. 39. n. 9. ubi quid operetur parentum recognitio, & decisum refert non præjudicare cæteris vocatis ex Valeron, Castill. Noguerol. & alijs, & ita in maioratu de los *Aguilas* fæminam fuisse prælatam matulo dubie naturali. Melch. Phæb. *dec.* 76. Gutierr. *Pract.* ubi *supr.* & *lib.* 2. q. 112. & *lib.* 4. q. 23. Roxas de *Succeff.* *cap.* 1. *numer.* 9. & *cap.* 10. Dian. *tom.* 2. *tract.* 6. *resol.* 43. ubi an natus ex concubitu inter sponfos de futuro sit naturalis, vel spurius. Jul. Capon. *tom.* 4. *disceptat.* 266. la. 1. 2. & 3. ubi an nati ex copula habita cū matrimonij promissione post aliud matrimonium clandestinè cōtractum sint spurij naturales, vel legitimi. De quo dicam ad *Auct.* p. 8. *cap.* 2. ad *fin.*

## Num. 106. &amp; seqq.

De quo vide præter hic relatos D. Solorzano itidem *lib.* 3. *Politic.* *cap.* 19. D. Castillo *lib.* 4. *Controv.* *cap.* 3. 1. & *lib.* 5. *cap.* 82. Larrea *dec.* *sup.* *citat.* Noguerol. *alleg.* 9. & *sup.* *citat.* Surd. *decis.* 162. Escobar *dict.* §. 6. & 7. & à *numer.* 186. Cyriac. *controv.* 209. & *seqq.* Giurb. de *Succeff.* *feud.* §. 1. *gl.* 9. *Auct.* *infr.* 8. p. *cap.* 8. *num.* 14. & ego dixi *sup.* *cap.* 4.

Adde Caldas Pereyra *conf.* 9. à n. 4. Reynof. *observ.* 33. à *num.* 4. Antunez de *Donat.* *Reg.* 3. p. *cap.* 21. *numer.* 22. Guzman *verit.* 5. Gama *decis.* 167. à *num.* 7. Phæb. *dec.* 171. p. 2. Feloaga *Enchirid.* *jur.* *cap.* 35. n. 7. ubi alij.

Et quod naturales in Regno non succedant. P. Greg. *lib.* 7. de *Republic.* *cap.* 8. Azor. *Inst. mor.* 2. p. *lib.* 11. *cap.* 2. q. 9. Raudenf. *Resp. pro Philippo el I.* *num.* 137. & 145. & *resp.* 3. *num.* 37.

*lib.* 1. Hug. Grotius de *Jur. bell.* *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. D. Greg. in *L.* 2. *gloss.* El hijo maior, *tit.* 15. p. 2. *cap.* Grandi de *supplend. neglig.* *Prælator.* ubi *gloss.* *verb.* Legitimo. Roxas in *Epitom.* *succeff.* *cap.* 20. *num.* 115. Lanar. *conf.* 1. pro *Rege* *Hisp.* Rivera de *Succeff.* *Reg.* 2. p. *num.* 24. Aguirre in *Apolog.* 4. p. à *num.* 2. ad 13. Pat. Caramuel in *Philippo Prudent.* *lib.* 5. *disp.* 3. q. 4.

Nec in maioratu: *sup.* citati, quibus adde Aug. Barbof. in *Repert. jur.* *verb.* *Naturales.* Noguerol. *alleg.* 9. n. 21.

Nec in patronatu: Noguerol. *alleg.* 28. à *num.* 59. Antunez de *Donat.* *Reg.* 3. p. *cap.* 28. à *num.* 29. Censal. ad *Peregrin.* *art.* 22. ad n. 52.

## Num. 110.

Fontanel. *dec.* 368. *num.* 15. & 23. Hieron. Leo. *dec.* *Valent.* 1. n. 64. Sesse *dec.* *Arag.* n. 43. *numer.* 47. Gama *dec.* *Lusitan.* 278. *num.* 19. D. Solorzan. de *Jur. Indiar.* *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 23. Barbof. *Collect.* in *L.* *fin.* C. de *natural.* *lib.* Garcia de *Benefic.* 7. p. *cap.* 15. n. 50. D. Vela *dissert.* 49. *num.* 58. D. Cresp. *observat.* 18. *num.* 7. *Auctor.* *infr.* 3. p. *cap.* 1. *num.* 73. & hoc *cap.* *num.* 77. ubi dixi: Antunez de *Donat.* *Reg.* *tom.* 2. *cap.* 28. *num.* 36. Guzman *Verit.* *lib.* *verit.* 5. n. 72. ubi cum Fufar. *quest.* 314. *num.* 11. contrariam tenet sententiam. Vide etiam Larrea *decis.* 34. *num.* 63.

Quid vocato filio naturali, an descendentes ex eo, vocatione propinquioris cōprehendantur? Videtur quod sic ex *Auctore* *num.* 120. Contrarium tamen subtiliter defendit D. Fern. Matute *disquisitione legali* 44. n. 15. Videndus Micres de *Maiorat.* 2. p. q. 2. *num.* 151. *vers.* Ex qua doctrina, ubi an admittatur ad exclusionem substituti filius naturalis, ex filio naturali vocato, & negativè resolvit. Vide quæ dicam *num.* 123.

Num.

## Num. 111. &amp; seqq.

Mieres *dict.* 2. p. q. 2. *num.* 9. Antunez *dict.* *tom.* 2. *cap.* 28. n. 32.

## Num. 113. cum 2. seqq.

Antunez *supr.* *num.* 32.

## Num. 116. &amp; seqq. ad 119.

Addentes ad *Molin.* ubi citatur ab *Auctore*, & dico statim *num.* 119. in *Addit.* n. 109.

## Num. 119.

Intellige juxta jus succedendi matri, vel alijs ex linea materna; jus autem succedendi in bonis matris habent non solum naturales, sed cujusque generis spurij, dummodo ex coitu damnato, & punibili non sint. De naturalibus vide *L.* 11. *tit.* 13. p. 6. Gomez in *L.* 9. *Taur.* à *num.* 9. Antunez de *Donat.* *Reg.* p. 3. *cap.* 18. Pat. Sanchez in *lib.* 4. *Cons. moral.* *cap.* 3. *dubio* 8. & 9. Hermosill. in *L.* 8. *gloss.* 7. *num.* 9. *tit.* 4. p. 5. & de spurijs præter relatos Covar. de *Matrim.* *cap.* 8. §. 5. *num.* 21. Gutierr. *lib.* 2. *Pract.* q. 105. & *seqq.* Frächis *dec.* 47. Surd. *dec.* 249. Sanchez *supr.* *dub.* 10. & *seqq.* ubi de filijs ex damnato coitu, & *dub.* 44.

Ex quibus verum esse judico matrem teneri juxta *L.* 27. *Taur.* vocare filios suos naturales, vel spurios, qui jus habeant ei succedendi juxta *L.* 9. *Tauri*: & ita sentit Angul. in *L.* 11. *gloss.* 11. de *las mejoras.* Gutierr. *lib.* 5. *Pract.* q. 52. *num.* 4. D. Castillo *lib.* 5. *Controv.* *cap.* 82. *num.* 43. Guzman *verit.* 5. quod in *dict.* *L.* 27. expressè dispositum illis verbis; descendentes illegitimos, que ayán derecho de les poder heredar; quæ non solum naturales, sed etiam spurios respectu matris comprehendunt, ut in *L.* 10. *Taur.* licet respectu patris naturales solum

comprehendantur verbo, illegitimos, ut cōmuniter intellectam esse legem ita doceat Noguerol. *alleg.* 25. *num.* 107.

Et non solum filios, sed & cæteros descendentes naturales vocandos esse lex ait: limitanda ergo Auctoris sententia (suprà *num.* 116. relata) videtur, licet aliàs extra terminos *L.* 27. *Tauri.* maioratu instituto filij naturales non debeant admitti ad maioratum ex linea materna proveniente; licet enim matris respectu successio- nis capaces sint, ex natura maioratus excluduntur, exque voluntate testantis, à quo successio capitur, non ab ultimo possessore. *L. Unum ex familia*, §. 1. *ff. deleg.* 2.

Neque enim semper verum est successio- nem maioratus regulari ab intestato successione. Ecce enim legitimatus hæres necessarius parenti esse potest, & consanguineus ultimi possessoris succedere ab intestato; & tamen nec legitimatus ad successio- nem admittitur, nec consanguineus admittitur, si ex sanguine institutoris non sit, sed ab alia linea, ut de legitimatis diximus cum *Auctore*, & de alio dicemus *num.* 215.

## Num. 120. &amp; seqq.

*L. In arenam, Cod. de inoffic. test.* Menoch. *lib.* 4. *presumpt.* 78. *num.* 34. D. Amaya *lib.* 1. *Obs.* *cap.* 12. *num.* 31. videndi.

Dixi supra ad *A.* *num.* 85.

## Num. 122.

*L.* 88. §. *Dama*, *L.* 77. §. 13. *ff.* *deleg.* 2. *L.* 11. §. *fin.* *ff. de jur. deliber.* Corraf. *Miscell.* *lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 6. Connan. *lib.* 10. *Comment.* *cap.* 1. n. 7. Abbarot. in *cap.* 1. §. *naturales si de feud. defunct.* Menoch. *lib.* 4. *pres.* 78. *num.* 41. Fufar. de *Subst.* q. 400. *num.* 31. & 60. & q. 405. *num.* 22. & q. 431. *num.* 1. Balhaf. Thom. *tract.* de

H iij Le

*Legitimatione, tit. 14. cap. 15. n. 118. & 823. & 825. Pat. Molin. de Instit. disp. 475. vers. 2. Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 9. num. 22. Mieres de Maior. 1. p. q. 13. num. 4. & q. 5. 1. num. 199. Phæbo dec. 5. 2. D. Greg. in L. 3. gloss. 4. tit. 7. p. 6. Cyriac. contr. 109. num. .... tom. 2. qui ad id videndi omnino, D. Retes ad Notas Claudij in L. 88. §. Dame: & in L. 77. supr. citat.*

## Num. 123.

<sup>112</sup> Videndi Marefcot. lib. 2. var. cap. 30. num. 6. Farin. dec. 155. num. 5. p. 1. Recent. Gratianus Discept. tom. 2. cap. 218. à num. 75. Loter. de re Benefic. lib. 2. q. 11. à num. 90. Ponte in repetit. de his qui feud. dar. poss. leEt. 6. à num. 37. Leon decis. 1. num. 67. lib. 3. qui aiunt, ex vocatione unius filij naturalis speciali non videri testatorem voluisse naturales alios admittere. Ratio est, quia natura maioratus si in aliquo prævertitur, non ideo in cæteris immutatur. D. Molin. lib. 1. cap. 6. n. 26. & lib. 3. cap. 5. num. 61. D. Castillo lib. 5. cap. 92. num. 12. & cap. 193. §. unic. eleganter Mieres de Maior. 2. p. q. 6. n. 474. & facit textus in cap. 1. de feud. non hab. prop. naturam, cap. 1. de feud. femm. cap. 1. de his qui sibi, & hæred. suis. Rosenthal. de Feud. cap. 7. conclus. 39. num. 4. & 10. Vvulteyus eodem tract. cap. 9. num. 40. Mant. de Conject. lib. 8. cap. 13. num. 9. D. Vela differt. 49. num. 83. Mieres itidem 2. p. de Maior. q. 3. n. 181. videndus.

<sup>113</sup> Quod verissimum iudico quando ex aliqua speciali ratione, vel affectu, aliquis naturalis admissus est; nec enim maioratus naturam immutare potest, maximè si aliorum vocatio cù qualitate legitimorum concepta sit, quod ita comprobabis ex traditis à Molin. lib. 3. cap. 5. num. 50. vers. Ex quibus infertur, & ibi Addent. Tondut. Civil. cap. 30. num. 2. tom. 2. Fragos. 3. p. de Regim. disp. 18. §. 3. sub n. 18. & melius per D. Velam diff. 49.

num. 69. Mieres de Maiorat. p. 2. q. 6. n. 274. & 244. & seqq.

## Num. 124.

Fufar. de Subst. q. 406. numer. 21. Conducit cù alijs Maldonad. ad Molin. D. lib. 3. cap. 5. n. 50.

## Num. 125.

Avendaño in d. L. 29. gloss. 2. n. 2. & 14. Gutierr. 3. lib. Pract. q. 52. à num. 5. Mieres 2. p. de Maior. q. 6. n. 25. D. Castell. lib. 2. cap. 30. à num. 11. D. Paz ad L. 200. Styl. à n. 61. & seqq.

Et quod admitti debeant ante ascendentes, & transversales licet exclusi sint, D. Paz supr. à num. 160. & cap. 30. de Tenuta, Mieres 2. p. q. 2. num. 23. Noguerol. hic num. 100. & seq. & an naturalis nepos ex filio vocato præferri possit cæteris filijs legitimis. D. Castillo cap. 175. tom. 6.

Vide tamen Angul. in L. 11. gl. 11. <sup>115</sup> ubi tenet, naturales ex parte patris nõ esse præcisè vocandos, quia sunt hæredes voluntate patris non necessarij; ex parte vero matris esse præcisè vocandos, quia sunt necessarij hæredes, sive naturales, sive spurij sint. Obstat tamen, quod Lex 27. solum requirit potentiam succedendi illis verbis, que ayas derecho de les poder heredar; quod nihil aliud est quam facultatè, & capacitatem succedendi habere.

## Num. 126. &amp; 127.

Mieres dict. 2. p. q. 2. num. 23. & 139. Contra videntur sentire Add. ad Molin. lib. 3. cap. 3. numer. 41. vers. Quod procedit.

## Num. 128.

Quæ sententia vera est, & pro ea <sup>116</sup> plures decisum referunt: Mieres 2. p. q. 2. num. 134. & seq. Larrea dec. 32. num. 43. & 44. & tenet Fufar. q. 314. num.

num. 11. & q. 406. num. 53 Aug. Barb. Repert. jur. verb. Filius naturalis, Guzman verit. 5. numer. 72. Gratian. cap. 218. num. 4. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 4. num. 44. & lib. 3. cap. 3. num. 41. vers. Quid vero omnibus deficientibus, Alvarado de Conject. ment. lib. 2. cap. 3. num. 79. Antunez lib. 2. de Donat. Reg. cap. 21. num. 23. & cap. 28. numer. 34. ubi alij. Et ego decisum audivi anno 1674. die 18. Augusti super statu Marecallis Castellæ.

<sup>117</sup> Et generaliter dicendum est, illegitimos, vel aliter incapaces succedendi, ex voluntate testatoris, alijs deficientibus esse admittendos, dummodo incapacitas à jure non sit, sed ex dispositione testantis; quam propositionem observabis verissimam, & probatur, ex eo quod exclusio ex fudatoris voluntate, qua redditur incapax succedendi in maioratu filius naturalis, spurius, vel quo alio modo illegitimus, non ex coitu dånato, fæmina in maioratu agnatio, Clericus, & similes, ex ejus voluntate præcisè intelligi debet, dum supersit aliquis consanguineus qui sit capax familiam repræsentandi, & in cujus persona bona maioratus consistant, quo deficiente, cum duret adhuc testatoris voluntas, quæ bona unita conservari in familia semper desiderat. Numer. c. fin. Ruth. cap. 4. ibi: Neque enim posteritati familiæ meæ delere debeo. L. 7. lib. 5. Recop. D. Molin. lib. 1. cap. 11. n. 13. & lib. 1. c. 1. n. 23. & 3. & cap. 14. & c. 13. n. 91 lib. 1. ubi Add. sub n. 95.

Quid enim magis lugubre esse potest, quam maiorum imagines extinctas videre, non fixas, aut revulsas? L. lex quæ 22. Cod. de admin. tutor. Interest enim nostra, res maiorum nobis servari L. 35 ff. de minor. L. Dudum 14. Cod. de contrah. empt. L. 26. in fin. ff. de bon. libert. L. 1. §. 15. ff. si quid in fraudem patron. quod, & probat late ex Plin. Cic. & alijs Gothofred. dict. L. lex quæ. Tiraquel. de Re tract. præf. n. 46.

Quin & publicè interfit, ut Ordinum dignitas familiarumque salva sit, & conservetur. L. 1. §. 13. ff. de inspiciend. ventre.

Hinc licet ex communi omnium <sup>118</sup> dicto affectio testatoris maior præsumatur erga natos, & cognitos, quam erga nascituros, & incognitos, juxta L. Hæredis mei, §. Cum ita, ff. ad Trebel. Menoch. conf. 95. num. 27. & alij communiter. Cum tamen non nati remotiores longiorem nostram memoriam efficiant magisque confervent, affectum fundatoris quò ad eos maiorè esse debere docet cù alijs Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 186 licet num. sequenti regulam cõmunem non diffiteatur. Hæc ideo, quia maiora-tum instituens magis sibi, & familiæ prospicere creditur, quam specialiter vocatis, quos ad eum finem diligit.

Recte ergo dicendum ad conserva- <sup>119</sup> tionem maioratus exclusos licet, esse admittendos, quia in hunc casum exclusi non videtur, ne (scilicet) contra supremam voluntatem ad extraneos bona perveniant in familiæ testatis injuriam, & opprobrium, ut docet divina Lex Hieremiæ, cap. 5. Intuere, & respice opprobrium nostrum, hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. fac. L. Cum acutissimi, Cod. de fideicom. ne videatur testator alienas successiones proprijs antepone: quam rationem insignem, veram, naturalem, & generalem appellat D. Castillo ad rem tom. 6. cap. 143. n. 8.

Quæ omnia comprobantur ex fa- <sup>120</sup> cto Periclis (uti Plutharcus memorat in ejus vita), is enim habens filios plures legitimos, legem contra nothos tulisse fertur, qua exclusit eos successione paterna, postmodum vero, cum omnes legitimi essent extincti, legem abrogavit. Ne orbitate (ait Plutarchus) nomen familiæ suæ, & progenies simul interiret; legem de nothis, quam ipse tulerat ante, suasit antiquandam.

Qua

- <sup>121</sup> Qua etiam ratione semper in legitimorum defectum spurios admissos constat ex Aristophan. in *Dialog.* Suid. Erasmi. Diodor. & alij apud Cælium Rodigin. *lib. 10. antiquit. cap. 2.* Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 4.* Pat. Roman. *Rerum public. 2. p. lib. 3. cap. 9.* Moreno de Vargas *Discurs. Nobil. Hisp. disc. 3. numer. 16. in fin.* ubi memorat: *De una Casa de un Grande, que llama a la successione de ella acabados los hijos legitimos, a los bastardos, aunque sean auidos en una negra, o Mora.*
- <sup>122</sup> Quibus, & alijs quæ frequenter apud DD. feruntur, semper verissimam sententiam judicavi, & tenendam in iudicando, & consulendo sicut docet Auctor hic, cum à nobis relatis qui naturales in defectum legitimorum admittunt: quibus adde Censal ad *Peregrin. art. 22. numer. 52. vers. Secundo velim. declares*, Gutier. *lib. 2. pract. 9. 52.*
- <sup>123</sup> Et quo ad spurios idem tenent cum Menochio, Peregrin. Gratian, & alijs Antunez *tom. 2. cap. 28. numer. 34.* D. Salgado in *novissima 4. p. Labyr. cap. 10. numer. 3.* noviter Balmased. de *Collect. 9. 39. numer. 3.* ubi laudat A. & ita refert decisum ad favorem spurij filij cujusdam Clerici: Alvarad. *lib. 2. de Conject. cap. 3. numer. 57.* & Gregor. in *L. 2. tit. 15. p. 2. vers. Quid autem, col. 4.* Auct. *infra n. 367.*
- <sup>124</sup> De legitimatis idem diximus ad Auct. hic *num. 79.* ubi plures relati.
- <sup>125</sup> De fæminis in maioratu agnationis, vide Auctorem *infra 3. p. cap. 4.* ubi dicam.
- <sup>126</sup> De alijs exclusis eleganter fundat D. Castill. *tom. 6. cap. 143. S. unic. n. 8.* quem refert Auct. *dict. p. 3. cap. 3. numer. 46.* ubi vide & *p. 7. cap. 1. numer. 28.* & *seqq.* Riccius *4. part. collect. 861. & 9050.*
- <sup>127</sup> De prælatione autem inter ipsos exclusos, & incapaces dubitari continget, & breviter dicendum est, eum, in quo minor exclusionis ratio militat, præferendum esse ei qui cū maio-

ri ratione exclusus invenitur, veluti si in agnatio maioratu concurrat fæmina, & masculus, cognatus, vel spurius, vel alia de causa prohibitus succedere, fæmina masculo præferenda est, quia ejus exclusio minor est; cessat enim agnatione deficiente. Vide Mieres de *Maiorat. 1. p. q. 2. numer. 86. & seqq. ad 92.*

Idem dicendum est, si naturalis cū spurio legitimitate cōcurrat, quia ejus incapacitas non ita odiosa est, quam spurij, etiam legitimitati, secus si legitimitatus naturalis cum simpliciter naturali concurreret, ut dixi in *S. de Legitimitatis h. cap.*

Sic & de alijs speciebus, quæ occurrere possunt philosophandum, ut comprobari possem ex alibi dictis, & observatis, & per Auct. *8. p. cap. 7. n. 7.* Mieres *2. p. q. 4. numer. 32.* ubi fæmina excludit masculum iudicio testatoris exclusum, & *2. p. princ. numer. 157.* ubi an masculus, defuncto testatore, natus præferatur fæminæ expressè vocatæ in defectum masculorum tunc natorum? Gomez Bayo in *Prax. 3. p. q. 12.* ubi an Monachus naturali præferatur? Mieres *2. p. q. 6. numer. 215.* ubi de prælatione inter fæminas in maioratu agnationis.

Num. 129.

Vide Auctorem *infra numer. 365. & seqq.*

Num. 130. & 131.

Est enim naturalis, vel spurius capax succedendi, præterquam patri. Carvall. in *cap. Rainaldus 1. p. n. 511. & 513.* Alvarez Peg. ad *Ordin. Port. tom. 4. tit. 50. p. 266. numer. 237. & seqq.* Antunez *tom. 2. de Don. Reg. cap. 28. n. 25. & seqq.*

Cum ergo non abeligente, sed ab institutore electus capere videatur; *L. Unum ex familia, S. Si de falc. & alijs* hic: sequitur spurium ipsius eligentis

ris posse eligi, licet testatoris non possit, ut ex Menoch. *lib. 4. de Præsumpt. præsumpt. 96. numer. 12.* Cald. de *Potest. elig. cap. 13. numer. 9.* Surd. de *Alim. tit. 1. q. 93. numer. 5.* Gutier. *lib. 3. Pract. 9. 55. numer. 21.* Matienzo in *L. 7. tit. 8. gl. 5. numer. 2. lib. 5.* probat Alvarez Pegas *dict. tom. 4. tit. 62. gloss. 23 numer. 14.* & ex Auct. dixi *supr. cap. 2. ad numer. 47.*

Et quod non solum capax sit spurius quod ad extraneos, vel parentis consanguineos, ut dicit Auctor; sed etiam quod ad ascendentes paternos dubitari potest?

<sup>134</sup> Quoad consanguineos spurium esse capacem successionis, tenent D. Molin. *idem lib. 2. cap. 11. numer. 33.* Pat. Molin. *disp. 610. numer. fin. & Addentes ad Molin. ubi supr.* D. Castill. *lib. 5. cap. 67. fol. 88. col. 4. & cap. 103. n. 2.* Azaved. in *L. 6. numer. 12. tit. 8. lib. 5.* Recop. gloss. *La manda, in L. 4. & L. fin. tit. 13. p. 6.*

330 D. Molin. lib. 1. cap. 2. num. fin. & cap. 8. num. 37. D. Valenzuel. conf. 69. à num. 1. D. Vela dissert. 49. numer. 50. D. Solorz. in Politic. lib. 3. cap. 12. fol. 327. vers. Esto es, & cap. 23. fol. 404.

vers. T. más, Pat. Molin. de Iust. tom. 3. tract. 2. disp. 628.

De linea qualitatis agnatiæ vera; vel fictæ. D. Castillo lib. 6. cap. 129. Aug. Barbof. vot. 7. & 126. à n. 14. Vela, & alij referendi.

## Num. 307. &amp; seqq.

Aug. Barbof. vot. 126. à numer. 17. lib. 3.

Agnationis qualitas in una substitutione, gradu, vel personis expressa, an, & quando in alijs repetita intelligatur? D. Molin. lib. 1. cap. 5. num. 37. & cap. 6. num. 26. & lib. 3. cap. 5. à n. 56. & ibi Addent. num. 60. D. Castillo lib. 2. cap. 4. & lib. 5. cap. 92. num. 59. vers. Non etiam, in fine, & cap. 93. §. 21. & cap. 181. num. 24. D. Larrea decis. Granat. 54. num. 10. & 53. num. 26. & in fin. Fontanel. dec. 44. in fin. & seq. D. Vela dissertat. 49. num. 12. & 13. & à num. 69. & 107. Cyriac. contr. 143. 169. 281. & 400. Gomez 1. var. cap. 12. num. 23. Addent. ibidem d. cap. 5. num. 18. vers. Secundo, & num. 56. & seqq. Auct. 4. p. cap. 2. num. 12. D. Carrillo Rotæ decis. 147. à num. 5. tom. 1. Conducit Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 13. num. 96. & Mieres de Maior. 2. p. q. 4. illat. 8. à num. 203. cum pluribus seqq. & q. 6. à n. 308.

## Num. 309. &amp; seqq.

D. Vela dissert. 49. num. 45. 57. & 86. D. Larrea alleg. 34. numer. 3. Pat. Fragof. de Regim. 3. p. lib. 9. disput. 18. §. 3. num. 10. Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 236. Fufar. de Subst. q. 402. à num. 36.

## Num. 311.

Parlador. Cotidian. quæst. q. 1. cu. jus cum doctrina consonat nova pragmatica Lex. Cassanate conf. 4. num. 223. Phæbo dec. 39. à n. 15. Suelve. conf. 5. numer. 16. 23. 89. & 90. cent. 3.

D. Larrea *decis. Gran. 26. num. 27. tom. 1. Marinis lib. 2. Resol. cap. 126. à n. 13. D. Castillo lib. 4. cap. 56. num. 100. D. Vela dissert. 49. à n. 62. & n. 50.*

Num. 312. usque ad 316.

335 Sequitur Auctoris sententiam D. Vela *dissert. 49. num. 105. & 106. & num. 111. in fin. & num. 82. & à num. 95. Contrarium tenent Addent. ad Molin. cum alijs quibus satisfit ab Auctore infr. 3. p. cap. 4. à n. 16. ubi latius ea quæstio defensa pro hac parte.*

Num. 316.

336 Quando fæmina agnata, v.g. filia ultimi possessoris agnato nubit, & ex eo filium masculum procreaverit: quæstio iater matrem agnatam & filium suum, & alterum agnatum remotiorem controverti potest, ut Mieres de Maior. 1. p. q. 2. n. 140.

337 Attenta gradus proximitate fæminam omnibus esse potioram non dubitatur, sed cum in maioratu agnationis potius sit masculinitatis, quam gradus ut superius dixi cum Auctore *num. seqq.* quæri belle potest, quis debeat præferri, fæmina, filiusve, an agnatus remotior? & videtur dicendum fæminam agnato remotiori esse præferendam, quia ipsa agnata est, & de domo, & de agnatione. Fufar. de *Subst. q. 348. num. 8. & 346. num. 10. & 363. & de linea masculina Cyriac. controuv. 281. n. 38 & seq. & alij quos tradit Auct. §. seq.*

338 Nec obest quod aliàs sit finis agnationis D. Castillo *tom. 5. cap. 92. à n. 82. & 83. Addentes ad Molin. lib. 1. cap. 6. num. 39. Auct. hic n. 341. hoc namque inspecto effectu, falsò in hac specie supponitur; nam per eam, & filios suos continuatur agnatio, ac si in ea linea fæmina non se interposuerit, quia tamquam masculus iudicatur ex eo, quod agnato nupta sit in familia; deficiente igitur ratione ex-*

clusiva fæminarum, & exclusio debet cessare, ex traditis per Mieres de Maior. 2. p. q. 4. *illat. 2. num. 13. & q. 6. num. 475. ergo ex verisimili mente testatoris debet fæmina agnato præferri, tenent Fachin. Controv. lib. 11. controuv. 25. Mantica de Conject. lib. 8. tit. 12. num. 10. Angel. conf. 283. n. 3. Fufar. conf. 9. videndus, & de Subst. q. 352. num. 42. & num. 14. vers. Sed quid si fæmina, & q. 404. à num. 12. ubi ita consuluisse testatur: Peregrin. conf. 50. num. 4. lib. 3. Molfesius conf. 18. à num. 17. & seqq. ubi numer. 19. ait: Quia maioratus, & fideicommissum intelligitur ex verosimili mente testatoris, ut tunc fæmina excludatur per masculos remotiores ejusdem familie, quando fæmina sunt nuptæ contra familiam; sed quando sint nuptæ in eadem familia, tunc uti proximiores in gradu & ex verosimili mète testatoris admittuntur ad successionem, tunc etiam quia homo ejusdem familie, qui nubit cum fæmina ejusdem familie, & magis propinqua fideicommittenti, ex quo ipse maritus efficitur una caro cum dicta ejus uxore erit ipse pariter propinquior in gradu affinitatis eidem fideicommittenti, & sic cum habeat alium gradum agnationis tamquam de familia, licet alio posteriorem, nihilominus quoniam duo habet vincula, consequenter præfertur alijs unum tantum vinculum habentibus.*

Hæc motiva Molfesij ratio, non 340 multum juridica est in eo, quod maritum agnatæ præferre vult altero agnato proximiori ratione dupliciatis vinculi, quod considerat quia est agnatus, & affinis, proximiorque efficiatur ex uxoris proximitate, quasi ratione adjuncti consequi possit quod per se quis non consequeretur. *L. Si communem, ff. quemadmod. servit. amit. L. Si inter dico de liber. legat. Jason in L. Si emancipati, Cod. de collat. D. Perez de Lara de Vita hom. cap. 30. n. 109. & quod per se non possit, possit per alium. L. Qui cum tutoribus, ff. de transact. L. 3. ff. quem res pignos.*

L.

*L. Si filius, §. Erit, ff. de libert. leg. L. Filio, §. pen. & ult. ff. de inoffic. testam.*

341 Magis tamen id astringit quod scilicet ex *L. 14. tit. 7. lib. 5. Recop. fæminarum exclusio expressa esse debet, dubiaque dispositio ad favorem fæminæ intelligenda est lib. 3. Molin. cap. 4. à num. 33. 38. & 41. Hodiern. ad Surd. dec. 339. à num. 7. D. Castillo cap. 180. num. 17. Auct. 3. p. cap. 4. à num. 13. & hic num. 150. Add. lib. 3. cap. 5. num. 52. videndus Molin. dict. cap. 4. num. 37.*

342 Sed (quando agnato nubit) in hoc casu non invenitur exclusio: ergo debet succedere, quia licet in generali exclusione comprehensa sit ob agnationis conservationem, cum tamen ratio hæc in specie deficiat, in individuo hujus casus exclusio intelligi non potest, fæminaque si in hunc casum non sit exclusio succedere debet: quod probatur, quia exclusio fæminarum odiosa est, & restringenda D. Molin. *lib. 3. cap. 4. à n. 19. & licet, quando de agnatione conservanda agitur, sit favorabilis, noviter Feloaga Enchiridion Jur. Controv. cap. 21. num. 23. hoc tamen intellige quado per fæminam destruitur agnatio, non vero quando similiter ac per masculos conservatur, quod ex alijs comprobare facile possem, sed hæc sufficient. Videndus esse decis. Arag. 412. à n. 13. tom. 4.*

343 At vero si agnatus cum masculo ex fæmina in agnatione nupta contendat, ea omnia magis ac magis urgent in masculi favorem, cum enim sit agnatus, & sit etiam proximior, sequitur, ut proximior agnatum præferendum, quamvis alio exclusus sit, nempe quia ex parte qua agnatus, est remotior, & qua proximior, non est agnatus; unde videtur habere locum argumentum quod à separatis non fit bona illatio, ut notavit Aug. Barbof. *in Voto, dec. 70. num. fin. ideo non valere hoc argumentum. Petrus est masculus: Petrus est descendens: ergo Petrus est descendens masculus; quia*

344 si hæc qualitates conjunctæ requiruntur, non sufficit quod inveniantur in subiecto si sint separatae in eo: ergo non sufficit quod sit masculus, & sit agnatus, si agnatus masculus non sit, nec quod sit proximior, & agnatus, si non sit agnatus proximior.

345 Quod eleganter probatur ex Bald. doctrina in *L. Gallus, §. Etiam si parentes, num. fin. prope fin. vers. Et dic, ff. de liber. & post. b.* quam sequitur Rustic. in *L. Cum avus, lib. 3. cap. 2. num. 2. ff. de C. & D.* ubi aiunt quod quando in uno subiecto requiruntur duæ qualitates copulatae, requiritur concursus earum copulativè, ut possit succedere ex *L. Titia. textores 36. in princip. ff. deleg. 1. D. Castillo tom. 6. cap. 136. num. 53. L. unic. §. Hoc ita, ibi. Quia conjuncti quidem propter unitatem sermonis, quasi in unum corpus redacti sunt. Cod. de caduc. tol.*

346 Adhuc tamen filius agnato remotiori præferendus, quia habet qualitates agnati, & proximioris, non separatas in se, sed unitas, licet in origine diversas. Nec obstat quod qua parte est agnatus inveniat exclusus ut remotior, & qua proximior, ut cognatus, quia exclusio hæc imaginaria est, nec attèdi debet ubi ex alio capite datur admissio optimi textus in *L. Filius 42. ff. de bon. libert.*

347 Quare veriorum iudico hanc sententiam quam sequuntur communiter DD. ut ex supra relatis apparet: quibus addendi Fufarius *quæst. 352. num. 14. Addent. ad Molin. Annot. n. 13. D. Salzed. de Leg. Politic. lib. 2. cap. 14. num. 69. Menoch. conf. 73. n. 12. Guido Pap. conf. 76. num. 4. Alban. conf. 86. num. 5. & conf. 87. num. 8. Trentacinq. de Subst. p. 4. cap. 7. num. 10. vers. Tertius est casus. Paschal. de Vir. patr. pot. 4. p. cap. 9. n. 69.*

348 Licet D. Peres de Lara de *Vit. hom. cap. 30. à num. 102. hanc sententiam in tribunalibus non esse admissam asserat, eam tamen veram esse in pùcto Iuris defendere non dubito. Adde*

Alvarad. de *Conject. ment. lib. 2. cap. 1. num. 31.* D. Greg. in *L. 3. titul. 13. p. 6. gloss. M. geres, q. 11.*

Num. 317.

349 Maldonado ad *Molin. lib. 3. cap. 5. num. 71.* & *lib. 1. cap. 5. numer. 39.* D. Castillo *lib. 6. cap. 139. & 141.* Add. ad *Molin. d. n. 71.*

De linea Qualitatis: simplicis  
Masculinitatis.

350 Suelves *conf. 33. num. 27. cent. 3. & conf. 5. per totum.*

Num. 318.

351 Quod masculis vocatis admittantur masculi ex feminis. D. Molin. *lib. 1. cap. 6. num. 38.* Addent. *lib. 1. cap. 8. n. 21.* Barbof. *vot. 7. & vot. 70. & vot. 126. num. 227.* D. Vela *dissert. 49. n. 5. 56. 79. & 86.* Cyriac. *controv. 281.* & 365. Iul. Capon. *tom. discept. 1. discept. 57.* Surd. *conf. 308. num. 304.* Tondut. *Civil. lib. 2. q. 47.*

Num. 319.

352 Suelves *dict. conf. 5.* D. Perez de Lara de *Capellan. lib. 1. cap. 5. à numer. 90.* videndus D. Vela *dissert. 49. à num. 7. & 8.* Cassan. *conf. 38. n. 80.*

Num. 320.

D. Valenzuel. Velazques *conf. 113. tom. 2.*

Num. 324. & 346.

Verf. Tamen advertendum.

D. Castillo *lib. 5. cap. 91. & lib. 6. cap. 143. S. unic.* D. Vela *dissertat. 49. num. 2. & 11.* Maldonad. in *addit. ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 47. & 48.*

Hæc species in maioratus regulæ successione resoluta manet supra <sup>353</sup> *num. 168. & 169.* At vero in maioratu agnationis, extinctis masculis agnatis, fæmina agnata, masculum ex fæmina excludet, quia agnata est. Cyriac. *controvers. 281. numer. 88. & seq. & controv. 286. & controv. 476.* Add. ad *Mol. lib. 1. cap. 6. numer. 34.* Giurba in *Consuetud. Mess. cap. 3. gloss. 12. num. 5.* Auctor *infr. num. 328.* & ideo fæmina ultimi possessoris extincta agnatione præferenda est. Secus in maioratu simplicis masculinitatis in cuius successione masculus ex fæmina præfertur fæminæ ex masculo. Marinis *lib. 2. Resol. cap. 126. n. 33.* ubi ita doctè profequitur ibi: *Secundus casus est quando tractatur de succedendo ultimo possessori collateralis, cui tam masculus ex fæmina, qui est alterius lineæ, quam fæmina ex masculo, quæ est ejusdem lineæ defuncti, in equali reperiuntur gradu, & in hoc multi opinati sunt, masculinitatem vincere agnatione, & sic masculum ex fæmina, fæminæ ex masculo in successione præferri: & hi sunt Ancharr. Fulgos. Aretinus, Iason, & Tiraquel. quos refert, & sequitur Avendaño in *L. 40. Taur. gloss. 9. num. 75. fol. mibi 115. à tergo: Caldas de Jur. emph. lib. 3. cap. 15. num. 39.* Ant. Gama *decif. 51.* ubi additio, alijque per me relati *lib. 1. cap. 126. num. 66.* in novis, & ita intelligo dicta per Gregor. in *L. 3. col. 6. vers. Sed quid si ex dispositione maioræ: & per Reg. Lannar. conf. 1.* Quod tamen admitti posset dummodo in constitutione maioræ non sit contemplata agnatio, quia si esset expressa ratio conservandæ agnationis, procederet conclusio superius ex Greg. Lopez, & alijs firmata, ut masculus ex fæmina succedere non possit, & bene admittetur fæmina ex masculo si alij de agnatione licet remotiores non extarent. Ex quibus verbis enixè observa in maioratu agnationis agnationem vincere masculinitatem, at in maioratu simplicis masculinitatis, masculinitatem vincere agna-*

agnationem. Et ita intelliges Auctorem hic, & infra *S. sequenti num. 346.* & per totum, D. Vela *dissert. 49. à num. 5. & 74. & à num. 79.* Gomez in *L. 40. Taur. n. 63.*

355 Et in successione Regnorum idem dicendum est. Sic enim in Regno Castellæ ad cuius successione masculi, & fæminæ vocatæ inveniuntur *L. 2. tit. 15. p. 2.* si concurrerent masculus ex fæmina, & fæmina ex masculo, erat quæstio dicenda per ea quæ dicta sunt supra *num. 163. & seqq. in S. de linea primogen.*

356 Ait in Aragoniæ Regno in specie proposita masculus ex fæmina ad successione erat præferendus. Ita accidit, & obtentum est: Per mortem enim Martini Regis de successione fuit quæstio inter Violantam filiam Ioannis, & Ferdinandum Eleonoris filium, & non obstante quod Violanta erat agnata, Ferdinandus obtinuit ex iudicum sententia, ut referunt Pat. Marian. *Hist. Hispan. lib. 20. c. 2. Chronic. Joan. 11. Regis Castellæ anno 12. cap. 163.* Garibay *lib. 32. cap. 17.* Zurita *Annal. Arag. lib. 11. cap. 83. & 87.* Diagus *Hist. Fratr. Prædic. Regn. Arag. lib. 2. cap. 60. & 61.* Auct. *infr. 3. p. cap. 4.* Ancharran. *conf. 339.* quod pro Violanta scripsit.

357 Ratio hujus sententiæ fuit, successione Regni Aragoniæ deferri sicut maioratus simplicis masculinitatis, constat enim fæminas à successione pluries esse exclusas ex Zurita *Annal. lib. 2. cap. 19. & 11.* ubi Regina Petronila proprias filias ex hæredavit, & exclusas esse futuras declaravit in donatione facta filio Alphonso. Zurita *dict. lib. 2. cap. 22.* & postmodum Iaymus *conquæsit* in testamento suo expressè disposuit nunquam filias fæminas in Regno succedere posse, Zurita *lib. 3. cap. 43. & 52.* filiosque masculos invicem substituit si sine liberis masculis decederent. Zurita *lib. 3. cap. 43. & 52.* In qua substitutione dubium non est, quod fæminæ sint

exclusæ D. Castillo *lib. 5. cap. 92. n. 59.* Faber. *de Error. pragmatic. tom. 2. decad. 28. error. 8.* vid. Marefcot. *lib. 3. var. cap. 11.* Surd. *dec. 66.* & masculi sint comprehensæ; maximè cum de agnatione conservanda non agitur, quo casu licet fæminæ non veniant, masculi tamen ex fæminis vocati censerentur. Fusarius *latè q. 404. de Subst.*

Idem fecit Rex Petrus Magnus, <sup>358</sup> vocavit itidè masculos eos qui invicem substituit in defectum nepotum masculorum, propriasque filias exclusit, D. Molin. *lib. 3. c. 5. n. 25.*

Et cum Petrus Quartus voluisset <sup>359</sup> Constantiam filiam excluso Iaymio ejus patruo succedere, & ita convocatis viginti Viris scientia, & religione præstantibus disposuisset, Zurita *lib. 8. cap. 5.* postea tamen Regni Ordines obtinuerunt contra, eaque dispositio revocata est, filiaque exclusæ, & transversalis admittus est. Zurita *lib. 8. c. 18.* Postmodum vero filios habuit masculos, quos hæredes instituit, primo Ioannem, & ejus filios masculos, secundo Martinum, & ejus filios masculos, nepotes, & deinceps exclusis fæminis. Zurita *lib. 10. cap. 38.* Quod obtinuit, nam Ioannes primogenitus successit, & cum reliquisset filiam Ioannam, ea exclusæ Martinus frater secundogenitus successit. Zurita *lib. 10. cap. 57. & seq.*

Defuncto denique Martino, ad <sup>360</sup> successione aspirarunt Ioannis filia Violanta, & Ioanna, ut supra retulimus. Ex quibus apparet in Regno fæminas non admitti; sed masculos ex fæminis: utique non excludi constat ex testamento Iaymi filius infantissæ Violantis substituentis, ut tradit idem Zurita *lib. 3. cap. 43. & cap. ultim.* ubi repetit substitutos esse filios Violantis, Elisabethæ, & Constantiæ filiarum. Ancharran. *conf. 339. num. 85.* Iure optimo igitur in eo Regno masculinitatis qualitas agnationi prævaluit.

In Regno Navarræ aliter disponitur, ut constat ex Garivay *lib. 3. Histor.*



cap.2. ubi in eadem specie contrariū dispositum invenies : ibi enim per mortem Caroli Regis lis orta est inter Ioannam filiam Ludovici Uttin , & Eduardum filium Isabelæ , ea fæmina ex seniore masculo , hic masculus ex fæmina juniore, quo excluso ab ordinibus convocatis in favorem fæminæ lis terminata. Garibay lib.26. cap. 13. ad fin. & cap.18.

Num. 325.

362 Adde præter hic, & num.315. citatos, Menoch. conf.315. num.41. D. Valenzuel. conf.97. super maioratu de Villalva de los llanos, ubi Tenutá obtinuit vir una fæmina conjunctus contra Marchionem de Piovera ex duabus fæminis descendente. D. Lirrea dec.34. Bellon. conf.72. n.45. videndus D. Castillo lib.6. c.133.

*De lineæ Masculinæ qualitate.*

Num. 326. & 327.

Marta Succes. legal. 1. p. q. 20. art.6. n.3. Suelves 1. p. conf. 95. n. 5. vel 15.

Num. 328. & seq.

Suelves ubi supr. num. 3. dixique supr. num.168. & 169.

Num. 329.

Verf. Quod nihilominus. Mieres, Molin, & alij apud Suelves num.3. supr.

Num.330. & seqq.

Vide supr. num.324. & ibi Cyriac. contrav.281. num. 88. & seq. & 386. & 475. Giurba in Consuet. Messan. cap. 3. gl.12. n.5.

D. Vela dissert.49. num.55. in fin. ubi an fæmina admittatur vocatis descendente per lineam masculinam. Cevallos q.541. Gomez 1. var. c.5. n.38.

Num. 338.

Cyriac. Giurb. relati.

Num. 339.

Add. ad Molin. l. 1. cap.6. n.34 & 35. & n.38.

Num. 341.

D. Vela dissert.49. à num.51. Maldon. ad Molin. lib.3. cap.5. numer. 18. ad 31.

Num. 342.

Hoc intellige agnatis superstitibus, 364 eis vero extinctis fæmina agnata cognato præfertur, ut dictum est.

Num. 346.

Vide num. 324.

*De lineæ Qualitatis femininæ.* 365

Mieres de Maiorat. 1. p. q. 1. n.23.

In Regnis etiam fæminas aliquando exclusis masculis admitti, constat ex vulgari Amazonum historia, quæ si vera est, ex ea constat omnino masculos exclusos esse, non tantum è regimine, sed è regione esse exterminatos. Vide Servium in Virgil. Iustin. lib.2. Syllium Italic. lib.2. Dionys. Alicarn. lib.4.

Et ne in ambiguis immoremur, ad certa monumenta transeamus. Pandæ 367 (Indiarum est populus) filias ad Regnum promovent omiffis filijs. Regiæ ducunt originem ab Herculis filia, & imperant oppidis trecentis Plinius Nat. hist. lib.6. cap.20. Cantabri omiffis filijs, filias ex asse instituunt Beyerlinch. in Theatr. verb. Cura pag. 636. F. lycij, Alexandro lib.6. Gen. cap.10. Stobæo sermone 42. ex Nicol. de Morib. gent. hist. & Herodoto lib.4. testi-

testibus, non filios, sed filias hæredes nuncupant, & à matribus cognomina familiæ trahunt, unde Lisciorum opinione fæmineus sexus virili ita prævalet, ut debeat præponi filia minor natu ipsimet primogenito.

368 Nonnunquam & in maioratibus irregularem hujusmodi successionem statutam vidimus, ut in maioratu de los Melgares in oppido Caravaca Regni Turdetani, in cujus dispositione masculis fæminæ præferuntur in successione.

369 Sed tamen fæminas præferri masculis testatorem voluisse nunquam præsumendum Rovit. conf. 51. num. 11. tom. 1. quia maioratus in dubio regularis præsumitur. Auct. h. cap. n.

370 303. sicut & feudum in dubio præsumitur masculinum, & non fæmininum, Menoch. conf.443. num.33. cum alijs Intigriol. de Feud. cent. 1. q. 27. n. 11. quod quando masculis, & fæminis concessum est, eam naturam assumit, ut prius aspiciat masculos, deinde fæminas, masculis deficientibus, cap.1. de Feud. fæmin. cap. 1. de Nat. succ. feud. Intigriol. ubi supr. numer.4. ubi ampliat etiam si fuerit acquiritum eo pacto ut hæredes sui masculi, & fæminæ succedat, & sic interposita copulativa in investitura.

372 Et cum in maioratibus etiam regulare sit, ut masculus fæminæ eodem gradu existenti præferatur L.2. titul. 15. p.2. D. Molin. lib.3. cap.4. num. 4. Pat. Molin. tom.3. disp.625. Futar. q. 357. n.3. & 379. n.70. Auct. 3. p. c.4. num. 5.

373 Inde vocatis, filio, aut filia, el hijo, ò hija mayor en edad, si cõcurrat masculus minor, & fæmina maior ætate in eodem gradu, præfertur masculus fæminæ D. Castillo lib.2. Contr. c.26. num.34. Azeved. in L.5. titul.7. lib.5. Recop. num fin. in fin. ibi: Nam quamvis cõditor maioræ vocaverit maiorem ætate, tamen concurrentibus masculo, & fæmina in eodem gradu, & paritate, masculus præfertur, minor etiam ætate,

tali fæminæ ætate maiori. Idem tenet decisio 51. G. mæ, ubi Flores de Medina, & in decis. 337. ubi ait: Et sic contra Auctorem quotidie prædicatur, & illa verba Hij. ò Hija mayor, ordine successivo intelligantur. Aug. Barbof. diction.46. num.10. Pat. Fragof. de Regim. 3. p. lib.9. disp.18. §.3. num fin. in fin. Gomez in L.40. Taur. num.62. Spino de Testam. gl.19. n.87. Addent. ad Molin. lib.3. c.4.

At quod notabilis est decisio Gra- 374 natenfis in successione cujusdam patronatus ubi vocatio repetita erat ita: Succeda el hijo, ò hija mayor, aunque sea hembra, & in fine: T assi vayan succediendo de unos parientes en otros de la dicha linea, prefiriendo, como se ha de preferir, el mayor al menor, aunque sea hembra.

Qua in specie licet foror fæmina 375 maior pro se non malè adduceret doctrinam Salazar de Usu, & consuetudine cap.12. num.73. Gamæ sententiam in dicta decis. 51. Matutæ disquisit. leg. 7. ubi loquitur in quadam fundatione, qua maior dierum vocatus erat, & num.11. ad rem ait: Et in hoc casu nostræ disquisitionis omni dubitatione caret, stante quod testator in pluribus locis vincula fundationis refert qualitatem, quod successor sit semper maior dierum. Et concludit ideo ad qualitatem ætatis esse attendendum, non ad lineam, gradum, neque sexum.

Pro qua etiam stat in expresso Mieres 376 de Maior. 2. p. q. 6. num. 123. ubi ait, quod masculus præfertur fæminæ ætate maiori, sive maioratus à fæmina institutus sit num. 125. vel etiam in patronatu num. 128. limitat tamen, verf. Existis, nisi verba testatoris valde refragentur.

Quibus non obstantibus, contra de- 377 cimum esse vidi doctissimo patrocinate amico meo D. Joanne de Herrera & Cordova, qui infeliciter in suæ ætatis flore marcescit. Masculus igitur obtinuit forsitan ex Mieres in dict. verf. Existis, ubi ait contrarium quod sup-

ponitur ibi : *Ex istis etiam infertur quod si dubitetur an testator voluerit quod masculus minor præferatur feminae maiori, in dubio pro masculino iudicari debet, etiam si verba testatoris valde refragentur.* Et doctrina Salazar communiter reprobata est, & Gamæ sententiam reprobatur Mieres *dict. num. 125.* Matute in alio casu loquitur, nec facile ad rem adoptandus est contra communem sententiam.

#### De linea Electionis.

378 D. Molin. *lib. 2. cap. 4. & 5.* Ad-  
dent. & in *Annotationibus, num. 4.* D.  
Castillo *lib. 4. cap. 36. & lib. 5. cap. 67.*  
& *lib. 6. cap. 120.* Hermosill. in *L. 7.*  
*gloss. 5. & 6. tit. 4. p. 5.* Mieres de *Ma-*  
*iorat. 1. p. initio numer. 81. & seqq. &*  
*q. 42.* D. Vela *dissert. 42. num. 34.* No-  
guerol. *alleg. 9. à numer. 21. & 73.* D.  
Paz de *Tenut. cap. 34.* Ant. Faber de  
*Error. pragmat. decad. 53. & 54. error. 1.*  
P. Molin. *disp. 592. tract. 2. tom. 3.* D.  
Castill. de *Usufr. cap. 26.*

Num. 357. 358. & 359.

Girona de *Privileg. numer. 883.*  
Gutierrez *lib. 2. Pract. q. 67. numer. 3.*  
D. Paz de *Tenut. cap. 34. num. 115. &*  
*117.*

379 Quare dubitari potest, an qui ha-  
bet facultatem instituendi maioratū,  
possit eum irregularē instituere? Ma-  
ioratum regularem dicimus commu-  
nem, & juxta regulas juris institutum  
secundum *L. 2. tit. 15. p. 2.* ubi mas-  
culus fœminæ præferatur, maior mi-  
nori, remotiori proximus. Inde irre-  
gularis erit maioratus, quoties aliter  
successio statuta sit, veluti si omnino  
fœminæ exclusæ sint, vel primogeniti,  
vel electiva successio statuatur, qui-  
bus regularis invertitur successio, &  
remotiores contingit admitti, & pro-  
ximiores excludi, quæ supponimus, ut  
plurium quæstionum quæ dispersæ  
sunt resolutio hinc inde fumatur.

380

Et videtur affirmativè resolvenda 381  
dubitatio, quia in omnibus speciebus  
supra, verum est eum qui habet facul-  
tatem eligendi successorem ad maio-  
ratum, posse, quem voluerit, eligere, ex  
Auct. hic *num. 358.* ubi qui liberam  
eligendi habet facultatē, potest omif-  
so proximo remotiorem eligere; sed  
in eo natura maioratus regularis in-  
vertitur præcipue: ergo cum id cō-  
missarius possit, & maioratum irre-  
gularem omnino facere non dubitan-  
dum.

Et in primis verum est eum qui fa- 382  
cultatem habet ad maioratum insti-  
tuendum, instituere posse electivum  
maioratum, ita ut perpetuo electione  
ultimi possessoris succedatur, ut tra-  
dit Molin. *lib. 2. cap. 4. num. 7.* D. Sal-  
gad. eum referens *2. p. Labyr. cap. 8. n.*  
*10.* Pat. Molin. & Addentes ibidem.

Et quod possit eligi secundoge- 383  
nitus omisso primogenito tradit idē  
D. Molin. *lib. 2. cap. 5. n. 3.* ubi Add.  
referunt Mieres, Raudens. Molin. D.  
Castillo, qui etiam cum Molina de 384  
fendunt posse eligi filiam natu mino-  
rem omisso primogenito filio, ut te-  
net idem D. Molin. *num. 4.* ubi Ad-  
dent. disputant, & hanc elie commu-  
niorem, & receptam sententiam tenent  
cum pluribus, & satisfaciunt D.  
Castillo *lib. 2. cap. 26.* quem ibi in  
speciali casu loqui manifestum est:  
vide eum itidem *lib. 4. Controvers. cap.*  
*36. à num. 49. & cap. 160. à num. 11.*  
D. Valenzuela *conf. 40. à n. 42.* Mieres  
*1. p. de Maiorat. q. 72. num. 16.* D. Paz  
de *Tenuta, cap. 34. à n. 98.* Caldas de  
*Nomin. emph. 3. p. q. 11. n. 31.*

Quæ sententia fulciri etiam potest 385  
ex eo, quia potestas maioratum insti-  
tuendi simpliciter concessa, intelligē-  
da est de libera & absoluta facultate,  
quia electio natura sua libera est ex  
ratione textus in *cap. Ubi periculum,*  
*§. Cæterum* ibi: *Cessat electio dum li-*  
*bertas admittitur eligendi de elect. in 6.*  
Caldas de *Nomin. emph. q. 5. numer. 49.*  
*vers. Cæterum,* ubi dicit potestatem

no

386 nominandi, quos voluerit, & *q. 7. n.*  
*44. & q. 19. num. 29.* ubi idem tenet,  
& in tali facultate extraneos compre-  
hendi censet, quod tamen in maiora-  
tu non potest intelligi data familiæ  
contemplatione, ut inferius dicam.

387 Sed quando potestas eligendi ali-  
quibus legibus, seu conditionibus  
circumscripita cōceditur, tunc satis est  
illis parere, & de cætero electio vali-  
de facta censenda est: sic concessa fa-  
cultate eligendi unum ex filiis, extra-  
neus eligi non valebit, rite vero recte-  
que poterit eligi quilibet ex filiis, si-  
ve sit masculus, si-ve fœmina sit. Caldas  
*q. 17. numer. 8. de Nom. emph. & data*  
electione incerti de certis, non potest  
eligi tertius qui non sit ex illis, bene  
tamen eligi valet quilibet ex illis. *Cap.*  
*Cum dilectus de consuetud. cap. Abbate*  
*de verb. signif. Cald. q. 6. n. 23. supra.*

388 Quibus consequens est ut si-ve sim-  
pliciter facultas data sit, si-ve absolute  
concessa, poterit commissarius, dum  
voluntati testatoris se non opponat,  
maioratum regularem, vel irregula-  
rem instituere.

389 Ulterius hæc sententia probatur  
ex textu in *L. Cum quidam ff. deleg. 2.*  
*L. Unum ex familia, §. 1. ff. eod. ubi gl.*  
*verbo Uni, & ibi Bart. num. 4.* quibus  
observandū est in fideicommissis plu-  
res succedere posse de jure communi,  
& tamen qui eligendi facultatem ha-  
bet, potest alijs adimere, & uni relin-  
quere: ergo licet maioratus filiis, & fi-  
liabus competere possit, eligens po-  
terit minores, & fœminas admittere, &  
maiores excludere, & masculos: ma-  
xime cum institutio maioratus irre-  
gularis fere semper tendat ad institu-  
toris familiam, & nomen conservan-  
dum, & ne misceatur alienis, quò  
proculdubio fundator valde respectū  
habere dubium non est.

390 Nec obstat *L. Cum pater 77. §. A*  
*te peto 32. ff. deleg. 2.* nec item *L. He-*  
*redes mei, §. fin. ff. ad Trebel.* in diverso  
enim casu loquuntur in *d. §. A te peto,*  
ideo non potest ad alterum gradum

electio extendi dum aliquis ex priori  
supereff, quia conditionaliter sunt  
vocati, nec nisi conditione defecta  
eligi possunt, ut constat ex illis ver-  
bis: *Si quos liberos habueris illis præ-*  
*dia relinquas, vel si non habueris, tuis,*  
*si-ve meis propinquis, aut etiam nostris*  
*libertis:* quæ est eadem conditio, quæ  
in *L. Cum uxori, Cod. quand. dies leg.*  
*ced. L. Si quis hæredem, Cod. de instit.*  
*& substit.* illa enim particula *Si* con-  
ditionem inducit, ut not. in *L. 1. ff.*  
*de cond. & dem.* Et quando in dispo- 391  
sitione testamentaria ponitur condi-  
tio, ex illa inducitur forma, & ordo  
succedendi, & non aliter, nec alio  
modo *L. Meius, L. Qui hæredi, ff. de*  
*cond. & demonstr. Surd. dec. 6. num. 10.*  
ex quo dicendum est, quod respectu  
dictæ conditionis in eo textu obser-  
vatus fuit ordo, quem designavit te-  
stator, ut, scilicet, liberi prius, quam  
propinqui eligerentur.

In *dict. L. Hæredes 57. §. fin. ff. ad* 392  
*Trebel.* gradus à testatore præscripti  
sunt, filiorum, nepotum, agnatorum,  
eademque ratione electio inter per-  
sonas ejusdem gradus data videtur,  
nec ulterius eligi potest, qui poste-  
rioris gradus est, stante persona prio-  
ris, eligendi enim facultas ita distin-  
cte data est in quolibet gradu, ut ad  
alterius personam eligendam non pos-  
sit extendi: ast inter personas ejusdem  
gradus libere eligi posse quemlibet  
probat ipsa Lex ibi: *Deficiente vero*  
*gradu nepotum ex cognatis, quam velit*  
*personam eligi posse.* Videndus Paz de  
*Tenut. cap. 34. num. 110.* Phæb. *decif.*  
*38. n. 14.*

Contrariam sententiam in hac pro- 393  
posita quæstione tuetur D. Paz *dict.*  
*cap. 34. ex num. 117.* ubi pro se addu-  
cit plura fundamenta, nec de contra-  
rijs quæ à nobis sunt proposita memi-  
nit, ac tandem concludit *numer. 141.*  
eum cui datur facultas maioratus in-  
stituendi, regularem tantum posse  
instituere: quod probat primo ex na-  
tura mandati, quæ stricta est, ut tenet  
Auct.

394 Auct. *hic*, & ipse ait *num.* 117. Solum ergo de maioratu regulari accipi debet; namque feudi concessio simpliciter facta secundum feudi naturam propriam intelligitur Rosenthal. *de Feud. cap. 2. conclus. 54. n. 1.* & facultas disponendi de feudo patri concessa prout sibi videbitur, etiam accipi debet juxta feudi naturam ex Sozino *conf. 160. num. 48. lib. 2. P. Pæchio de Testam. conjug. lib. 1. cap. 13. Greg. in L. 2. tit. 15. p. 2. gl. 13. q. 1.*

395 Sic ergo facultas maioratum instituendi juxta naturam maioratus intelligenda est; natura autem maioratus solum veniunt substitutiones regulares: ergo eæ tantum in mandato comprehenduntur, ut tenent D. Greg. *in dict. L. 2. tit. 15. gl. 1.* Gomez *in L. 40. Taur. num. 64. Covar. 3. var. c. 5. n. 2.* Padilla *in Rub. Cod. de fideicomm. num. 11.* D. Molina *lib. 1. cap. 4. à n. 13. Sesse decis. Arag. 36. numer. 8.* & in hoc recidunt primum, & decimum Pazij fundamentum.

396 Sed notandum est eum, cui facultas maioratum instituendi data est, ea omnia facere posse, quæ ille, qui facultatem commisit; sed qui commisit, maioratum potuit facere regularem, vel irregularem: ergo & commissarius facere poterit. Hoc ita alibi probat idem D. Paz *dict. cap. 34. n. 105.* & tenet Mieres *de Maiorat. 1. p. q. 48. num. 11. in nova impress. n. 26.* & alij traditi à Paz *nam. 110. in fine.*

397 Secundum fundamentum ejus est, quia commissarius est merus executor ultimæ voluntatis sibi commissæ sine extensione: ergo data facultate simpliciter solum regularem facere poterit: is namque si maioratum non faciat, lex pro facto reputat; sed à lege maioratus regularis constituitur: ergo & à commissario regularis debet institui, ita tenet *n. 118.*

398 Sed non videt Doctissimus Paz aliter intelligendam esse commissio- nem explicita voluntate committentis, aliter simpliciter nulla expressa

voluntate concessa, sic enim commissio data sit maioratum sub certa forma instituendi, commissarius nequit contra eam instituere, nec aliter præterfacere; sed hoc cessat si facultas simpliciter data sit, quia tunc licet irregularem instituatur maioratum, voluntati testatoris se opponi non potest dici, cum nulla sit, quantum ad qualitatem, vel facultatem electionis.

399 Id enim certissimum est, quod quando institutor formam, & modum institutionis maioratus in voluntatem alterius commisit liberam, ut instituat, ut ipse voluerit, non tenetur ordinem servare circa electionem faciendam, ut probat textus *in L. Cum quidam 24. ff. de deleg. 2.* Bart. Bald. *in L. Unum ex familia. §. Si de falcid. ff. deleg. 2.* D. Molin. *lib. 2. cap. 5. n. 4.*

400 Nec obstat in voluntatem alterius substantiam dispositionis relinqui non posse *L. Illa institutio 32. ff. de hæred. instit. L. Nonnumquam 52. ff. de cond. & dem. L. Si quis 68. ff. de hæred. inst. L. 11. tit. 3. p. 6. ibi. D. Greg. verb. Alvedrio de otro. L. 31. Taur.* ubi omnes Taurista.

401 Quia hoc casu totalis dispositionis substantia non committitur, sed forma, ordo, & electionis inter certas personas de incertis distributio libera, ut nos docet Gomez *in dict. L. 31.* ubi de meliorandi unum ex filiis facultate, & doctè prosequitur Carpio *de Executor. lib. 2. cap. 3. numer. 6.* & *seqq. & cap. 12. num. 12.* ibi: *Quare aliud est dicere meliorem, seu maioratum facio si Titius voluerit, quia expressim substantia dispositionis est Titij: aliud, do facultatem, vel potestatem Titio, ut faciat meliorationem, vel maioratum constituat, quia voluntas est mea, &c.*

402 Qua ratione verum est omnes consanguineos esse comprehensos in dispositione testatoris; nulli tamen fideicommissi, vel maioratus petitio datur, quando alius ab eligente, vel commissario præferri potest, ad quod ele-

elegans est textus in *L. Si unus 69. §. Rogo feudum, ff. deleg. 2.* Rogo (ait Cōsult.) *fundum, cum morieris restituas* (en voluntas substantialis, totalis,) *ex liberis cui voles* (en facultas, formalitas) *quoad verba attinet ipsius electio erit, nec hoc petere quisquam poterit quandiu præferri alius potest. Defuncto eo prius, quam eligat, petent omnes: itaque eveniet, ut quod uni datum est, vivis pluribus, unus petere non possit, sed omnes petant, quod omnibus datum est, & ita demum petere possit unus, si solus moriente eo supersuerit: quibus satisfit secundo, & tertio fundamento Pazij.*

403 Quartum, quintum, & sextum, nihil obstat, ait enim D. Paz facultatem eligendi inter filios non extendi ad nepotes, vel ulteriores. *L. Cum pater, §. Hæreditatem, ff. deleg. 2.* ibi: *Cum de alijs eligēdi potestas non fuerit.* Non negat tamen, imo profitetur expressè quod si facultas data sit eligendi unū ex filiis, vel nepotibus, licet extante filio videatur jure cōmuni non posse eligi nepotem, ex *L. Cum pater, §. à te peto, & L. Hæredes mei, §. fin.* superius ponderatis; ait tamen ex *L. 18. Taur. de lure Regio longe verius existimo in casu prædicto quando facultas data sit filium, aut nepotem meliorandi, posse prætermisso filio nepotem eligi, cum illud, quod quis per se facere potest, etiam per alium possit. L. Arethusa in fin. ff. de statu hom. quod & jure communi verum esse non dubitatur, nisi quando gradus fideicommissi præscripti sunt ex d. L. Hæredes mei, §. fin. ad Trebel.*

404 Septimum, & octavum fundamentum est, quia qui electionem committit inter filios primi gradus prima electione mandatum expirat, ita ut ne uti quam aliæ substitutiones valere possint. *L. Servi electione, ff. de optione legat.* quia cui datur instituendi facultas, non potest substitutiones facere, cum diversa sint, *L. 1. ff. de vulg.*

405 Cui facile satisfieri potest si advertas quod quando datur facultas maio-

ratum instituendi commissio omnes substitutionum gradus sub se continet, consanguineorumque vocationes, D. Molin. *lib. 1. cap. 4. & 5.* quæ quidem unico actu electionis distribuuntur, nec amplius altera electione est opus.

Nec item obstat nonum fundamentum ab eo traditum ex *L. 31. Taur.* cui responsum est supra.

407 Nec decimum, quo prebat in má dato generali instituendi, & substituendi tantum venire specialiter expressa *L. Quam Tuberonis, & ibi gloss. ff. de pecul. & Ruin. conf. 84. num. 12.* ut refert eum *num. 130.* quia hæc vera sunt quando ad instituendum, & substituendum forma data est, secus quando hoc voluntati commissarij relicto est.

408 Item non obstant quæ *num. 132. & 134.* ipse Paz tradit, quod hæ irregulares substitutiones odiosæ sunt, & speciem exhæredationis contineant, quia potius favorabiles sunt, & ampliandæ dispositiones quæ ad familiarum conservationem fiunt, ut incompatibilitatis conditio. Auct. *infr. p. 4.* ubi late probat. Nec exhæredari quisquam dicitur, quoties quod ei non debetur alteri datur, sed quando eligēdi facultas conceditur, ut unus eligi possit. *Utri hæres velit* stante electione non omnibus debetur, sed unidando ab omnibus liberatur. *L. Si Titio 16. ff. deleg. 2.* ergo

409 Quibus ita resolutis, ut ad quæ stionis resolutionem veram deveniamus, dicendum est, quod quoties simpliciter, & absolute alicui facultas data sit maioratum instituendi nullis conditionibus, aut limitibus circumscripta, non limitata, vel si expressè libera in ejus voluntatem committatur facultas, poterit maioratum irregularem instituere cum conditionibus, & gravaminibus incompatibilitatem inducentibus, vel maioratum electivum facere agnaticum, vel irregularem ad familiæ nomen, & arma testatoris

conservanda ea forma, & modo quo ipse, qui commisit, facere possit: quæ sententia communiter à DD. probata est, ut propè principium hujus num. proposui & retuli, eamque sequitur D. Castillo *lib. 4. cap. 36. à numer. 46.* Carpio de *Executor testament. lib. 2. cap. 19. num. 48. & seq. & cap. 17. n. 43.* ubi remissivè.

<sup>410</sup> Si autem per verba limitata facultas data sit, veluti si non in meram voluntatem commissarij, sed in ejus arbitrium collata; tunc irregularem maioratum facere non potest: verba autem ex quibus comprehenditur electionem non in meram voluntatem eligentis, sed in ejus arbitrium commissam esse, sunt, veluti si maioratus institutor electionem commisit alicujus arbitrio, iudicio, discretioni, vel ita ut electionem facit prout sibi visum fuerit, vel arbitratus fuerit, vel placuerit, vel aliter dixerit, quod ex Iuris dispositione non liberam voluntatem, sed arbitrium liberum, vel boni viri arbitrium comprehendant, ut tradit Molin. *lib. 2. cap. 5. num. 49.* Quo casu verissima est sententia D. Paz, & aliorum quos sequitur Carpio ubi supra *num. 49.* D. Castillo *dict. cap. 36. à num. 32.*

Et ita intelligendus est Mieres de *Mayorat. 1. p. q. 44. numer. 80.* ubi de hac quæstione dubitat, & resolvit negativè *q. 48. num. 68.* & rectè, quia in hac posteriori specie loquitur: vide eum *num. 286.* & Noguero. *alleg. 9. num. 72.* & vide itidem Mieres *1. p. q. 48. n. 278.*

### Num. 359.

<sup>411</sup> In hanc quæstionem pro Auctoris decisione observanda est D. Christophori de Paz doctrina in *tract. de Tenuta, cap. 34. num. 120.* ubi eleganter ait: *Tertio, quia cum conjux facultatem dederit faciendi maioratum in uno ex filijs, vel filiabus, eo ipso cavisse videtur ut titulo regularis familia succedat or-*

*dine successivo secundum Iuris dispositionem, absque remotioris prælatione, illud enim compertissimum est in fideicommissio familiae, & descendentiæ, nomine colectivo relicto, debere admitti ordine successivo eos, qui sunt de familia, vel descendentiæ.* L. ultim. Cod. de verb. signific. L. Cum ita, §. in fideicommissio, L. Peto, §. Fratre, ff. deleg. 2.

*Aliud est, si fideicommissum relictum sit inter personas familiae, tunc enim possunt præferri remotiores.* L. Filiusfam. §. Cum pater, ff. deleg. 1. L. Unū ex famil. §. Si de falcidia, deleg. 2. ubi *Scribentes communiter, & censet Traque. de Retract. §. 11. gloss. 6. num. 7.* Decian. *conf. 78. lib. 2. per tot. Sozinius Junior conf. 217. n. 8. lib. 2. Menoch. conf. 211. num. 125. lib. 3. Surd. conf. 247. num. 14. Mieres 1. p. q. 72. in tota, Molin. lib. 2. cap. 5. n. 4.*

Loquitur Doctissimus Paz de facultate uxori concessa, ut maioratum instituat, & irregularem non posse facere sustentat, maxime cum facultas instituendi maioratum conceditur ut fiat in familia collectivè vocata, secus si inter personas familiae distributivè.

Secundo pro ea facit singularis <sup>412</sup> etiam D. Solorzani alia circa Comendas decisio, quam refert *lib. 3. Politica, cap. 17. fol. 363. vers. Yo lo que más es, & seq. Y assi he oido:* ubi electio à Principe facta ad successionem Comendæ paternæ in filium secundogenitum etiam ejus nomine expresso revocari debet tamquam erronea, & in præjudicium primogeniti, & ita decisum ait: ex qua Auctoris sententia ampliari potest.

De natura autem donationis alicui <sup>413</sup> factæ pro se, & filijs, an possit in filiorum præjudicium in extraneum transferre? Quæstio est difficilima: communis distinctio est an filijs ut filijs, vel ut hæredibus prospiciatur, ut in priori casu in eorum præjudicium pater alienare in extraneum non possit, posteriori possit? D. Olea cum alijs de *Cess.*

### Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. I. C. 6. 135

*Cess. jur. tit. 2. q. 7. num. 34.* ubi ait in dubio filijs, ut hæredibus acquiri ex *gloss. in L. Si tibi, §. Pactus, verb. Proderit, ff. de pact.*

<sup>414</sup> Et in donatione facta contemplatione matrimonij ait *numer. 35.* cum Hodierna in *decisione Surd. 322.* procedere, sive donans concedat soli patri, & ij pro se, & filijs donetur, & etiam sive donans extraneus esset, vel <sup>415</sup> pater, nam utroque casu filijs, ut hæredibus acquiritur, nisi expressè pro filijs, ut filijs sit stipulatum, Merlin. *controv. 34. per totam.*

<sup>416</sup> Vel nisi ex conjecturis constet donantem filijs ex illo matrimonio voluisse prospicere, licet cõtrarium tueatur Andreol. *controv. 127. numer. 4.* Mar. Cutel. de *Don. contemp. matrim. tract. 2. disc. 1. special. 25.* Barbof. *Voto decis. 141.* qui ait patrem non posse alienare bona donata pro se, & filijs ex certo matrimonio, quod verū est quando filijs, ut filijs, non ut hæredibus facta est, ut cum Molin. de *Rit. nuptiar. lib. 3. q. 15. num. 28.* Menoch. *conf. 286.* Thesaur. *lib. 4. quæst. for. 2.* Hodierna ad *Surd. decis. 332. num. 35.* Tondut. *Civil. cap. 55.* Marinis *lib. 1. Resol. cap. 89.* Cancer. *2. var. cap. 8. n. 56. & 59.* Thoro *vot. 29.* Hermosill. in *L. 7. tit. 4. p. 5. num. 51.* Dextart. *dec. 7. à num. 16. & 20.* Noguero. *alleg. 37. n. 24.* D. Olea ubi *supr. n. 36. & 37.*

<sup>418</sup> Pari ratione quando filij ut hæredes vocati sunt ad donationem, non uti filij, tenentur ad debita patris, & eis contrahendo, & hypothecæ subijciendo rem donatam, præjudicare potest, Noguero. *alleg. 37. num. 20. & num. 18.*

<sup>419</sup> Quando vero uti filij vocatur non tenentur. D. Valenz. *conf. 155.* Phæb. *dec. 157. p. 2.* Noguero. *alleg. 11. num. 105. alleg. 19. num. 53.* Montanus de *Reg. titul. de reg. in officijs, numer. 27.* Ponte *conf. 109. vol. 2.* Gallup. *4. p. Meth. feud. cap. 5. num. 69. & seqq.* D. Salgad. *Labyr. 2. p. cap. 27. n. 13. & 14.* qui loquuntur in officio patri à Rege

concesso cum facultate nominandi unum ex filijs, tunc enim venit ad officium ex persona propria absque qualitate hæredis, secus quando sub qualitate successoris ad officium vocatur, tunc enim creditoribus tenetur.

Et idem dicendum est si ex delicto <sup>420</sup> commissio filijs præjudicet pater quando ut hæredes, non ut filij vocati sunt, ut in hac specie loquitur Valenzuel. *dict. conf. 155.* & alij ita intelligendi quos refert Noguero. *alleg. 37. n. 18.* ubi etiam infert posse patrem gravare <sup>421</sup> electum in actu nominationis officij, quando ei concessum est propria pecunia, vel ob sua merita, quia tunc solius patris contemplatione ad concessum officium, potest, quem velit, nominare, etiam extraneum. Montan. de *Regal. in offic. num. 42. & seq.* Pater Sanchez *lib. 2. Moral. cap. 1. dub. 38. n. 14.* Capic. *Latro dec. 6. à num. 20. & dec. 26. n. 1. & à n. 15.*

Addendus Doctiss. Alvarez Pegas <sup>422</sup> *resol. 1. cap. 10.* ubi loquitur de emphyteusi pro se, & filijs accepta, posse patrem alienando filijs præjudicare; quod latè per *tot. cap.* defendit, licet *num. 118. & seqq.* teneat quod emphyteusis per patris delictum in fiscum non transit, quia non alienat voluntariè, quod *num. seqq.* comprobatur, & tenent D. Molin. *lib. 4. cap. 11. num. 4.* P. Molin. *disp. 481. conclus. 1.* P. Sanchez in *Præcept. Decalog. lib. 2. cap. 19. num. 20.* & alij ab eo relati.

Et hæc intelligenda sunt quando <sup>423</sup> res concessa patri pro se & filijs est transitoria ad extraneos, secus autem quado non potest ad extraneos trāsi-re, quandoque enim patri cõcessa sit, intelligitur in favorem filiorum, non ut hæredum, sed uti filiorum, & ita est originalis Bartol. distinctio in *L. Si tibi decem, §. Si pactus, num. 8. & 9. ff. de pactis, Mantica de Tacit. lib. 14. tit. 19. num. 1. & seqq.* Menoch. de *Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 48. n. 10. & seqq. & conf. 255. numer. 18.* & alij quos refert Noguero. *dict. alleg. 37.*

num. 15. D. Olea tit. 2. q. 7. num. 34. in fin. Capic. Latro dec. 70. à num. 23. & seqq.

424 Ideoque dicendum est in emphyteusi Ecclesiastica, quæ ad extraneos transire non potest ex *Auth. de non alienand. §. emphyteusis*, Noguerol. ubi supr. n. 15. vel in emphyteusi ex pacto, & providentia, vel feudo, non potest pater filijs præjudicare, quod

425 eleganter cōprobat D. Solorzan. lib. 3 Politic. cap. 17. fol. 361. vers. Lo tercero, & seqq. qui hoc extendit ad donationes Regias, & Indorum commendas, & tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 2. cap.

426 16. à num. 21. licet patris industria, vel ob remunerationem servitorum ejus donatio à lege facta sit. Addendus

427 Giurba de Success. feud. §. 1. gl. 8. ubi limitat in feudo noviter quaesito, ex pacto & providentia, quia censetur ut hæreditaria. Ponte decis. 111. n. 18. Feud. lect. 20. num. 15. lect. 22. numer. 15. neque enim primus acquirer ligatur forma, Petr. Greg. de Concess. feud. p. 3. q. 7. & alij quos Giurba refert, ibidem, & in Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 2. num. 69. & ideo filijs potest præjudicare, gloss. in cap. 1. §. Hoc quoque de success. feud. Marin. de Gener. feud. tit. de feudo ex pact. & provid. nov. numer. 16. quia patris contemplatione succedunt: Giurba dict. gloss. 8. n. 46. & seqq.

428 Et in feudo emphyteusi acquisita à patre ob merita, vel pecunia libere disponere posse tenet Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. q. 5. num. 24. & 33. Gama dec. 5. ubi Flores de Mena sub num. 7. Hodierna ad Surd. dec. 224. & in hoc nullam esse differentiam inter emphyteusim novam, & antiquam renet Doctiff. Alvarez Pegas d. cap. 10. Resol. n. 59.

429 Et in donatione Regia tenet Doctiff. Pegas, quando bona Regalia alicui concessa pro se, & liberis possunt alienari ex textu Lusitano Ord. lib. 2. tit. 35. §. 19. Doctiff. Pegas num. 61. allegat. Pereyr. dec. 1. num. 10. Caldas

de Extinct. emphyt. cap. 19. numer. 27. Piñero de Censib. & emphyt. 2. p. disp. 4. sect. 8. §. 1. numer. 154. quod apud nos comprobari potest ex L. 235. Styli, quæ incipit: *Otro si es a saber que el Rey puede dar*. Cujus verba sunt: *Mas la donacion, que faze el Rey, puedela aquel, a quien la hizo, essa cosa que le dió el Rey dar de maioria, o por su alma, ó hazer, ó ordenar della como quisiere, demás de la tercia parte, & de la quinta, que puede dar, y ordenar por fuero, y esto es, porque es donadio de Rey*. Cujus legis meminit Baeza de Non melior. cap. 23. numer. 1. de ejus observantia dubitat num. 3.

Ad quam legem observanda est 430 Roderici Suarez doctrina in *Quest. maioricatus*, ex num. 21. ubi an pater possit maioratum instituere de bonis à Rege donatis pro se, & suis descendentibus, & affirmativè solvit quaestionem si absque gravamine ullo restitutionis bona patri pro se, & filijs donata sint, secus si gravata sint onere restitutionis: quam resolutionem sequitur Sanchez lib. 1. Moral. cap. 2. dub. 24. num. 5. Monach. de Rect. feud. interpretat. cap. 23. partic. 2. à num. 23. & in idè adductam Cyrei doctrinam in *Autentic. Sed si quis*, Cod. de secund. nupt. col. fin. vers. ultim. colligitur. Vide apud Noguerol. alleg. 37. à num. 23. ubi optime explicat.

Et ita conducunt tradita à Hermo- 431 fill. in L. 7. tit. 4. gloss. 5. & 6. à n. 47. ubi utrum pater in bonis donatis possit meliorare unum ex filijs; de quo Fontanel. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 1. num. 78. ubi negativè resolvit, nisi patri data sit facultas de re donata inter liberos disponendi. D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 68. Cancer. var. lib. 1. cap. 8. num. 66. & vide 3. p. cap. 7. à num. 115. Thoro vot. 29. num. 39. & 40. Marinis 1. var. Resol. cap. 89. Molin. alijque ab Olea relati dict. tit. 2. q. 7. num. 43. ubi idem tenet, quando filij, ut filij, secus, si ut hæredes vocentur.

Et

432 Et donatio Castri, Villæ, Oppidi à Rege patri facta cum jurisdictione, vel etiam sub titulo dignitatis Ducis, Comitatus, vel Marchionis an pertineat ad filios æqualiter? Vide Baeza de Non melior. dict. cap. 23. num. 7. ubi si donatio simpliciter facta sit, non jure maioratus, vel primogenituræ, vel nisi bona jure primogenituræ jam antea deferantur, æqualiter dividi inter filios debere, & patrem filijs præjudicare non posse ultra metam legis tenet ex Rod. Suarez in L. Quoniam in prioribus in undecima limit. Leg. Regiæ per totam, maxim. vers. Sed ubi aliquis haberet loca propria, Cod. de inoffic. testam. Isernia in cap. 1. §. Præterea Ducatus, col. 2. de prohib. feud. alienat. ubi ait quod licet feudum non possit dividi, tamen omnes debent succedere, nisi vivatur jure Francorum, & quod licet feuda Ducatus, vel Comitatus non dividantur, tamen eorum commoditas, cæteraque bona temporalia ipsius dignitatis inter filios dividi possunt. Alberic. in suo Indic. verb. Fundum, vers. Item quæro pulchram, & subtilem quaestionem. Curt. Sen. cōf. 69. col. 2. vers. fallit lib. 5. Tiraquel. de Primogenijs, q. 4. n. 52.

433 Quod maximè procedit quando Princeps Castrum vendit alicui pro se, & filijs suis, & hæredibus, tunc enim absque dubio ad omnes filios æqualiter pertinet, etiam si sit fundum Regium dignitatis Ducis, Comitatus, vel Marchionis, quod regulariter est individuū. Ifern. d. §. Præterea Ducatus. Alex. conf. 60. visis dubitationibus, col. 1. lib. 3. Tiraquel. dict. q. 4. num. 56. Curt. dict. conf. 69. col. 7. Sozin. conf. 252. visis instrumentis Concessionum, col. pen. vers. Sexto confirmatur.

434 Quæ opinio singularis omnino reprobata est, dignitas enim regularis semper cōcessa intelligitur jure maioratus, nec dividi potest, ut contra Roderic. Suarez expressè tenet D. Molin. lib. 1. cap. 11. à num. 16. ubi ele-

ganter explicat: addendus Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 4. num. 24. ubi late probat feuda Regalia dignitatū esse individua: Anna alleg. 41. num. 5. Tufchus litt. E. conclus. 151. Georg. de Feud. cap. 49. num. 2. Sanz. de Divis. bon. lib. 1. cap. 7. num. 48. Cancer. lib. 1. var. cap. 12. n. 22. & seqq.

Licet cætera sint dividua cap. 1. §. 436 Item illud de his qui feud. dare poss. cap. 1. §. Omnes filij si de feud. defunct. content. cap. 1. de Success. feud. & plures relati à Giurba §. 1. præhud. 6. n. 20.

Et licet ipse teneat Comitatum om- 437 nem in feudum à Rege datum non præsumi, Menoch. cons. 1. num. 35. & cons. 2. num. 270. Mantica de Tacit. lib. 23. tit. 4. num. 4. nisi in feudum dedisse dixerit; quia Comitatus allodialis præsumitur si feudalis non probetur ad textum in cap. Significavit, ubi Bald. & alij de rescript. in cap. Venerabilis de exception. Hostiens. & Joan. Andreas in cap. Nimis de jur. jur. Jacob. à S. Georg. in vestit. feud. verb. Castro, n. 26. Afflict. dec. 297. numer. 5. Alex. conf. 129. numer. 1. in 1. Dec. cons. 478. Curt. Sen. conf. 75. Craveta cons. 111. num. 9. & cons. 662. numer. 11. Paris. conf. 20. num. 3. Clarus §. feudum q. 18. Alciat. Reg. 2. præsumpt. 3. num. 2. & cons. 69. n. 17. lib. 9. Gratian. Discept. cap. 736. n. 59. Roland. cons. 2. n. 11. & cons. 22. num. 34. & cons. 46. n. 39. in tertio. Intigriol. de feud. cent. 1. q. 43. num. 28. Bellon. cons. 10. num. 9. Surd. cons. 311. num. 6. Menoch. lib. 3. præsumpt. 91. num. 9. & cons. 191. num. 21. Mascard. de Prob. conclus. 79. num. 9. & cons. 327. num. 1. Sacca cons. 6. num. 70. Rosenthal. de feud. cap. 12. conclus. 14. num. 15. Dueñas reg. 107. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. num. 63. Giurb. §. 1. gloss. 3. num. 10. quod in Castro,

Villa, vel Comitatu, aut Iurisdictione, non vero in dignitatibus Ducis, Comitatus, vel Marchionis in Hispania obtinere poterit, dignitas enim, potius jure maioratus, quam libere relicta præsumenda est. Vide p. 4. c. 4. dicta.

- 439 An autem talis dignitas pretio comparata, feudumve à patre pecunia quaesitum, primogenitus teneatur partem pretij cæteris fratribus communicare? Affirmat Giurba in Feudo ex pacto, & providentia, §. 1. gloss. 8. n. 48. cum Petr. Greg. de Concess. feud. p. 3. q. 7. num. 6. Peregrin. cons. 120. n. 18. lib. 5. Tusch. litt. F. conclus. 43. Tirraquel. de Primog. q. 51. num. 3. Rosenthal. de Feud. cap. 7. conclus. 13. n. 6. gloss. E: Anna singul. 566. Mart. Success. leg. 1. p. 9. 11. art. 4. num. 15. & p. 3. q. 1. art. 3. num. 9. Thoro in Comp. decis. litt. P. verb. Primogenitus an teneatur. Et idem ait si ob servitia donatum sit patri feudum ex Anna sing. 201. Borrell. Sum. decis. tit. 34. de feud. num. 704. & seqq. licet contrarium teneant Capyc. dec. 2. n. 7. Rosenthal. d. gloss. E: quod & verius est.
- 440 Æstimatio autem eo tempore attendi debet quo solutio fit morte patris, non quanti emptum, sed quanti nunc valet. D. Molin. lib. 1. cap. 26. n. 13. Marinis Resol. lib. 2. cap. 133. n. 12. Giurb. §. 1. gl. 8. n. 49.
- 442 Contrarium tamen decisum vidi, quia dignitatis honor inæstimabilis est. L. 12. tit. 21. p. 2. cujus notabilia verba sunt: *Otrofi pusieron, que ninguno nó recibiese honra de Cavalleria, por precio de aver, ni de otra cosa que diese por ella, que fuesse como en manera de compra. Ca bien assi como el linaje nó se puede comprar: otrofi la honra, que viene por nobleza nó la puede la persona aver, si ella nó fuere à tal que la merezca por linaje, ó por sexo, ó por bondad que aya en si.* Illustriss. Crespi observ. 117. n. 216. hanc legem adducit, nunquam enim hæ dignitates pretio comparatæ dici possunt, licet quantitas aliqua Principi offeratur, ut facile concessionem expediat, quia semper magis participant hæ donationes, de lucro, quam de pretio, semperque ideo beneficia appellantur: ad quod eleganter conducit Giurba de Success. feud. prelud. 2. num. 9. ubi ait, feudi con-

cessionem semper gratiosam dici, & lucrativam, licet aliquid modicum annuatim solvatur, quia lucrativus est titulus, quatenus æstimatio rei in feudum concessæ onera sive servitia excedit. Vide quæ dixi supr. cap. 5. n. 25. & infra p. 8. cap. 3. num. 21. Auctor & p. 4. cap. 4. n. 19. 27. & seqq.

An autem officium à Rege concessum patri pro se, & filijs, teneatur filius conferre pretium ejus cum cæteris fratribus? distinguendum est, an filijs prospectum sit in donatione, ita ut potius à Rege, quam à patre capere videantur, & an meritis patris, vel ob pretium concessum sit, ita ut profectitium dicatur, vel ipsi filio donatio facta sit, quæ in peculio Castrensi computari debet, vel patris contemplatione datum. Vide Hermosilla in L. 3. tit. 4. gloss. 6. num. 59. p. 5. ubi officia publica ex parentum substantia filijs empta sunt in legitimam impõtanda. Gama dec. 114. ubi de officio ex gratia concessio à Rege non conferendo num. 2. & decis. 29. ubi Flores de Mena. Noguero. alleg. 19. n. 54. & alleg. 37. num. 18. Melch. Phæb. dec. 157. p. 2. Bobadill. lib. 3. Politic. cap. 8. num. 291. D. Valenz. cons. 155. Gomez in L. 29. n. 21.

Conducit Ricc. p. 3. collect. 609. Diana tom. 6. tract. 7. resol. 13. D. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 15. fol. 350. vers. Pero, & seqq. ubi an expensum in eo assequendo conferri debeat.

Et an filius naturalis possit succedere in pensione, vel officio patri, pro se, & filijs concessio? Latè tractat Noguero. d. alleg. 37. à n. 44.

Et de hac materia adde Barbof. vot. 126. num. 91. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 1. num. 423. ubi an pater possit maioratum instituere de donatione Regia filio ob servitia ejus facta: de quo adde Gomez in L. 48. Taur. n. 4. Matienzo in L. 9. gloss. 2. num. 3. tit. 1. lib. 5. D. Solorz. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 15. à numer. 2. & in Politic. lib. 3. cap. 16. vers. Pero sin embargo, ubi ait

ait in donatione Regia solum attendi personam cui donatur, non vero eam cujus contemplatione donatum est. L. Cum multa, Cod. de bon. quæ lib. L. 2. tit. 21. p. 1. L. 6. tit. 17. p. 4. Menoch. lib. 3. præsumpt. 28. Garcia de Donat. remunerat. n. 8.

- 448 Adde Cevall. q. 326. Comm. D. Vela disert. 47. à num. 26. Cyriac. controuv. 57. Tondut. lib. 2. Civil. q. 55. & 80. Surd. dec. 324. Faber. de Error. decad. 33. error. 9. & 10. ubi latè de donationis pro se, & filijs natura: Mieres de Maior. 1. p. q. 68. n. 29.

Num. 361.

Dict. L. Cum pater, §. A te peto, ff. deleg. 2.

Num. 364.

Conducit D. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 17. fol. 363. vers. T lo que más es.

Num. 365.

- 449 L. Queret aliquis, ff. de verb. sign. quam adducit Cyriac. controuv. 209. num. 61. & 72. & 54. in favorem legitimati electi. Noguero. alleg. 37. à num. 44. ubi an filius naturalis includatur.

In legatis tamen pijs, vel alijs operibus pijs potest eligi spurius filius eligentis, non testatoris. Menoch. lib. 4. præsumpt. 96. num. 12. Caldas Pereyra de Nomin. emphyt. de potestat. eligendi cap. 13. numer. 9. Surd. de alim. tit. 1. q. 93. num. 5. Gutierrez Pract. lib. 3. q. 55. num. 21. Matienzo in L. 7. gloss. 5. num. 2. tit. 8. lib. 5. Recop. Doctiss. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 62. gloss. 23. n. 14. tom. 4.

- 451 Filius enim ex se non dicitur turpis persona, Gratian. Discept. cap. 135. num. 27. & ideo excepto patre potest capere ab alijs patris etiam consanguineis, Carvalho in cap. Raynaldus, 1. p. num. 511. & 513. Doctiss. Pegas ad Ordin. Portug. tit. 50. pag. 266. num.

237. & seq.

Et electus non ab eligente, sed à testatore capit. Giurb. de Success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 4. Cyriac. controuv. 57. & 107. D. Solorzan. de Indiar. Govern. tom. 2. lib. 2. cap. 16. numer. 18. Tondut. Civil. lib. 2. q. 51. D. Castillo lib. 8. de Alim. cap. 31. D. Salgad. 2. p. Labyrinth. cap. 27. à n. 9. & 25.

Num. 366. & seq.

Adde quæ dixi supr. ad n. 126.

Quid autem si facultatem habeat ad electionem extranei, an possit omisso legitimo naturalem eligere? Videtur quod sic arg. L. Cum quidam 24. ff. deleg. 2. ibi: *Marcellus putavit posse hæredem & indignum præferre.*

Num. 368.

Negant cum Gama Menoch. Cald. Doctiss. Alvarez Pegas Resolut. for. cap. 10. num. 75. Noguero. alleg. 9. n. 73. & 74. Aug. Barbof. vot. 65. Affirmant Mieres de Maiorat. 1. p. q. 72. n. 17. Gratianus Disceptation. cap. 724. num. 15. Caldas de Nominat. emphyt. q. 7. n. 44. Phæbo dec. 96. num. 3. 14. & 15. quæ sententia in maioratus successione periculosa est ob affectionem, quam testator erga familiam suam habere præsumitur, ut extra rem licet observat Doctiss. Pegas dict. cap. 10. num. 9. & num. 26. videndus Pardo ad Molin. lib. 2. cap. 5. num. 4. & 5. ubi concludit data familiæ contemplatione è familia eligendum, extra autem contemplationem familiæ, data libera potestate eligendi, posse extraneum eligi; ad quod plures ibidem adducit. Et ita decisum refert in supremo Consilio in maioratu de los Betettas, in quo maioratu id iterum dubitatum, nec decisum, scio, & in Granatenfi Consilio maximè esse controversum video.

Num. 370.

- 459 De qua materia Fufar. de Subst. q. 504. & seqq. Fontanel. de Paët. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 5. & claus. 7. gloss. 1. p. 1. à num. 39. ubi an facultas eligendi cedi possit, de quo novè Olea tit. 3 q. 2. novissimè Antunez de Don. Reg. lib. 1. cap. 13. fere per totum, & maximè num. 50. ubi Oleæ sententiam sequitur, & 3. p. lib. 2. cap. 27. ubi eam impugnat, & Amayæ sequitur resolutionem in L. Nullus 60. num. 20. Cod. de Decur. lib. 10. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 18. num. 12. D. Larrea decif. 31. num. 56. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 6. num. 268. Carpio de Executor. lib. 3. cap. 7. ubi agunt an ad successorem transeat: D. Paz de Tenuit. cap. 34.
- 462 ubi an variare possit, & cap. 59. à n. 12. Doctiff. Pegas ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 62. gloss. 5. cap. 3. ubi de electione facta in testamento nullo, de quo Valasc. consultat. 61. num. 6. Pinheiro de Censib. & emphyt. 2. p. disp. 6. sect. 5. §. 7. num. 96. Gama dec. 173. numer. 3. P. Molin. de Inst. & Iur. tom. 1. disput. 175. & tom. 2. disp. 483. Caldas conf. 10. num. 53. & de Potestat. eligend. c. 8. num. 7. & Forens. lib. 2. q. 26. numer. 3. Thom. Valasc. alleg. 61. à numer. 13. Phæbo dec. 30. à num. 16. p. 1. & dec. 124. à num. 43. p. 2. Fragos. de Regim. 3. p. lib. 6. disp. 9. num. 10. Aug. Barbof. in cap. Novit, num. 149. de locat. Emmanuel ejus pater ad Ordin. lib. 4. tit. 82. §. 15. num. 15. Mieres de Maior. 1. p. q. 72. & q. 48. & 2. p. q. 6. numer. 203. ubi agit an remotiores, an nondum nati eligi possint? Gomez Bayo in Alphabet. litt. E. num. 12. & 17. in Prax. Eccles. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 16. num. 72. Doctiff. Alvarez Pegas Resol. c. 16. n. 75. Suelves cent. 1. cof. 65. & 27. n. 19. Cabed. dec. 143. Surd. dec. 226. Cretpi observ. 110. n. 20. finem imposui ad laudem Sanctissimæ Trinitatis tertio die Martio, anno 1681.

## AD PARTIS I,

## CAP. VII.

## ADDITIO.

## SUMMARIVM.

- 1 Actus testandi est individuus.
- 2 Stipulationis actus unicus est, & individuus.
- 3 Contractus præter stipulationem validus est etiam accedente ex post facto consensu unius ex contrahentibus.
- 4 Matrimonium valide contrahitur inter absentes, accedente consensu unius ex contrahentibus ex post facto, dum alter in eadem voluntate permaneat. Et in sponsalibus idè.
- 5 Possessionis accessio, & interruptio obest ad usucapionem.
- 6 Possessio honorum maioratus an continuetur in successorem, si apud antecessorem nulla sit.
- 7 Possessio naturalis in successorem maioratus non continuatur.
- 8 Possessio civilis tantum continuari potest.
- 9 Possessio quæ ex L. 45. transfertur, an sit eadem cum possessione ultimi possessoris.
- 10 Possessio ex L. 45. nondum actu apprehensa an cedi possit.
- 11 Possessio ab alio in vita ultimi possessoris occupata an transferatur in successionem sequentem vi Leg. 45. Taur.
- 12 Sententia arbitratorum ab omnibus debet probari, vel à maiori parte iudicum, ut valeat.
- 13 Auditorum trium unius aulæ conformis sententia valida est, licet alij dissentiant. Auditores etiam dissentientes debent subscribere sententiam maioris partis.

- tis conformem: sententiæ conformes quæ dicantur 13. in fin. & 15. remissivè.
- 16 Sententiæ diversæ à Iudicibus prolatae an valere debeant, ultra earum in favorem rei prolata.
  - 17 Sententia diversa prolata à socio Iudicis, vulgo acompañado, an prævalere debeat in rei favorem.
  - 18 Et quid de sententia Accessoris.
  - 19 Inquisitorum, & consultorum diversæ sententiæ, quæ prævalere debeat.
  - 20 Sententiæ favore maioratus lata prævalere debet.
  - 21 Sententiæ conformes quæ dicantur.
  - 22 Et an sint conformes ex diversis causis prolatae.
  - 23 Aggregationis ad maioratū natura, remissivè.
  - 24 Aggregatio Regnis, dignitatibus, & maioratui fieri potest.
  - 25 Dignitati unita, & aggregata naturam ejus sequuntur.
  - 26 Dignitas in plures dignitates possit dividi.
  - 27 Dignitates plures apud unum existentes non mutant naturam.
  - 28 Beneficiorum unionis materia, remissivè.
  - 29 Beneficia diversæ qualitatis uniri nequeunt.
  - 30 Beneficia Iuris patronatus laicorum cum alijs Ecclesiasticis uniri nequeunt.
  - 31 Beneficia unius Diocesis uniri cum beneficijs alterius non possunt.
  - 32 Maioratus sub diversis conditionibus conjugari non possunt.
  - 33 Unitorum eadem esse debet ratio.
  - 34 Et dispositio.
  - 35 Et essentia.
  - 36 Bona quæ vinculis adherent eam naturam assumunt.
  - 37 Facultas Regia ad maioratum, an comprehendat bona aucta.
  - 39 Conditiones novæ imponi non possunt bonis aggregatis maioratui.
  - 40 Facultas ad maioratum ad subrogata non extenditur.
  - 41 Limita nisi ejusdem naturæ sit, & n. 38.
  - 42 Subrogatio bonorum à maioratus successore facta fit ejusdem maioratus naturæ.
  - 43 Maioratus bona evicta an fiant maioratus, si iterum à possessore ex novo titulo quaesita sint.
  - 44 Meliorare simpliciter promittens, an gravamen meliorationi tertij adjicere queat.
  - 45 L. fin. §. Filix 5. ff. deleg. 2. interpretatur.
  - 46 Aggregandi conditio à fundatore apposta an servari debeat à successoribus, & 48.
  - 47 Clausula maioratus instituti ab Auctore refertur, & explicatur.
  - 49 L. Filiusfamil. 111. §. Ut quis, ff. deleg. 1. adducitur.
  - 50 Fideicommissi onus in bonis testatoris, vel hæredis validus est.
  - 51 Fufarius q. 648. num. 10. refertur.
  - 52 Gravamen fideicommissi in bonis hæredis regulariter non præsumitur.
  - 53 Conditio aggregandi an in maioratu ex 3. & 5. imponi queat, & 59. & 60.
  - 54 Gravari nequit is qui nihil iudicio testatoris percipit.
  - 55 Gravari nequit qui quod sibi debetur à testatore capit.
  - 56 Limita nisi plus quam sibi debetur percipiat.
  - 57 Vel commodum aliquod, etiam ex fructibus rei relictae capiat, & 58.
  - 61 Filius in legitima gravari an possit si ultra eam aliquid relinquatur.
  - 62 Filius an excludatur à maioratu ex 3. & 5. instituto si nollet legitimam aggregare juxta præceptum testatoris.
  - 63 Donatio irrevocabilis gravamen ex post facto non admittit nisi bona donationi addita sint.
  - 64 Maioratus à viro, & uxore institutus an ab altero eorum revocari possit quando se invicem hæredes instituunt, & 65.

- 66 *Intellige ut Num. 68. & 79.*  
 67 *Pactum liberam testandi facultatem auferens inutile est, & quando.*  
 68 *Conjux pro sua parte testamentum revocans an teneatur fructus ex parte conjugis perceptos restituere, & 79.*  
 69 *Legatarius non parens conditionibus legato privat.*  
 70 *Et fructus ex re legata perceptos restituere tenetur.*  
 71 *Novel. const. i. §. His autem, refertur.*  
 72 *Legatarius conditionem à lege prohibitam implere non tenetur.*  
 73 *Nec legati commodo privat.*  
 74 *Conjugum Pactum de futura successione non improbat.*  
 75 *Pactum de hereditate viventi cum ejus consensu valet eo perseverante in eadem voluntate.*  
 76 *L. Legatum 16. ff. de usufr. leg. ratio decid. & 77.*  
 78 *L. 36. ff. de cond. & dem. interpretatur.*  
 80 *Gravamen aggregandi partem bonorum à patre potest filio imponi.*  
 81 *Testator heredi rei suae alienatae prohibere potest.*  
 82 *Aggregatio omisa à successore pro facta habetur.*  
 83 *Gravamen aggregandi legitimam an sustineatur.*  
 84 *Conditio aggregandi an sit realis, vel personalis, & 85.*  
 86 *Aggregandi conditio impleri an debeat in bonis successoris tempore quo successio ei delata est, vel tempore mortis, & 87.*  
 88 *Computatio patrimonij patris filiam dotantis quo tempore fiat ad taxam dotis juxta L. i. tit. i. lib. 5. Recop.*  
 89 *Aggregare partem legitimae obligatus, non tenetur aggregare usque ad parentum mortem.*  
 90 *Aggregare partem legitimae obstrictus, nihil aggregare tenetur nihil de legitima habens.*  
 91 *Partem hereditatis aggregare qui tenetur, usque ad mortem non tenetur.*  
 92 *Gravamen idem aggregandi quintam, vel sextam partem bonorum in duobus maioratibus appositum an faciat incompatibiles, & 93. 96. & 102.*  
 94 *Pars quae debet aggregari intelligitur deducto aere alieno.*  
 Meliorationes plures 3. & 5. à parentibus factae simul stare non possunt, ideo posterior derogat prioribus revocabiles. Ibid.  
 95 *L. 12. tit. 6. lib. 5. adducitur.*  
 97 *Aggregandi conditio impossibilis ex facto successoris quando ei defertur successio, an impediat ei delationem maioratus.*  
 98 *L. Si peculium 20. §. Is qui servus 3. ff. de stat. liber.*  
 99 *Filius an possit renuntiare legitimae in praedictum creditorum.*  
 100 *An possit gravamen approbare in legitima.*  
 101 *An idem possit in praedictum maioratus cum gravamine aggregandi ab eo possessi.*  
 103 *Aggregare qui tenetur an possit compensare cum melioramentis in maioratu factis partem, quae tenetur aggregare, & 108.*  
 104 *L. 26. Taur. interpretatur, & 106.*  
 107 *Retentio, quomodo, & quando detur ob melioramenta in rebus maioratus.*  
 109 *Aestimatio ad melioramenta, quomodo fieri debeat remissive.*  
 110 *Augmentum Marchionatus, vel alterius dignitatis, quomodo, & quando assumat naturam dignitatis.*  
 111 *Aggregatio facta antiquo maioratus de quo non constat, quo jure deferenda sit, & 112. 113. & 114.*  
 115 *Aggregatio facta ad maioratum antiquum cum conditionibus contra, ejus rejectis conditionibus sustineatur, vel contra, & 116.*  
 116 *Aggregatio facta ad maioratum ab eo qui duos, pluresve habet, cui maioratus accedat? in fin.*  
 117 *Unio aequae principaliter Regno facta, quae?*

- 118 *Unio Accessorie facta quae sit.*  
 119 *Inaiarum Regna Castellae accessorie unita.*  
 120 *Regnum Aragoniae, Portugalliae, Flandriae, Castellae, Regno aequae principaliter unita.*  
 121 *Unionem Rex solus facit.*  
 122 *Capellania laicalis, & collativa quae sint, & an jure maioratus deferatur.*  
 123 *Capellaniae successio uni deferenda, jure maioratus defertur.*  
 124 *Missarum onus bonis inductum an sit conjectura maioratus, & 126.*  
 125 *Bona cum onere Missarum an salvo onere vendi alienarique possint.*  
 127 *Capellania sine Episcopi auctoritate instituta, si per tempus 40. annorum collativa sit, sit Ecclesiasticum beneficium.*  
 128 *Maioratus successio uni defertur, & 132.*  
 129 *Maioratus ex quibus conjecturis inducatur.*  
 130 *Eligendi unum facultatem habens an possit eligere plures.*  
 131 *Conditio si sine filijs, an uno filio videatur impleta.*

## A Num. 1.

**D**E musicae laudibus, vide Jul. Capon. tom. 3. disceptat. cap. 222. a n. 19. Balmafeda de Collect. quæst.

## Num. 18.

**E**xplicat Gomez in L. 3. Tau. num. 49. & probat L. 8. tit. 1. p. 6. Meyrer. de Testament. lib. 3. de solemn. testam. in script. tit. 1. num. 56. & seqq. & ratio, quia actus testandi est individuus, Baldus in L. Si veritas, num. 2. Cod. de testam. L. Furiosum cum gloss. Cod. qui testam. fac. poss. & si diversis temporibus, & locis testator ostenderet voluntatem suam, jam essent plura testamentum. Gomez ubi supr.

## Num. 19.

Et in stipulatione idem docent relati à Valentia Illustr. Jur. tract. 3. cap. 3. à num. 8. lib. 2. ubi docte explicat, quod in stipulationibus tantum, & in contractibus innominatis locum habere docet: nam in cæteris omnibus negotijs, & conventionibus, quæ consensu constant, dum ex utraque parte contrahentium consensus concurrat, nihil refert statim an post lögum intervallum sequatur. Jason communiter sequutus in L. Si stipulationum, §. Qui præsens, ff. de V. O.

Quod & in matrimonio procedit, cujus validitati longi temporis intervallum non obsistit, dummodo tempore quo posterior consentit, prioris conjugis consensus non fuerit revocatus. Gloss. Hostiens. Joan. Andr. in cap. Dilectus de spons. Alex. in L. Si stipulor. in fin. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 55. n. 16. vol. 4. D. Greg. in L. 10. tit. 1. p. 4. verb. Ni consiente. Azeved. in L. 2. tit. 16. num. 1. lib. 2. Recop. Sot. lect. 3. de Matrim. §. Primum igitur. Henriq. lib. 11. de Matr. cap. 3. num. 6. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 32. & vide D. Greg. Lopez in L. 1. gl. 3. tit. 1. p. 4. Cevallos Comm. quæst. 604. Araujo de Stat. civil. disp. 11. quæst. 3. Dian. tom. 2. tract. 6. resol. 146. & seqq. ubi plura resolvit: qui etiam de sponsalibus agunt.

## Num. 20.

**D**e accessionibus, & usurpationibus, vel interruptione possessionis, quæ ad usu capionem debet esse continua, videndus Vigel. Meth. Civil. lib. 7. cap. 12. In materia autem maioratus juxta L. 45. Tauri plura adducit Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 12. maximè numer. 73. ubi de possessionis ultimi successoris defuncti, continuatione in sequentem, & quod ea possessio continuatur, quam de-



defunctus habebat, aliter si nulla rei possessio apud defunctum sit, nulla continuatur, D. Paz *ibi citat. cap. 48. n. 18. de Tenut. & idem si naturalis tantum possessio sit penes defunctum, civilis penes alium; D. Paz num. 18. Marefcot. var. lib. 1. cap. 116. num. 6. Peregrin. dec. 117. num. 5. quia naturalis non trahitur ad civilem: at si sola civilis penes defunctum sit, illam in hæredem cōtinuari docet, ex Bald. Tiraq. & Menochio *Adipisc. rem. 4. num. 364. seq. ubi de civilissima, idem ait Ludovif. decis. 307. n. 14.**

9 An autem possessio defuncti eadem sit quæ in successorem transfertur? disputat *num. 75. : novam esse, & distinctam à priori docet ex Gomez in L. 45. num. 14. D. Molin. lib. 3. cap. 12. num. 22. D. Paz cap. 33. num. 44. & cap. 48. num. 20. Pat. Molin. tom. 3. disput. 636. num. 4. Sesse dec. 25. numer. 108. Monter. à Cueba dec. 25. n. 30.*

10 An autem possessio ex L. 45. in successorem translata nondum actualiter apprehensa cedi possit? disputat *num. 78. ubi negativè resolvit, quia licet possessorium facti cedi, & transmitti possit, possessorium tamen juris cedi nequit, text. in L. 3. §. Acquirere, ff. de bon. poss. limitat tamen quando successor abdicativè successionem renuntiat, vel in immediatum transmittit maiorum. D. Olea de Cess. jur. tit. 6. q. 6. numer. 24. ubi quæstionem hanc disputat, & tandem num. 26. affirmativè resolvit.*

11 An autem possessio ab alio occupata in successorem continuetur, vide Giurb. *num. 82. ubi latissimè, & n. 84. affirmativè resolvit; de quo alibi latius dicam.*

## Num. 21.

12 Vide Petr. Barbof. *in L. 18. à n. 37. ff. de judic. Ant. Gomez in L. 38. Taur. num. 4. Cyriac. contrav. 471. Pat. Molin. de Inst. tom. 4. tract. 5. disp. 42. Marinis lib. 1. Resol. cap. 236. num. 10. cum*

*seqq. Vide L. Duo ex tribus 38. ff. de re judicat. L. Sic & tribus 18. ff. de recept. arbitr. L. Cum Magistrat. Cod. quand. provoc. non est necesse, L. 2. ff. de decret. ab Ord. faciendis.*

Regulariter quod maior pars iudicavit, ratum esse, & sententiam face-  
re probat *L. 17. ff. de recept. arbitr. L. 36. & 39. ff. de re judic. L. 43. tit. 2. lib. 2. Recopil. ubi sententia Auditorū Chancelleriæ, tunc conformis dicitur quādo ex quatuor Auditoribus tres se in votis conformant, aliter ad aliam Aulam esset remittenda & tunc dicuntur conformes ibi: Quando son conformes de toda conformidad en absolver, ó condenar, ó pronunciar de otra manera; & sententia à tribus comprobata, debet etiam à dissentientibus signari *L. 41. ibidem. Videndus D. Solorzan lib. 5. Politic. cap. 8. fol. 819. vers. Lo octavo, ubi quæ suffragia sententiam efficiant, & quando duo sufficiant, ut in causis de menor quantia, L. 26. eod. tit. & ibidem D. Solorzan. fol. 820. ubi quod sententia à maiori parte facta à minori dissentienti subscribenda. Riccius p. 2. collect. 310. Conducit Diana tom. 6. tract. 1. resol. 136. & tom. 7. tract. 6. resol. 24. & seqq. Fermosin. in cap. 10. q. 50. à numer. 37. de constit.**

Quando autem sententiæ conformes sint ad interpretationem dict. *L. 43. vide D. Covar. Pract. cap. 25. à numer. 5. Gratian. decis. Marchi 18. Merenda tom. 4. Controv. lib. 24. cap. 3. à numer. 46. Scaccia de Appel. quæst. 17. lim. à numer. 2. D. Solorzan. lib. 4. Polit. cap. 19. fin. & lib. 5. cap. 8. vers. Lo octavo, supr. D. Salgad. 3. p. de Reg. protect. cap. 16. à numer. 25. & de Retent. p. 2. cap. 31. à numer. 103. Cavalcan. dec. 27. p. 2. numer. 81. Pareja de Instr. edit. tit. 6. resol. 6. n. 4. & resol. 9. n. 4. Marta cons. 93.*

## Num. 22.

*L. 17. & 18. tit. 22. p. 3. Donel. lib.*

*lib. 27. Comment. cap. 8. ubi Ossuald. Gomez in L. 38. Taur. à num. 2. Riccius collect. 512. & 564. p. 3. Pat. Molin. tract. 5. disp. 24. D. Larrea alleg. 128. D. Solorzan. lib. 5. Polit. cap. 8. Senec. epist. 81. Quemadmodum reus sententijs paribus absolvitur, & semper quidquid dubium est humanitas inclinatur in melius.*

17 D. Salgad. 3 p. de Protect. Reg. cap. 16. à numer. 13. & in sententijs à Iudice ordinario, & ejus socio vulgo acompañado, ex Azeved. & alijs tradit Bobadilla lib. 3. Polit. cap. 8. numer. 117. & lib. 5. cap. 1. n. 236. & lib. 2. cap. 21. num. 169. & probat textus in *L. Inter pares 38. ff. de re judicata, ubi sententiam pro libertate prævalere, vel pro reo latam, & idem si in summa dissentiant Iudices id quod minimum sequendum. De quo D. Covar. lib. 1. var. cap. 2. num. 6. D. Solorzan. dict. cap. 8. Riccius Collect. p. 3 collect. 512. & p. 5. collect. 1884. In Iudice, & Accessore aliter dicendum est, vel inter duos delegatos, neutra enim sententia prævalet, ad superioremque decurrendum est. *L. Duo Iudices 28. ff. de re judic. Vide D. Greg. L. 2. gl. 14. tit. 21. p. 3. ubi an Iudex teneatur sequi iudicium Accessoris? & negativè resolvit Dian. tom. 5. tract. 12. resol. 37. & seqq. ubi de diversis sententijs ab Inquisitoribus, & Consultoribus quæ prævaleat.**

20 Et in materia nostra sententia pro maiorum lata prævalere debet. Add. ad *Molin. lib. 1. cap. 4. n. 23.*

## Num. 23. &amp; 24.

21 Vide *supr. num. 21. & adde L. 5. tit. 5. lib. 7. Recop. Garcia de Nobil. gloss. 6. §. 2. D. Salgad. 3. p. de Reg. protect. cap. 16. à numer. 68. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 7. à n. 60.*

22 Et an sint conformes quæ ex diversa causa proferuntur. D. Larrea *dec. 42. numer. 36. & 42. Ramon cons. 89. Seraph. dec. 1289. Merenda Con-*

*trovers. lib. 24. cap. 3. n. 54.*

## Num. 26. &amp; seqq.

Noviter Doctiff. Alvarez Pegas, 23 qui Auctorem laudat ad *Ord. Portug. tom. 4. lib. 1. tit. 50. gloss. 1. cap. 1. n. 9. & 10. & per tot. cap. latè de materia agit.*

24 Aggregatio autem fieri potest Regno, dignitatibus, vel maiorum. De Regnorum unione infra agit Auct. *n. 32. & 33. ubi plures refert: de dignitatis unione agit D. Petr. Salzed. in Theatro honor. gloss. 32. ubi de bonis dignitati unitis, & an ejus naturam sequantur, & nos infra cum A. p. 4. cap. 4. dicemus. Addendus Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 3. num. 4. 6. 16. & seqq. & gloss. 4. à numer. 24. ubi de 26 divisione, & an ex una plures dignitates fieri possint, & num. 32. ubi an 27 divisæ dignitates, si in persona unius successoris uniantur, non mutent naturam suam, arg. *L. Si Consul. L. Si pater, §. Qui duos. ff. de adopt. & §. 2. gloss. 13. à numer. 46. ubi de unione feudorum, & vers. Tertia conclusio ibi: Si ex certa scientia plura feuda in Baroniam, vel Comitatum concesserit Rex, tunc omnia unum constituent corpus, unumque feudum Comitatus.**

28 De unione, seu aggregatione maiorum agit Auctor hic argumento eorum qui de unione beneficiorum agunt apud Canonistas, de eaque videndi *cap. 15. & 25. de Præb. lib. 6. Tridentin. sess. 7. de Reformat. cap. 6. & sess. 14. de Reform. cap. 9. & sess. 21. cap. 5. & 7. & sess. 24. cap. 13. & 15. & sess. 25. cap. 9. de Reformat. L. 8. tit. 10. L. 4. tit. 17. partit. 1. Petr. Gregor. de Rescript. lib. 1. cap. 3. num. 25. & c. 4. num. 9. Gonzales in Reg. 8. Chancell. gloss. 5. §. 7. Aloys. Riccius in Prax. rer. cotid. de Union. benef. fol. 240. & in Collect. p. 3. coll. 820. & p. 5. collect. 1560. & 1819. & p. 6. collect. 2477. Tondut. lib. 1. Can. q. 37. Ant. Faber lib. 1. Cod. tit. 2. defin. 49. & 52. num. 8.*

N

Aug.

August Barbof. *de Pot. Episc. alleg. 66.*  
*& de Iur. Ecclesiastic. lib. 3. cap. 16.*  
 Garcia de Benefic. p. 12. cap. 2. §. 1. &  
*seqq.* D. Valenzuela, Velasquez *conf.*  
 22. nouiter Feloaga *Enchir. jur. Con-*  
*trou. c. 24.*

29 In qua materia illud pro Auctore  
 observa, beneficia, quæ symbolum, &  
 qualitatem propè similem habēt, uni-  
 ri posse, alia vix, aut numquam pa-  
 tiuntur unionem veram, communi  
 jure, quemadmodum non possunt  
 uniri regularia beneficia parochiali-  
 bus Ecclesijs ab Episcopo, Concil.  
 Trid. *sess. 24. de Reform. cap. 13.* Mo-  
 net. *de Commutat. ult. vol. cap. 11. à n.*  
 99. Pat. Thom. Sanchez *in Summa*  
*lib. 7. cap. 29. à num. 145. & lib. 2. Cōf.*  
*cap. 2. dub. 3.* Flores de Mena *lib. 1.*  
*var. cap. vel quæst. 10. §. 1. & fere per*  
 tot. Ratio prædictorum est; quia in  
 uno communique officio non debet  
 esse dispar professio juxta præceptū  
 Dei: *Non arabis cum bove, & asino;*  
 idest, homines diversæ professionis in  
 uno officio non sociabis, *Deut. 22.*  
*ca. 22. C. in nova actione 16. q. 7. ibi:*  
*Qui sociantur non debēt discrepare pro-*  
*fessione, & habitu.*

30 Non possunt uniri etiam beneficia  
 juris patronatus laici, sine consensu  
 patronorum, ab Episcopis, aut conjū-  
 gi Collegiatis Ecclesijs, vel in eas cō-  
 verti. *Gloss. verb. Capella in cap. Nobis*  
*de jur. patron. Sanchez Consil. lib. 2.*  
*cap. 3. dub. 58. D. Petr. Fras. de Reg. patr.*  
*tom. 1. cap. 15. Caccialup. tract. de*  
*Union. art. 3. num. 12. ex ratione tex-*  
*tus in cap. Cum dilectus de jure patron.*  
*cap. Decernimus 16. q. 7. Aliter in pa-*  
 trono Ecclesiastico, qui habet jus pa-  
 tronatus ratione Ecclesiæ, & non ra-  
 tione patrimonij, ut not. *in d. cap. Cum*  
*dilectus de jur. patron. cap. Dilectus de*  
*offic. deleg. Caccialup. supr.*

31 Prohibet & Concil. Trid. *sess. 13.*  
*de Reform. cap. 9. ne beneficia unius*  
 diocesis uniantur cum beneficijs al-  
 terius, P. Sanchez *in Præcept. Decal.*  
*tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 180. Aug. Barb.*

*de Potest. Episc. dict. alleg. 66. n. 9. p. 3.*  
*& in Concil. Trident. supr.*

Ea igitur ratione idem in maiora-  
 tibus statuendum est; ideo maioratus  
 diversis conditionibus instituti con-  
 jungi, aut uniri nequeunt, hoc est unū  
 corpus effici. Doctiff. Alvarez Pegas  
*supr. relatus*; quia unitorum eadem  
 est, & esse debet ratio, & essentia. *L.*  
*In rem 23. §. Item quæcumque, ff. de*  
*rei vendit. ubi Vald. & alij relati à Fe-*  
 loaga *cap. 24. num. 9. vide L. 4. tit. 12.*  
*p. 1. Gutier. lib. 3. Præf. q. 17. à num.*  
 215. D. Solorzan. *de Iur. Indiar. tom. 1.*  
*lib. 3. cap. 1. à num. 46. & tom. 2. lib. 1.*  
*cap. 21. num. 31. & lib. 3. cap. 5. numer.*  
 64. & *cap. 19. à num. 46. & lib. 4. cap.*  
 12. à num. 63. Consequenterque dis-  
 positio pariformis debet esse *cap. Et*  
*temporis 48. 16. q. 1. cap. Recolentes 3.*  
*§. ult. de Stat. Monachor. cap. Sua nobis*  
 9. *de Confirm. util. vel inutil. ubi DD.*  
 & unionis natura est res unitas ad  
 eandem essentiam reducere. *L. fin.*  
*Cod. de Aluvion. & unita separari, aut*  
 separata haberi, nequeunt *L. 10. §. 2.*  
*ff. de vulg. L. 18. ff. de servit. rust. præd.*  
*L. 5. §. 16. ff. de inst. act. L. 1. §. 12. ff.*  
*de separat.*

Et similiter quæ vincularis adhæ-  
 rent inducunt qualitatem quàm  
 bona habent cum quibus junguntur;  
 qua de re agit D. Molina *lib. 1. cap. 26.*  
 ubi de augmento maioratus plura in  
 hoc resolvit D. Castillo *tom. 6. Cætrov.*  
*cap. 165. à num. 41. Mieres de Maior.*  
*1. p. q. 10. ubi an facultas ad maiora-*  
 tum extendatur ad bona aucta per  
 institutorem, in qua plura resolvit, &  
*num. 21. ait, bona addita maioratui ab*  
 institutore intelligi sub conditioni-  
 bus, & gravaminibus appositis in ma-  
 ioratu. *L. Libertis, ff. de cond. & de-*  
*monstr. Et idem tradit 2. p. q. 5. n. 66.*  
 & *num. 147. & seq. resolvit augmē-*  
 tum maioratus conjunctum cū ipsa  
 re vinculari, iisdem vinculis obno-  
 xium manere, secus si sit separatum;  
 & *num. 162. & seqq. agit de augmen-*  
 to maioratui supervenienti ex rebus

VIR-

vincularis, veluti si res vinculari sit  
 testatoris quoad utile dominium, &  
 postea directum plenūque acquirat,  
 vel rei census sit redemptus, vel ufuf-  
 fructus cum proprietate consolidatus  
 39 sit; & *num. 188. ubi ait, in bonis au-*  
 ctis maioratui novas condiciones  
 40 imponi non posse, & *q. 11. seq. ubi*  
 agit an facultas ad bona subrogata  
 extendatur, & negativè resolvit, quia  
 facultas consumpta fuit primi maio-  
 ratus, & ad subrogationem facultate  
 caruit institutor *num. 60. & à num. 50.*  
 41 Limita tamen nisi res subrogata sit  
 ejusdem naturæ, ita quod potius sit  
 continuata cum re in cujus locum  
 subrogatur, veluti si domus destru-  
 cta iterum ædificetur *n. 66. & seqq.*  
 ubi pluries aliter limitat, ad quam li-  
 mitationem videndi Tiraquel. *de Pri-*  
*mog. q. 71. & seqq. Pat. Molin. tract. 2.*  
*disp. 642. num. 1. & seqq. disputation.*  
 D. Vela *dissert. 33. num. 80. Vide Mar-*  
 ta *de Iurisd. p. 1. c. 47. n. 14.*

42 Et bona à possessoribus subrogata  
 sunt ejusdem naturæ maioratus, D.  
 Salgad. *de Reg. protect. 2. p. cap. 10. n.*  
 317. D. Valenz. *conf. 60. & 69. qui*  
 plura de subrogatione tract. Cyriac.  
*controv. 160. ubi quid res subrogata*  
 sit minoris pretij, & Pat. Molin. *tract.*  
 2. *disp. 651. & videndus D. Salgad. in*  
*Labyr. 2. p. cap. 24. à num. 28. ubi Mo-*  
 linam refert ad literam de hac re agē-  
 tem *lib. 4. cap. 24. à num. 33. Condu-*  
 cit etiam Hermosilla *in L. 56. gloss. 7.*  
 43 *num. 27. tit. 5. p. 5. ubi ait, rem maio-*  
 ratus evictam à possessore, de novo  
 quæsitam, fieri maioratus quādo titu-  
 lo valido possidebat; secus si titulo in-  
 valido, quia tunc de novo acquirens,  
 ex novo titulo possidet, quo pluribus  
 agit D. Salgado *dict. cap. 24. & expref-*  
 sius *cap. 7. per totum. Dixi ad p. 4. c. 4.*  
*n. 28. n. 86.*

Num. 27.

44 Doctiff. Alvarez Pegas *ubi supr. in*  
*prim. relatus*, & conducit Mieres *de*  
*Maior. 1. p. q. 66. num. 13. ubi an pater*

qui filium meliorare in 3. & 5. pro-  
 misit, gravamina juxta *L. 27. Taur.*  
 possit adjicere, & negativè resolven-  
 dum cum eodem Mieres *d. 1. p. q. 26.*  
*num. 125. quando promissio transit in*  
 contractum, vel irrevocabilis est fa-  
 cta; secus si sit revocabilis: in qua  
 specie verum est posse parentem fi-  
 deicommissi onus adjicere, ut tenet  
*dict. num. 13. & num. 14. ex textu in*  
*L. fin. §. Filia 5. ff. deleg. 2. quæ non*  
 45 bene ad hoc allegat, sed in hunc sen-  
 sum recte accipitur; ibi enim agitur  
 de dote profectitia, quam pater de-  
 dit filia nuptui tradita, cui ejus dotis  
 repetitio competit, si mortua filia  
 matrimonium sit solutum, licet eam  
 sibi reddi stipulatus non sit. *L. Iure 6.*  
*in princ. ff. de jur. dot. L. Profectitia 5.*  
*in princip. ff. eod. L. 2. §. 1. ff. sol. ma-*  
*trim. L. unic. §. Accedit in fin. Cod. de*  
*rei uxor. act. L. Dos 4. Cod. solut. ma-*  
 trim. qua ratione pater fideicommis-  
 sum per mortem filia imponere po-  
 test, ut not. *in d. L. & in L. Cum pa-*  
*ter 79. §. Pater, ff. deleg. 2. L. Uxorem*  
 30. *§. Testamento, ff. deleg. 3. aliàs pa-*  
 tre defuncto dos apud filiam manere  
 debet, nec enim patris hæredibus do-  
 tis actio datur. *L. unic. §. Videamus,*  
 & *§. Hoc ex rei, Cod. de rei uxor. act.*  
*L. Marito 31. §. Si voluntate, ff. solut.*  
*matrimon. Inde is textus recte ex-*  
 pendi potest ad meliorationem revo-  
 cabilem, non ad irrevocabilem.

46 Sed ne à materia nostra aberremus,  
 de aggregatione ad maioratum, quæ  
 necessaria recte potest nominari,  
 quando scilicet ex voluntate in-  
 stitutoris pars aliqua patrimonij cu-  
 juslibet successoris debet unita in ma-  
 ioratu manere, aliqua dicenda à nobis,  
 quia agit Auctor, & materia quoti-  
 diana est, & non plene discussa.

Et quidem posse institutorem hoc  
 onere successores gravare tenet hic  
 Auctor, inque maioratu ab eo, & uxo-  
 re instituto apud Scribam Balthasa-  
 rem Lopesium *de los Reyes* ita dispo-  
 suit.

N ij Item,

47 Item, es condicion, que nuestro hijo maior, y todos sus successores, en este vinculo, y maiorazgo, y cada uno dellos en su tiempo para siempre jamas, an de tener obligacion de dexar vinculada, y agregada a este maiorazgo la mitad de su legitima paterna, y materna, y bienes, que en qualquier manera adquirieren, sea en poca, ó en mucha cantidad. Queremos, que queden vinculados con los demás, para que se vaya augmentando. Entrando, que el successor entre en la actual possession de los dichos bienes del dicho vinculo, y maiorazgo, sea visto aver aceptado esta condicion, y quedar vinculados la mitad de bienes, que tuviere, y adquirirere, y sino la aceptare por el mismo caso passe luego al siguiente en grado, que lo quisiere aceptar, y sea luego para augmento del dicho maiorazgo. Extat in protocolo anni 1648. in officio Ludovici Vara.

48 Hoc gravamen imponi posse probant ex Lege Imperator §. Si certum, ff. deleg. 2. L. Si cui legatum, ibi: Eum qui agnovit, quod sibi relictum est, ea contemplatione ut liberos emanciparet, cogendum esse, ut liberos emancipet, neque enim circumveniri debet testantis voluntas, ff. de cond. & demans. L. Cum quaeretur, ff. de admistr. tutor. Tenent ex Roland. à Valle conf. 99. num. 20. vol. 4. Marzar. in Epitom. fideicommiss. q. 50. Thom. Grammatic. conf. 145. num. 3. Maldonad. in Addit. ad Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. n. 8. Gama dec. 6. Valasc. conf. 153. n. 23. Caldas conf. 15. numer. 13. Themud. dec. 298. p. 3. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 50. gloss. 1. cap. 1. num. 13. quibus adde P. Fragof. de Regimin. 3. p. lib. 9. disp. 19. §. 5. n. 19. omnino videndus.

49 Confirmatur hæc opinio ex textu in L. Filiusfamilias 11. §. Ut quis hæreditatem, ff. deleg. 1. ubi dicitur gravamen alicui impositum de restituenda hæreditate sua imponi non posse, quia id Senatusconsulto prohibitum, de quo est textus in L. Ex factio 17. ff. ad

Trebel. partem tamen hæreditatis gravari posse non prohibetur dict. L. ex factio, §. 2. quia in hoc casu votum captandæ voluntatis, nec voluntas ultima hæredi aufertur. Et ideo fideicommissum valet in bonis testatoris, d. L. Filiusfamilias, §. Ut quis in princ. Fufar. de Subst. q. 277. num. 59. & in bonis hæredis, quatenus scilicet ex bonis testatoris ad eos pervenerit, d. L. Ex factio, §. 2. & d. §. Ut quis in fin. ibi: Et eatenus restituendam quatenus hæreditas testatoris pateretur.

51 Et ita tenet Fufarius de Substitutionibus, q. 648. num. 10. ibi: Sed quid si testator apponat conditionem, quod hæres supponat fideicommissum à se factio bona propria, & ille consentiat? Nulli dubium est ex dictis supra, quod & res hæredis veniet in fideicommissum, & pactum erit validum si conceptum sub nomine bonorum, secus si esset conceptum sub nomine hæreditatis, & pactum conceptum in bonis habebit locum solum in bonis quæ erant hæredis tempore obligationis. Peregrin. de Fideicommiss. conf. 63. n. 6. & seqq. ubi latè lib. 4.

52 Amplia: quia licet regulariter res hæredis non veniat in restitutione fideicommissi, L. Cohæredi, §. Cum filia, ff. de vulg. nec in dubio gravare hæredem in re propria testatorem voluisse præsumitur, L. Lucius, §. penult. ff. ad municip. cap. à nobis de sent. excommunic. tamen ex mente testatoris possunt bona hæredis in fideicommissum contineri, si hoc expressum sit, vel ex verbis clarè colligi possit, ut tenet Fufar. dict. q. 648. num. 8. ubi alios refert.

53 Amplia item: etiam filijs hoc gravamen impositum sustineri debet si præter legitimam aliquid eis relinquatur, veluti si hæc conditio apposita sit in maioratu ex 3. & 5. instituto juxta dispositionem L. 27. Tauri, ut Avus meus in præfenti clausula dispositum relinquit; & in hac specie probat Maldonad. ad Molin. dict. lib. 2. cap. 11. num. 8. Ratio quo ad primam

mam partem est, quia gravari non potest quis, si à testatore nihil percepit. L. Ab eo 9. Cod. de fideicommiss. L. Filius 111. §. Apud, ff. deleg. 1. L. 1. §. Sciendum, ff. deleg. 3. L. sed & si 6. in fin. ff. eod. L. Plane 91. §. fin. ff. deleg. 1. L. 1. §. Si is qui, ff. ad Trebel. L. Cum Pater, §. Qui dotale, ff. deleg. 2. L. Si cum 15. ff. de jur. Codicil. L. Imperator 72. in princip. ff. deleg. 2. L. Nomen 33. §. Uni ex hæred. ff. deleg. 3. §. Potest autem inst. de singul. reb. per fideic. relict.

55 Nihil autem ex testatoris judicio percipere dicimus qui sibi debitum, vel legitimam portionem ex testamento accipit. L. Si de portati 7. §. fin. ff. deleg. 3. L. Cum quis, §. Uxor igitur, ff. de dote præleg. L. Cum quis 35. in princ. ff. deleg. 3. gravari ergo in debita portione cum nihil accipiat non debet, L. Cum patronus ibi: Patronus ex debita parte institutus fideicommissum relictum ab eo præstare non cogitur, ff. deleg. 2.

56 Quæ tamen locum non habent, si præter debitam portionem aliquid aliud relinquatur. L. Si libertus 42. in princ. ff. de bon. libert. L. 2. §. fin. ff. de vot. prælegat. L. 1. §. Idem Iulianus querit, ff. eod. L. Filius 111. §. 1. ff. deleg. 1.

57 In eo enim, quod plus relinquitur, gravari potest hæres licet cōmodum aliquod ex eo legato tantum sentiat d. L. Si de portati 7. §. fin. ff. deleg. 3.

58 Ad quod considerandum, non tantum relictæ rei ratio habenda est, sed & fructuum medio tempore acquiretorum. L. Imperator 72. §. fin. ff. deleg. 2. L. Filiusfamilias 111. §. apud Marcellum, ff. deleg. 1. quæ leges ad nostram materiam sunt observandæ.

59 Hinc cum tertium bonorum patris sit extraneorum respectu legitima filiorum, & filiorum, vel descendendum respectu non sit legitima, ut alibi dixi Cap. 1. h. p. sequitur gravamen in 3. & 5. à parentibus rectè imponi posse, & filios, & descendentes

id implere teneri, dummodo per contraventionem extraneus in præjudicium descendendum non sit vocatus, cum ejus respectu legitima sit, & consequenter nullum gravamen admittat. L. 11. tit. 4. leg. 1. tit. 11. p. 6. D. Molin. lib. 2. cap. 1. à n. 20. & alij.

60 Bene tamen poterit filius excludi, & alius ex descendibus admitti, & sic deinceps juxta gradus à lege præscriptos, ut extat L. 27. Taur. ut sæpissimè notant DD. Regni, maxime D. Castillo lib. 6. cap. 128. & Auctor pluries h. p. cap. 1. à numer. 55. & p. 2. cap. 1. num. 73. & cap. 6. num. 14. & p. 3. cap. 1. num. 86. & cap. 3. à numer. 33. & p. 7. c. 1. à n. 34.

61 Licet in hoc casu quando ultra legitimam aliquid filio relictum est, etiam in legitima gravari posse absolute defendant Roderic. Suarez in L. Quoniam in prioribus, ampliatur. 2. 6. & 7. & limit. 14. Ant. Gomez var. lib. 1. cap. 3. num. 18. & cap. 11. à numer. 24. D. Castillo lib. 5. cap. 64. 79. & 94. Carleval de Judic. tit. 3. disp. 25. à n. 18. Cyriac. controu. 242. & 438. & 534. Gasp. Rodrig. de Ann. redd. lib. 1. q. 5. à n. 22.

62 Qua ratione sustinetur maioratus in filium ex 3. & 5. institutus sub conditione gravaminis legitimæ filij, D. Castillo lib. 5. dict. cap. 64. & 79. videndus, qui in hoc ultimo cap. bene loquitur, & distinguit quando præceptum nudum tantum est patris, vel quando, & pæna contraventionis appositæ est, ut in primo casu, etiam filio nolenti aggregare legitimam maioratus ex 3. & 5. non auferatur, ulteriori casu ab eo excludatur ex rationibus ibi, & cap. 94. ab eo traditis.

63 Et in donatione irrevocabili posse gravamen imponi si à donatore bona donatario, amplius, quam sit donatio, data sint, uti docent Antunez de Don. Reg. prælud. 2. num. 14. D. Castell. lib. 3. Controu. cap. 10. num. 46. Tondur. Civil. cap. 50. num. 48. & cap. 147. n. 16. videndus D. Molin. lib. 1. cap. 9.

num. 20. D. Castillo itidem lib. 5. *Controu. tom. 6. cap. 160.* Pat. Molin. *disp. 617. tract. 2. tom. 3.* D. Covar. *in cap. Raynald. 18. de testam. §. 3. n. 6.* Tiracquel. *de Primogenijs, q. 76.* Giurb. *de Success. feud. prætud. 5. à num. 25. & §. 1. gloss. 8. à num. 43. & §. 2. gloss. 3. à num. 4. gl. 8. à n. 27.* August. Barbof. *vot. 126. & n. 166.*

64 An autem si maritus, & uxor se reciprocè hæredes instituant in testamento ab eis uno contextu facto, cū gravamine fideicommissi post mortem eorum, superstes conjux possit revocare testamentum; vel observare teneatur, etiam quoad partem suam? quæstionis est, quæ quidem aliquid ad materiam afferre utilitatis iudico, ideo non omittenda.

65 Et quidem compertum est conjugem superstitem posse pro parte sua revocare testamentum, & libere de bonis suis disponere, arguuntque ita communiter DD. licet aliquos contrarium tenentes referat Giurba *de Success. feud. §. 2. gloss. 8. num. 26. vers. Primogenium*: ubi ideo maioratum ab uxore, & viro institutum revocari non posse asserbant, ne illusio fieret ipsi mortuo, qui ratione illius cōmunis consensus de suis bonis ita maioratum relinquit, alij qui minimè acturus. Sed potius est voluntatis liberæ dispositio servanda, nec hoc prætextu alterius voluntas captanda est. Ideo cōtrarium recte dispositum in hoc casu, ut tenet Oldrad. *conf. 174.* & alij à Giurba relati, & cum A. nos *infra p. 8. dicemus.* Quod intellige quando hæreditatem suam totam restituere eo testamento conjux gravatur, secus si legatum, vel partem bonorum restituere ex suis tantum rogatur, vel fidei ejus committitur, ut *supr. ex L. Filiusfamil. 111. §. Ut quis, ff. deleg. 1. L. Ex facto ad Trebel. dictū est.*

67 Licet enim pactum quo tollitur libera testandi facultas inutile sit, Bart. Albert. Alex. Crot. & alij *in L. Sti-*

*pulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. alij apud Covar. de Testam. in rub. 2. p. num. 15.* hoc ad solam hæredis institutionem pertinet, non vero ad legata, vel fideicommissa, vel partem bonorum, in quibus pactum valide interponi potest, ut tradunt DD. *in d. L. Stipulatio, & Covar. num. 17.* ubi *supr. Tello Fernandez in L. 17. Taur. num. 95.* Angulo *in d. L. Quæ est 1. tit. 5. Recop. gl. 11. n. 46.*

68 Quid autem si uxor alio facto testamento dispositionem revocaverit pro sua parte, an teneatur fructus ex bonis mariti cum eisdem bonis restituere, dubitatur. Idemque si filius aggravatus suam legitimam maioratui aggregare, de ea aliter disposuerit, quæri potest, qua in re fructus restituere teneri docuit primus nostrum Burgos de Paz *in L. 3. Taur. 2. p. conclus. 6. num. 1213.* qui licet quæstionem expressè non decidat pro hac parte, videtur stare per fundamenta ab eo relata, & expressè tenent Parlador. *Cotid. quæst. q. 7. per totum.* Dubitat tamen de hac opinione D. Castillo *lib. 2. Controvers. cap. 18. à num. 55.* & eam remissivè tantum proposuit D. Molin. *lib. 4. cap. 2. n. fin. vers. Utrum fin.*

69 Sed ego constanter affirmandum iudico uxorem, vel filium, qui partem suam aggregare noluerit, fructus omnes, quos percepit, vel percipere potuit, restituere teneri, quod licet DD. non convincant, apud me certissimum esse non dubito; tum quia uxor, filiusve, qui conjugis, patrisve dispositionem agnovit sub ea conditione, vel modo relictam, manet obligatus adimplere sequenti successori, *ex Leg. 2. Cod. de his quæ sub mod. relicta;* & extra ordinem legatarius cogitur ad parendum modo legati. *L. Si cui 90. ff. de cond. & dem.* Et hoc casu datur hæredi ad legatum repetendum conditio sine causa, vel ob causam. *L. Liberto 21. §. Lucius Titius cū gl. Utili repetitione, ff. de annuis leg. L. Si hæ-*

*hæredes 11. ff. de cond. caus. dat. L. Quidam 17. de usufr. leg. quas ad hoc notare debuit Parlador. d. q. 7. num. 3.* ubi probat *ex L. Senatus, ff. de don.*

70 Tunc etiam quia quo ad rem, & fructus ab eo perceptos, vel quos potuit percipere legatarius, parere conditioni, & fideicommissio à testatore injuncto obligatus manet. *L. Imperator 72. §. fin. ff. deleg. 2.* ibi: *Quod si plus, etiam fructuum quos patruus percepit, vel cum percipere potuit, dolo non percipit, habendam esse rationem, responsum est: non secus, quam si centum legatis rogetur post tempus maiorem quantitatem restituere.* Cui convenit textus *in L. Filiusfamil. 111. §. Marcellus, ff. deleg. 1.*

71 Quod si modum adimplere nolit, iniquum est lucro eorum fructus cedere qui parere voluntati noluerint, ideo non solum rem, sed & fructus restituere tenentur, quo probatur *Novel. Const. 1. §. His autem*, quæ ita aptissime comprehendit speciem casus ibi: *Sancimus, ut his, qui vel hæredes ab aliquibus scripti sunt, vel fideicommissa, sive ea universorum bonorum, sive specialia sunt, aut legata meruerint, omni modo necessitas incumbat implendi ejus, quod testator, aut qui legato eos honoravit, instituit: modo, quod injunctum est, legitimum sit, nec ulla id lex prohibeat, aut ut maxime honoratus facere omittat, ratum nihilominus fore expressis verbis demonstrat.* Si quis autem quod à testatore dispositum est non impleat, sed dum quod usus est facere recusat decreto judiciario admonitus per integrum annum ea, quæ honorato relicti nomine competunt, extraxerit, si quidem ex illorum numero est, qui necessario aliquid lege capiunt, in maiorem autem partem quam lex requirit, hæres scriptus est, tantum capiat dumtaxat, quantum illi in rationem tuentis jure successionis ab intestato lex dari concedit, quod reliquum est id totum auferatur. Si vero nulla hujusmodi persona in institutionibus subsit, sed spontaneam libe-

ralitatem testator in novissima sua contulerit, deinde scriptus hæres intra tempus ante à nobis dictum imperata non faciat, auferantur illi quidem, quæ relicta sunt, ut ne qua occasione salcidia, neque ulla alia de causa quidquam possit capere. Probant etiam textus *in L. Liberto 21. §. Lucius, ff. de annuis leg. L. Quidam 17. ff. de usufruct. legat. ibi: Perceptos fructus restituendos. L. Uxori 27. ff. de usufruct. leg. & conducit Auct. 3. p. cap. 1. notabil. 11. Gomez lib. 2. var. cap. 4. num. 21. Hermosill. in L. 10. gl. 8. n. 15. & 20. tit. 4. p. 5.*

72 Nec obstat hæredem vel legatariū non teneri adimplere modum, vel conditionē à lege prohibitam, & improbatam, ut *in princ. dict. Auth. L. 19. §. fin. ff. de cond. & demonstr. L. Conditiones, ff. eod. §. fin. inst. delegat. L. unic. §. fin. Cod. de his quæ pænæ nomine. L. Conditiones 14. ff. de cond. inst.* Sed conditio hæc vel conventio ab uxore facta à jure est improbabilis *ex d. L. Ex facto ff. ad Trebel. & d. L. Filiusfamil. 111. ff. deleg. 1. L. fin. Cod. de pact. L. 33 tit. 11. p. 5. D. D. in d. L. Stipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. oblig. ergo eam implere non tenetur.*

73 Sed quando legatarius conditionē à lege improbatam, quia improbatam, non adimpleret, à legati cōmodo nō replendum ex textu *in L. Si quis eum 36. ff. de cond. & demonstr.* ubi ratio: *Quoniam toties secundum voluntatem testatoris facere compellitur quoties contra legem nihil sit futurū.* Et ibi: *Ei si à legato non repellatur, non est compledus, ut manumittat: ergo uxor fructus perceptos restituere non tenetur.*

74 Sed respondetur primo inter conjuges non esse improbabile pactum reciprocum de futura successione, ut tenet Gutierrez *de Juram. confirmator. 1. p. cap. 3. n. 21. & seq. & n. 26.* Cevallos *Commun. q. 140. num. 7. & 12. & 13.* D. Castillo, qui eos sequitur *lib. 4. Controv. cap. 49. num. 30. & 31.* ubi etiam refert Fontanelam, & alios,

& quoties præsumptio captadæ mortis deficit, crediderim ego pactum sustineri, ut ex mente *L. 33. tit. 11. p. 5. exque L. fin. Cod. de pactis* sustineri posset. Ideoque cum in conjugibus hoc præsumi non possit pactum sustinetur. Et consensu ejus de cujus hæreditate agitur pactum sustinetur, D. Molin. *lib. 2. c. 3. n. 3.* eo in eadem voluntate perseverante idem D. Molin. *n. 4.* & alijs à Giurba de *Succes. feud. §. 1. gloss. 15. n. 6.* videndus.

75 Respondetur secundo pactum hoc conventionemve, in odium potius viventis esse improbatam, quam defuncti, ideoque ex voluntate testatoris præsumi potius parentem ejus voluntate comoda hæreditatis ferre, quam is qui recusat, ut in hac specie probat eleganter textus *L. Legatum 16. ff. de usufr. legat.* ubi legatum ad spectaculum faciendum in Civitate, non cedit comodo hæredis, licet permissum in ea Civitate non sit tale spectaculum fieri, & ratio est ibi: *Iniquum esse hæc quantitatem, quam in spectaculum defunctus destinavit, lucro hæredum cedere: & eadem ratione legatarius in casu dict. L. 36. ff. de cond. & dem. hæredi præfertur ibi: Quoniam magis legatarius aliquod commodum testator, quam hæredem habere voluisse.* Respondetur tertio ex traditis ab Auct. *infra 3. p. cap. 3. num. 10.* ubi & nos dicemus.

79 Ideo concludo uxorem revocitem pro sua parte testamentum omni lucro ex hæreditate mariti privari, & fructus restituere teneri.

80 Et hæc omnia in filio cui pater gravamen imposuerit aggregandi partem bonorum suorum in dubio procedunt, quia hoc gravamen licitum est, ut tenent specialiter in filio loquentes præter Maldonad. D. Greg. *in L. 10. tit. 9. p. 6. gloss. 2. prope fin.* & Alvarad. *de Conject. ment. defunctor. lib. 2. cap. 2. §. 1. numer. 58.* ubi probat, quia testator hæredi rei suæ alienationem prohibere potest. *L.*

*Si quis ita legatus §. 1. ff. de manum. testam.*

82 Et addit Alvarad. ex eodem Greg. Lopez *in L. 4. eodem tit. 9. p. 6. gl. 1. in princ.* quod si hæres omittat aggregationem expressè facere, nihilominus aggregatio pro facta habetur ex quo habitu maioratum acquisivit, vel saltem ejus hæres ad incorporandum rem illam, vel quantitatem in primogenio poterit compelli.

83 Et quando filius gravatur integram legitimam aggregare idem dicendum est, juxta tradita ab eodem Alvarad. *ibi n. 68. & seqq.* & Mol. *lib. 2. cap. 3.* & ibi Addentes cum alijs.

84 Sed & ultra dubitari potest an hæc aggregandi conditio sit realis, vel personalis, ita ut omnes successores in maioratu comprehendat, vel eum dumtaxat gradum, in quo apposita inveniatur? Quam quæstionem lata manu resolves, ex traditis ab Auctore *infra p. 4. cap. 2.* cujus doctrinam libenter amplectitur, & refert Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ordin. Portug. dict. lib. 1. tit. 50. gloss. 1. cap. 1. num. 5. tom. 4.*

85 Sed in clausula superius relata institutionis maioratus in dubium est expressè omnes successores comprehendere illis verbis: *Item es condicion, que nuestro hijo maior, y todos sus sucesores en este vinculo, y maiorazgo.* Verbum enim *sus sucesores*, non solum lineam filij comprehendit, sed & alterius vocati, succedere enim proprie est subintrare in locum alterius. *L. Si hæreditas, §. 1. ff. de testam. tutel. & ibi gloss.* Giurb. *de Succes. feud. §. 2. gloss. 5. num. 10.* ubi bene intelligit, & in melioratione 3. & 5. gravamen appositum filio, efficit, ut cæteri vocati immediatè sint filij gravati successores, licet capere à testatore videantur: quam regulam ita intelligi debere probatur *ab Auctore super cap. 6. num. 239.* ubi vide, & 242. D. Salgad. *Labyr. 2. p. cap. 16. num. 68.*

An

86 An autem ad partem aggregandam patrimonij quantitas, quam successor in bonis habeat tempore successione, vel quam reliquerit tempore mortis, inspicere debeat? Quæris Doctiff. Alvarez Pegas *dict. cap. 1. num. 4.* ubi quod quantitas patrimonij, quam mortis tempore reliquerit, expectanda ex *L. Cum quæritur, ff. de inoffic. testam. L. In tempus 62. ff. de hæred. instit. Surd. conf. 128. n. 9. Gama dec. 33. numer. 1.* Valasco *de Partit. cap. 19. num. 5.* itidem Gama *dec. 103.* Gratian. *Discept. cap. 98.* Balthasar Thom. *tract. 4. tit. 9. Palma conf. 94. numer. 46.* D. Larrea *allegat. 76. num. 5.* Noguero. *alleg. 4. num. 20.*

87 Sed verius judico tempus quo successio delata est vocato esse inspiciendum, tunc enim obligatur ex quasi contractu, vel si expressè acceptaverit, ex obligatione tunc contracta tenetur, & ita docent Fufar. *d. q. supr. relatis verbis quæst. 648. n. 10.* ibi: *Et pactum conceptum in verbis habebit locum solum in bonis quæ erant tempore obligationis: & Alvarad. d. lib. 2. c. 2. §. 1. n. 59.* ibi: *Ex quo habitu maioratum acquisivit: etiam obligari tenet, & ita sentit Auctor in claus. ibi: Y entrando que el successor entre en la actual possession, &c.*

88 Quæ sententia comprobatur ex adductis à Baeza *de non melior. ration. dot. filiab. c. 31. n. 2.* ubi latè probat tempus dationis dotis inspicere ad computationem patrimonij parentis, de qua *L. 1. tit. 1. lib. 5. Recop.*

89 Limitari tamen hæc sententia potest: primo, si aliter à fundatore sit constitutum, veluti si gravamen aggregandi partem legitimæ habeat maioratus, tunc enim licet jam successerit vivo patre, vel matre aggregare non tenetur usque ad legitimam per mortem parètum percipiat, quia eis viventibus non habet. *L. 1. §. Si impubere, ff. de collat. bonor. Hodiern. Controv. for. 1. p. cap. 23. numer. 39.*

Antuncz *de Donat. Reg. tom. 2. cap. 23.* Giurba *in Consuet. Messan. cap. 4. gloss. 5. à num. 4. & cap. 7. gloss. 12. à num. 5.* D. Catillo *lib. 1. de Usufruct. cap. 64. & lib. 8. de Alim. cap. 43.* Aillon *ad Gomez 1. var. cap. 1. n. 5. vers. Octavo, Carleval de Iud. tit. 3. disp. 25. num. 22.* Barbof. *vol. 126. n. 209.* Hermosill. *in L. 8. gloss. 2. n. 20 & gloss. 13. num. 16. tit. 4. & L. 13. gloss. 1. num. 8. tit. 5. p. 5.* Secundum quod eveniet, ut possessor nihil aggregare teneatur si prius quam legitimam sit acquisitus moriatur.

90 Secundo, eadem ratione limitanda est prædicta sententia si partem hæreditatis suæ aggregare successor visus sit, tunc enim ex bonis quæ reliquerit aggregatio fiet, quo tempore quætitas patrimonij expectanda erit juxta textum in *§. Quantitas, inst. deleg. falcid. L. In quantitate 73. in princ. ff. ad L. Falcid. L. In ratione 30. L. Cum quo 56. L. 78. ff. eod. L. eodem tempore 50. §. Si creditor. ff. de pecul. L. Scribit 33. ff. ad Trebel.* Adde Vigel. *Metb. civil. lib. 13. c. 16. q. 5. reg. 1.* ubi an minuatur hæreditas, vel augeatur ex fructibus post mortem testatoris, vel alijs accessionibus advenientibus.

91 Sed dubium hic congruum, an duo maioratus cum gravamine aggregandi quartam partem, vel quintam bonorum sint inter se incompatibiles apud unum successorem? Et videtur dicendum inter duos maioratus habentes simile gravamen aggregandi dari incompatibilitatem: nam si bona possessoris maioratus, quæ sint ceterum v. g. diminuatur ad deductionem quartæ juxta unius maioratus dispositionem, non poterit deduci altera quarta arithmetice æqualis juxta dispositionem alterius maioratus simile gravamen gerentis: quod maximè procedet si pars quæta hæreditatis aggreganda est: ergo cum ab uno successore gravamen impleri non valeat, non poterit ab eodem unus, & alter maioratus retineri, sed maioratus prior obveniens exclu-

dis

dit possessorem ab alio argum. textus in *L. Si plures 17. ff. de cond. instit.*

93

Sed verius dicendum est ob hoc solum non dari incompatibilitatem. Ratio est; quia licet certū esset quartā utriusque debere esse æqualem proportionē arithmetica, certū est etiam posse deduci ita æqualiter ad utroq; maioratus; nam si sint 100. in bonis possessoris, deduci posset media pars, quæ sunt 50. ad utrumque, & sic duplex quarta arithmeticè æqualis.

94

Ideo non obstat quod quarta quæ aggregari debet, intelligitur deducto ære alieno. *L. Non possunt 11. ff. de jur. fisci. cum alijs Surd. conf. 216. n. 13. Valasco de Partit. cap. 17. num. 4. D. Larrea alleg. 76. num. 5. Sic pluribus 3. & 5. meliorationibus à parente factis, cum priori melioratione facta ad alias nihil superfit, posteriores sunt inutiles, nisi prior sit revocabilis, vel non ex toto 3. & 5. Videndi D. Valenz. conf. 134. à numer. 25. D. Castillo lib. 5. cap. 100. & tom. 6. cap. 128. numer. 21. & seqq. D. Salgado 2. p. Labyr. cap. 4. numer. 92. & 64. Addens ad Molin. lib. 2. cap. 10. num. 74. Mieres de Maiorat. 1. p. quæst. 43. num. 57. Gutierrez Pract. lib. 3. q. 102. Gomez in *L. 17. Taur. à n. 1. Suarez in L. Quoniam declar. leg. Regn. §. Modus practicandi. Barboia vot. 126. num. 253. quos vide ad textū in *L. 12. tit. 6. lib. 5. Recop. ubi prohibitum duas quintas partes parentes relinquere per viam meliorationis in filiorum legitimæ præjudicium, quod eleganter explicat Angulo Gloss. magna in d. L. 12.***

96

Quapropter in hac quæstione resolvendum est, quod prior maioratus habere debet prælationem in exactione; & ita se consuluisse in quadam causa testatur Doctiff. Alvarez Pegas dict. tit. 50. gloss. 1. c. 1. num. 8.

97

Sed dubium est an successor qui

nihil aggregare tenetur, possit in hoc maioratu succedere? Et potest dici non posse succedere, quia hæc conditio ex natura sua possibilis iudicanda est, nec impossibilitas factio successoris efficere potest eam impossibilem, ut rejiciatur, argum. text. in *L. In testamento 30. ff. de cond. & demonstr. ibi: Quia ipsius factio conditio deficit nihil ex legato eum consequi: & hoc est quod dicitur conditionem haberi pro impleta, quando per eum non stat quominus conditio impleatur. L. 1. Cod. de his quæ sub mod. Si ergo stet per legatarium conditionem impleri, licet casu defectus evenierit, legatum non potest consequi dict. *L. In testamento 30. ff. de cond. & demonstr. L. Legatum 4. Cod. de condit. insertis. L. Uter. 23. ff. de cond. & demonstr. D. Amaya lib. 2. Observ. cap. 12. n. 18. Ad quod facit elegans textus in *L. Si peculium 20. §. Is cui servus 3. ff. de stat. libert. ubi favore libertatis constitutum esse asseritur, ut si servus sub conditione dandi pecuniam sit liber relictus, perveniat ad libertatem si parata decem habeat, vel postea habere experit, & is cui danda erat pecunia mortuus sit, quod adeo certum esse ait Consultus: Ut si eidem & legatum sit: mortuo eo, cui dare iustus est, ad libertatem quidem perveniet, non autem legatum habebit, & in hoc cæteris legarijs similis sit. Fac. etiam Leg. Cum tale 72. §. Falsam el. 2. ff. de cond. & demonstr. L. 3. Ubi gloss. ff. de cond. Inst.***

98

Et ideo in hoc casu locum habere existimarem D. Oleæ doctrinam tract. de Cess. jur. & act. tit. 2. quæst. 3. num. 20. & 21. ubi tenet filium posse in suorum creditorū præjudicium (sive ij Chirographarij tantum, sive hypothecarij sint) legitimam parentum renuntiare. D. Salgado 2. p. Labyr. cap. 16. numer. 79. & ferè

100 ferè per totū, & alijs ab eo relati. Imo, quod magis est, potest filius consentire gravamen à parente fieri in legitima, ut maioratus jure in ea succedatur, ut & tenet cum D. Salg. D. Olea ubi supra, licet contrarium sentire asserat Carleval de Iudic. tit. 3. disp. 25. n. 21. Cyriac. controv. 284. videndus.

101

Quæ tamen sententia dubia est in hoc casu; nam si successor, qui partem bonorum aggregare tenetur, vel partem suæ legitimæ, consentiat parenti de legitima maioratum instituire, & nulla alia bona habeat, conditionem defecisse videtur factio suo, & ideo in maioratu succedere non poterit ex d. *L. 30. ff. de cond. & demonstr. quæ tamen maturius deliberanda sunt; eo namque supposito, etiam infertur successoré, qui non habet nisi alium maioratum, cum de ejus bonis nihil aggregare possit, in hoc cum gravamine aggregandi succedere non posse, quod cum difficile sit deliberandum relinquimus.*

102

Denique dubitari potest an successor, quia aggregare tenetur, si maioratum melioravit, possit melioraméta facta cõpensare cum quantitate quam tenetur aggregare?

104

Incidit hic quæstio vulgaris de expensis à maioratus possessore factis, an, & quando eas à sequenti recuperare possit ejus hæres ad textum difficilem in *L. 46. Taur. quæ est hodie L. 6. tit. 7. lib. 5. Recop. ubi cavetur fortalitia, vel domus in Villa maioratus facta, vel alia melioramenta in Villa maioratus facta cedere maioratu, ut in d. *L. Cavetur. In cujus legis ratione investiganda ad ejus veram interpretationem Doctores nostri maximè diversi existunt, alij absolute asserentes meliorationes factas ad maioratū ei cedere, alij distinguentes inter meliorationes, quæ in domo principi alij maioratus fiunt, ut hæ maioratus fiant ad distinctionem aliorum, quæ in alijs rebus maioratus factæ sunt, & sic de alijs plurimis vulgarissimè**

disputatur, ut videre est apud Alvaradum de Conject. ment. def. lib. 2. cap. 4. à numer. 37. D. Molin. de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 10. numer. 16. & cap. 6. ex num. 14. Pat. Molin. tom. 3. disp. 644. Flores de Mena ad Gam. decis. 311. Rebell. de Oblig. just. 2. p. quæst. 9. sect. 3. num. 22. & 23. Pat. Sanchez lib. 4. Concil. moral. cap. 1. dub. 30. Gironda de Privileg. num. 884. & seqq. D. Castillo lib. 5. Controvers. cap. 65. ferè tot. maximè à num. 88. & lib. 8. de Alim. cap. 68. Mieres de Maiorat. 1. part. quæst. 10. num. 63. & seqq. & part. 4. quæst. 33. Gutierrez lib. 2. Pract. q. 81. & seqq. & lib. 3. q. 71. Aillon ad Gomez lib. 1. var. cap. 5. num. 12. & cap. 12. à n. 18. Idem Gomez d. lib. 1. cap. supr. citat. & in *L. 40. Taur. num. 72. & 1. var. cap. 12. num. 40. Garcia de Expensis, cap. 13. à num. 43. & cap. 16. & de Cõjugal. ac quæst. à n. 76. ubi plenè discutit Hermosill. in *L. 7. gl. 2. n. 38. tit. 4. p. 5. Valeron de Transact. tit. 4. q. 2. n. 36. Giurba de Success. feud. §. 2. gl. 12. n. 59. ampl. 5.**

Sed & ego indistincte tenerem meliorationes in rebus maioratus factas, cedere maioratu si à rebus maioratus separabiles non sint; si vero separari possunt maioratu non cedere, & hoc sive in re ipsa principali, sive in alia re maioratus melioratus sit indistinctè. Ratio esse potest, quia melioratio inseparabiliter facta, eo animo facta videtur, ut in maioratu acquiratur, & ita in feudo dispositum extat in *Consuetud. feud. lib. 2. tit. 8. §. E. contrario, ibi: Si quid feudo à vassallo adjectum sit, siquidem tale adjectum sit quod per se subsistere possit, idest, per se censeatur ut prædium, id non accrescit feudo; si vero per se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendum esse: quæ sententia confirmari potest ex latè cõgestis à Mieres de Maiorat. 1. p. q. 10. num. 132. & seqq. Giurba de Success. feud.*

<sup>106</sup> feud. §. 2. gloss. 12. dict. ampl. 5. & in feudo docet eleganter Marinis lib. 2. Resol. cap. 134. maximè à numer. 11. ubi explicat prædictum textum, & num. 12. ubi ait ædificium in re feudali factum ex juris dispositione ipsi rei cedere. Bald. in cap. 1. §. Si quis de manso. de contro. feud.

<sup>107</sup> Quam distinctionem si velis sequi, consequenter dubitari potest, an hæres ultimi possessoris habeat ad repetenda melioramenta, vel rem possit retinere quousque sibi de valore, & expenso in melioratione satis factum sit? Qui casus excipiunt in quibus melioramenta maioratui non cedunt, hoc ita affirmant: vide Alvarad. Mieres, & Hermosill. sup. relatos, Marta de Iurisd. part. 1. cap. 35. num. 17.

<sup>108</sup> Consequenterque in quæstione proposita dicendum est posse hæredem compensare melioramenta separabilia cum aggregatione, quæ debebat à successore fieri argum. textus in L. Si feudum 74. §. Titio, ff. deleg. 1. L. Julianus 44. ff. de cond. & demonstr.

<sup>109</sup> Æstimatio autem quomodo fieri debeat, vide L. Domos 61. ff. deleg. 1. D. Molin. dict. cap. 26. numer. 13. Marinis lib. 2. Resol. cap. 133. qui pluries distinguit ad resolutionem; sed æquius in hac specie iudicarem id attendendum quod res valet, non quod est impensum, juxta Molinæ sententiam, quam plures alij relati à Marinis sequuntur quem vide.

### Num. 28. & seqq.

<sup>110</sup> Facit L. 1. §. Præterea 12. vers. Quid ergo, ff. de separat. L. Sed si plures 10. §. Filio impuberi, ff. de vulgar. L. Si quis hæres, ff. de acq. hæred. L. Inter socerum, §. Cum inter, ff. de pact. dotal. L. Etiam, Cod. de jur. dot.

Videndus etiam Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 11. à num. 10. ad usque 18. ubi de augmento Marchionatus dignitati addito, tres casus di-

stinguit. Primo, quando accessoriè additur, & tunc additio fit pars dignitatis à n. 11. Secundo, quando separatim, & principaliter, quo casu cõtrarium docet. Ad hoc enim, ait, ut quod de novo acquiritur dicatur augmentum, vel additio; ita adjungi oportet, ut sit unum cum primo, aliàs secus, quia dicitur nova dispositio à num. 14. Tertio in dubio: tunc non præsumitur accessoriè addita, sed principaliter existere, & per se, ex n. 17. quibus conveniunt quæ dixi sup. proximo num. in ult. quæstione.

Quid autem si expressè aggregatio fiat, ut in bonis ita successio deferatur sicut in antiquo maioratu deferatur; de maioratu autem antiqui successione non constat? Qua de re scripsit Mieres de Maior. 1. p. q. 64. n. 23. & 24.

Ad quod supponendum est ex Giurba supra, & eodem Mieres de Maiorat. 2. p. q. 5. num. 66. quod si testator aggregaverit simpliciter bona ad maioratum sicut in eo est dispositum, & statutum circa successione, licet aliquas condiciones ordinaverit enuntiativè ad maioratum antiquum se referens, non ideo recedere videtur ab unione, vel aggregatione facta propter errorem. L. Cum falso, ff. de cond. & demonstr. L. Testamento, ff. eodem, itidem Mieres 3. p. q. 8. n. 53. videndus.

Si autem de maioratu antiquo non constat, ad consuetudinem succedendi recurrendum est, quod si neque de ea apparuerit, extrante dispositiva fundatoris voluntate, juxta regulas maioratum successio cõmuniter deferenda est, & ita docet Mieres dict. q. 64. num. 24. ex texto in L. Si servus plurium, §. ult. ff. deleg. 1. quia quando fit relatio ab eo, qui potest principaliter disponere, sufficit constare de mente illius, quamvis de relato non appareat. L. Si donatio, Cod. de donat. Cõducit idem Mieres 2. p. q. 4. illat. 8. num. 306. ubi maioratus institutio

cutio facta sub illis conditionibus quæ in alia scriptura apparuerint, si de ea non constat, pure facta manet. L. Si testamentum, Cod. de inst. & subst. L. Cum pater, §. fin. ff. deleg. 2. L. Si quis ita scripserit, ff. de hæ. inst.

### Num. 29. 30. & 31.

<sup>115</sup> Auctoris sententia comprobari potest ex eleganti doctrina Surd. conf. 143. numer. 60. quem refert Costa de Fact. scient. inspect. 28. n. 4. ubi actus factus sub tali protestatione, si pendet à facultate voluntateque facientis, à protestatione informatum argum. textus in L. Alimentis, Cod. de negot. gestis. L. Et si quis 14. §. 7. de Religios. de quo latius dicam infra ad 7. p. cap. 4. ubi de protestatione facta contraria; & hac ratione aggregatio facta ad maioratum antiquum sub contrarijs conditionibus valida est, nec conditiones rejiciuntur, quando verbis taxativis sunt appositæ, & præcisam vim habentibus; quia per specialem determinationem videtur generali dispositioni derogatum. L. Cohæredi 41. §. Qui patrem, ff. de vulgar. Quid autem si duos maioratus diversis conditionibus habens simpliciter aggreget, cujus nam aggregatio naturam sequatur disputat Cassanat. conf. 57.

### Num. 32. & 33.

<sup>117</sup> De Regnorum unione, quæ æque principaliter, vel accessoriè fit, latè agunt DD. De æque principaliter facta, vide Did. Rerez in L. 18. gloss. Que ninguno, tit. 3. lib. 1. Ordinar. Burgos de Paz in L. 2. Taur. num. 45. Lancellot. Galiaul. in Consuetud. Alex. in præfat. num. 24. Aguirre in Apolog. pro Phip. 4. à n. 45.

Camill. Borrel. tom. 1. Summ. decis. titul. 43. num. 158. Hieron. Olives in Proemio ad Leg. Sardin. num. 19. Gizzarel. dec. 42. numer. 23. D. Salgad. 1. p. de Protec. Reg. cap. 9. à n. 116. D. Valenzuel. conf. 23. num. 14. & conf. 79. num. 39. & conf. 82. à num. 79. Pereyra decis. 2. D. Solorzan. de Indiar. Iur. lib. 2. cap. 1. num. 47. Sesse decis. Arag. 113. Hieronym. Leo decis. Valent. 2. numer. 23. Gonzal. in Reg. 8. gloss. 5. §. 7. num. 122. Paul. Xamar. Rer. judicatar. 1. p. defn. 20. num. 22. D. Laur. Matheu. de Regim. Valent. cap. 8. §. 8. numer. 369. D. Larrea alleg. 10. à num. 23. Cabed. dec. 89. Dom. Crespi observat. 15. à numer. 43. Urritigoyti de Eccles. Cathedral. cap. 8. num. 19 & 118. Dom. Petr. Frasso de Regio Patron. cap. 7. n. 45.

De unione accessoriè facta, vide de cap. Recolentes de Stat. Monachor. L. Cum feudus 10. ff. deleg. 2. L. 8. §. 1. ff. de captivis. L. 4. tit. 12. p. 1. & ibi D. Greg. gloss. 5. Mieres de Maiorat. 3. p. quæst. 8. à num. 22. Pareja de Instrum. edit. tit. 2. resol. 9. à num. 57. Petr. Barbof. in L. Cum prætor. 12. §. fin. à num. 226. ff. de Iudic. Peregrin. decis. 1. Gratian. Discept. cap. 9.

Addendi D. Paz de Temuta, cap. 119. 39. numer. 29. & 30. ubi de unione Indiarum accessoriè ad Regnum Castellæ facta anno 1523. ex pragmatica sanctione die 22. Octobr. ab Invictiss. Carol. V. promulgata, & repetita; antea enim jam à Regina Joanna idem statutum fuerat. Vide L. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. Indiar. & D. Solorzan. lib. 2. cap. 21. num. 5. & lib. 3. cap. 1. num. 4. tom. 1. de Iur. Indiar. & de Gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 4. & lib. 3. cap. 25. num. 15. Lafarte de Decim. vendit. in Addition. præfat. num. 20. D. Valenzuel. conf. 82. num. 20. Carleval de Iudic. tit. 1. disp. 2. num. 829. ubi omnia Regna Hispaniæ, scilicet Aragoniæ, Portugalliæ,

galliae, Flandriae, Castellae esse unita aequae principaliter. De Regnis Lusitaniae adde Petr. Barbof. in *L. Haeres absens, §. Proinde, num. 142.* Videndus D. Frasso *cap. 7. supr. à n. 42. tom. 1.* D. Salzed. de *Leg. Politic. lib. 2. cap. 10. num. 29.* Mieres d. *quæst. 8. p. 3.* August. Barbof. *tot. 126. num. 319.* Jul. Capon. *tom. 4. Disceptat. cap. 12. & 3. disceptat. 271.* D. Solorzan. *lib. 3. Politic. cap. 6. fol. 288. vers. Pero,* ubi quod solus Princeps unionem facere potest. Noviter Joann. Bapt. Luca *lib. 3. in Theatr. verit. de Iurisdic. discurs. 21. num. 9. & disc. 22. numer. 6. & 7.* de unione Regnorum Hispaniae.

## Num. 34.

Vide Auct. infr. *p. 8. cap. 3. in fin.* Flores de Mena *lib. 1. var. 9. 17.* D. Molin. & Addent. *lib. 1. cap. 1. à n. 27.*

## Num. 35.

Aug. Barbof. de *Iur. Eccles. tom. 2. cap. 5. n. 9. & lib. 3. pag. 134.*

## Num. 36. &amp; 37.

Vide Auct. *p. 8. cap. 3. num. 33.* Fragos. de *Regimine 3. p. lib. 9. disp. 20. §. 5. num. 28.* D. Valenz. *conf. 172. per tot.* Doctiff. Alvarez Pegas in *Ordinat. Regn. Portug. tom. 4. lib. 5. gloss. 1. cap. 1. num. 128.* Valeron de *Transact. tit. 3. quæst. 6. num. 27. & 28.* qui de Capellanijs, quæ sine Episcopi autoritate sunt institutæ, nec collativæ sunt, intelligit, in quibus successio ad instar maioratus defertur, licet in beneficijs Ecclesiasticis prohibita sit. Barbofa ad *Concil. Tridentin. session. 25. de Reformat. cap. 15. numer. 9. vers. Clericum non*

*prohiberi: Villarroel Govern. Eccles. tom. 1. p. 1. quæst. 9. art. 7. n. 7.* ibi: *Puede el hijo de el Clerigo succeder al padre en la Capellania que està instituida para los de la parentela, sin autoridad del Obispo, pero no de las que piden Canonica institucion.*

Quo supposito, vera est Aucto-<sup>123</sup> ris sententia, & tenenda; quando, scilicet, in Capellania, vel patronatu unus ad successionem vocatur, maioratum institutum videri. Comprobatur ex D. Christophoro de Paz de *Tenut. cap. 51.* ubi affirmat Tenuta locum esse in successione Capellaniae, vel anniversarij, quæ in familia est instituta cum prohibitione alienationis, ut uni tantum defertur gradatim, & ordine successivo. D. Castillo *lib. 5. cap. 90. n. 38.*

Et non solum & unius vocatio-<sup>124</sup> ne hoc concluditur, sed etiam ex onere Missarum bonis inuncto perpetuo; quia licet ex solo onere Missarum non inducatur maioratus, ut verius docent Antunez de *Don. Reg. 3. p. lib. 2. cap. 21. num. 25.* Doctiff. Alvarez Pegas ad *Ordinat. Lusitan. lib. 1. tit. 62. §. 6. num. 2. & 3. & lib. 5. Resol. cap. 4. num. 228.* D. Valenz. *conf. 111. à num. 1.* Gama *decif. 30.* D. Castillo *lib. 5. cap. 93. §. 11. à num. 2.* & alios plures quos refert, sequiturque Doctiff. Pegas *dict. cap. 4. num. 225.* & ob id bona possint cum<sup>125</sup> prædicto onere in alios transferri, & alienari, ex *L. Nihil proponi, ff. de leg. 1. L. Fundi Trebatian, ff. de usufr. leg. Gam. dec. 224. & 286.* Gratian. *tom. 1. Discept. cap. 116. num. 9.* Peryra *dec. 21.* Themud. *dec. 78.* Carvalh. de *una, & altera quarta, 2. p. n. 140.* Valasco, D. Lara, & alij apud Doctiff. Pegas, ubi ita decifum refert *num. 228.* Antunez *dict. cap. 21. num. 26.*

Id tamen fallit in anniversarijs,<sup>126</sup> vel Capellanijs, ubi cum onere con-

currit

currit hæc urgens conjectura unius vocatio scilicet ad successionem prohibita alienatio, vel quævis alia conjectura maioratus, ut resolvit Doctiff. Alvarez Pegas *supr. numer. 226.* ibi: *At vero quando ultra eum dantur supradictæ conjecturæ*

Et in hoc casu loquuntur D. Lara de *Capell. lib. 1. cap. 4. & 5. num. 48.* Alvarad. de *Conject. ment. lib. 2. cap. 1. §. 1. numer. 27.* Felician. de *Censib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 20.* Flores de Mena *lib. 1. var. cap. 17. & in decis. 30. & 225.* Gamæ, Menoch. de *Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. numer. 71.* Prætis de *Interpret. ult. vot. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. sol. 9. numer. 15.* D. Vela *dissert. 35. num. 152.* Adde D. Valasco, & alios apud Doctiff. Alvarez Pegas *n. 225.*

<sup>127</sup> Id autem observandum erit toties Capellaniam laicalem esse nec pro beneficio Ecclesiastico reputari, quoties autoritate Episcopi erecta non est, vel si per legitimum tempus annorum 40. Episcopus collationem habuerit, licet ejus autoritate non sit instituta, beneficium Ecclesiasticum erit. Vide Fermosin. *p. 2. alleg. 2. num. 26.* ubi cum alijs ita docet.

## Num. 39.

D. Præf. Covar. *lib. 3. var. cap. 5. num. 3.* Tondut. *Resol. tom. 2. p. 2. cap. 143. n. 5. & 6.*

## Num. 40.

<sup>128</sup> Ex natura primogenij Giurba de *Succes. feud. §. 2. gloss. 4. n. 119.* D. Molin. & Addent. *lib. 1. cap. 3. n. 6.*

## Num. 41. &amp; seqq. &amp; 53.

Vers. Unde, & n. 37.

De conjecturis inducentibus maioratum alibi ego dixi, vide D. Molin. & Addent. *lib. 1. cap. 5. & 6.* D. Castillo *lib. 4. cap. 9. & lib. 5. cap. 93. §. 2. & seqq. cap. 143.* D. Valenzuel. Velasquez *conf. 185.* Hermosill. in *L. 44. gloss. 5. titul. 5. p. 5.* Barbof. *vot. 72.* Vela *dissert. 49. num. 32.* Giurba de *Succes. feud. §. 1. gloss. 8. num. 24.* D. Crespi *observat. 17.* Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. dict. cap. 4.* Ripol. in *L. Titio 71. ff. de cond. & demonstr. num. 62.* Alvarad. *lib. 2. c. 4. num. 52.*

## Num. 44. &amp; seqq.

Conducit Gomez in *L. 18. Taur. 129* *num. 2. & in L. 40. num. 49. & lib. 1. var. cap. 12. num. 48.* D. Castillo *lib. 6. cap. 121.* August. Barbof. *vot. 126. num. 118.* Tondut. *Civil. lib. 2. q. 51. à num. 35.* ubi an plures eligi possint à facultatē ad unum eligendum habente.

## Num. 50. &amp; seqq.

Conducit D. Castillo *cap. 120. 130* *Cyriac. contro. 496.* ubi unico filio an videatur conditio, si sine filijs, impleta?

## Num. 53.

Giurba de *Succes. feud. §. 1. gl. 8. 130* *n. 42.* D. Vela *dissert. 49. n. 42.* Maldonad. ad *Molin. lib. 1. cap. 11. num. 7. & 8.*

## Num. 54. &amp; 55.

Vide supra *num. 41. relatos.*



## AD PARTIS I,

## CAP. VIII.

## ADDITIO.

## SYMMARIUM.

- 1 Astrologiæ laus, remissivè.
- 2 Secundogeniti vocatio an sit primogeniti, & ejus lineæ exclusio.
- 3 Exclusus ex uno capite ex alio potest succedere.
- 4 Specialiter vocatis deficientibus, successio maioratus regulariter deferenda est.
- 5 Vocatio specialis non inducit exclusionem aliorum qui à lege vocantur, p. l. c. 8. n. 12.
- 6 Casus omissus manet in dispositione Juris communis. & 7.
- 8 Maioratus irregularis, deficiente causa, naturæ suæ reddit.
- 9 Exclusus semel, non censetur perpetuo exclusus, sed suspensus durante causa.
- 10 Maioratus secundogenituræ induci ex conjecturis potest.
- 11 Dispositio ita debet interpretari ne testator velit familiam suam cum alijs confundi.
- 12 Maioratus duo si de iisdem bonis facti sint, sustinetur qui in favorem secundogeniti factus est quàm plerumque testatoris memoria nequit conservari.
- 13 Primogenitus deficiente secundogenito non succedit in maioratu secundogenituræ, sed ad tertio, vel quarto-genitum deferatur.
- 14 L. 7. tit. 7. lib. 5. adducitur.
- 15 Mieres 2. p. q. 6. n. 213. refertur.
- 16 Maioratus incompatibilis an possit cum maioratu dignitatem habente conjugi ratione splendoris succedatis.
- 17 Primogeniti exclusio an cessate causa cesset.

- 18 Secundogenitus si per mortem primogeniti efficiatur primus, non potest in maioratu secundogenituræ succedere, 19. 20. & 21.
- 22 Limita si causa exclusionis primogeniti in eo cesset.
- 23 Qualitas requisita prius quam linea gradusve attenditur.
- 24 Renūtians maioratum an post mortem renūtiatarij iterum debeat admitti.
- 25 Voluntas testatoris est lex successioneis.
- 26 Primogeniti exclusio causalis non absoluta, qualitatem maioratus non mutat.
- 27 Secundogeniti vocatio est primogeniti exclusio, & quando remissivè, & de ratione, & 38.
- 28 Maioratus secundogenituræ regulariter deferatur secundogenitis, sicut primogenituræ primogenitis, & 30.
- 29 Vocatio collectiva secundogeniti omnes comprehendit qui talem habent qualitatem.
- 31 Maioratus secundogenituræ an deferatur primo, vel secundogenito si omnes sint in linea secundogenituræ, & 32.
- 32 Maioratus incompatibilis successio mortuo secundogenito, an deferatur ad feminam tertio-genitam, vel masculo primogenito, & seqq.
- 36 Lex Lusitanæ lib. 4. tit. 100. §. 9. & 10. refertur.
- 37 Femina in maioratu secundogenituræ licet maior sit, succedere debet, quia masculo extante sit secundogenita.

## A Num. 1.

**E**X nostris videndus Dom. Laur. Mattheu. de Regim. Valent. tom. 2. c. 7. §. 3. tot. sect. 2. quæ incipit à n. 47.

## Num. 12. &amp; seqq.

Quæstio est, an ex vocatione secundogeniti inducatur exclusio primogeniti, & ejus lineæ, ita ut ejusdem secundi linea deficiente, potius ad tertium, quam ad primum deferatur successio?

cessio? Qua in re certissimum est regulariter, primogenitum potiorè esse, quam tertio, vel quartogenitum, nisi aliud ex voluntate testatoris colligatur.

- 3 Probatur I. ex L. 1. §. Sed videndū ibi: Poterit igitur ex seq. parte succedere. ff. de success. edict. L. 42. ff. de bon. libert. ubi regula: *Ei qui alio jure venit quam eo quod amisit, non nocet id quod perdidit, sed prodest quod habet.* L. Qui duos, ff. de conjung. cum emancip. liber. id est ex nova causa. Optime Bald. in cap. Studuisti, numer. 7. de officio deleg. ibi: *Quod perdidit ex uno capite speciali, recupero ex generali.* D. Gregor. in L. 3. tit. 13. p. 6. gloss. Mujeres, quæst. 23. vers. *An autem femina in fin.* Menoch. cons. 197. num. 75. lib. 2. & cons. 199. à num. 10. & cons. 595. num. 35. lib. 6. quibus omnibus probatur exclusum ex uno capite ex alio posse admitti: ergo licet post secundogenitum non sit vocatus primogenitus, sed omissus ut supponitur, deficiente linea secundi vocati, debet admitti.

- 4 Secundo probatur ex textu in L. 32. §. In fideicommissio, ff. deleg. 2. & in cap. 1. de Natura success. feud. ibi: *Sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur:* ergo æqualiter successio competit primo, & tertio-genito deficiente linea specialiter vocata. Sed ea æqualitas deficit ex privilegio, & prælatione primogeniti, qui cæteris omnibus præferendus est: ergo deficiente linea vocata potior est primogenitus. D. Castillo lib. 5. cap. 168. num. 1.

- 5 Quod etiam probatur ex eo quod omissio primogeniti, non est inductiva exclusionis illius, imo quoties aliqui vocantur specialiter, non ideo videntur exclusi cæteri qui à lege vocantur. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 6. num. 480. ergo secundogeniti vocatio non est inductiva exclusionis primogeniti.

Inde videtur quod si testator maioratum in filium ejus secundum instituerit, nec ulterius vocando progressus sit, deficiente linea vocati, non ad lineam tertio-geniti, sed primogeniti devenire debet successio: quia hic casus manet omissus à testatore, & in dispositione Juris communis. L. Commodissime, ff. de lib. & posthumis. L. Extraneus, ff. de cond. ob caus. Decius cons. 72. num. 1. & 2. Natta cons. 463. num. 12. lib. 2. Zephal. cons. 343. numer. 11. lib. 3. D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 11. Sfort. Odd. cons. 36. numer. 14. Surdus cons. 416. num. 21. Honded. cons. 8. num. 15. ubi quod casus omissus remanet in dispositione Juris communis, & secundum Juris dispositionem decidendus, etiam si in casu omissio urgeret eadem, seu maior ratio.

Et maioratus naturæ suæ redire debet argum. L. Inde neratius, ibi: *Ad eam enim partem reddere debet, à qua ab initio decisus est,* ff. de usufruct. accrescend. L. Si unus, §. Pactus, ff. de pact. L. Filio quem pater, ff. de liber. & posth. quoties enim ejus natura in aliquo prævertitur, non tamen in cæteris immutatur, sed potius conservatur, & retinetur. D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 26. & lib. 13. cap. 4. num. 61. D. Castillo lib. 5. cap. 92. num. 12. & cap. 193. §. unic. Mieres de Maiorat. d. q. 6. numer. 460. & seqq. DD. in cap. 1. de Feud. non hab. prop. natur.

Et denique probatur ex resolutione D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 22. & lib. 3. cap. 5. num. 72. quibus in locis docet in maioratus successione verissimum esse exclusum semel, non censerì perpetuo exclusum, sed potius suspensum durate causa exclusionis, donec duraverit persona, vel linea, quæ ipsum exclusit; ea autem extincta, posse eum, qui fuit exclusus, ad successionem admitti. Avendaño in L. 40. Taur. gloss. 10. à n. 48.

Mieres 2. p. q. 6. à num. 178. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 10. num. 29. in fin. & melius quam alibi docet §. 25. gloss. 6. num. 11. Flores de Mena ad Gamæ dec. 37. D. Castell. cap. 91. num. 60. & seqq. & cap. 92. à num. 58. & lib. 5. cap. 143. §. unic. numer. 15. & 16. Addent. ad Malin. ubi supr. D. Solorzan. lib. 2. de Gub. Indiar. cap. 19. num. 34. tom. 2. unde exclusio primogeniti durare debet, quatenus secundogeniti linea existat, ea vero deficiente, superstite linea primi, ad eam successio pertinere debet.

Hæc ita vera sunt, ut dixi, regulariter, deficiunt tamen in casibus per Auctorem à num. 31. quando scilicet exclusionis ratio generalis est, & ideo secundogeniti linea vocatur, quod, vel expressè à testatore ita dispositum sit, vel etiam tacite ex conjecturis, primogeniti enim exclusio ex conjecturis induci potest. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 4. ill. 8. numer. 334. D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 7. in fin. & lib. 3. cap. 2. n. 28. ubi Add. D. Castillo lib. 6. cap. 180. numer. 14. Mastrillo decis. 266. num. 20. D. Valenz. conf. 69. num. 11. Maldonad. ad Molin. lib. 3. cap. 2. n. 28.

Et dispositio testatoris semper ita debet interpretari, ut testator velit, ne familia sua, & arma cum alijs confundantur. Mieres de Maiorat. p. 2. q. 4. illat. 8. num. 20. & cum hic regularis effectus sit dispositionis, quæ concursum maioratum impedit, pro expresso haberi debet, ut observat pluribus D. Larrea decis. 51. Granat. n. 17.

Conducit D. Greg. in L. 2. tit. 15. p. 2. quem sequitur Alvarado lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 29. ubi ait: quod si duo maioratus eodem tempore de iisdem bonis facti inveniantur, unus in favorem primogeniti, alter secundogeniti, primogenitus præferendus est, nisi in ejus persona ob alium maioratum, quem habeat, memoria fundatoris conservari non possit, tunc

eaim secundogenitus est præferendus.

Et ex prædictis ad quæstionem Auctoris inferitur primogenitum, & ejus lineam non posse succedere in maioratu incompatibili, quoties alter frater tertio, vel quartogenitus adest qui possit in eo succedere, quod probatur ex L. 7. tit. 7. lib. 5. ibi enim ob incompatibilitatem vocatur in exclusionem primogeniti filius secundogenitus, vel filia, ibi: *El hijo, ó hija, segundo succede en el otro mayorazgo.* Unde omnino linea primogeniti excluditur extantibus alijs fratribus: & solum in eorum defectu in linea primogeniti constituitur alia linea secundogenituræ in ejus filijs, ibi: *Y sino huviere más de un hijo, &c.* ergo in maioratu secundogenituræ, nisi deficiente tertio, quarto, vel quintogenituræ linea, primogeniti non debet admitti, quod, licet breviter, observavit Mieres 2. p. q. 6. num. 213. vers. Sed & ibi: *Inferitur alia conclusio singularis, quod si ex L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. vel ex tenore, & fundatione maioratus filius maior non possit habere duos maioratus, sed unum; si forte filius, vel filia secunda, quæ habuit maioratum, decessit absque filijs in vita filij maioris, & non sit alius filius, vel filia, qui sit in eodem gradu, qui possit succedere in maioratu, ille filius maior pro vita sua habebit illum maioratum, & post ejus vitam filius secundus, aut filia secunda, quod est memoriæ mandandum.* D. Vela dissert. 49. n. 39. Robles de Repræs. lib. 2. cap. 6. n. 439.

Ex quibus periculosa & suspecta redditur D. Gregorij Lopez doctrina, quam sequitur Alvarado de Conject. ment. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 39. D. Valenz. conf. 69. num. 26. ad 31. Add. que ad Malin. lib. 2. cap. 14. num. 26. ad 36. referunt, qui dicunt maioratum incompatibilem ex voluntate testatoris à primogenito retineri posse, si cum magna dignitate conjungatur ob splendorem illius

EX-

existentis apud successores maiora-tes in honorem familiæ testantis: sed hæc ratio nulla quidem, & non consideranda est; ob successionem enim alterius maioratus familia testatoris obumbratur, & quoties maioris dignitatis sit maioratus, qui defertur, magis familia testantis obumbratur, & obscuratur quod ab ejus voluntate abhorret, nam, ut aiebat Seneca in Controvers. lib. diceret etiam testator si viveret: *Non mutarem patrem, si naturam mutare potuissem;* ex quibus cognitum est, unumquemque suam familiam maiori prosequi affectu, qualibet alia, etiam digniori præfulgente dignitate.

## Num. 14. 15. &amp; seqq.

De quo infra part. 3. cap. 4. à n. 19. ubi dico.

Et non nihil tamen conveniunt doctrinæ D. Molinæ lib. 3. cap. 5. circa exclusionem fæminarum, tradicæ ad præsentem quæstionem de exclusionem primogeniti, & hoc ideo, quia sic, ut fæminarum in Hispania, primogeniti exclusio irregularis est, ideoque certis gradibus, vel personis admittitur, ad alios non extenditur, maxime ratione exclusionis deficiente: ergo toties primogenitus admittendus est, quoties ab alio maioratu ob quem exclusus est admitti non possit, si exclusionis causa expressa sit, quod latius alibi dico. Videndi D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 26. & lib. 3. & cap. 5. num. 73. D. Castillo lib. 5. cap. 91. D. Vela dissert. 49. à n. 37. Cyriac. controvers. 174. & 223. & 283. Barbof. vot. 126. à num. 137. & 141. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. & n. 11.

Et secundogenitus ipse, si ratio exclusionis in eo tempore delatæ successione inveniatur, excludi debet, veluti si morte maioris ipse primogenitus efficiatur, docet Mieres de

Maiorat. 2. part. quæst. 6. num. 211. ubi proponit casum, & ait: *Quam quæstionem vidi in practica multis præteritis annis postquam hæc scripsi, nam si testator abhorruit confusionem maioratus nominis, & armorum, & hæc causa daret postquam maioratus principalis familiæ ad secundogenitum devenit, qui alium possidebat, non videtur posse utrumque retinere, cum jam reperiatur proximior institutori maioratus, qui tempore mortis erat remotior non quidem gradu, sed primogeniti qualitate, quam simul cum alio retinere nequit, per L. Substituti, ff. de vulgar. L. Non sine in pr. Cod. de bonis quæ liberis, §. Proximior, inst. de agnat. success. Idem docet Ripa respons. 131. à num. 14. ad 16. ibi: *Hujusmodi ergo substitutio qua vocatur secundogenitus domus de Claramonte, sub conditione, si Joannes moriatur sine filijs masculis, proculdubio intelligenda est de eo qui est secundogenitus tempore, quo morietur Joannes sine filijs masculis.* Mantica de Conjectur. lib. 8. tit. 10. num. 8. *Et quidem in tantum is dicitur esse primogenitus, qui prior solus superest, ut si aliquid relictum sit secundogenito, ab hujusmodi relicto ipse excludatur.* Refert eos D. Valenzuel. conf. 69. num. 10. & 11. & comprobatur ex traditis ab eo conf. 171. numer. 57. ubi quod secundogenitus deficiente primo assumit primogeniti qualitatem, & tertio genitus secundogeniti, Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. num. 21. & gloss. 10. num. 28. nec potest in uno primogenituræ, & secundogenituræ qualitas residere, licet dicat Giurba dict. gloss. 10. num. 24. maiorem, & minorem diverso respectu, quem ceteri posse ex Can. quæritur 2. quæst. 7. quod intellige ex eodem Giurba gloss. 6. n. 22. ibi: *Tum quia una, & eadem persona, descendens etiam dicitur, & ascendens, ita ut respectu præcedentium sit secundus, respectu sequentium primus;* & ibi plures refert.*

O iij

In-

22 Inde rejicienda est sententia D. Ferdin. Matute *Disquisit. leg. disq.* 22. & 30. ubi secundogenitus tempore institutionis, si tempore successionis sit primogenitus ob mortem fratris maioris, an possit succedere, non obstante quod vocatus sit ad exclusionem primogeniti? Quod affirmativè resolvit, & absolutè dictum est falsum, si tamen ratio exclusionis primogeniti deficiat, licet ipse primogenitus effectus sit, succedere poterit, quia cessante ratione exclusionis, cessare debet exclusio, ut in suo casu cessare supponit Matute numer. 4. & probat *L. Quod si iterum, ff. de rei vindicat.* Tiraquel. *Cessant. caus. num. 96. & 97.* Sim. de *Præc. de Interpret. ultim. volunt. lib. 1. dub. 2. fol. 5. numer. 25.* Alvarad. de *Conject. lib. 2. cap. 3. numer. 42. vers. Infert. & quarto.*

## Num. 22.

D. Lara de *Capel. lib. 1. cap. 3. à num. 1.* Mieres 2. p. *quæst. 4. in princ. à num. 2.*

## Num. 24.

D. Vela *dissert. 49. num. 35.* conducit Cyriac. *controv. 414.*

23 Observandum tamen, prius attendi qualitatem, quam lineam, gradum, sexum, ætatem, D. Castillo *lib. 5. cap. 93. à num. 20.* ergo in maioratu instituto in personis qualitatem secundogeniti habentibus, non oberit, quod primogenitus sit maior, & proximior, cum ei deficiat qualitas quæ prius attenditur, & ita dicit Auctor *hic à num. 39.* Mieres de *Maiorat. 2. p. quæst. 4. num. 7.* Auct. laudat Doctissimus Alvarez Pegas *Forens. cap. 4. n. 41. in nov.*

## Num. 28.

Dixi *supr. cap. 6. num. 210.* D. 24 Castillo *lib. 3. cap. 12. numer. 123.* Cabed. *dec. 93. p. 1.* Giurba de *Success. feud. §. 2. gloss. 8. à numer. 49.* D. Olea de *Cess. jur. titul. 3. quæst. 5. à numer. 48.* Censal ad *Peregrin. de Fideicommiss. art. 52. vers. Tertio deduco, pag. 357.* & alij apud Maldonado ad *Molin. lib. 1. cap. 6. numer. 45.* Addent. ad *Molin. lib. 3. cap. 2. num. 21. ad 27.* Noviter Auctore laudato Doctiff. Alvarez Pegas *Forens. Resol. cap. 4. num. 41. in nova editione, tom. 1. ubi doctiffimè.*

## Num. 31.

D. Molin. *lib. 1. c. 2. num. fin. & 25 cap. 8 num. 37.* D. Valenz. *conf. 69. à num. 1.* D. Vela *dissert. 49. numer. 50.* D. Solorzan. *lib. 3. cap. 12. vers. Esto es, fol. 327. & cap. 23. fol. 484. vers. T más.* Pat. Molin. *tract. 2. disp. 628.*

## Num. 32.

26 Diximus *supr. cum Auct. cap. 2. & p. 3. cap. 1. numer. 77. & seqq.* D. Castillo *hic num. 2. cap. cit.* D. Vela *dissert. 49. num. 39. in fin.* Sed in hoc primo casu exclusio primogeniti non est absoluta, sed causalis, & ideo qualitatem maioratus non immutat, sed linea odiosa excludetur; ubi autem odium defecerit primogenitus succedit ex dictis *supra cap. 6. ad num. 123. §. 112. & seq.*

## Num. 33. &amp; seqq.

Auctorem hic *num. 33. & 34.* sequitur, & laudat D. Olea *in posterioribus*

*ribus addit. ad suum tract. de Cess. jur. sub tit. 3. quæst. 4. num. 8. quæ prælo datae Matriri anno 1682.*

27 Secundus casus de quo vide *infra p. 7. cap. 6. à n. 49. & p. 4. cap. 1. n. 87. & p. 8. cap. 7. n. 18.*

Rationes autem vide *3. p. cap. 5. ubi latius exornat, & aliam causam addit numer. 35. & seqq.* D. Castillo *hic cit. numer. 15. ante vers. Item etiam.*

## Num. 38. 39. &amp; seqq.

28 Ad tertium casum vide Auct. *7. p. cap. 6. num. 49. & p. 8. cap. 7. num. 18. & 4. p. cap. 1. num. 87. & hoc casu maioratus dicitur qualitatis secundogenituræ, quæ in successoribus absolutè sine ulla limitatione desideratur. Conducit D. Molin. lib. 1. cap. 5. à n. 18. ex origin. doctrina Ancharran. *conf. 27. cap. 3. & 4.* Addent. *ibidem vers. Ex quo profuit, & num. 20. & 21.* ubi idem quod in maioratu qualitatis primogenituræ asserit in principio, docet in maioratu hujus qualitatis in *vers. Et licet primogenitus, & vers. Ex quibus,* ut comprobatur tradita à nobis *supra ad num. 14. vers. Et secundogenitus ipse.* Leo *dec. Val. 60. n. 42.**

29 Hoc ideo, quia colectivo nomine *Secundogeniti* appellantur, qualitasque nunquam deficit *cap. Quoniam Abbas de offic. deleg. cap. Requisiti 15. per textum ibi de testam. & ibi D. Covarr. & utrobique Barbof. L. Nonnumquam, ff. ad Trebelian. L. Lucius, §. Mævia, ff. eod. L. Ita liber. vers. Labeo, ff. de statu lib. L. Si communis 37. ff. de stipulat. servor. L. Quod Principi, L. August. ff. de leg. 2. L. Boves, §. Hoc sermone, ff. de V. S. L. 3. §. Filius, ff. de lib. & posth. L. penult. ff. de reb. dub. L. Si quid earum, §. fin. ff. de leg. 3. L. Scio amico, ff. de annuis leg. Gomez 1. var. cap. 5. num. 20. ubi Aillon n. 22. Marta *Success. leg. 4. p. q. 18. art. 4. à n. 6.* Fufar. *quæst. 477. & seq. de Subst.**

Barbof. de *Pot. Ep. 3. p. alleg. 116.*

30 Et observa quod maioratus in *secundogenito* institutus, eodem modo regulari debet ad successionem, quo maioratus in *primogenito* institutus: & notat Mieres de *Maiorat. 2. p. quæst. 4. illat. 8. numer. 334.* & ideo secundogenitus habet regulam pro se in maioratu secundogenituræ, sicut in primogenitura primogenitus. D. Castillo *lib. 5. cap. 178. n. 10. ad fin. & num. 11. Vela, & Robles ubi supra.*

## Num. 46.

Dixi alibi, & probat Marta *Success. leg. 1. q. 11. art. 1. n. 17.*

## Num. 48.

Dixi ad *num. 32. & ad num. 14.* ubi ad hunc quartum casum.

## Num. 49.

31 Quintus casus, quando contenditur inter descendentes secundogeniti super maioratu hujus qualitatis: in qua specie primogenitus, qui est in linea, succedere debet, quia in dubio pro eo est pronuntiandum. Roland. *conf. 59. num. 49.* & alij apud Mieres de *Maiorat. 2. p. quæst. 4. à num. 3.* Hoc ita, nisi sit inhabilis, vel alium maioratum possideat. Mieres ubi *supr. num. 7. ex L. 2. tit. 15. p. 2. & alijs: & eleganter probatur ex L. 42. ff. de bon. libert.* Et ratio hujus sententiæ est: quia primogeniti exclusio sub conditione est, & causalis: deficiente ergo ratione, & causa vocatus intelligitur. *L. Aliquādo 106. ff. de cond. & demonstr. ibi: Veluti quod sub conditione ademptum est, quia sub contraria conditione datum intelligitur. L. Si legatum 10. ff. de adim. leg. L. Cum pure. L. Si legatum pure.*

pure. *L. Legata inutiliter*, ff. eod. Angel. in §. *Si quis autem*, vers. *Auferri*, *Auth. de hered. & falcid. Castrens. conf. 191. num. 4. vol. 2. Tiraquel. Cessant. caus. p. 1. num. 95. Riccius conf. 107. numer. 18. Zephal. conf. 559. num. 24. lib. 4. Surd. conf. 416. num. 14. Mieres 2. p. quest. 4. illat. 8. num. 25. Paris. conf. 47. num. 8. vol. 3. Cum ergo ex generali exclusione, qua primogenitus non debeat excludi, ex eo quod subest in linea secundogeniti, debet succedere.*

Num. 50. usque ad finem.

33 De sexto, & septimo casu sapius dubitandum est, & controversum in successione Marchionatus de Moya: qua de re scripsit Cevallos quaestionem communem quaest. 3. p. 9. 828. D. Castillo tom. 6. cap. 160. num. 6.

34 Et in Baronia de Espes de qua hic Auctor num. 54. meminit, videndi Roland conf. 59. vol. 3. de quo mentio apud Mieres 2. p. 9. 10. num. 4. item Zephal. conf. 312. vol. 3. Natta conf. 676. & 677. & seq. vol. 4. Cravera conf. 985. Decian. hic: & ita decisum affirmat Ponté conf. 4. n. 56. Ramon conf. 100. n. 138.

35 Et decisio Auctoris in hac controversia omnino tenenda est in iudicando, & consulendo; eamque distinctam praesentit ante D. Castillo hic citatus, ego etiam D. Castillo non viso infra p. 8. cap. 7. a num. 7. a. lxxi. Et ita apud Lusitanos dispositum, & interpretatum reliquit Sapiensissimus Rex noster Philippus Secundus lib. 4. tit. 10. §. 9. & 10. ubi de incompatibilitate agens ita: *E nam ficana do dito matrimonio filho algum varão, & ficando hũa, ou mais filhas, taes, que conforme a qualidade dos bens, & clausulas das instituiçoes, pãdem succedem nos ditos morgados, o que dito he, & no modo em que os ditos morgados os filhos devem*

succeder, haverà lugar nas filhas.

*E se houver hum só filho varão que haja de escolher hum dos ditos morgados, no outro succederà a filha que houver, nam sendo excluida pelas clausulas da instituiçam, & sendo chamada por ella, em caso que nam haja filho varão, poderà succeder no outro morgado. E em caso que a dita filha seja excluida pelas clausulas da instituiçam, o dito filho só que houver, succederà em ambos os morgados, & os possuirà como acima dito, em o caso em que ha hum só filho. Vide p. 8. cap. 7. ad num. 7. ubi latinè transcribam.*

Num. 55.

37 Primogeniturae qualitas non potest considerari in faemina extante masculo; *Marta de Success. 1. p. 9. 11. art. 1. D. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 12. Alvarado de Consect. ment. de funct. lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 55. & §. 3. num. 15. Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 8. num. 10. & 11. etiam si primo nata sit, vel ex priori matrimonio, & ex secundo masculus, redigitur ad instar secundi gradus, (hoc est) fit secundogenita: ergo in maioratu hujus qualitatatis potior est, quam masculus primogenitus, quod ex Auct. observa, quidquid dicat Mieres, quia ipsi opponitur doctrina ab ipso relata 1. p. 9. 4. illat. 8. num. 336. ex Decio in *L. In testam. Cod. de testam. & in pr. quaestionis num. 32. ubi quod faemina excludit masculum iudicio testatoris exclusum. Intellige ex proximè dictis ad num. 50.**

38 Caetera de maioratu secundogeniturae, vide apud Mieres de Maior. 2. p. 9. 4. illat. 8. n. 334. & a n. 327. & 9. 6. n. 499. usque ad fin. & 9. 4. in pr. n. 7. & 9. 4. illat. 3. a n. 11. & dict. illat. 8. n. 214. & 9. 6. n. 211. & seqq. & 3. p. 9. 18. a n. 11. & seqq. & 4. p. 9. 1. n. 99. & alibi locis supr. citatis D. Molina, Maldon. & Add. lib. 1. de primog. c. 6. num.

num. 7. in fin. & lib. 3. cap. 2. n. 28. ubi alij, D. Castillo hic pluries citatus, D. Valenzuel. conf. 69. D. Vela dissert. 49. n. 36. D. Larrea dec. § 1. & alij relati à nobis num. 32.

## AD PARTIS I,

### CAP. IX.

#### ADDITIO.

#### SVMMARIVM.

- 1 De Medicina, remissivè.
- 2 Contraria contrarijs curantur. Ibid.
- 3 Impotentia generandi, & coeundi, & quando dirimat matrimonium, & de impotentia respectiva, & 3.
- 4 Impotentiae exceptio contra stuprum, remissivè.
- 5 Matronarum aspectus probatur in his quae ad earum officium spectant.
- 6 Virginitatis corrupta signa, remissivè.
- 7 Quando sit licitum corruptam virginitatem sophisticare, remissivè.
- 8 Medicorum declarationes fidem faciunt.
- 9 Clerici ad Regni successionem admittuntur.
- 10 In feudo an succedant, & 20.
- 11 In maioratibus succedunt.
- 12 An succedant in maioratu jurisdictionis, vel dignitatis.
- 13 Dignitas ducatus, & regitur juxta Regni naturam.
- 14 Dignitas Regia apud Ecclesiasticum residens, naturam suam retinet.
- 15 L. 8. tit. 3. lib. 1. explicatur.
- 16 Clericus incapax acquirendi, an sit capax retinendi maioratum post successionem effectus Clericus, & 17.
- 18 Clericus an possit à successione excludi, & quod in maioratu ex 3. & 5. & 19.
- 21 Clericorum excludendi à successione ratio, & 22. 23. & 24.

- 25 Exclusionis ratio si alios comprehendat, an etiam censeantur exclusi.
- 26 Extensio admittitur ex rationis identitate.
- 27 Dispositio ex rationis non expressè identitate non potest ad alios ampliari.
- 28 Dispositio ex ratione generali ampliatur.
- 29 Dispositio penalis ex ratione expressa extenditur, & quando.
- 30 Dispositionis limitatae ratio ad alios casus non extenditur, nisi exempli gratia sint apposti casus speciales, & 31.
- 32 Exclusis Clericis, an videantur exclusi qui matrimonium contrahere nequeunt.
- 33 Fratres Tertij Ordinis, & Sorores, vulgo Terceros, y Beatas, an possint succedere in maioratu in quo Clerici, & Monachi excluduntur, 35. 36. & 46.
- 34 Fratres Tertij Ordinis Portugalliae, sunt vere Religiosi.
- 35 Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, non sunt proprie Religiosi.
- 36 In dispositione excludente Religiosos non comprehenduntur.
- 37 Exclusionis Monachorum ratio in Fratribus, & Sororibus Tertiaris an militet, & 46. 48. & 49.
- 38 Fratres Tertiaris an gaudeant fori privilegio, & quando, 39. 40. & 41.
- 42 Legatum relictum pro assumendo statu Religionis an debeat Sororibus Tertiaris, & quando, 43. 44. & 45.
- 46 Fratres, vel Sorores castitatem profitentes non possunt contrahere matrimonium, sed si contrahant valet, quia non est impedimentum dirimens votum simplex castitatis.
- 47 Filij nati ex matrimonio cum voto simplicis castitatis contracto an sint legitimi.
- 48 De Eremitis, & an sint vere Religiosi de Conversis, & Oblatis, remissivè, 49. & 50.

- 51 Clericus an ratione maioratus conveniri debeat apud Iudices Regios sive in proprietate, sive in possessione, & num. seqq. & n. 73.
- 52 Tenetæ iudicium an possit proponi in casu contraventionis contra Clericum possessorem maioratus.
- 53 Tenetæ iudicium, an, & quando locum habeat in casu contraventionis, & 54. & 78.
- 55 Clericus in Iudicio proprietatis an conveniatur apud secularem ratione maioratus, & 57. & 58.
- 56 Cap. fin. de Iudic. explicatur.
- 58 Bona patrimonialia Clericorum gaudeant privilegio fori, & 70. & 71.
- 59 Clericus non gaudet fori privilegio in bonis quæ non efficiuntur ejus patrimonij, nec mutant naturam temporalium, & 69. & 70.
- 60 Bona laici nondum dicta hereditate à Clerico sub jurisdictione temporali manent.
- 61 Clericus hæres laici apud secularē convenitur ratione bonorum, si lis capta fuerit cum defuncto.
- 62 Clericus hypothecæ possessor convenitur apud Iudicem laicum ratione hypothecæ.
- 63 Clericus ratione rei pro gabella, & tributo subijcitur potestati Iudicis laici.
- L. 11. tit. 10. lib. 5. exornatur. Ibid.
- 64 L. 1. §. 9. tit. 2. lib. 9. Recop. adducitur.
- 65 Clericus possessor bonorum Regaliū Iudicibus Regijs subijcitur.
- 66 Et super donatis à Rege.
- 67 Et in causis Regij patronatus. Et in Commendis Indorum. Ibid.
- 68 Et super jurisdictione Regali ab eo possessa. Et in causis feudalibus. Ibid.
- 74 Qualitas rei, & conditio, mutata persona, mutatur, & quando secus, & 75.
- 76 Clericus conventus super rebus maioratus, & non super ipsa universali successione maioratus apud Iudicem Ecclesiasticum debet conveniri.

- 77 Clericus si conveniatur, ut conditiqnes maioratus adimpleat, apud Ecclesiasticum conveniri debet, 79. & 80.
- 81 Testatoris præceptum ne possessor maioratus Clericus conveniatur apud Iudicem Ecclesiasticum, an, & quando valeat?
- 82 Facultas Regia ad alienanda bona maioratus à Clerico possessi à Rege non à Pontifice impetranda est.
- 83 Legitimationis rescriptum impetratur à Rege ad legitimandum Clerici filium vel Monachum.
- 84 Clericus respectu temporalium de foro secularis est.
- 85 Capellania laicalis quæ sit, & an de ea Iudices Regij cognoscant.
- 86 Capellaniam bona quibus solemnitatibus alienari possint, remissivè.
- 87 Maioratus ab Ecclesiastico institui quomodo possit, & ad Regiam, vel Pontificiam facultatem impetrare debeat, & 88. & 89.
- 90 Decis. Lusitana Gamæ 341. explicatur.
- 91 Maioratus ab Ecclesiastico instituti bona temporalia efficiuntur.
- 92 Impotens, vel qui filios habere non potest, nec à feudo, nec à maioratu excludi debet.

## A Num. 1. &amp; seqq.

Videndi Torreblanc. lib. 1. de Iur. spirit. cap. 3. Pat. Joan. de Torres Philosoph. moral. lib. 2. cap. 10. Robert. lib. 1. Rer. Iud. cap. 5. Senec. quod in Sap. non cad. in Iur. c. 13. & de Benefic. lib. 6. c. 16. 17. & 36. & Desfralib. lib. 1. cap. 16. Cassiod. lib. 6. var. Epist. 19.

Et ad principium Medicum Galen. lib. 5. de Sanitat. tuend. Avicena 4. princip. cap. 1. Albert. Magnus lib. 2. de Anima, cap. 2. Ketzelius de Iur. monetar. theorem. 3. litt. B. Tiraquel. in L. 5. Connub. gloss. 1. n. 23. part. 5.

Num!

Num. 6. &amp; seqq.

- 2 De potentia, vel impotentia coeundi videndus Paul. Zaquias Medic. legal. lib. 3. tit. 1. per totum, & quando dirimat matrimonium, & de differentia inter impotentiam generandi, & coeundi q. 6. de Impotentia respectiva. Adde Cujac. inc. 4. de probat. & tit. de frigidis, August. Barbof. in cap. 18. 32. q. 7. & vol. 2. lib. 1. D. Larrea decij. 3. Tondut. Croil. q. 79 lib. 1. Cyriac. Controv. 103. Belarmin. tom. 1. de Roman. Pontif. lib. 4. c. 12. vers. Vigessimus quintus. Noviter D. Laur. Matheu. de Re crim. controv. 52. & 53. ubi de exceptione impotentiae contra objectum stuprum, & de stupri probatione: & vide etiam cap. 4. de probation. ubi DD.
- 4 De probatione per Matrōnarum aspectum Fat. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 113. n. 12. D. Larrea sup. Robert. lib. 4. rer. Iudicat. cap. 10. fol. 92. & 101. Paul. Zanch. lib. 4. Medicoleg. tit. 2. q. 3. & lib. 9. cons. 34. ubi de signis corruptæ Virginitatis: Fótanela de Pact. nuptial. claus. 5. gloss. 5. p. 2. n. 59. & 73. Torreblanca de Magia cap. 42. & lib. 12. de Iur. spirit. lib. 12. c. 11. n. 3. 5. & seqq. ubi de impotentia ex dæmonis arte.

Num. 8.

Agitur tot. tit. 8. p. 4.

Num. 9. &amp; 10.

- 7 Vide Torreblanca cap. 19. de Magia n. 13. & 14. ubi quando licitum corruptam Virginitatem sophisticare; & Pat. Fuente la Peña in Ente Illustrato sect. 2. dub. 20. n. 542. itidem Torreblanca de Iur. spir. lib. 3. c. 15. n. 4. 5. & 6. & n. 21. ubi de obiteticum dictis.

Num. 11.

- 8 Adde Paz ad Leg. stil. 16 schol. 1. à num. 1. ubi de medicorum declaratio.

nibus, Torreblanca ubi sup. Alphabet. Dom. Castejon Verb. Peritis à n. 1. & seqq.

Num. 12.

9 Observa Clericos à successione Regnorum non excludi, imo pluries esse admissos constat ex cap. Inter dilectos vers. 1. de Fide instr. ubi Abb. n. 2. & 5. Felin. n. 3. DD. per textum in c. unic. ne Cleric. vel Monach. lib. 6. Tiraquel. q. 43. de Primogen. à n. 6. Ita in Vngariæ Regno Golomanus Episcopus Ladislao patruo successit. Tiraquel. proem. n. 6 de Primog. & in Regno Legionens. & Oucenli Bernardus Garibai lib. 9. cap. 13. & in Aragonia, Fortunius cum filio Garcia Monacho regnarunt, & in Lusitania Henricus, obitante Leg. Lusitan lib. 2. tit. 35. §. 1. ut notat Coita de Succes pag. 64. Caramuel. Philip. Prudent. lib. 1.

10 Et in successione feudorum dubiū facit Giurba de Succes. feud. §. 2. gloss. 4. à n. 42. ubi affirmativa; negativam tenet opinionem, & plures pro ea refert D. Molin. lib. 1. cap. 13. n. 96. Vide Intigriol. de Feud. cent. 1. q. 30. ubi idem tenet quando pro feudo servitium personale præstatur; secus si reale servitium præstetur, vel si personale per substitutum præstari possit, veluti in feudo hæreditario, in quo posse succedere Clericum in sacris, tenet Giurba ubi sup. n. 44. quia non videtur personæ industria electa, ubi hæredum mentio fit, cum dominus præscire nequeat cujus qualitatis futuri erunt.

11 In maioratibus autem dubitandum non est Clericos posse succedere, ut A. sapponit, nisi exclusi sint. Mieres de Maior. 2. p. q. 3. à n. 42. Pat. Fragof. de Regim. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 3. n. 5. D. Castill. lib. 5. c. 81 ad fin. Aug. Barbof. Repertor. verb. Maioratus col. 14. in fin. Baltas. Thom. tract. 8. de Primog. tit. 10. c. 1. n. 240. & tract. 9. tit. 8. n. 32. Pater Molio de Iust. tom. 3. tract. 2. disp. 823. D. Molin. dict. cap. 13. n. 96. & 99. ubi

P

Addent.

Addent. Mart. de Jurisd. 4. p. cas. 22. cent. 1. Thom. Velasc. alleg. 32. tom. 1. Antunez de Donat. Reg. 3. p. lib. 2. cap. 43. n. 34.

12 Quid autem in maioratu dignitatis, Ducis, Comitum, vel Marchionis? dubium est, vel si jurisdictiones habeat simpliciter. Ratio dubit. ex textu in cap. 4. ne Cleric. vel Monach. A. cap. 2. ibi: Ne ministri laicorum fiant, & cap. 1. de Postuland. ibi: Sed nec Procuratores Villarum, aut jurisdictiones etiam seculares, &c. Quibus Clerici prohibentur exerceri jurisdictionem laici: ergo in ea succedere nequeunt. Vide tamen August. Barbof. 2. p. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. fin.

13 Et cum juxta Regni naturam hæ dignitates regulentur, docte Salzed. Theatr. hon. gloss. 32. a num. 32. dicendum est posse succedere, ut tenent Addent. ad Molin. dict. num. 99. ubi ita receptum afferunt. Videndus Auct. infra p. 6. cap. 4. num. 98. Marta de Jurisd. 4. p. cent. 1. cas. 21. num. 3. ubi de Comite effecto Clerico.

14 Si tamen in persona Ecclesiastica laicalis resideat jurisdictio, qualitas ejus non mutatur, Giurba dict. §. 2. gloss. 4. num. 45. ibi: Cæterum Clericus qui a seculari feudum suscepit, ejus jurisdictioni, quoad feudum subicitur, &c. Ecclesia ergo ratione feudi dicitur inferior laico, &c. ac proinde a iudice Ecclesiastico ad secularem, ut superiore appellatur, docent ita D. Covarr. Pract. cap. 36. num. 6. Camil. Borrell. de Præst. Reg. Cathol. cap. 72. num. 2. Bobadill. lib. 2. Pol. cap. 18. num. 214. Escobar de Pontif. & Reg. Jurisd. cap. 21. §. 8. num. 171. Pater Molin. disp. 623. tract. 2. Girond. de Privileg. num. 172. Petr. Barbof. in L. Comperit de præscript. 30. ann. num. 111. & seqq. Marta de Jurisd. 4. p. cent. 2. cas. 147. num. 18. D. Solorzan. tom. 2. de Indiar. Jur. lib. 3. cap. 25. num. 31. D. Cresp. obser. 101. num. 25. quod observa ad textum regium Compilat. lib. 1. tit. 3. L. 8.

ubi statuitur: Que los Prelados, y otras personas Ecclesiasticas, que tienen jurisdicción temporal, no pongan personas Ecclesiasticas por luezes, en la jurisdicción temporal, y otorguen las apelaciones para las Audiencias, &c. Judex enim Ecclesiasticus eo modo, & forma procedere debet, qua secularis in cujus jurisdictione subrogatur. Marta de Jurisd. 4. p. cent. 2. cas. 159. num. 29. Mieres de Maior. 1. p. q. 11. n. 19. latè Antunez omnino videndus 2. p. de Don. lib. 1. c. 8. num. 38. & 3. p. lib. 2. c. 28. n. 102.

Quid autem si Clerici expresse sint exclusi? tunc succedere nequeunt, nec maioratum acquisitum tempore quo non erant Clerici effecti retinere possunt ex sententia Rosenthal. de Feud. cap. 7. conclus. 29. Marta Success. legal. 1. p. q. 1. art. 3. n. 12.

Contrarium verius esse iudico nisi aliud a testatore sit dispositum, & probatur ex L. ultim. ff. unde liber. ibi: Si posteaquam filius emancipatus honorum possessionem petijt statum suum mutavit, nihil obesse ei, quominus id quod acquisivit retineat. Tenent Mieres de Maior. 2. p. q. 3. num. 187. Pat. Sanchez lib. 4. Consil. moral. cap. 1. dub. 26. a num. 5. & ex antiquis inter alios videndi in specie Zephal. cons. 1. Jafon cons. 117. num. 2. vers. Tertio principaliter, vol. 4. Bald. in cap. Inter dilectos num. 4. col. 2. in fin. de fid. instrum. quos tradit Marta de Jurisd. 4. p. cent. 1. cas. 97. & vide Auct. 5. p. cap. 6. num. 116 & quæ dicam ead. p. & cap. 2. & Giurb. 2. §. dict. gl. 4. a n. 3.

Et an Clerici possint excludi, vide D. Solorzan. de Politic. Indiar. lib. 3. cap. 19. fol. 379. vers. En tercer, Jul. Capon Discept. cap. 201. a n. 2. tom. 3. Limita in maioratu ex tertio, & quinto, ut per Dom. Castillo lib. 5. cap. 99. & 100. & alibi ego dixi ad L. 27. Taur. cum Auct. locis supra ad hujus partis cap. 7. n. 17. in addit. n. 60.

Num.

Num. 16.

Dixi sup. num. 2. ex Molin. & Giurba addendi Rosenth. cap. 7. conclus. 29. & 30. Marinis ad Reverter. decis. 103. Observat. num. 2. & dec. 94. num. 2. & post. lib. 1. Resol. Camil. de Curte cap. 1. num. 69. Marta de Jurisd. 4. p. cent. 1. cas. 22. Maldonad. ad Molin. lib. 1. cap. 13. num. 96. Fragos. de Regimin. 3. p. lib. 8. disp. 17. §. 3. n. 3. & §. 5. Epitom. n. 34. D. Lorozan. omnino videndus tom. 2. lib. 2. cap. 17. n. 73.

21 Rationem ex glossa refert Intigriol. de Feud. q. 30. a num. 4. ibi: Quia postquam incepit esse miles Dei, desinit esse miles sæculi, nec debet pertinere beneficium ad eum qui non debet gerere officium, & militans Deo non debet se implicare negotijs secularibus, per text. in cap. 1. extra ne Cleric. vel Monach. §. & jure cap. 1. Rub. de feud. & benef. in cap. extra Ord. Ubi etiam dicitur quod miles Christi serviat Christo, milites sæculi serviant sæculo. Vide Can. Clericus Can. duæ sunt 12. q. 1. Leopold. Dichium Acon. Indic. Ord. fol. 40. March. Freher de Famil. lib. 1. cap. 5. n. 9.

22 Et antiquitus Romani Sacerdotes, & Virgines capere vetabant, ut constat ex Gell. 1. noct. atic cap. 12. in fin. ibi: Virgo vestalis, neque hæres est cuiquam intestato, nec intestatæ quisquam. D. Ambros. ad vers. Simach. Idque Sacerdotibus Christianis vetitum est usque ad tempora Constantini, qui Ecclesiæ relinquere permisit inter alia, donatione, vel testamento, ut constat ex Can. Futuram 15. & seq. Videntes 12. q. 1. L. 1. C. de Sacros. Eccles. & id ipsum apud Imp. Martian. & Valentinum permissum est, L. Generaliter 17. C. de Sacros. Eccl. vetuit tamè postea Archadius Ecclesiasticis quidpiam donari, etiam testamento, ut extat in C. Theodos. L. 20. & 27. C. de Sacros. Eccl. qua de re sic, ut Simachus de Incapacitate Vestalium lib. 10. ep. 54. ita D. Hieron. ad Nepotian. 7. p. 3. queri-

tur: Pudet (inquit) dicere Sacerdotes Idolorum, aurigæ, mimi, scortæ, hereditates capiunt, solis Clericis, & Monachis in Lege prohibetur.

Quibus adde Clericum pauperem esse oportere, nã ut Senecæ Etrnici testimonio utar, Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit ep. 18. divitiæ enim periculosæ sunt, & ideo contemnendæ. D. Paul. ad Thimoteum 1. 6. 9. vide Buzæum in Panario verb. Impatentia in paupertate, Sozomenem lib. 8. cap. 12. Ast divites esse oportet laicos, qui Reipublicæ munia obire debent, res enim pecuniaque familiaris obfidis vicè, pignoris esse apud Rempublicam videtur amorisque in patriam, fides quædam in ea, firmitermentumque est, ut ait Gell. lib. 16. cap. 10.

Quibus, & alijs moventur institutores, ut Clericos è successione excludant, plerumque maioratus, & primogenij ad splendorem familiæ instituti, & ut melius institutoris progenies publicam rem subire possit.

Sed aliquando expresse, quia matrimonium contrahere nequeunt personæ Ecclesiasticæ excluduntur, ut non apti ad propagationem familiæ: qua in specie maior dubitatio est, an alij inhabiles ad matrimonium sint etiam incapaces succedendi? & videtur quod sic, quia hoc casu alia ratio considerari non potest quam quæ expressa est, D. Castillo ex Ruin. Petras, Surd. & alijs tom. 6. Controv. c. 170. n. 10. sed in ratione expressa in dispositione comprehenduntur omnes casus, qui rationi ipsi conveniunt: D. Castill. cap. 169. n. 10. ergo si ideo Clerici sunt exclusi quia matrimonium contrahere non valent expresse, cæteri casus ad similitudinem cõprehensi debent judicari.

Ad quod videndus eleganter tractans D. Castillo lib. 5. tom. 6. dict. cap. 169. 170. & 171. ubi quando dispositio extendatur ad alios casus, vel personas in ea comprehensas ex rationis identitate: ex cujus do-

Strina aliquas conclusiones observa in præfenti, quas apud ipsum latius exponere poteris. Videndus etiam Jul. Capon discept. 205. cap. 4. tom. 3.

27 *Prima sit*: quando in dispositione ratio non est expressa, dispositio ex rationis identitate extendi non potest. Mantica. Alvarad. & alij relati à D. Castill. cap. 169. num. 34. & seqq. quod pro sententia Auctoris nota; limita ut per eum cap. 170.

28 *Secunda conclusio*: Ratio generalis dispositionis ampliatur dispositionem ad alios casus, qui sub ratione veniunt. *L. Nomen §. ult. L. Pater filium §. feudum ff. deleg. 3.* D. Castill. cap. 169. n. 27. & seq. ubi limitat quando testator limitate loquutus sit, vel taxativè, n. 28. & seqq.

29 Amplia etiam in dispositione pænali, correctoria. Vide D. Castill. cap. 171. num. 15. & 16. ubi utriusque sententiæ affectus refert. Sed affirmativam docet D. Molin. lib. 3. cap. 5. n. 21. nisi dispositio pænalis, & correctoria simul sit. Sed in maioratus institutione nulla lex correctoria, & pænalis simul esse potest, cum institutor libere disponere queat, & potius exclusiva lucri vocanda sit, quam pænalis dispositio, *L. Titio centum ff. de cond. & dem. D. Molin. n. 22.*

30 *Tertia conclusio*: Ratio adiecta verbis testatoris limitatis eorum ampliationem non operatur, D. Castill. cap. 169. num. 30. Ideo dispositio specialiter concepta non ampliatur, si ratio dispositioni adiecta est quæ alios casus possit comprehendere, quod eleganter deducitur ex Barbosa. in *L. Si constante à num. 101. ff. solut. matrim.* quem refert D. Castill. lib. 5. cap. 171. num. 16. & solum hac specie extensio fiet de casu ad casum contingentem circa personas expressas, non vero de persona ad personam diversam.

31 Petr. Barb. n. 104. Secus est quando dispositio in ratione generalis est, & postea aliquis casus specialis enumeratur; quia tunc omnes alios com-

prehendit *L. Regula §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. videndi Faber. in Papianian. tit. 9. pr. 1. illat. 11. pag. 344. Gomez in L. 45. Tauri numer. 117. vers. Tertio, D. Molin. sup. & lib. 1. cap. 5. à num. 7. D. Vela dissert. 3. à num. 53. & diss. 7. à num. 19. D. Solozan. tom. 2. lib. 2. cap. 22. num. 70. & in Politic. lib. 3. cap. 20. fol. 385. vers. Lo quarto, D. Salgado de Reg. 2. p. cap. 11. n. 20. & 33. & p. 1. cap. 9. de retent. num. 15. & 2. p. cap. 31. à n. 24. & alij in Alphab. Castejonis litt. R. Ratio n. 10.*

Quibus suppositis, facile quæstionē<sup>32</sup> propositam resolves, si enim dispositio generalis sit, & expressè ideo excludat Clericos, quia casus magis cōmunis, ex ratione expressa non solū Clerici manere debent exclusi, sed & alij matrimonij contrahendi incapaces.

Inde dubitare potest, an fratres Tertij Ordinis, vel sorores Carmelitæ, quæ Beatæ dicuntur, possint succedere in maioratu in quo Monachi, Moniales, & Clerici exclusi sunt?

In quo dubio dicendū est breviter,<sup>34</sup> ratione Religionis non posse censeri exclusos Tertiarios, vel mulieres Beatas, non solum eos, eas ve, qui devotionis tantum causa habitū alicujus Religionis deferant, & privatim vitam agant, nec in cōmunionem vivunt, de quibus nulla est dubitatio, quia vere, & proprie laici sunt, licet quoad spiritalia gaudeant privilegijs Religiosis illius regulæ concessis; sed neque eos comprehendere qui in cōmuni vivunt, & votum Castitatis emiserint: si tamen professi sint tria vota substantiabilia Religionis, & in cōmuni vivunt, cōprehensi censentur in dispositione, Clericos, vel Monachos excludente; hi enim verè Religiosi sunt, ut de Religione Tertiaria Lusitanicæ, notat Villarroel Govern. Eccles. p. 2. q. 18. art. 1. num. 180. vide Doctiss. Pegaz tom. 8. ad Ord. Lusit. lib. 2. tit. 2. §. 1. n. 5.

Ratio hujus sententiæ est; quia in dispositione excludente Clericos, Monachos,

vel Moniales à successione maioratus non possunt videri comprehensi, quia tantum sunt personæ Religiosæ secundum quid & improprie.

Hujus sententiæ primus omnium<sup>36</sup> in maioratus successione fuit D. Castill. lib. 5. Controvers. cap. 81. vers. Septimo quoque in fine, ibi: *Ex quo sequitur quod in omnibus casibus in quibus Clerici, aut Religiosi à successione maioratus excluduntur, atque ex præsumpta institutoris voluntate excludi debent, prout latius per Molinam, & c. Fratres, & Sorores prædictæ quæ in sæculo manent, & proprium retinent, etiam si aliquam professionem emiserint, excludi non debent, nec exclusi censentur in dubio, cum arma, nomen, & cognomen maioratus institutoris deferre valeant, & ipsius memoriam conservare, nec in eis militent eæ rationes, ob quas à successione maioratus Monachos excludi debere tradidimus.* Quam sententiam ipse comprobat postmodum cap. 90. num. 54. ex Giurba in consuetud. Missan. cap. 3. gl. ff. 4. p. 1. n. 26 & 27. sequitur D. Larrea dec. Granatens. 10 n. 6. & 13. Balmased. de Collect. q. 27. n. 6.

Nec obstat quod videatur in eis<sup>37</sup> ratio exclusionis militare, sive enim quia matrimonium sobolis propagandæ causa contrahere nequeant, sive, quia jurisdictioni Judicis Ecclesiastici subjiuntur: hæc eadem rationes militare videtur in Tertiarijs fratribus, vel fororibus; nam si votum Castitatis emiserint matrimonium contrahere nequeunt. Belarmin. tom. 2. Controv. lib. 1. de Matrim. cap. 21. Petr. Barbosa. in Rub. 2. p. num. 91. ff. solut. matrim. P. 1. Sanchez lib. 7. disp. 11. num. 1. & seqq. lib. 9. disp. 34. & in summ. lib. 4. cap. 21. Dian. tom. 2. tract. 6. resol. 23 & 155.

38 Et quod privilegijs fori gaudeant, & alijs Ecclesiasticis, & Religiosis concessis, saltem quando in communi vitam agunt, tenent ac defendunt Panorm. in Rub. de Regular. n. 2. Rota

dec. 8. de Jur. Patron. in antiquis, & dec. 1. de Regular. Roderic. quest. Regul. tom. 2. q. 65. art. 5. vers. Sed hæc, Gratian. disceptat. cap. 413. à num. 38. & cum Felin. Unald. Duard. Decian. Baptista, Thoro. Horum sententiam refert, & sequitur Marinis lib. 1. Resol. cap. 117. à num. 11. & seqq. saltem eam veram esse affirmans, ubi in manibus Superioris vices Religionis, cujus habitum hæ mulieres Tertiariæ suscipiunt, professæ sint voto perpetuæ Castitatis, & si in proprijs domibus vitam ducant, nam licet proprie non sint vere Religiosæ, tamen pro Religionis habentur, & adhuc debent gaudere privilegijs Religionis per participationem, nisi ex devotione tantum sine voto Castitatis habitum deferant, quod ex aliquibus Pontificijs decisionibus nocius comprobatur.

Et sub hac distinctione eamdem<sup>39</sup> sententiam tenet Lassarte de Decim. vendit. cap. 19. num. 91. ubi quod si privatam vitam agunt non gaudent immunitate Ecclesiasticorum; secus si in communi vivunt quomodo intelligit *L. 1. tit. 14. lib. 6. recopil.* ibi: *Se estan en sus casas.* Sequitur Bobadill. & alij plures relati à Balmased. de Collect. dist. q. 27. num. 4. ibi: *Hæc tamen doctrina intelligenda est, quando Tertiarij Eremitæ, & Oblati, suis domibus degunt, & vivunt, & sua bona regunt & administrant, secus vero si in communi vivunt, & se, & sua bona Monasterio obtulerunt, & dedicaverunt.* Addendus Gironda de Gabell. 7. p. à n. 41. & 43. & ita intelliges Marinis sententiam lib. 1. Resol. cap. 114. ubi an Canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 7. incidat in excommunicationem, qui violente manus in has Beatas imposuerit: & pro hac<sup>40</sup> sententia etiam extat docta allegatio apud Marinis alleg. divers. quæ est 104. ubi post omnium sententias concludit, fratres, & sorores tertij Ordinis de jure communi gaudere fori privilegio, etiam & speciali

declaratione, privilegio, & particulari-  
bus literis Apostolicis *Sixti Quarti*,  
dummodo sint cōtinentes: Lateranen-  
se vero Concilium, & Pontif. *Leo X.*  
declaravere fratres tertij Ordinis esse  
illos, qui collegialiter, vel cum Clau-  
stralibus habitant, mulieres vero e-  
tiam in proprijs domibus habitantes,  
vel affinium, vel consanguineorum,  
expresso voto Castitatis dumtaxat,  
non autem Paupertatis, & Obedien-  
tiæ, gaudere fori privilegio, alics in  
matrimonio viventes, vel viros non  
collegialiter, vel cum Claustralibus  
viventes esse mere laicos sæcularibus  
Judicibus subditos: quæ omnino sunt  
approbata hodie declarationibus sac-  
ræ Congreg. ann. 1612. & 1616.

41 Adde *Marta de Jurisdic. 4. p. cap. 113. num. 36.* Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 92. & seq. Did. Perez in *L. 1. Ordin.* ubi Azeved. Roderic. tom. 3. quest. regul. 74. art. 11. Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. num. 197. Rusticis in *L. cum avus numer. 17. lib. 5. cap. 13.* Bapt. Toro in Compendio decis. verb. *Moniales Tertiariæ*, Gratian. cap. 413 num. 38. & cap. 449. num. 7. Cevallos de Viol. 2. p. q. 61. Ricc. 4. p. Collect. 1051. Barbof. in Collect. ad cap. 8. de elect. num. 3. Dian. tom. 5. tract. 2. resol. 52. & tom. 9. tract. 2. resol. 175. Iul. Capon. tom. 5. disceptat. 525. D. Castillo ubi supra. Doctiff. Pegas tom. 8. Ord. Lusit. lib. 2. tit. 2. laté.

Inde dubitatum est an Patronatus  
42 relictus puellis pro assumendo Reli-  
gionis statu debeat mulieri, quæ  
Tertiariæ habitū suscipere vult? Quæ  
quæstionem proposuit D. Castillo  
dict. cap. 81. ubi patronatus verba re-  
fert: *Para las parientas de mi linaje,*  
43 *que se casaren, o tomaren estado de Re-*  
*ligion.* Et cum diximus, eas proprie  
Religiosas non esse; vere enim Reli-  
giosas dici non possunt, nisi quæ tria  
vota substantialia Paupertatis, Casti-  
tatis, & Obedientiæ solemniter emi-  
serint, Cap. cum ad Monasterium §. fin.

ubi Abbas num. 3. de Stat. Monach. se-  
quitur eas in dispositione non com-  
prehendi arg. *L. ultim. C. de his qui ve-*  
*niam ætat.* quem in hoc expendit D.  
Castillo dict. cap. 81. vers. *Sed & sex-*  
*to*, & hanc sententiam sequitur ibi, &  
vers. *septimo*, & cap. 90. num. 54. ubi  
alios refert: quibus adde Paschal de  
*Virib. patr. pot. 3. p. cap. 2. num. 27.* ubi  
refert decis. 88. Juan Francisci del Ca-  
stillo, & sequitur cum alijs Giurba re-  
latus à D. Castillo, Hermosilla in *L. 6.*  
*tit. 4. p. 1. gloss. 1. n. 12.* Balmaseda de  
*collectis q. 27. n. 5.*

Cōtrarium tamen tenent, supposita  
44 distinctione superiori, alijs, quos refert  
D. Castillo ubi sup. & eos sequitur  
*Allegat. 104.* apud Marinis, alleg. di-  
vers. Vide Dian. Resol. 1. p. tract. 2. re-  
sol. 84. & in addit. secundarijs resol. 28.  
Novar. de elect. For. sect. 1. q. 66. num.  
16. Basil. Ponz. de Matrim. imped. caus.  
27. cap. 19. §. 5. Barbof. de potest. Episc.  
alleg. 2. num. 41. p. 2. itidem Dian. tom.  
9. tract. 2. resol. 175. n. 3. & resol. 176.

Ego autem veriore D. Castillo 45  
sententiam Judico, etiam si loqua-  
mur de Beatis Tertiarijs in commu-  
ni viventibus, vel votum Castitatis  
emittentibus, quia ut dixi, vere Reli-  
giosi, Religiosæ ve non sunt; hanc ta-  
men sententiam limitarem, quando  
deficiant qui, quæ ve, Religionis ve-  
re habitum suscipere velint, tunc  
enim eos, eas ve, qui sic vitam elegerint,  
posse ad relictum admitti non  
dubitarem in subsidium scilicet alijs  
deficientibus, ad quod quidem con-  
ducit elegans Riccij doctrina, quam  
tradit Balmaseda de Collect. q. 59. n. 6.  
ego etiam refero ad A. 7. p. cap. 2. num.  
10. & seqq. ubi legatum pro maritan-  
dis Virginibus Civitatis debetur ci-  
vibus Villæ Civitatis, quando Civi-  
tatis cives non sint, quæ ad legatum  
admitti possint, Ricc. Collect. 2555.  
hoc ideo, quia vicinus ortus in Villa  
Civitatis habetur pro cive, idest non  
ita proprie civis est, quàm ille qui in  
Civitate ortus est, *L. qui ex vico or-*  
*tus*

tus ff. ad municipalem.  
46 Quæ omnia vera licet sint. eam ta-  
men sententiam, quæ supra retulimus,  
sustinendam censemus, quod scilicet  
Tertiarij fratres, vel sorores à ma-  
ioratus successione non censeantur  
exclusi, ea exclusione qua Monachi,  
Moniales, vel Clerici excluduntur;  
cum enim hi vere Clerici, Moniales,  
vel Religiosi non sint, in exclusione  
non comprehenduntur.

Nec obstat, quod primo objectum  
est, has sorores, quæ votum Castitatis  
emiserint, licite, & sine peccato matri-  
monium contrahere non posse.

Nam responderetur votum simplex  
Castitatis non esse impedimentum  
dirimens, licet si perpetuum sit, im-  
pediat, non tamen dirimat matrimo-  
nium cum eo contractum. Leand. de  
Matrim. tract. 9. disp. 23. §. 5. q. 1.  
Suarez lib. 9. de Matrim. cap. 2. & 3.  
Pat. Hier. Garcia in Politic. Relig.  
tract. 4. p. 2. disc. 1. duda 3. num. 4. D.  
Larrea dict. decis. 10. num. 13. & 7. ubi  
Sanchez, & alij.

Idem de voto simplici Religionis  
dicendum est ex cap. *Meminimus 3.* §.  
*Verum si nec, cap. Veniens 5. cap. Kur-*  
*sus 6. qui Cleric. vel vovent*, vel si ha-  
bitus sine professione susceptus, Cap.  
consultuit 4. eod. tit.

47 Quamobrem filij concepti in ma-  
trimonio, etiam ab eo qui votum sim-  
plicis Castitatis emisit, legitimi sunt,  
ut in specie de his Tertiarijs loquens  
Gratian. disceptat. cap. 958. n. 25.

48 Nec obstat secundo, quod scilicet  
ratio exclusionis videatur militare in  
Tertiarijs saltem quoad fori privile-  
gium eis concessum quando in com-  
muni vivunt; nam licet hæc senten-  
tia vera sit ex supra traditis, non ta-  
men habet locum, nisi dum ij in cō-  
muni vita existunt, vel quando bo-  
na non possident, quorum ratione lai-  
ci sunt apud sæcularem conveniendi,  
idem de ijs que dicendum; imo  
etiam si vere fuissent Religiosi, pro  
bonis temporalibus conveniri debere

apud sæcularem sustineri potest ex  
infra dicendis n. seq.

49 Quid autem dicendum de Ere-  
mitis, & oblati Religionis, quos Do-  
nados nūcupamus? Vide Laflarte cap.  
19. num. 89. Girona de Gabell. 7. p. n.  
42 & seqq. Pat. Garcia in Politic. Re-  
lig. tract. 7. disc. 3. duda 3. Villaroel  
Gubern. Ecclesiastic. p. 2. q. 18. art. 1. à  
num. 183. quibus dices idem quod de  
Tertiarijs esse statuendum, nisi ij ve-  
re professi fuerint, quod facile non  
observari continget. Vide etiam  
Ant. Fabric. in Theoric. & pact. Bene-  
fic. lib. 2. tit. 7. ubi de controversijs de  
50 oblati, an sint vere laici, & de diffe-  
rentia inter eos agit.

## Num. 17.

Dubia tamen hæc ratio est; Cleri- 51  
cus namque in causis maioratus pri-  
vilegium fori non habet, nam, aut a-  
gitur iudicio Tenutæ, aut iudicio pro-  
prietatis; sed utroque casu apud Judi-  
ces regios causa agitanda est: ergo.

Sed observa iudicium Tenutæ pri- 52  
vative competere apud Regios, &  
Supremos Consiliarios; inde recep-  
tum esse etiam contra Clericum posse  
proponi si actualis bonorum posses-  
sor sit, ut contra Bobadillam tenent  
D. Paz de Tenuta cap. 63. tom. 2. Em-  
man. Rodriguez tom. 2. quest. Regul. q.  
63. art. 10. vers. *Quantum.* Addent. ad  
Molmam lib. 3. cap. 13. num. 1. D. Solor-  
zan. lib. 3. Polit. cap. 30. fol. 465. vers.  
Tora & tom. 2. de Indiar. gubern. lib.  
2. cap. 28. num. 16. Pareja de Instrum.  
edit. tit. 5. resol. 11. num. 43. Carleval de  
Iudicij tit. 1. disp. 2. num. 954. D. Larrea  
decis. Granatensi 10. num. 11. 25. & 51.  
Joan. Bapt. Luca in Theat. verit. de Ju-  
risdict. 3. p. discurs. 94. num. 13. & disc.  
58. & 59. qui ad rem conducit.

Inde si in casu cōtraventionis possit 53  
agi Tenutæ remedio ex *L. 45. Taur.*  
sicut in casu mortis, ut tenet D. Olea  
de Cess. Jur. tit. 3. q. 4. num. 23. sequitur  
Maldonad. ad Molin. lib. 3. c. 10. n. 45.



- Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. n. 103.* adde Hermosilla *in L. 7. tit. 4. p. 5 gloss. 2.* Addent. *ad Molin. lib. 3. cap. 13. num. 59.* ubi contra tenent, sed pro affirmativa vidi nuper decisum in Marchionatu de *Alialcazar*, sequitur Clericum fori privilegio non posse juvari. Addendus Mieres *de Maior. 3. p. 9. a num. 136.* ubi ait, quod si pœna contraventionis apposta sit in maioratu, successor contra possessorem poterit Tenutam intentare si contravenerit, quia ipso facto definit esse possessor, & possessio in sequentem transfertur: & idem docet *q. 15. num. 117.* & melius *q. 23.* ubi quoties successor non implet conditiones, potest Tenuta proponi.
- 55 Quid si non iudicio summarissimo agatur, sed iudicio proprietatis? In hoc casu dubium maius est. Doctiffimus Paz *de Tenuta cap. 64.* quæstionem proposuit, & late affirmativam defendit, si de possessione in Regio Consilio fuit cognitum, de proprietate in Regijs Chancellarijs experiri litigatores debere, quamvis victor in Tenuta sit Clericus. Sed si non Tenutæ iudicium, sed ordinariū sit propositum apud Iudices inferiores, Clericus victor, de proprietate apud suum Iudicem experiri debet, hoc enim casu non audeat Paz ab expresso textu *in cap. fin. de Judic. recedere*, ubi
- 56 de re temporali erat disceptatio, & Clericus vicit in possessione apud sæcularem, contra Florentinos, & causa à summo Præfule in proprietate remittitur ad Ecclesiæ Iudices.
- 57 Hanc sententiam indistincte sequitur Pareja *de Instrum. edit. tit. 5. q. 11. n. 45.* ubi an Clericus coram laico possit conveniri si maioratus possessor sit, ad exhibitionem instrumentorum? & ait posse. Nam, inquit, cum innegabile sit Clericum, aut alium privilegiatum, qui maioratus possessionem fuit adeptus, tam super possessione in remedio Tenutæ, quam super proprietate conveniendum fore apud Regios, & laicos

*Iudices, ut plurimis, & validissimis fundamentis ducit D. Christophorus de Paz de Tenuta tom. 2. cap. 64. & 63. per tot. adeo ut amplius hæsitationi locus non relinquatur, idque in praxi, & communi usu comprobatum sit.*

Hæc opinio verior, ita absolute prolata videtur, quia maioratus causæ cognitio privatim competit regijs Iudicibus, bona enim maioratus ex sua natura, & proprietate insita, & immutabili tempore facti maioratus temporalia sunt, nec mutant eam qualitatem, & si persona quæ successit privilegiata sit; inde est ut quamvis Clericus gaudere debeat fori privilegio non solum quoad personam, sed etiam quoad bona patrimonialia, quæ est suprema privilegij eius extensio; aliqui enim iudicio laici patrimonialia bona subijciunt *ex cap. 1. de nov. oper. nuntiat. cap. similiter 16. q. 1. Marta de Iurisd. 4. p. cent. 1. cas. 5. ex num. 9.* ubi alij; tamen quoad bona, quæ non efficiuntur patrimonij Clerici nullibi, invenitur Clericum in his gaudere fori privilegio: imo contrarium expressum invenies pluribus speciebus. Ecce enim Clerico hærede instituto à laico, bona apud sæcularem iudicantur, vel si nondum addita hæreditas sit à Clerico, vel si lis quoad bona cum laico defuncto cæpta sit, quia & qualitatem temporalium nondum mutarunt, vel adhuc retinent, ut in priori specie conducunt tradita de inventario bonorum laici à sæculari Iudice conficiendo hæreditate à Clerico nondum addita. Gutierrez *Pract. lib. 2. q. 49.* Bobadilla *lib. 2. cap. 18. num. 170.* Barbof. *in L. 19. a n. 177. de Iudic.* Solorzan. *tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 4. cap. 7. a num. 32.* D. Vela *dis. 40. a num. 69.* Carleval *de Iudic. tit. 1. disp. 2. a num. 337.* D. Salgad. *1. p. Labyr. cap. 2. a num. 42.* Diana *tom. 6. tract. 9. resol. 66.* Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ord. Portug. tit. 50. cap. 11. & seqq.*

Et in secunda specie de lite cæpta cum defuncto laico bene loquitur

Car-

- Carleval *ubi sup. num. 303. 301. & 302. & 309.* Spino *in Speculo gloss. 33. in princ. num. 72. & 75.* D. Franc. del Castillo *decis. 200. lib. 2.* Marinis *alleg. 104. num. 23.* & de Ecclesiastico qui emit rem litigiosam videndi Ricc. *Collect. 2. 17. p. 6.* D. Salgad. *p. 4. de Protect. cap. 14. a num. 89. & 110.* Carleval *sup. num. 914.* D. Olea *tit. 3. q. 11. num. 8.* Dian. *tom. 9. tract. 2. resol. 82. n. 5.* conducit Noguero. *alleg. 29.*
- 62 Eadem ratione in praxi communiter obtentum est Clericum rei hypothecatæ censui possessorem, ratione rei posse à sæculari Iudice exequi, *ex L. si creditor §. fin. ff. de pig. distract. L. Imperatores 6 ff. de public. & vect. D. Greg. gloss. 4. in L. 51. tit. 6. p. 1.* & ita servari in praxi testatur Guzman *de Evict. q. 7. num. 34. & num. 35.* ubi idem ait si ratione domus hospitatio- nis vulgo, *Casa de aposentos*, Clericus conveniatur. *num. 40.* & hæc sententia vera est, quidquid dicant Felician. Roder. Gratian. & alij quos refert Carleval *ubi sup. num. 351.* adde Narbona *in L. 35. gloss. 4. num. 21. & tit. 3. lib. 1. Recopil. D. Salgad. de Reg. prot. 4. p. cap. 14. num. 76.* D. Solorzan. *tom. 2. de Iur. Ind. lib. 3. cap. 21. num. 30.* D. Vela *dissert. 14. n. 54.*
- 63 His consequens est, quod Clericus non habet privilegium fori, quando bona temporalia in eum translata sunt cum onere tributi, & Gabel- læ, veluti si bona in eum alienata sint in fraudem tributorum. Gutierrez de Gabell. *q. 94. num. 8.* ubi loquitur ad interpretationem *L. 11. tit. 10. lib. 5. Recop. Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 132. & 289.* Parlador. *differ. 9. §. 4. num. 20.* Capiblanco. *de Baron. tom. 1. prag. 8. num. 87. p. 3.* & latius comprobatur noviter D. Bolero *de Decretor. tit. 2. q. 5. num. 35.* conducit Pareja *de Instrum. edit. tit. 6. resol. 9. num. 77. & 77.* & vide Bolero. *n. 41. & L. 1. §. 9. tit. 2. lib. 9. Recop.* & notant *Recop. tit. 1. lib. 4.* quæ in Familiaribus Sancti Officij loquitur, & inhibet Iudices

eorum in Gabellarum causis Azevedo *in L. 7. tit. 18. lib. 9. Recopil. num. 14.* ad fin. & facit Casiodor. *lib. 4. epist. 14.* & ibi Forner. *eleganter Jul. Capon tom. 1. discept. 50. a num. 47.*

Similiter etiam, quia bona regalia licet transferantur in Clericos, & personas Ecclesiasticas, temporalium naturam non immutant, eorum ratione Ecclesiastici Iudicibus Regijs obijciunt *in L. 6. tit. 1. lib. 4. Recop. Guzman de Licit. q. 7. num. 40.* D. Salgad. *de Retentione 1. p. cap. 1. a num. 132. & 2. p. cap. 33. a num. 135.* D. Solorzan. *tom. 2. lib. 8. cap. 1. a num. 31. & cap. 3. a num. 24. & lib. 4. Politic. cap. 3. fol. 513. vers. I assi mismo, & seqq.* D. Vela *dissert. 44. num. 48.* Pareja *de Instrum. edit. tit. 5. resol. 9. a num. 62.* Jul. Capon *discept. 50. tom. 1.* Azevedo. *in L. 7. num. 14. tit. 18. lib. 9. Recop.* Addendus Antunez *de Donat. Reg. tom. 1. cap. 34.* Jul. Cap. *ubi supr.*

Et super donatis à Rege tamquam 66 laicum conveniri docent D. Salg. *1. p. de Retent. c. 1. num. 144.* & D. Solorzan. *ubi sup. & lib. 3. Politic. cap. 6. fol. 368. vers. I por el mismo.*

Et super causis regij patronatus D. 67 Solorzan. *de Iur. Ind. dict. lib. 3. cap. 3. a num. 24.* eleganter Antunez *lib. 2. de Donat. Reg. cap. 28. a num. 101. & 138. & num. 102. & 140.* Itidem Solorzan. *in Politic. lib. 5. cap. 3. fol. 765. vers. Lo sexto,* & locis *sup.* qui alios referunt, & *vers. Lo septimo,* ubi loquitur in Cõmendis Indorum, & in iurisdictione Regali, & *lib. 3. cap. 30. vers. I lo mismo.*

Qua ratione in maioratu iurisdictionem habenti sine dubio esse, ait Paz *dict. cap. 63. num. 6.* Iudices laicos esse competentes etiam contra Clericum possessorem, quia sicut in causis feudalibus cognitio est domini feudi contra Clericum feudatarium, *Cap. extranmissa cap. verum de for. compet.* ita in causis bonorum Regiæ Coronæ, Clericus Vassallus à Regijs Iudicibus iudicandus. *L. 1. tit. 25. L. 2. tit. 26. p. 4.*

In

In Castellæ enim Regno aliud genus feudi non invenitur, vide D. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 47. & 48. & tradit Delbene de Comitibus, & Parliament. dub. 27. sect. 8. subsect. 1. num. 2. & dub. 4. sect. 20. subsect. 2. Clericum 69 conveniri posse apud laicum ratione bonorum, quæ in ordine ad laicum obligationem habeant per se ipsæ que propriam, ut in feudo, vel dignitate Ducatus, vel Marchionatus, ei concessa, & hoc ideo, quia eorum respectu est iudicandus tamquam laicus, quia idem homo diversis respectibus, diverso jure censerit potest. L. Item 6. ff. quod cujusque univers. nom. L. Si pater 15. §. qui duos de adopt. L. Imperator 50. ad Trebel. Auctor p. 4. infr. cap. 5. num. 19. Bapt. Luca de Jurisdic. disc. 90. num. 4. ubi in proposito loquitur.

70 Hac igitur ipsissima ratione statuo in quocumque maioratu Clericum successorem posse, tam in proprietate, quam in possessione conveniri apud Regios Judices, quia licet ipse Clericus sit, bonorum ratione, quæ temporalium naturam non immutarunt, subijcitur sæculari potestati, & hic tantisper conducit fundamentum allatum à D. Paz c. 63. n. 13. & alterum cap. 64. n. 6.

71 Comprobatur ulterius hæc sententia ex Marta de Jurisdic. 4. p. cent. 1. casu 49. ubi loquens de bonis patrimonialibus Clericorum num. 3. & 4. ait, quod quando bona accessorie veniunt ad personam, ipsi Ecclesiastici in eorum patrimonialibus gaudent fori privilegio. Adde Pat. Sanchez tom. 1. consil. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 2. & 31. & lib. 3. cap. unic. dub. 31. num. 2. Delbene de Comitibus dict. dub. 4. sect. 20. subsect. 1. num. 2. intelligit quoad bona non habentia onus annexum. Intelligit etiam in secundo articulo à n. 10. quando bona Clericorum principaliter considerantur, & accessorie persona, & ait hoc casu non gaudere privilegio fori: ergo quoad bona maio-

ratus non debet privilegio gaudere, vel quia principaliter considerari debent, & persona accessorie, quando de 73 successione, vel de maioratu agitur, vel quia onus temporalium habent annexum ex natura maioratus, à tempore ejus institutionis à Lege fundatoris, cujus nunc reputantur. L. Unum ex familia §. 1. ff. de leg. 2. L. Cohæredi §. cum filia ff. de vulg.

Nec obstat, quod mutatione personæ mutatur conditio rei, & non est 74 inconveniens quod bona penes unum possessorem habeant unam naturam, & diversam penes alium. L. Paulus §. sequitur 1. ff. de acquir. hæred. ubi Bart. DD. in L. Filiusfam. ff. ad L. Falcid. L. Sed si restituatur §. 1. ff. de judic. L. fin. C. de inof. test.

Nam respondetur hoc verum esse ex sententiæ Martæ dict. 4. p. cas. 11. n. 37. cent. 1. quando rei qualitas, vel conditio inhæret rei ratione personæ, tunc enim mutata persona conditio ejus mutatur, ut in feudo apud laicum, quod si Clericum translatus sit liber manet à Gabellæ onere, & alij, secus est quando non ratione personæ qualitas, vel conditio rei inest, licet enim tunc mutetur persona, qualitas non mutatur, ut in re tributo censuali obnoxia, quia obligationem formatam, & perfectam habent de præterito, & in esse deductam: unde cum hanc conditionem habeant bona maioratus, nihil mirum quod eam non possint ex persona Ecclesiastici immutare.

76 Sed hæc limitari debet opinio quæ do agitur contra Clericum non super universitate maioratus, veluti de successione, vel contraventione, sed de rebus maioratus, ut particularibus, nam tunc apud Judicem ordinarium Ecclesiasticum debet conveniri, quia tunc res per se considerantur, non ut maioratus, ut simili specie de feudo loquitur observatque ex alijs Pareja de Instrum. edit. tit. 6. resol. 9. numer. 82. & seq. Cyriac. Controv. 381.

à num.

à numer. 17. tom. 2.  
77 Quæ sententia ita retenta, inferitur, quod si Clericus possessor bonorum maioratus conveniatur, ut conditiones adimpleat, vel ex cautione quam præstare tenetur, D. Molin. lib. 2. cap. 12. num. 25. & seqq. vel conditi- 78 onem causam ex L. Liberto 21. §. Lucius Titius ff. de annuis legat. L. Si hæres 11. ff. de cond. caus. dat. L. Quidam 17. ff. de usufr. leg. L. 90. ff. de cond. & dem. L. 2. C. de hisque submod. L. 10. ff. præscript. verb. L. 9. §. Si tibi decem, vers. Succurrendum ff. ad exhibend. L. 5. §. Si pecunia ff. de usufr. car. rer. Menoch. de Arbitr. cas. 137. lib. 2. cent. 2.  
78 quod vix accidere poterit cum frequenter contraventionis pæna apponatur, qua contraventione existente vacat ipso facto maioratus, & in sequentem possessio transfertur, Doctiff. Alvarez Pegas Resol. cap. 4. num. 103. maximè si detur clausula pænalis exclusiva contravenientis, Doctiff. Peg. num. 114. Imo quod ex sola contraventione, sine interpellatione, nec sententia declaratoria privetur successor, docet idem à num. 7. videndus.

79 Si igitur successor non privetur, sed tantum ad condiciones, gravamina, & onera maioratus implenda conveniatur, licet ratione causæ videatur esse conveniendus apud sæcularem, ut tenet Pareja circa exhibitionem instrumentorum, tit. 5. q. 11. n. 45.

80 Ego autem cum Auctore tenendum iudico apud Ordinarium Ecclesiasticum conveniri debere; quia hæc actio personalis est, & directa in personam Clerici, qui fori privilegio gaudet ex cap. Si diligenti de foro comp. nec ei renunciare potest d. cap. Si diligenti, nec potest id prohibere testator ex sua dispositione, cum sit juris publici, & communis clericalis status, ut docent Vazquez de Success. creat. §. 22. lm. 17. num. 65. in fin. Ripa in L. Nemo potest num. 18. Gutierrez ibid. n. 105. ff. de leg. 1. Marta de Jurisdic. 1. p. cap. 6. num. 41. & p. 4. cent. 1. cas. 80. n. 6.

ubi quod non potest testator jubere 81 hinc fori renuntiationem, licet bonis eam legem imponere possit, quam velit, ut docet Mieres 2. p. de Maior. q. 3. à num. 6. ubi quod potest fieri Capellania ad nutum patronorum amobilis, & ad tempus Ecclesiastica.

Inferitur secundo, quod in bonis 82 maioratus etiam ab Ecclesiastico possessi, Ecclesiæ nulla est jurisdictio. Ideo si bona ad dotandas sorores, vel ad servitium Regium alienari contingat, vel subrogari, vel permutari, ad hoc facultas Regia impetranda est ab Ecclesiasticis à potestate Regia, non à Pontifice, quia agitur de bonis temporalibus, nec Clerici persona consideratur, nec hoc unquam dubitatum est. Imo in casu magis dubitabili, DD. asserunt potestatem Principis circa bona temporalia ad personas Ecclesiasticas extendi: ut ecce si 83 filius Clericus, vel Monachus legitimandus sit, debet non per Papam, sed per Principem legitimari, & ab eo legitimationis rescriptum pater impetrare debet, ut post alios D. Greg. in L. 4. gloss. En cuyo señorio, tit. 15. p. 4. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 7. n. 7. D. Salzed. de Reg. Polit. lib. 1. cap. 4. n. 24. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Lusitan. tom. 2. tit. 3. gloss. 4. c. 17.

84 Et ratio est, quia Clericus respectu temporalium de foro Principis sæcularis est, ut ait D. Greg. ubi sup. col. 1. ubi absurdum esse contrarium Decio reprobato in cons. 150. quem alijs relatis sequitur Marta de Jurisdic. 4. p. cent. 1. cas. 79. num. 6. qui videndus est num. 10. & seqq. Ripol de Regal. à num. 20. & num. 69. & seqq. ubi de Monacho professo à Principe legitimato.

85 Idem de Capellania laicali dicendum est, quæ sine Episcopi auctoritate instituta de bonis temporalibus, non est beneficium Ecclesiasticum, sed temporalis ad instar maioratus defertur, & de his Magistratus sæculares cognoscunt. Doctè Valeron de Transact.

*Transact. tit. 3. q. 6. à num. 25. Vidend. Doctiff. Alvarez Pegas Resol. cap. 4. n. 231. ibi: Et merito cum per tale onus non mutetur natura talium bonorum, nec fiant Ecclesiastica. Lara de Capel. lib. 2. cap. 1. & 2. num. 13. & 40. in cap. 1. Valasco consulti. 60. n. 12. vide Tondut lib. 1. quæst. Civil. q. 98. ubi de alienatione bonorum Capellanæ, & solemnitatibus. Et vide alios relatos à Valeron.*

87 Quid autem dicendum de maioratu à Clerico, vel Episcopo instituto de bonis patrimonialibus, vel de intuitu Ecclesiæ acquisitis, quem instituere posse de licentia ad hoc à Pontifice expressa docent videndi

88 D. Molina lib. 2. cap. 10. à num. 26. ubi Addent. Marta de Jurisdic. 4. p. cent. 1. cas. 24. Mieres de Maior. 1. p. q. 1. à n. 13. Villarroel Govern. Ecclesiastic. 2. p. q. 14. art. 4. à n. 146. & seqq. nec Regis facultatem esse necessariam certum est, sed Pontificis, in cujus dictione, & imperio sunt bona, maxime

89 intuitu Ecclesiæ quæsitæ. Marta ubi sup. num. 29. ubi: *Quia statuta, & consuetudines laicorum circa dispositiones bonorum in ultima voluntate non comprehendunt Ecclesiasticos, etiam si post mortem ipsorum lis oriretur coram iudice laico.* Nec obstarè Gamam ait

90 *Decision. Lusitana 341.* ubi ait Regiam facultatem requiri à Clerico impetrari pro construenda Capellania, hoc ideo quia ex lib. 2. Ordin. tit. 18. §. & por quanto, prohiberetur ait bona Clericorum (immobilia, patrimonialia) Ecclesiæ relinqui, de cujus Legis iustitia alibi latius dicam, interim vide Antunez de Donat. Reg. tom. 2. cap. 43. à num. 38. Barbof. vot. 26. à num. 61. & per talem institutionem à Clerico factam bona Capellanæ Ecclesiastica efficiuntur. Ita Gama num. 3. ibi: *Quia per vinculationem, & annexationem Capellæ Ecclesiastica efficerentur ex not. per Rotam dec. 868.* quibus con-

91 sequitur potius per institutionem maioratus bona effici temporalia, li-

cet antea non sint, & ideo ad hoc facultatem requiri, nec sufficere licentiam testandi simpliciter concessam, docet Molin. Marta, Villarroel sup.

Num. 18.

In feudo ita tenent D. Greg. Lopez in L. 6. gloss. 9. tit. 26. p. 4. videndus omnino D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 75. ad 79. nec sustinenda Lecivier doctrina de Primog. lib. 2. q. 3. quem refert Mieres de Maior. 2. p. q. 4. illat. 8. ubi secundogenitum præferendum si primogenitus non habeat liberos.

## AD PARTIS I.

### CAP. X.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 1 De Dialectica legali.
- 2 Usufructuarius omnium bonorum, nullo dato cohæredæ, an retineat etiã proprietatem, & sit directus hæres, & 4.
- 3 An teneatur ad Collectas.
- 5 Hæres in certa re institutus taxative an sit hæres in solidum, & 6.
- 7 L. 1. tit. 4. lib. 5. recop. explicatur in proposito.
- 8 L. 25. tit. 21. §. 3. lib. 4. Recop. ibi: Que en los frutos de las tierras sean preferidos los Señores de ellas, an domini in fructibus præferantur domino seminis seminati in fundo?
- 9 L. 2. §. 15. ff. ad tertij L. explicatur cum L. 5. ff. eod. ex interpretatione Doctoris D. Alphonfi Rozado, Meritissimi Inquisitoris Insularũ Fortunatarum, & n. 10.
- 11 L. qui quadraginta ff. ad L. Falcid.

12 Per-

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 1. C. 10. 181

12 Perplexitas vitiat dispositionem, &

17.

13 Limita primo.

14 Limita secundo.

15 Limita tertio.

16 Perplexitas quomodo evitetur.

18 Maioratus dispositio juxta Leges Regni regularis præsumitur, quia cū eis videtur testator se conformare.

Num. 20.

Qua de re videndi D. Gregor. in L. 14. tit. 3. p. 6. gloss. 3. q. 1. Ant. Gomez lib. 1. var. cap. 10. num. 10. & seq. ubi ex perplexitate vitari institutionem ait, inde que hæredes abintestato teneri partem testamento expressanti restituere hæredi scripto: quæ est Bart. sententia, quam ex professo impugnat Faber de Error. pragm. dec. 15. error. 7. ubi defendit hæredem in certa re scriptum, ut nihil præter ea habeat, in solidum esse hæredem vitiata adjectione illa, quasi contra Leges arg. L. Nemo potest 55. ff. de leg. 1. & quia testator hæredem instituendo noluit abintestato locum esse: & hæredem scriptum juvat testamenti favor, qui semper maximus, ac præcipuus. L. Si pars 10. ff. de inof. testament. Urget etiam pro eo, ut verbis Fabri juvemur, ratio juris, quæ hæredem solum ex certa re institutum pro hærede universali habet (ita ad rem contra Bart. adducit textum in L. Si ita quis 74. ff. de hæred. inst. L. Si quis in priori 29. ff. ad S. C. Trebel. L. Quoties 9. §. si duo ff. de hæred. inst.) Urget etiam illa juris regula, quæ non patitur, ut abintestato succedatur, quando ex testamento succedi potest. Urget denique voluntas testatoris, cui evident r vim fieri necesse est si legitimæ successioni locus fiat, quæ locum habere nullo modo potest, quin legitimus hæres universalem hæreditatem habeat, & consequenter fundum Cornelianum, ex quo tamen Titium instituere testator voluit, ob hoc ipsum ne ad legitimum hæredem perveniret.

6 Contra vero pro legitimo hærede nihil urget præter verba illa testatoris, quibus cavet expressimque prohibuit ne Titio instituto ex fundo reliqua hæreditas accresceret. Igitur (ecce aurea consequentiæ verba) cum offendi testatoris voluntatem necesse sit, sive pro Titio, sive pro legitimo hærede respondeas, quid

A Num. 1. & seqq.

V Ide sup. num. 25. ubi de perplexitate agam.

1 Logica legalis tractatū vide apud Pat. Caramuel Logicae fundamentalis tom. 1. & 2. Vigel Dialectic. jur. Petr. Greg. de Art. jur. cap. 20.

Num. 11. & seqq.

Vide Franc. de Petris Festiv. lect. lib. 3. cap. 1. Cyriac. controu. 274.

Num. 15.

Apuley Floridor. lib. 1. Petr. Cyriac. sup. citati.

Num. 19.

- 2 Disquirunt D. Castill. de Usufr. cap. 8. num. 43. & lib. 4. Controu. cap. 56. Fontanel. decis. 37. Noalis de Transmiss. 8. cas. 126. D. Vela. dissert. 47. num. 47. Fufar. conf. 195. Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 2. num. 20. Menoch. conf. 273. D. Salgad. Labyr. 1. cap. 2. §. univ. à num. 13. ubi contra D. Castillo tenet hoc casu usufructuarium universalem esse vere hæredem directum, & intelligi rogatum hæreditatem post mortem suam restituere. Balmased. de Collect. q. 73. n. 7. & 12. ubi ideo docet usufructuarium teneri ad collectas. Marinis lib. 1. Resol. cap. 6. Joseph. de Rosa Consulti jurid. 34. à n. 17. Jul. Capon tom. 4. discept. 237. ubi de instituto in usufructu nullo cohæredæ.

quid superest, nisi ut curemus, ne juris rationem offendamus, quæ porro si pro Titio respondebis non offenditur, si pro legitimo hærede, haud dubie offenditur. Adi Donel, & Ossuald. lib. 7. Comm. cap. 12. lit. B. Vinium in §. 5. n. 5. inst. de hæred. inst. D. Castillo lib. 3. Controv. vers. cap. 17. à num. 42. ubi plene quæstionem exagitat.

7 Hodie Leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. cum testamentum sine hærede valeat, ibi: *Aunque el testador no aya hecho heredero alguno*, videtur institutum in re certa loco haberi legatarij, & legitimos abintestato esse hæredes universales, quod docent contra Burgos de Paz Matienzo in L. 1. gloss. 10. n. 47. & in specie proposita ab Auctore sustinet D. Castillo ubi supra n. 124. & seqq. maxime à num. 150. de quæstione videndi Gomez 1. var. cap. 12. num. 13. ubi Aillon Cyriac. Controv. vers. 44. 46. 221. 305. & 499. D. Vela differt. 47. num. 35. Aillon itidem ad Gomez var. 1. cap. 2. num. 21. & seqq. & cap. 20. num. 10. 14. & 16. Tiraquel, le Mors Saisit. p. 2. declar. 4.

Num. 22.

Vide 5. parte cap. 4. infra.

Num. 23.

8 Vide casum singularem apud Marini lib. 1. Resol. cap. 260. num. 5. ubi de domino feudi, & seminis feminati domino, quis in fructibus colono perceptis præferatur. Balmased. de Collect. q. 50. num. 12. & 13. & 14. Hodie quæstio decisa est Leg. 25. tit. 21. lib. 4. Recop. §. 3. ibi: *Que en los frutos de las tierras sean preferidos los Señores de ellas por su venta a todos los otros acreedores de qualquier calidad que sean.*

Num. 24.

Vide L. 2. §. 15. ff. eod. ad Tertyl. 9 D. Joseph de Retes lib. 1. Opusc. cap. 4. num. 1. & 2. non possum amicissimi mei. Don. Ildephonsi Rozado meritisissimi Divæ Catharinæ Collegæ Rectoris, Cathedræ Decreti dignissimi omnium qui hucusque fuerint moderatoris sensum ad legem difficilem novum non referre. Agnoscit litem perplexam si juris statuta conspiciantur in hac L. 5. inveniri, quam æquitate, solutam esse à Paulo Consulto docet L. 9. L. 56. ff. de reg. jur. Ideo in specie proposita, patre, avo, & matre superstitibus, ad hæreditatem filij ab avo manumissi, mater avum excludit, matrem pater, & rursus patre excluso avus admittitur, quod æquius esse Paulus judicavit, quia & patri consulitur, cui spem nanciscendi filij, hæreditatis relinquatur si avus ea potiatur. L. 1. ff. de inof. test. quia ex Cap. Unde cognati, pater licet ab avo emancipatus ad ipsius hæreditatem potest admitti L. 5. ff. unde cogn. §. 1. inst. de succ. cogn. qua & filij sui ab avo emancipati aliquando fruatur bonis avo acquisitis, tum quia Sen. Conf. Tertyl. cum in præjudicium avi manumissoris fuisset in favorem matris inductum, quam minus interpretandum, L. pen. de Constit. L. 2. §. Siquis à Principe ff. nequid in loc. pub. L. 2. §. Obvolut ff. ad Tertyl. L. 2. C. eod. æquum est, ut solum mater vincat avum, quando avus solus, non intermedius pater est ( ut voluit gloss. in d. L. ) qui possit sibi aliquando venturam hæreditatem filij accipere, L. Legitimi 5. unde cognat. §. 1. inst. de success. cognat. L. 1. ff. de inof. vel testamento everso succedat avo per bonor. poss. Unde liberi, quæ avi hæreditatem auctam nepotis prædefuncti bonis, æquitate prætoriana nanciscatur §. Emancipatos inst. de exha.

exhæred. liber. §. sunt autem inst. de bon. poss. L. 1. L. Emancipatos ff. unde liber. L. 8. de contra tab. tum quia pater emancipatus ab avo, si non sit juste exhæredatus, everso testamento avi poterit filij hæreditatem cum avi hæreditate mixtam recuperare, L. 23. ff. de inof. testam. L. 8. ff. de contra tab.

10 Quæ ratione retenta, quam neminem hucusque invenisse censeo, explicatur textus in L. 2. §. 17. b. t. ad Tertyl. ubi agnatus, pater in adoptiva familia, & mater concurrentes, agnatus vincit patrem, & pater à matre vincitur. Nam in agnato cessat ratio, & spes parentis, quam habet quando avus succedit, ideo jure magis privilegiata mater præfertur, & patrem agnatumque vincit; eo etiam quia pater in adoptiva familia existens minus juris habet, quam pater adoptivus L. pen. Cod. de adopt. & quia isti in adoptiva familia existentes non admittuntur quasi liberi L. 4. ff. si Tabul. Testam. ex tab. sed quasi cognati L. 4. ff. unde liber. §. 13. & 10. inst. de hæred. abintest. Recte enim mater, & patrem in adoptiva familia existentem, ac proinde minus juris habentem excludit, & agnatum; cum vero concurrat avus, pater naturalis, & mater, in perplexo judicio pro avo sententia profertur.

Num. 25.

11 Vide Govean in tit. ad L. Falcid. in h. Lege.

Num. 26. & seqq.

12 Adde Peralta in L. Si idem servus num. 6. & 7. ff. de leg. 2. & in L. Titum cum testamento §. Lucius Titius el. 2. num. 2. ff. eodem, & in L. Siquis in principio num. 108. ff. de leg. 3. Tiraquel. de Jur. const. 3. p. limit. 6. a. 8. Surdus cons. 235. num. 8. Cassanate cons. 57. à num. 1. Simon de Prætis citandus.

13 Limita quando perplexitas contingit præter voluntatem testatoris, tunc enim actum non annullat. D. Castillo hic numer. 18. vers. Nec ex proposito, & num. 19. cum seqq. ubi casus in quibus non obstante perplexitate dispositio testatoris valet lib. 3. Controv. cap. 10. n. 19.

14 Limita 2. quando perplexitas non est circa dispositionis substantiam, tunc enim non. Vitiatur Bart. in L. 1. numer. 7. ff. de cond. inst. & in L. Si mihi, & ibi 12. ff. de leg. 1. & in summario num. 1. Bald. in d. Leg. 1. n. 5. Mantie. de Conject. ult. vol. lib. 2. tit. 5. n. 12.

15 Limita 3. quando perplexitas potest test reduci ad aliquem intellectum juris, quia tunc debet reduci, etiam si verba improprie accipiantur. Mantie. de Tacitis, & ambig. lib. 14. tit. 29. n. 3. Auct. hic n. 32.

16 Quomodo autem perplexitas evitari possit vide Sim. de Prætis de Interpret. ult. vol. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. solut. 7. fol. 51. & Auct. hic, D. Castill. lib. 3. Controv. cap. 10. numer. 18. & 19. & seqq. & lib. 2. cap. 7. numer. 18.

Num. 33.

17 Vide in principio num. 26. & quod annullat actum, & dispositionem ibi citat. & Prætis ubi sup. num. 3. & 4. & hic A. num. 35.

Num. 36.

18 Ex D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 35. Menochius lib. 4. de Præsumpt. præsumpt. 202. Auct. infr. 6. p. cap. 4. num. 85. & 7. p. cap. 6. num. 12. D. Valenzuel. cons. 184. num. 16. Giurb. de Success. feud. §. 2. gloss. 5. num. 19. & gloss. 12. numer. 89. D. Molin. lib. 1. de Prim. cap. 2. n. 2.

## AD PARTIS I.

## CAP. XI.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 De Rhetorica.
- 2 Ambigua vox intelligenda est juxta subjectam materiam.
- 3 Amphibolia, vel Amphibologia unde dicatur.
- 4 Ambiguitas tripliciter accidere potest, & quo modo explicatur.
- 5 Ambiguitas legum quomodo dissolvatur.
- 6 L. Qui decem 72. §. Stichem explicatur ff. de solut.
- 7 §. fin. Inst. de nupt.
- 8 L. 4. C. de dot. promif.
- 9 L. 1. ff. de leg. 2.
- 10 Grammaticæ, & Rhetoricæ utilitas ad legalem scientiam.
- 11 Ambiguum responsum adducitur.
- 12 Ambiguitas dispositionis quomodo accidere possit, & dissolvatur.
- 13 Rei incertitudo vitiat actum, & quando secus, 14. & 15. & 16.
- 17 Facti incertitudo an vitiet dispositionem.
- 18 Verborum obscuritas, vel ambiguitas an, & quando vitiet actum, & 19.
- 20 Maioratus (si duos ejusdem nominis filios habeat institutor) in quo videtur factus.
- Maioratus si duo eodem tempore instituti, prior videtur factus, qui in filio maiori est fundatus. Ibid.
- 21 Maioratus institutio nullis vocatis facta an valeat, ad interpretationem L. Paulus ff. de reb. dub. & 22.
- 23 Maioratus institutus in filium quem alter conjux elegerit nullo electo, non

vitiatur, quia filius maior videtur electus.

L. 33. Tauri explicatur. Ibid.

24 Legatum relictum Titio (si duo sint ejusdem nominis) cui debeatur.

## ANUM. I.

DE Rhetoricæ arte à nostris Celsitius usitatissima vide Franc. de Petris Festiv. lect. lib. 2. cap. 5. num. 5. Adam. Keller. de Offic. Juridico Politic. lib. 1. cap. 7. ubi legum exempla referunt.

## Num. 4.

In ambiguo sermone ea significatio, quæ materiæ congruit, accipienda est. Nam & si (ait Boss. Rethor. lib. 4. cap. 1. §. 10.) Taurus, & animal sit, & mons, & signum in Cælo, & nomen hominis, & radix arboris; (test. Fab. Quint. lib. 8. cap. 2.) non tamen ambigue loquitur Astrologus, cum sidera numerans Tauri meminit, quia ex natura materiæ de qua agit manifestum est, quomodo his vocibus utatur. Idem ait L. 3. ff. de reb. dub. in ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id dumtaxat, quod volumus. L. quoties 67. ff. de reg. jur. L. Si uno ff. locati, L. Si servus plurium ff. de leg. 1. Garcia de nobil. initio n. 4.

## Num. 5. &amp; 19. &amp; 20.

Amphibolia, Amphibolia ab ἀμφιβολία, amphibolos, compositum ab ἀμφι, quod est, utrinque, & βολή, Bole consilium: quasi in alium atque alium sensum interpretari possit, apud Balderum in lexico Græco Latin. quod & prævidit Boss. Rethor. lib. 4. cap. 1. §. 11.

## Num. 6. 7. &amp; seqq.

Vide latissime Pat. Caramuel. in tract. de Restrict. mentali.

Boss

4 Boss. Rethor. lib. 1. cap. 10. de Stat. leg. §. 4. de stat. ambiguus, ubi triplici modo ambiguitatem accidere: primo ex accentu, secundo ex intervallo, aut divisione, tertio ex vocabulo plura habente significata.

Exempla de primo: Meretrix coronam auream ne habeto, si habuerit publica esto, in qua potest dubitari an publica meretrix, an corona. Duaren. de Legib. cap. 7.

De secundo: si quis duos habens filios Leontem, & Cuntaleontem, ita testamento caveat: Bona mea do lego Cuntaleonti, vel ita Cunta Leonti.

De tertio: quidam Taurum legavit amico, is petit servum nomine Taurum, potest enim esse nomen appellativum ut in L. 35. de Servitutib. Rusticor. prædior. hæres offert bovem; vel legato fundo Titiano, ut in Leg. quod in rerum 24. §. 2. delegat. 1. si habeat filium nomine Titianum, ut in L. Lucius 45. ibi: Titianus legitimus filius ff. de vulgar. an fundus Titianus, an fundus Titiano legatus videatur.

Vel apud Tullium lib. 1. ad Herennium: Tullius hæres meus Hærentiæ uxori meæ triginta pondo vasorum argenteorum, quæ volet (Hæres; an ipsa uxor) dato.

Et jocosè solet usurpari ambigua vocis significatio juxta illud Juliani Rethoris apud Gellium lib. 9. cap. 15. Adulescens hic sine controversia difertus est; ubi verbum sine controversia duas habet, & retinet significationes. Sic scite Augustus apud Macrobi. Saturnal. lib. 2. cap. 4. cum quidam araret paternæ sepulturæ locum: Hoc vere (inquit) est patrem colere, & apud Sueton. in Valerium Poetam, qui æs alienum solvere non poterat, refertur M. Turium dixisse:

Mirati sumus optimum Magistrum, Summum Grammaticum, optimum Poetam, Omnes solvere posse quæstiones, Unum difficile expedire nomen.

Quæ omnia planè tibi ad legitimam interpretationem deservient; sic enim & Alciat. lib. 4. Dispution. cap. 3. Ant. August. Emendat. lib. 1. cap. 9. plures leges interpungendo explicant & Duaren. tit. ff. ex quib. caus. maior. ita intelligit L. Is qui 39. ff. illo tit. & Merill. lib. 3. Variantium ex Cujac. lib. 3. cap. 16. explicat ita L. Qui dotem ff. de dote præleg. L. 29. §. 1. ff. de leg. 3. L. 1. ff. reb. dub.

Et sunt ita intelligendi textus in L. Qui decem 72. §. Stichum 4. ff. de solut. qui ita legendus est: Unum etiam ex his dando promissor liberabitur? Viquidem ipsa, &c. ubi interrogationi respondetur; si vero sine interrogatione legatur difficultatem continet.

Et textus in §. fin. inst. de nupt. ibi: Quod & alijs liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio præbuit; ubi alij liberis non in dativo, sed in ablativo intelligunt.

L. Si voluntate 4. C. de dot. promiss. 8 ubi cum interrogatione lege ibi: Intelligis de his petendis pactum esse consequutum.

Idem in L. 1. ff. deleg. 2. ibi: Quid enim interest an si Titius in Capitolium ascenderit mihi legatur, an si voluerit? Ubi in ipsa interrogatione respondetur, ut in L. Fulvius 7. §. Si in die 14. ff. ex quib. caus. in poss. eatur L. de Quibus 32. §. 1. ff. de legib. & alias. Vide apud Horoz. de Apic. Jur. lib. 2. cap. 9. n. 14.

Hæc ideo referrè decrevi, ut intelligas lector, Rhetoricæ, Grammaticæ que artes ad legalem scientiam consequendam necessarias esse, & passim tibi plures leges occurrent, quæ nisi distinguas periodos, non intelliges, ideo observa incisum; commata dicimus, Colon, id est geminatum punctum: & punctum ubi periodus intelliges finitur, explicant in Rethoric. Petr. Greg. Syntax. art. mirabil. in Comment. lib. 18. cap. 6. & in Grammat. Georg. Vall. lib. 33. expetend. grammaticæ.

Q. iii

*matic. lib. 3. cap. ult. ubi ait, hanc sane observari nos oportet pronuntiationem, ne commata, cola, & periodi, idest, cæsa, membra, & ambitus confundantur. Vid. Olan. Oteiza. Paralipom. lib. 4. cap. 1. numer. 20. ubi de Parenthesi, ad textum in L. 1. ff. ad L. Falcid. Bossius Rethor. lib. 4. cap. 3. de Periodo §. 1. 2. & 3. ubi de comate, & colo. Vide etiam Pat. Benavides Carmelitan. in Scripturæ lecturam dub. 7. & 8. disp. 9.*

## Num. 9.

Simile est oraculum illud: *Domine sis securus, inimici tui intrabunt, & subjicient. ur domui tuæ.*

## Num. 21. &amp; 22.

Vide Vigel. *Method. Civil, & in ff. lib. 7. cap. 9. ubi regulas tradit ad resolutionem quæstionis 1. Si in jure dubitetur. 2. Si de facto. 3. Communes tam juris, quam facti.*

Ad rem præsentem quod attinet; ambiguitas in actu considerari potest tripliciter, aut in re, in corpore, vel quantitate, aut in facto, aut in verbis, veluti si incerta res sit, vel factum, vel verba dubia, aut obscura.

Si incertitudo sit in re, in corpore, vel quantitate, ubi non apparet quid, quale, quantumque sit, actus vitiat<sup>13</sup>ur L. 75. ff. de verb. oblig. & probant L. 3. §. 2. ff. de acq. poss. L. Locus 26. ff. eod. ad quem, cum L. 3. in fin. ff. de rei vindicat. Vide Valentiam Illustr. lib. 2. tract. 4. cap. 3. num. 13. Item L. Ita stipulatus 115. in princ. ff. de verb. oblig. L. Triticum 94. ff. eod. L. Quod in stipulat. 31. ff. de usur. L. Cum duo 17. ff. de indiem addit.

Excipitur favore dotis casus L. Cum post. 69. §. gener. ff. de jur. dot. Vide L. 3. & L. 1. C. de dot. promif.

Excipitur etiam favore ultimorum voluntatum legatum generis, si aliqua species ejus generis in bonis

testatoris existat §. Si generaliter 22. inst. de legat. Vide L. Si domus 71. ff. deleg. 1 L. 13. L. Legato 37. in princ. L. Si servus 108. §. 1. ff. eod. L. Heredes 25. §. Si in certo ff. fam. Hercijc. Gomez 1. var. cap. 12. num. 32. & lib. 2. cap. 11. num. 9. Donel. in L. Ita stipulatus 115. à num. 13. ff. de verb. oblig. DD. in d. §. Si generaliter de legat. & in specie electio est legatarij, in quantitate incerta hæredis, ut quæ minima sit, præstetur L. Semper ff. de reg. jur.

Nec obstat Leg. 27. §. 1. ff. de recept. 16 arbitr. L. 71. ergo si 1. ff. de verb. oblig. ubi incerti datur actio pro incerto promisso fundo. Nam aliud est fundum promittere in genere, aliud fundum sine proprio nomine promittere, nam qui plures fundos habet ejusdem nominis, potest unum eorum eo nomine, non nomine proprio fundi promittere, prout planius explicat Iavolenus in L. 106. ff. de verb. oblig.

Facti incertitudo etiam vitiat<sup>17</sup> actum, veluti, si certa temporis, vel loci adjectio non sit, ut in L. Ita stipulatus 115. ff. de verb. oblig. L. 7. ff. de injur. L. 3. ff. de accusat. L. 21 §. 8. ff. de recept. arbitr. L. 59. §. 2. ff. de re jud. L. Eum qui 41. de verb. oblig. Vide Donel lib. 15. Com. c. 1.

Item ex verborum obscuritate actus vitiat<sup>18</sup>ur L. 73. ff. de reg. jur. §. Quæ in testamento L. 2. ff. quæ pro non script. habentur L. In tempus 62. §. Quoties 1. ff. de hered. inst. L. Siquis de pluribus 27. ff. de reb. dub. L. Si sic 75. §. 1. ff. deleg. 1. L. 3. §. Si duobus Titij ff. de adim. leg. L. Paulus 5. ff. de reb. dub. L. 26. ff. eod. L. Si plures 18. ff. de usufr. leg. nisi animus, & intentio ejus qui protulit probari possit L. 168. L. 114. L. 9. ff. de reg. jur.

Si autem verba non obscura, sed<sup>19</sup> dubia, ambigua, amphibolica sint, extat etiam nullitas voluntatis incertæ ex ratione textus in L. In ambiguo 3. ff. de reb. dub. L. Inter stipul. 83. §. Si stichem ff. de verb. oblig. L. 62. §. 1. ff. de hered.

hæred. inst. L. Duo sunt Titij ff. de testam. tutel. nisi ex materia, re, vel causa de qua agitur, quomodo significatio verborum accipiatur ut dixi ad num. 4. & probat L. 96. ff. de reg. jur. L. 80. ff. de verb. oblig. vel ex benigna acceptatione L. 192. §. 1. ff. de reg. jur. favorabiliori L. 179. ff. eod. verosimili L. 114. ff. eod. sustineri possit L. 21. ff. de reb. dub. vel ex consuetudine testatoris, & regionis, vel personæ qualitate, & testatoris erga eum affectu.

Hinc in quæstione Auctoris si maioratus institutus sit in persona Antonij, cum quis duos ejus nominis habet filios, maior est præferendus conducit Greg. in L. 2. tit. 15. p. 2. gloss. marcia col. 3. vers. Sed pone, & Alvarad. de Conject. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 29. ubi duo maioræ reperiuntur eodem die factæ de iisdem bonis, quarum una filio natu maiori, & altera filio minori ætate relinquitur, dubium est quis eorum præferendus sit? & videtur quod succedat filius maior. Videndus Mieres de Maior. 1. p. q. 43. à n. 68. & 57. & fere per totum.

Item L. Paulus 5. ff. de reb. dub. ibi: Cum nomen fideicommissarij testamento scriptum non sit, nulli personæ, neque certæ, neque incertæ, datum fideicommissum videri indubitatum est. In maioratu locum non habet, maioratus namque simpliciter institutus, etiam si nullius vocatio adjecta sit, non vitiat<sup>21</sup>ur, filius enim maior electus, vocatusque videtur à Lege, & consuetudine Hispaniæ L. 2. tit. 15. p. 2. cum qua testator in dubio se conformari videtur. Eleganter Mieres de Maior. 1. p. q. 48. n. 48. & 50. ubi in donatione regia titulo maioratus loquitur, & num. 55. 67. & 69. cum seqq. ad 71. & n. 79. 82. 86. 90. 91. & 153. & 2. p. in initio 160. & 180.

Inde si parens faciat maioratum in filium quem alter conjux elegerit, dubitat Mieres, an institutio vitietur si nullus fuerit electus conjuge, nulla electione facta defuncto? Ratio

dub. ex L. 33. Taur. T. passados los dichos terminos, no pueda mas hazer, que si el poder no le fuera dado, y vengán los dichos bienes, a los que los avian de heredar muriendo el testador abintestato; quod latius convineit aliquatiter à n. 44. ad 46. Sed verius est maioratum factum videri in filium maiorem, ubi docet à num. 46. ad 94. & dict. 2. p. à n. 180. nisi probatum fuerit testatorem maiorem affectionem habere ad filium minorem, quo casu maiori filio præferri debere, ex Mieres sententia vidi judicatum in Granatensi Consilio pro D. Christophoro de Alarcon & Civo contra fratrem maiorem.

## Num. 24.

Dixi sup. Cap. 10. num. 46.

## Num. 26.

Pat. Molin. Tract. 2. disp. 197. Dian. 24. Moralium tom. 6. tract. 8. resol. 51. & 52. Pat. Sanchez Consil. Moral. lib. 4. cap. 2. dub. 8. qui de ambiguitate personæ hæredis, vel legatarij agunt. Adde Gomez 2. var. cap. 11. num. 8. vers. Sexto. D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 34. à num. 10. & lib. 8. cap. 34. de Aliment. D. Lara de Capell. lib. 1. cap. 10. n. 84.

## Num. 28.

De quo D. Castillo cap. 98. lib. 5. Controv. n. 12. ubi plura.

## Num. 29.

Vide Petr. Pechium in cap. in obscuris 30. de reg. jur. & in cap. inspicimus 45. eod.

## AD PARTIS I.

## CAP. XII.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Poesis laudes, remissive.
- 2 Poeta an sint immunes à tributis, & contributionibus.
- 3 Legatum doctori relicto an debeatur Theologo.
- 4 Maioratus sub conditione, si vocatus, legibus, vel medicinae studuerit, remissive.
- 5 Dicta à factis plerumque differunt.
- 6 Poetarum auctoritas apud Iurisperitos, & in gloss. Acursij maxima.
- 7 Et apud Sacros Canones.
- 8 Et in sacris litteris apud Div. Paulum.
- 9 Et in causarum decisionibus solent adhiberi.
- 10 Histrones an in maioratibus succedere queant.
- 11 Infames an succedant in feudo.
- 12 Ignobiles an succedant in feudo.
- 13 An in maioratibus, & an possint maioratus instituire.
- 14 Maioratus ab ignobilibus instituti in parva quantitate damna solent afferre Reipublicæ, & quare.
- 15 Infames an succedant in maioratibus, affirmativa sententia refertur, & n. 27.
- 16 Infames successione sunt capaces. Infames possunt acquirere dignitates quando sunt hereditarie. Ibid.
- 17 Infames officio Reipublicæ possunt acquirere licet ea exercere sint prohibiti.
- 18 L. 3. tit. 3. lib. 8. Recop. intelligitur, & 20.
- 19 D. Molinae, & Pat. Barbof. Ratio dissolvitur, & 22.

- 23 Legatum rei cuius commercium legatarius non habet, validum est, saltem quoad estimationem, & 24.
- 25 Infames ex tacita voluntate fundatoris exclusi censentur.
- 26 Auctoris doctrina intelligitur.
- 28 Maioratus an, & quando dignitas sit.
- 29 Histrones an sint infames hodie.
- 30 L. 1. §. 12. tit. 12. lib. 7. & in fine tit. decretum anni 1639. adducitur.
- 30 Histrio dimisso officio amplius non debet notari.
- 31 Comædiæ quare sint permixtæ, & an licitæ?
- 32 Nobilitas quibus actibus in contrarium amittatur.
- 33 Nobilitas an possit renuntiari.
- 34 Patris vile exercitium non præiudicat filio in nobilitate.

## A Num. 1. &amp; 14.

**V**bi Poesis laudibus vide ex nostris Balmasedam de Collect. q. 42. Carol. Maranth. Resp. Iur. 3. p. resp. 52. Senec. de benef. 1. p. cap. 4. & de brev. vitæ cap. 16. & epist. 88.

## Num. 4.

Balmased. ubi sup. Coklius de Contribution. q. 15. n. 63. & seq. Niger. de Except. cap. 3. §. 50. numer. 20. Carvalho de una, & altera quarta 1. p. numer. 325.

## Num. 5.

Conducit Marantha 3. p. respons. 1. ubi delegato doctore relicto an debeatur Theologiæ professori? Horat. Barbar. ad L. Unum ex familia ff. deleg. 1. p. 1. cap. 6. numer. 102. ubi de maioratu sub conditione, si vocatus, legibus, vel medicinae operam navaverit, ex Honded. cons. 57. numer. 27. lib. 2. Pontanet. de Pæd. nupt. claus. 6. gloss. 3. p. 3. n. 10. Moltazo de Caus. p. lib. 3. cap. 10. omnino videndus, qui

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 1. C. 9. 189

qui in Capellanijs id late disputat, & an sufficiat gradus ex privilegio sine scientia num. 8. & 9. negative resolvit ex textu L. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. & Leon. de Offic. Capellan. q. 4. prax. 6. numer. 179. Massobr. in Praxi requisit. 10. dub. 6. numer. 6. Mendo de Iure Academic. lib. 1. q. 12. numer. 314.

## Num. 6.

Angel. Politian. in Panepistemon. ubi de Poesi.

## Num. 7. 9. &amp; 10.

Marc. Senec. Controvers. lib. 6. controu. 8. ubi perbelle de Vestali Virgine incesti accusata ob hunc versiculum: Felices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est, ait: Quam expressa vox, quam ex imis visceribus emissa, non expertæ tantum, sed delectatæ, incesta est, etiam sine stupro quæ cupit stuprum. Contra ibi: Quid tu putas poetæque sentiunt scribere? Et ibi: Unum crimen vobis confiteor ingenium habet. Vide de utilitate, & periculo bonæ, & malæ lectionis Pat. Torres lib. 25. Philosoph. Moral. Theophil. Rainaud. de Bonis, & mal. libr. Bobadill. lib. 4. Politica cap. 1. n. 3. & cap. 2. n. 31. Aug. Barbof. de Potestat. Episc. alleg. 90. Petris statim citandus.

## Num. 15.

6 Videndus Franc. de Petr. Festiv. lect. lib. 3. cap. 12. ubi refert omnes glossas Accursij, qui poetæ adducit, & Iurisperiti pluries citant: ut Paul. in L. 1. ff. de contrab. empt. & vide L. Si uxor. ff. de adulter. L. 1. ff. de don. caus. mort. L. In tantum in fin. ff. de rev. ducis. L. Legatis §. Ornatrix. ff. de leg. 3. L. Quædam L. Ant facta §. fin. ff. de pæn. L. Non facile §. affinis ff. de gradib. L. Legata supellectili ff. de supellect. legat. L. Qui vene-

numff. de verb. signif. & apud Justinian. in princ. inst. de empt. & vendit. & §. 1. inst. de leg. Aquil. & §. Item lex de public. judic. & apud decretales Pontificum Epistolas vide cap. Forus de verb. signif. can. Nonnumquam de consecrat. distinct. 1. & can. Legimus de consecrat. distinct. 5. & c. Nec mirum §. Magi 26. q. 5. Et in sacris litteris D. Paulus Epist. ad Titum c. 1. vers. 12. & Act. Apostol. cap. 17.

Sic & Iurisperiti (ait Petr. Greg. com. syntax. lib. 1. cap. 13. tom. 4.) in tractandis negotijs, illisque definiendis, nullo modo contempserunt, & si gravitatis plenæ leges eorum sint, & serio ad hominum salutem, & rerum conservationem hypothèses suas examinant. Quintil. lib. 1. & lib. 5. de Philosophis testatur; Cassaneus vidend. in Catalog. glor. Mund. p. 10. consider. 45. Adam. Keller. Iuridic. politic. lib. 1. cap. 6.

## Num. 16.

Petr. Greg. in Syntaxeos Commentar. tom. 2. lib. 4. cap. 17. ad fin. Keller dict. cap. 6.

## Num. 17.

In hac quæstione Auctorem laudat, & sequitur noviter Balmased. de Collect. quæst. 34. n. 7. 8. & 9.

## Num. 18. 19. 20. &amp; seqq.

An infendo? Dom. Molin. n. 10. 11 & 18. vers. Non obst. Bald. in cap. un. an ille, qui interfecit. patr. dorm. sui. Matutæ Disquisit. leg. 4. numer. 29 ubi quod ignobilis non est capax feudi nobilis, sine voluntate domini ex Paul. cons. 335. numer. 2. lib. 1. Tiraquei. de Nobil. cap. 37. numer. 28. Mieres omnino videndus 1. p. de Maior. q. 1. a numer. 23. 26. 42. & seqq. ubi an ignobiles, & plebei possint facere maioratum? & affirmat de jure cum

cum non sint prohibiti, & sapius regia ad id facultas concedatur cum nihil determinatum sit anno 1552. in Curijs Carpentanensis Villæ cap. 106. ubi propositum fuit, ne concederentur facultates, & privilegia ad maiorum instituentum, nisi nobilibus, & in dignitate constitutis. Nec quid statutum, ut affirmat Mieres num. 49. & dict. 1. p. q. 3. numer. 14. Meminit alterius propositionis iisdem comitijs factæ cap. 206. ne concederentur facultates ad maiorum, nisi prævia informatione de quantitate, & <sup>14</sup> qualitate honorum constaret. Quod ideo factum est, & statui debebat, quia maiorum ab ignobilibus instituti, in parva quantitate Reipublicæ præjudicium afferunt potius, quam utilitatem, ut consideravit Navarrete in lib. de Monarch. conservat. discurs. 11. de los mayores cortos, ubi ait: Porque apenas llega un mercader, un official, un labrador, y otros semejantes a tener con que fundar un vinculo de 500. ducados de renta, quando luego los vincula para el hijo mayor; con lo qual no solo este, sino todos los demas hermanos, se averguenzan de ocuparse en los ministerios humildes, con que se ganó aquella hacienda: y assi llebandose el mayor la mayor parte de ella, quedan los otros con presumpcion de cavalleros por ser hermanos de un mayorazgo, y sin querer atender a mas, que ser holgazanes: & post: Y assi parece seria conveniente, que no se pudiesen fundar mayorazgos, ni vinculos, que fuesen menos de tres mil ducados de renta, con que el poseedor del mayorazgo tendria para sustentarse, y con que ayudar, y alimentar sus hermanos, & aviendo de ser los vinculos tan quantiosos, no servirian tantos los que para fundallos desamparassen la labranza, la crianza, las artes, y los officios. Vide Escobar de Purit. 1. p. q. 3. §. 2. n. 36.

An autem infamis possit succedere in maioratu? quæstio dubia red-

ditur ex Auctoritate doctissimi Barbosa, & avi mei sententia: sed affirmativam sententiam communiter DD. sequuntur ex Baldi origin. doct. in L. 1. C. de secund. nupt. quem sequuntur Alex. Joan. de Garçon. Tiraq. quos refert D. Molin. & docet etiam Angel. in L. Cum prætor. §. final. Non autem num. 1. in fin. ff. de judic. ibi: Et quod hæc litera dicit tales esse incapaces, intellige, nisi jurisdictionem habeant jure proprietatis, unde furiosi, & alij penitus incapaces succedentes Regi, Comiti, vel Baroni, aut Duci, succedunt in jurisdictione, & dignitate, & quia administrare non possunt, administrant per alios. Sequitur Fulgos. ante num. 1. Paul. Castr. num. 1. Jacob. de S. Georg. ibidem §. Jurisdictionem dare, ubi legit §. Non autem num. 6. vers. Adverte tamen: quia ista litera debet intelligi quando jurisdicctio conceditur in administratione, de qua doctrina meminit Gomezius extra rem in L. 45. Taur. num. 112 ad finem vers. Sexto. Sequitur Decius conf. 498. num. 21. Purrat. conf. 367. num. 34. lib. 1. Prosper. Pafer. conf. 72. num. 26. Cagnol. in L. 2. num. 4. ff. de reg. jur. & hæc etiam sententiam sequuntur Brugnot. Menoch. & alij quot quot scripsere in causa Comitatus de Bailen: qui vendendi in suis consilijs, & allegationibus. Et ex novioribus sequitur Baldum Pat. Molin. de Inst. & Jur. tom. 3. tract. 2. disp. 620. D. Amaya in L. Unic. C. de infamib. lib. 10. n. 99. ubi allegat Matrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 10. ex numer. 24. Pat. Sanchez lib. 2. moral. cap. 30. num. 6. Addent. ad Molin. lib. 4. cap. 11. n. 50. & conducunt lib. 1. c. 13. n. 14. & 19.

Fundamenta hujus sententiæ affert D. Molin. hic ab Auctore relatus. <sup>16</sup> Verum enim est infames non ideo esse successionis incapaces, ut notat in L. in Arenam C. de inof. testam. L. Fratres C. eod. §. Soror. inf. eod. ubi Mag. Pichard. in princ. eod. num. 84. &

84. & sea. D. Amaya ubi sup. num. 99. D. Molin. hic n. 11. & in testamenti factione activa notat Antunez de Donat. Reg. tom. 2. cap. 28. n. 22. ubi de meretrice, & n. 25. ubi de spurio.

<sup>17</sup> Inde si dignitas deferatur jure successione, quando ad hæredes est transitoria, quia cõcessa sit alicui pro se, & suis hæredibus, quod vulgo dicimus por luro de heredad. DD. in cap. 1. de feud. Marchiæ L. 12. ubi Greg. Gloss. de heredam. tit. 1. p. 2. sicut infamia non obest quis in alijs bonis succedat, nec in dignitate succedere prohibendus, aliter enim de dignitatibus, & officijs electivis, aliter de successivis philosophandum est.

<sup>18</sup> Licet enim infamis decurionis officium exercere non possit, nec dignitatem aliquam, jurisdictionem ve exercere, tamen harum, & officiorum dominium, recte acquirere poterit, quod probatur ex textu in cap. Excommunicandus el 1. de hæretic. ubi dicunt DD. quod inhabilitatus ad officia, & beneficia potest alios eligere, quia nõ intelligitur inhabilitatus ad hoc. Joan. Andr. ibi n. 15. Ant. Butr. n. 32. Abbas n. 5. Sozin. n. 37. Zabarella in eod. cap. 5. Credentes n. 2. Felin. n. 3. vers. Nota ex §. Credentes, Philip. Francus in cap. 2. §. Inhibemus in fin. de hæretic. lib. 6. Dominic. in eod. cap. §. Hæreticin. 2.

<sup>19</sup> Hinc Leges Regiæ, maxime L. 3. tit. 3. lib. 8. Recopil. ubi infames prohibentur officia publica habere, ibi: Ni tener officio publico, ni Real en nuestra Casa, y Corte, o Chancillerias, intelligendæ sunt, quod infamis, vel inhabilis alia inhabilitate non possit eligi ad similia officia, nec ea exercere, ea tamen poterit habere in proprietate, & acquirere, ad exercitiumque alium idoneum eligere ex DD. sup. & Simancas Enchiridion. q. 63. n. 8.

<sup>20</sup> Hanc rationem considerant aliqui in allegationibus Status de Bailen; in prima enim sic dicitur: Aliud siquid est quod filius hæretici non possit exercere officium publicum, quod a populo, vel

Principe conceditur, aliud vero quod obtinere possit jurisdictionem una cum hæreditate delatam.

Nec obstat Molinæ ratio lib. 3. cap. <sup>21</sup> 11. n. 54. ibi: Durum namque videtur dicere, quod filius hæretici, qui non potest officium publicum, nec etiam mercatoris, vel conductoris, vel similia officia exercere, possit Ducatum, vel Marchionatû, vel vassallos, & jurisdictionem ex successione obtinere: & Petr. Barbosa in d. cum prætor §. fin. n. 249. ibi: Quia absurdum prorsus esset, quod infames repellantur a quibuscumque officijs publicis. L. 3. tit. 3. lib. 8. Ora. & tamen possent succedere in supremis dignitatibus, & officijs. Cõtra L. Reg. relegator. §. pen. ff. de jurisd. & releg. L. 2. de Senator. Idem enim.

In his dignitatibus, jurisdictionibus, & officijs publicis accedit, dominium enim utile, vel jus habet successor, & exercitio earum prohibebitur si inhabilis sit. <sup>22</sup>

Nec item obstant L. Filiusfam 114. <sup>23</sup> §. Siquid alicui 5. ff. de leg. 1. L. Fideicommiss. 11. §. Si serbo 16. ff. de leg. 3. L. 40. ff. de leg. 1. L. Mortuo bove. 49. §. Labeo ff. de leg. 2. quibus legatum rei, cujus cõmercium legatarius non habet, invalidum est, nisi ex persona legatarij sit incapax, quo casu, legatum valet quoad æstimationem. Nam si res sit exempta à cõmercio, legatum ejus rei <sup>24</sup> nullum est, quia ejus nulla est æstimatio; si vero legatarius sit incapax ex persona sua, ut servus est incapax militiæ, æstimatio debetur, & legatû valet: & facit bonus textus in L. Omnimodo 30. §. Imputari C. de inof. testam. qui ad rem est expressus illis verbis: Et quod talis sit militia, ut vendatur.

Hæc de jure vera sunt; ex volûtate <sup>25</sup> tacita testatoris aliter dicendû videtur cum A. hic n. 21. vers. Quia suaderi, & Antunez de Donat. Reg. 2. p. cap. 11. n. 82. ubi idem tenet in descendentibus ex Judæis, quos ob maculam hujus reprobati vitij exclusos esse censendos affirmat.

Qua ratione sententia Auctoris <sup>26</sup> tenenda



nenda est quando maioratus à nobili fuerit institutus, & sine dubio est amplectenda, si qualitatem nobilitatis testator requirat expresse, vel puritatem sanguinis, tunc enim quoties infamia nobilitatem amiserit consanguineus, toties à maioratus successione excludendus est.

27 Et ita limitanda est Molinae sententia, quā prater relatos sequitur Maldonad. ad Molin. d. loc. Ricciolus de Iur. person. lib. 15. de person. quæ instituti reprob. c. 14. n. 3. & Mieres de Maior. 2 p. q. 2. n. 6. ubi D. Greg. Lop. sequitur Escobar. de Purit. 1 p. q. 4. §. 7. an. 15. 8. vid.

Num. 22. & 23.

Vide infr. 3 p. c. 3. in princ. ad n. 8. & 9.

Num. 24.

28 Vide Auctorem 4. p. c. 4. à n. 16. Petr. Barbof. in d. L. Cum prator n. 175. Azeved. in L. 2. n. 27. tit. 18. lib. 8. Recop. D. Salgad. in Labyr. 1 p. c. 24. n. 46. & 60. Mieres de Maior. 1 p. mit. n. 10. Pat. Molin. disp. 620. tract. 2. tom. 2. D. Vela differt. 49. à num. 16.

Num. 25. & seqq.

29 Sequitur Balmaseda ubi retuli n. 17. Videndus D. Amaya in L. Unic. C. de infam. n. 36. ubi videtur tenere etiam hodie Histrones notari infamia contra Alberic. Gentil. de Actor. fabul. cap. 14. ad fin. ubi eandem tenet Auctoris sententiam.

30 Vide tamen L. 1. §. 12. lib. 7. Recop. & ad finem decretum anni 1639. ubi lex distinguit in vestibus à personis honestis Histrones, & Comicos, & obiter notandum Comicum dimisso officio non notari Gratian. Discept. c. 976. n. 10. Vide Balmased. de Collect. diēt. q. 42. conducit Castagna de Benefic. de duct. ne egeat q. 9. fallent. 4.

Num. 33. & seqq.

31 Hac de re videndi D. & Tillimus J. C. D. Frac. Ramos ad L. Iul. & Pap. lib. 2. c. 44. & seqq. Bobadilla lib. 5. Politic. c. 4. n. 24. Villarroel in Gubern. Ecclesiast.

q. 3. art. 6 Araujo de Potest. avil. disp. 5. Marquez in Gubern. lib. 1. c. 29. Mado de Benignit. differt. 5. q. 10. Pat. Sâchez Conf. moral. lib. 1. c. 8. dub. 35. conducit Torreblanca de Magia c. 47. à n. 46.

Num. 41. 44. & 45.

Per quos actus nobilitatem amittat nobilis videndi Turturet de Nobilitate lib. 3. c. 3. ubi ob quæ delicta, & c. 4. ubi an ob servitatem necessariam, vel voluntariam: voluntariam vocat quam patitur quis exercitio artis, & cap. 5. an ob mercaturam.

Et politior sententia tenet, nobilitatem sanguinis non amitti per exercitium artis mechanicæ, sed tantum obscurari. Mandel de Alba conf. 45.

Quandiu durat exercitium, nobilitas tamen quæ ex privilegio vocatur, omnino perditur. Ita Jul. Cap. tom. 1. discept. 52. n. 5. & 15. D. Amaya in diēt. L. un. C. de infamib. à n. 81. qui omnino est videndus.

Et vide L. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. ubi an renuntiari possit nobilitati. Girôda de Privileg. n. 1070. & seqq. Balmased. de Collect. q. 42. Narbon. in L. 61. gl. 1. n. 22. tit. 4. lib. 2. Recop. & in L. 14. hic cit. gl. 1. n. 93. Bollero de Decoctor. tit. 1. q. 8. à n. 1. Castagna de Benef. ne egeat q. 9. fall. 4.

Nunquā tamen filijs præjudicare patrem per exercitium vile dicendum. Jul. Capon ubi sup. Vide Garcia de Nobil. gloss. 6. n. 38.

## AD PARTIS I.

### CAP. XIII

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 1 Grammaticæ utilitas.
- 2 Meliorari unicus filius non potest.
- 3 Legitima filiorum sunt omnia bona patris excepto quinto.
- 4 Maioratus in unico filio institutus regia facultate an fieri debeat juxta L. 27. Tauri.

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 1. C. 13. 193

5 Patris Molina ratio adducitur.

6 Melioratio an attendatur respectu bonorum tempore factæ meliorationis, vel tempore mortis patris.

7 Melioratio tertij à parente facta ob causam matrimonij, an minuitur ex debitis post meliorationem à patre contractis.

8 Melioratio tertij irrevocabilis, vel ob causam certi matrimonij minuitur ob debita post contracta, & 9.

10 Refertur D. Olea sententia.

11 Anguli sententia refertur.

12 Melioratio tradita ob debita postea contracta non minuitur.

13 Et an augeatur auctis bonis patris.

14 Melioratio an computetur juxta bona tempore meliorationis, quando L. 27. Taur. sit renuntiatum, & 18.

15 Filius in vita à patre legitimam recipiens, an possit amplius petere auctis patris facultatibus, & 17.

16 Filius legitimam recipere in vita à patre cogi non potest, nisi ad alimenta.

19 Melioratio à filio acceptata valida est etiam si ceteri fratres decesserint: intellige in ejus favorem, & 20. & n. 6. & 7.

21 Facultas ad maioratum unico filio existente non valet, nisi fiat mentio unicum tantum filium habere impetrantem.

22 Melioratio 3. & 5. non potest revocari natis alijs liberis ex L. Si unquam. Cod. de revoc. donat. sed ex L. Si totas, Cod. de inoffic. don.

23 Melioratio tertij an possit fieri existente filio unico, & nepote ex eo.

24 Maioratus institutio de legitima filiorum cum consensu eorū valida est.

25 Et an possit impugnari à nepotibus.

26 Et an fieri debeat secundum L. 27. Taur.

27 Legitimæ gravamen tacite approbati potest à filio, quando in quantitate est, secus in qualitate.

28 L. Si quando, §. Illud, Cod. de inoffic. test. exornatur.

29 Legitimæ gravamen approbati debet expresse à filio.

30 Et an sit necesse cum juramento.

31 Legitima an gravari possit si aliquid plus filio relinquitur.

32 Et an si gravamen non valeat sustineretur in tertio bonorum.

A Num. 1.

D E Grammatices utilitate, & necessitate, vide Petr. Greg. lib. 16. Syntax. art. Mirab. c. 1. & seqq.

Num. 11. 12. 13. & 14.

De qua, pro sententia Auctoris, quæ cōmunis est, add. Molin. itidem l. 4. c. 2. n. 81. vers. Sed quavis, ubi ex eo infert maioratū in unigenito institutū, alijs natis filijs, non tantū quoad eorū legitimā, sed in totū revocari. Addēt. ibidē, & dico n. 22. Itidē etiā D. Greg. in L. 2. tit. 15. p. 2. gl. Maioria, in fin. Avendaño in L. 17. Taur. gl. 2. Perez de Lara de Annivers. l. 1. c. 5. à n. 62. D. Vela differt. 33. à n. 30. Faria ad Covar. 1. var. c. 19. n. 3. Addēt ad Molin. l. 2. c. 11.

Ratio Molinae manifesta est, quia scilicet, unico tantum filio existente, omnia bona patris sūt legitima filij, excepto quinto ex lege Regni, quavis extantibus pluribus filijs, inter eos tertij in legitime quantitate non cōputetur, facultate à lege patri cōcessa inter eos libera de tertio disponēdi, ut cōstat ex L. 9. tit. 5. l. 3. for. L. 214. Styli. D. Molin. l. 1. c. 17. n. 7. D. Olea tit. 4. q. 5. n. 15. de Cess. jur. Auct. hic c. 6. n. 242. Antunez de Don. Reg. 1 p. prælud. 2. §. 3. à n. 98. Pat. Molin. hic cit. n. 2.

Num. 15. & 20.

Scite Molina Iesuita disp. 609. n. 6. docet, quod si maioratus ex tertio instituat, vel ulterius ex legitima unici filij, ad idque Regia facultas cōcessa sit, neque amplius exprimat, non ceteri dispensatū, ut etiam ordo L. 27. Taur. nō servetur, nec ad id facultatē extēdi posse in filiorū filij præjudiciū, licet aliās in maioratu Regia facultate instituto in præjudiciū legitimæ filiorum ordo legis 27. non sit observandus ex mente D. Molinae d. c. 11. n. 11. Gomez in L. 40. Taur. n. 55. P. Molin. ubi supr. n. 5. Videndi Addent. ad Molin. supr. ibi idem in effectu docent, dum

R. h.

licitum esse parenti aiunt in præjudicium filij cū facultate Regia maiorum instituire cū oneribus, & gravaminibus; sed hoc ita dūmodo institutor in impetratione facultatis Principi exprimat se unicum dumtaxat filium habere aliās erit licentia subreptitia, Mieres 1.p.q. 13. n. 10. vide D. Castill. l. 4. c. 36. à n. 22. & l. 5. tom. 6. c. 145. n. 31. docet Auct. hic n. 20. Ratio autem P. Molin. in vers. Adde: Quia, inquit, quamvis Princeps dispensare possit ut vinculum apponatur in tertio unici filij, aut etiam in legitima, eo quod non agatur de magno illius præjudicio, non tamen posse dispensare, ut id tertium, & legitima, ad quæ habet jus vi legum hujus Regni, graventur vinculo maioratus, ad quæ vocentur alij exclusis proprijs filijs talis filij unici. Unde juxta ea quæ ibidē (disp. 578. concl. 3. 4. & 5.) dicta sunt, non cōsulerent, ut Princeps dispensaret, ut exclusis filijs ascendentibus talis unici filij, alij præponerentur, aut ut concederetur facultas ad instituendum maioratum cōtingendo legitimas aliorum filiorū, præsertim vocando ad eum maioratum, ante eos filios; & eorum descendentes, alios remotiores, ac collaterales consanguineos. Sed hæc maturius deliberāda alij remitto. Vide Mieres de Maior. 1. p. q. 21. n. 90. Et ego pro Comite de Palma cōtrarium decisum vidi in maioratu instituto à Federico Manrique, & uxore ejus anno 1557. ubi transversales filiiabus descendentes præferuntur, & confirmata est decisio tradita à Molin. d. c. 11. n. 17.

Num. 16. & 17. & seqq.

19 D. Vela dissert. 33. à n. 30. & disputat Mieres de Maior. 1. p. q. 21. n. 33. & 34. ubi valere tenet, etiam si cæteri fratres decesserint. & unicus tantū existat filius, si is meliorationem acceptasset: quod quidē dubio non caret, cum acceptatio eo tēpore facta, si legitimas aliorum, quæ nunc deficient, in hujus filij præjudicium cōtingeret, ultra ejus intentionem prorrigeretur, quod est absurdum. Vide etiam eum-

dem Mieres de Maior. 2. p. q. 6. n. 174. & n. 200. Angulo in L. 11. gl. 10. n. 7. de Meliorat.

Num. 18.

D. Vela dissert. 33. n. 50. to. 2. vidēdus. Juxta dispositionē L. 23. Taur. quæ est L. 7. tit. 6. l. 5. Recop. verū est quod valor 3. & 5. secundū tēpus mortis parentis æstimandus est. Vidēdi Zephal. conf. 165. n. 5. Surd. conf. 128. Honded. conf. 10. Barz. dec. 102. n. 34. & dec. 103. n. 17. Mieres de Maior. 1. p. q. 49. n. 10. & q. 52. ubi latius, sed limitat q. 24. n. 125. & 126. quando irrevocabiliter donatio 3. & 5. filio facta fuisset juxta Leges 17. & 44. Taur. tunc enim ait: tēpus donationis considerādum est ad valorem bonorū meliorationis: & idē probat D. Molin. lib. 4. c. 2. n. 82. vers. Hæc tamen omnia, & Molinæ sententiam sequitur Avēdaño in L. 21 Taur. gl. 1. n. 16. D. Castill. Controv. c. 35. n. 53. l. 4. qui defendunt meliorationem tertij, & quinti filio factam ex causa certi matrimonij, non diminui propter debita à patre contracta sine fraude; probaturque L. 29. Taur. ubi electio datur filij donatæ, ut possit eligere, vel tēpus donationis, vel tempus mortis. Contrarium tenent Angulo in L. 7. gl. 1. n. 25. Gutierr. Pract. q. 101. n. 1. & seqq. D. Larrea alleg. 76. à num. 26. D. Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 7. n. 17.

Hæc quidem dubia sunt: in melioratione simplici aliās irrevocabili, sed non ob causam matrimonij, ait D. Molina tēpus mortis esse attendendū, ex quo infert, meliorationem, vel maioratum diminui, diminuto patrimonio ob debita postea à patre contracta, ita n. 82. vers. Ex quo infertur, Angulo in d. L. 7. gl. 4. n. 1. in antiqua impress. D. Salgad. Labyr. 2. p. c. 19. n. 37. D. Castill. l. 4. c. 35. à n. 58. Hermosill. in L. 3. gl. 6. n. 93. tit. 4. p. 5. quod extendit D. Olea ad meliorationem à patre filio factam ob causam onerosam matrimonij cum tertio, & præter relatos refert etiam Addent. ad Molin. ubi sup. & l. 1. c. 10. n. 11. Noguero. alleg. 14. n. 7. Aven-

Avēdaño in L. 21. gl. 1. n. 16. & reprobabat contrariam Mieres sententiam, quæ sequitur Gutierr. Pract. q. 53. Acosta de Privileg. cred. reg. 2. amp. 3. num. 21. P. Sanchez lib. 4. Conf. Moral. cap. 1. dub. 31. n. 9.

10 Quibus, ut vides, D. Olea in ea sententia est, ut melioratio irrevocabilis ob causam matrimonij, etiam certi, diminui propter debita postea à patre citra fraudē contracta possit. Ratio ejus sententiæ est; quia melioratio tertij, & quinti semper refertur, & habet considerationem ad bona, quæ superfunt tēpore mortis meliorātis; L. 19. & 23. Taur. Sunt L. 3. & 7. tit. 6. lib. 5. Recop.

11 Nec admittit distinctionē Anguli, ut ipse refert n. 12. qui ait maioratum irre vocabiliter institutum in extraneū, non diminui propter debita à testatore postea contracta (non reservata facultate alienandi, vel revocandi): idemq; procedere si maioratus cum Regia facultate sit in filium institutus, secus in maioratu 3. & 5. sine Regia facultate. Ratio est; quia cæteri filij impugnare possunt hanc meliorationem, qua legitima sua manent privati, si patrimonium parentis ex debitis postea contractis diminutum sit; licet enim creditores contra maioratum agere non possint, filij tamen possūt de legitima sua cōqueri, aliter acque si maioratus Regia facultate sit institutus, quo casu solum alimenta petere queunt. D. Molin. l. 2. c. 3. & ibi Addent D. Castill. l. 8. c. 36. §. 1. n. 46.

12 Hæc autē apud me dubia sunt, quādo maioratus juxta L. 17. & 44. irrevocabilis institutus sit, & tradita possessio bonorum, qua in specie L. 23. Taur. non disponit, ut ex verbis ejus constat, sed imo per legem 29. contrarium statutum est; & iniquum esset, filios jus habere ad bona per patrem alienata citra fraudem, sicut esset etiā iniquum posse à creditoribus bona avocare ad legitimæ supplementum, vel satisfactionem, sed quia Gomez in L. 17. Taur. n. 20. & Angulo in d. L. 7. gl. 4.

n. 2. idē aiunt etiam si tradita possessio sit rei ad meliorationem assignatæ, hoc etiam difficile redditur; ego tamē juxta L. 29. Taur. contra eos defendi posse judico de jure.

Ex quibus, qui de contrario resoluendum sit, quando post factam meliorationem bona patris augmentata sunt, an etiā melioratio augeatur, potest facile deprehendi. Vide Alvarado de Conject. l. 2. c. 4. n. 11. D. Vela dissert. 33. n. 50.

14 Est & altera quæstio ubi dubitatur, an tempus dationis, vel mortis tēpus attendatur ad computationem bonorum patris: dubitant nāque utrum d. L. 23. Taur. & similibus disponētibus valorem tertij, & quinti secundū tempus mortis considerādum valeat à parente, & filio meliorato renuntiari, & pactū efficiat, ut melioratio non secundum tēpus mortis, sed secundum tēpus meliorationis debeat considerari.

15 Qua in re Angulo in L. 7. gl. 5. à n. 1. distinguit, an talis renuntiatio fiat de legitima, vel de meliorat. 3. & 5. si fiat de legitima, veluti quādo pater filio in vita assignaverit legitimam, & filius volens acceperit, invitus enim recipere non cogitur, ut docet cum alijs Antunez de Don. Reg. tom. 1. prælud. 2. §. 5. n. 9. 13. & seqq. Bossius de Effect. matrimon. tom. 2. de Alim. c. 13. p. 830. ubi limitat, quando assignaverit pater legitimam filio, ut se alat, ex Franchez dec. 133. Sard. de Alim. tit. 8. privil. 26. Merlin. de Legitim. l. 5. tit. 3. q. 1. quando favore alimentorum admittunt citati, aliās semper verum est, filium accipere legitimam non cogendum ob patris, & ipsius filij, cæterorumq; fratrum favorem, quandoque enim potest crescere, quādoque decrescere patrimonium, ut docet Cōf. in L. Peculiū, ff. de pecul. si ergo filius in vita patris legitimam acceperit, & ex portione quam accipit contentus sit, dubitatur, an si renuntiet L. 23. Taur. vel pactus sit se amplius non petiturum, possit auctis facultatibus amplius petere? Et

docte Angulo posse affirmat, nam cū legitima debeat filio secundū tempus mortis, *L. Cum quæritur, Cod. de inoffic. testam.* pacto hoc immutari non potest, quia jus successionis non potest in pactum deduci. *L. Pactum, Cod. de pact.* & filios ad paterna obsequia meritis potius quam pactionibus astringendos esse conclusit Papin. in *L. Si quando, §. Illud Cod. de inoffic. testam.* relatus, quod latè prosequitur *d. gl. 5. à n. 2.* & licet hoc sit controversum, ut constat ex traditis à Bossio *tract. de Dote, c. 13. §. 3. n. 47. & 53.* Giurba in *Consuet. Messan. c. 3. gl. 14. à n. 2.* hoc tamen latius jam discussum est à D. Castillo *tom. 8. de Alim. c. 43. à n. 19.* ubi relati sententijs, Anguli sententiam defendit.

18 In altera vero specie, quando scilicet filius melioratus in 3. & 5. se amplius hac ratione non petiturū, etiam si patris facultates creverint, tale pactū esse validum tenet Angul. *d. gl. 5. n. 5. & 6.* ibi: *Quæ omnia licet in legitima vera sint, & plane procedant in melioratione, tamen contrarium statuendum est, nam cum ea legitima non sit, nec pater compellatur integrum tertium donare, valebit quidem pactum inter patrem, & filium, ut melioratione contentus, ratione tertij amplius non petat, ad hunc effectum. ut crescentibus patris facultatibus filius quidquam amplius petere non possit, eis tamen decrecentibus alij filij ex pacto hoc prægravari non debent, poterunt enim meliorationem, quæ tempore mortis inofficiosa repeterit, revocare ex dictis juribus.* Sed in hoc casu quādo facultates decreverint, pactum filijs non obest, quia nullum, & inutile redditū est: nullum, quia in cæterorum præjudicium, inutile, quia sine effectu. Eam dē sententiam videtur tenere D. Molin. *d. l. 4. c. 2. n. 83.* ubi Addent. alios referunt. Hic Additio *n. 16. 17. & seqq.*

## Num. 19.

Mieres de *Maorat. 2. p. q. 21. n. 25. 26. & 27.*

## Num. 20. &amp; 21.

Mieres *1. p. q. 4. n. 16. & q. 14. n. 1. & 2. & q. 21. & dixi num. 15.* D. Castillo *cap. 107. num. 42. lib. 5.* Pat. Molin. *tract. 2. disp. 69. num. 3. tom. 3.* D. Vela *disert. 49. n. 32.* Covar. *1. var. cap. 20. n. 9.*

## Num. 22.

Videndi pro sententia D. Castillo, *22* Hermosill. in *L. 8. gl. 8. num. 8. tit. 4. p. 5.* Antunez de *Don. Reg. tom. 1. prelud. 2. n. 107. & 108.* ubi veriore esse dicit; donatio enim in filium facta solum quo ad legitimam aliorum qui postea nati sint revocatur ex *L. Si totas, Cod. de inoffic. donat. non ex L. Si unquam, Cod. de revoc. don.* ut docent Addentes ad *Molin. lib. 4. cap. 2. num. 81.* filius ergo meliorationem tertij, & quinti cum sua legitima retinebit, relictis cæteris fratribus portionibus legitimis, Auth. *Unde si parens, Cod. de inoffic. testam.* ibi: *Unde si parens in quemdam liberorum, vel in quosdam fecit immensam donationem, quisque tantum ferat ex hæreditate, nomine falcidie, quantum poterat ante donationem deberi: & veriore dicit D. Molin. lib. 4. dict. cap. 2. num. 81.* Sequitur Mieres de *Maorat. 1. p. q. 21. à num. 40. & 46. & q. 13. à num. 8.* D. Castill. *lib. 4. cap. 35. à num. 32.* Addent. *supr.* itidem D. Castillo *lib. 2. cap. 13. à num. 40.*

## Num. 23. &amp; 24.

*L. 18. Taur.* quæ est *L. 2. tit. 6. lib. 5. Recop.* pro Auct. sententia Faria ad *Covar. 1. var. cap. 19. sub num. 34.* D. Paz de *Tenut. cap. 34. n. 110. & in L. 200. Styl. num. 36.* D. Olea *tit. 1. q. 6. sub num. 19. ad fin. in noviss. Tondur. Civil. lib. 2. q. 51.* Mieres de *Maorat. 1. p. q. 15. & q. 21. n. 26. & 89.*

## Num. 25.

Códucunt Gomez *1. var. cap. 11. num. 14. & 31.* ubi Aillon. *Covar. de Te-*

*Testam. c. 18. §. 2. à n. 2.* D. Valenz. *conf. 182. Ant. Faber. de Error. decad. 14. error. 6.* D. Castill. *lib. 5. c. 67. 107 & 166. tom. 6. ad fin. cap. D. Salgad. in Labyr. 2. p. c. 16. à n. 16. & n. 39.* qui ita generaliter docent in legitima filiorū consensu gravata, Mieres *1. p. q. 22. n. 35.* An autem nepotes, & descendentes ex parentum approbatione excludantur videndi D. Castill. *cap. 128. à n. 14.* Cyriac. *controv. 284.*

25 Et hoc casu tamquam maioratus à filio consentiente institutus, ut docet D. Salgad. *sup.* fieri debet juxta formam *L. 27. Taur.* ut docet in hac specie Mieres *1. p. q. 21. n. 90.*

## Num. 26.

27 Addent. ad *Molin. lib. 2. cap. 11. n. 7.* & veram esse Molinæ sententiam docent quando legitima in quantitate gravatur, quia petitione legitimæ approbatio iuducitur; sed quando in qualitate aliud esse dicédū, quod gravamen non videtur approbare petendo legitimam integre sibi debitam. D. Castillo *cap. 107. à n. 40.* & de hoc tanto consensu videndi D. Salgado *2. p. Labyr. cap. 16. à num. 16.* Gomez *1. var. cap. 11. à n. 25.* Carleval de *Iudic. tit. 3. disp. 25. n. 21.* Riccius *collect. 3158. p. 7.* ubi etiam docent an inducatur ex testamenti approbatione.

28 Et de leg. *Si quando §. illud, & §. seq. Cod. de inoffic. testam. L. 2. §. ideo ff. de natal. restituend. L. 4. & ult. in pr. ff. eod. de approbatione expressa,* D. Molin. *lib. 2. c. 7. n. 34.* Maldonad. *ad eum lib. 2. c. 3. n. 7.* P. Molin. *tract. 2. disp. 579. n. 37.* Phæbo *dec. 212.* Noguero. *alleg. 19. n. 63.* D. Larrea *dec. 57. n. 7.* Molin. *Contr. 2. p. c. 48.* Doctiff. Alvarez Peg. *ad Ord. Portug. tom. 4. gl. 96. c. 4. à n. 31.*

29 Et quod regulariter expressus requiratur consensus, Marinis *lib. 1. Resol. c. 252. n. 2.* Vide Barbof. in *d. L. Si quādo, §. Illud, Cod. de inoffic. test.* vbi quādo tacitus sufficiat, Noguero. ubi proxime *n. 31. & 63. & alleg. 31. n. 125.*

Amato *dec. 46.* Merlin. *dec. 31. n. 17.* Cap. *Latr. consil. 121. n. 29.* Pereyra *dec. 48. num. 170.* Menoch. *conf. 1145.* Aillon *ad Gomez 1. var. cap. 11. n. 25. & 26.* Doctiff. Pegas *ad Ord. tom. 2. §. 3 gl. 4. c. 14. n. 117.* & quod ex filij consensu, licet sine juramento, validus sit maioratus institutus, Cancr. *1. var. c. 3. n. 36.* Gomez, & Aillon *d. c. 11. n. 31.* D. Olea *tit. 2. q. 3. à n. 29. ad 2.* D. Castillo *d. c. 107. n. 46.*


## Num. 27.

D. Paz in *L. 200. Styl. à num. 33. & seqq.*

## Num. 28.

Dixi supra *cap. 7.* Adde Cutel. de *Donat. disc. 2. part. 6. à num. 108. & special. 30. n. 1.* Gratian. *cap. 751. n. 29. tom. 4.* Merlin. de *legit. lib. 3. tit. 2. q. 7.* Arias de Mesa *2. var. cap. 26.* Fragof. de *Regim. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 2. n. 1. & 2.* Marius Muta *dec. 46.* Matienz. in *Repet. L. 28. ff. de lib. & posth. n. 124.* Fermosin. in *cap. Super litteris, q. 3. n. 30. de rescriptis, D. Castillo lib. 8. cap. 36. §. 1. num. 38.* Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ordin. Portug. tom. 4. §. 39. c. 4. n. 8.* ubi ait recte institutum à patre maioratum quando plus legitima filio relinquatur: Aillon *ad Gomez 2. var. cap. 4. num. 12.* D. Castillo ubi supra *n. 40.* D. Salzedo de *Leg. polit. lib. 2. cap. 14. n. 44.* ubi an hoc casu sustineatur in 3. bonorum. Vide etiam D. Castill. *lib. 5. cap. 64. 79. & 94.* Carleval de *Iudic. tit. 3. disp. 25. à n. 18.* Cyriac. *controvers. 242. 438. & 534.* Roderic. de *Ann. reddit. lib. 1. q. 5. a n. 22.* qui latius quærent an legitima onus recipiat si ultra eam aliquid relinquatur.

Huc usque observata cedant in Dei honorem, & festivitatis D. N. Jesu Christi Ascensionis, qua die hæc 1. pars à me finita est, anno 1681. die Maij 15.



# PARTIS II.

## OBSERVATIONES,

### & Additiones ad Tractatum

## DE INCOMPATIBILITATE

### IN JURE NATURALI.

#### ADDITIO

##### AD CAP. I.

##### SUMMARIVM.

- 1 Dies naturalis, & civilis.
- 2 Solis motus descriptio.
- 3 Crepusculum an nocti, vel diei ascribatur.
- 4 Stipulati, cū moriar, vel legatū cum hæres morietur, valida est, & quare, & 5.
- 6 Noctē facta quomodo probentur.
- 7 Testis se vidisse noctē factum deponens non probat, nisi rationem diei reddat, quia vel aderat Lunæ splendor, vel lux.
- Limita favore rei. Ibid.
- 8 Notarius attestans testamentum tali die confectum, non committit falsitatem, ex eo quod media noctē confectum sit.
- 9 L. Optimam, Cod. de contrahēd. & cōmit. stipul. explicatur remissivè.
- 10 Homo unus duobus locis esse nō potest.
- 11 Exempla afferuntur quibus miraculosè unus homo duobus locis extitisse eo tempore traditur.
- 12 Negativæ (coartada) materia, remissivè traditur.

- 13 Qualitas in testibus requisita à Lege probari debet.
- 14 Habitandi in certo loco conditio in ultimis voluntatibus, & in cōtractibus, an, & quando valeat.
- 15 Habitandi conditio in domo uxoris à marito pacta in capitulis matrimonialibus an valida sit.
- 16 Testatoris præceptum de habitando in certo loco debet observari.
- 17 Uxor tenetur sequi virum aliò migrantem.
- 18 Limita; ut ibi.
- 19 Absens ex justa causa habetur pro præsentē.
- 20 Absens Reipublicæ causa habetur pro præsentē.
- 21 Carceratus, vel relegatus absens ex justa causa dicitur.
- Sententia cōdemnās in relegationem, vel exilium non privatur quis officio, beneficio, vel maioratu requirente residentiam. Ibid.
- 22 Contrarijs satisfi.
- 23 Habitatio à lege requisita in quo differat à vicinitate, & an qui est vicinus, gaudeat privilegio habitatoribus concesso.
- Absens cum animo non mutandi domicilium, vel habitationem, habitare dicitur.

citur, etiam si per mille annos absens sit, & quomodo intelligatur. Ibid.

- 24 Filius natus extra parentum domicilium per transitum, & ex accideri, naturalis dicitur illius loci, ubi habitatio patris, & non ubi natus est.
- 25 Matrimonium cōtractum cum Parochi illius præsentia ubi non habebant contrahentes animum permanenti, nullum est.
- 26 Matrimonium contrahi potest cum præsentia unius ex Parochis ab eo qui duorum parochianus est.
- 27 Domus in confinio duarum Parochiarum, ejus Parochiæ est ubi habet aditum magis frequentem.
- 28 Residere in loco ex causa justa, qui non tenetur, non ideo duos maioratus incompatibiles ex conditione residentia possidere potest.
- 29 Duo in uno Ubi esse nequeunt, sicut unus homo in duobus locis existere non potest.
- 30 Loci insalubritas excusat à residentia in maioratibus, sicut in beneficijs.
- 31 Le. 27. Taur. ordo per viam conditionis everti nequit, sicut nec per viam dispositionis.
- 32 Princeps an possit dispensare circa dispositiones maioratus cum facultate instituti, vel ex donatione Regia?
- 33 Et an circa incompatibilitatem legis, vel hominis.
- 34 Nominis, & armorum conditio an possit per Principem remitti successoribus maioratus.
- 35 Lege 7. tit. 7. lib. 5. Recop. an possit à Rege dispensari.
- Dispensatio, & facultas Regis an possit obtineri, ut quis duos maioratus incompatibiles ob conditionem residentia retineat, nec teneatur residere in uno eorum.
- Beneficia incompatibilia retineri possunt ex dispensatione.
- Facultatem habens ad retinendos duos maioratus incompatibiles ex residentia, tenetur in dignioris maioratus loco habitare.

Num. 7. & seqq. ad 12.

Dies naturalis, aut civilis: Naturalis est, tempus ab oriente Sole, ad Solis Occasum, cujus contrarium tempus est nox ab Occasu Solis, ad ortum. Civilis autem dies vocatur tempus, quod fit uno Cæli circumactu, quo dies verus, & nox cōtinetur: (lege Civili à media nocte incipit L. More 8. ff. de ferijs, vide Osuald. ad Donel. l. 24. Com. c. 6. lit. F. Carranza de Tēp. hum. part. fol. 9 & 10. in fin. tract. de Part.) retuli Cenforini verba cōmuniter ab Astronomis lata. Vide Plinium lib. 2. Nat. hist. c. 27. Plutarch. Problem. c. 84. Agel. Noct. Aticar. lib. 3. c. 22. Macrobi. Saturnal. c. 3. Servium in 5. Aeneid. Virgil. Aeriolum Putean. Reliq. convival. prisce. Angel. Politian. lib. 12. Epist. 7. Alex. ab Alex. lib. 4. Dier. genial. c. 20. & ibi Tirraquel. & de Retract. tit. 1. §. 1. gl. 2. à n. 2. ubi de dierum varia computatione agunt Petr. Greg. Syntax. art. mirab. l. 8. c. 42. ubi diem artificialem vocat lationem Solis super Orizontem, aerem illustratum à Sole. Solis autem motum verum sic ex Beda descripsit.

##### Sol percurrit

Signa.	Grad.	Minut.	Secūd.	3.	4.	5.	6.	7.	
In hora.	.0.	.0.	.2.	27.	50.	49.	3.	10.	4.
Die.	.0.	.0.	59.	8.	19.	37.	19.	13.	56.
Anno.	11.	29.	45.	39.	22.	1.	59.	45.	40.
An. & hor. 6.	12.	.0.	.0.	26.	26.	26.	19.	34.	4.

Crepusculum autē vulgariter dicimus mane, & vespere, quando Sol distat decē, & octo gradibus ab Orizōte, id est una hora, & minuto antequā oriatur mane, vel occidat vespere, per id, scilicet, tempus, quo radiorum Solis vestigia videntur. Unde recte dubitatur ab Auctore, an id tempus cōputetur in die, vel nocti ascribatur? & præter relatos ab Auctore videndi D. Greg. Lop. in L. 6. gl. 4. tit. 29. & in L. 8. gl. 11. tit. 31. p. 7. Alphab. Castejonis lit. D. verb. Dies, n. 1.

Ego tamen breviter judico crepusculum diei ascribendum ex Ripa

R. iij hic

hic relato num.9. quod maxime probatur in iure ex L. 18. §. 1. ff. de manum. testament. L. Quodcumque 45. §. 1. ff. de verb. oblig. L. 42. §. 2. ff. de mort. caus. donat. §. Ita autem 15. instit. de inutil. stipul. quibus constat tempus morientis, vitæ ascribi, de quo Dom. Pichard. tract. de Acquir. hæred. cap. 2. numer. 37. Polidor. Ripa de Actis in artic. mort. cap. 80.

5 Inde stipulatio, cum moriar, utilis erat, item & legatum, cum hæres morietur, L. hæres 79. §. 1. ff. de condit. & demonstr. quia id tempus vitæ potius, quam morti tribuitur, vide Gellium lib. 6. cap. 19. aliter nec stipulatio ita concepta valeret, §. Post mortem 12. instit. eod. tit. de inutil. stip. L. Scrupulosam 11. Cod. de contr. stipul. L. unic. Cod. ut action. ab hæred. Nec legatum §. Post mortem 35. instit. de legat. Costa §. In bello, verb. prius mortuum à num. 4. & D. Joseph de Retes lib. 2. Opusc. in L. 41. §. Scæbola, ff. deleg. 3. qui eum refert, & impugnat.

Num. 12.

6 Gothofred. in L. Item si 14. §. In hac actione 3. ff. quod met. caus. ibi: Lit. I. Bald. Angel. & alij negant, ea quæ noctu fiunt probari posse, nisi Luna radijs terram illustret, vel ignis splendor affuerit. Bart. in lib. de Testib. Bald. in cap. 1. §. Porro, qui fuit prim. caus. benefic. amit. Dec. cons. 163. & 429. Ideoque Bald. & Angel. hic referunt, Oldradum defendisse quendam, quem duo testati fuerant noctu homicidium admisisse, hoc probato ea nocte splendorem Lunæ visum non fuisse. Diodor. etiam refert, & Plutarch. in Alcibiad. reprobatum testem cum interrogaretur quomodo noctu vidisset, & respondisse, per Lunæ radios, & probatum fuisse, tunc interlunium fuisse; hoc igitur testimonium verum esse potest in his quæ Luna crescente, vel plena visa sunt non obscura. Oldrad. & Bald. refert Mont. l. v. in L. 3. gloss. 2. tit. 8. lib. 2. fori Reg. Adde Farinac. de Testib. tom. 2.

prax. q. 62. à num. 33. Bajard. in Add. ad Jul. Clar. §. 1. q. 21. num. 21. Mascard. de Probat. concl. 1114. Duaren. lib. 1. Disp. cap. 27. Giurba Consil. Crimin. 37. num. 41. Doctiss. Alvar. Pegas ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 1. in princ. gloss. 40. num. 25. & 26. ubi testem deponere debere rationem quia adesset Luna si contra reum deponat, secus si pro reo. Adde Polid. Ripa de Noct. temp. cap. 6. Narbon. Horogr. graph. jur. in antelog. n. 105.

Num. 10.

8 Adde Ricc. decis. Neapol. 145. p. 3. ubi an Notarius affirmans testamentum esse de die confectum, committat falsitatem, si media nocte confecerit? Et negativè decisum refert non male ex d. L. 8. ff. de fer.

Num. 14.

9 Ad hanc Legem vide Alphan. Collect. num. 238. Burgos de Paz conf. 62. num. 12. Alvar. Bæz. conf. 89. Mascard. de Prob. concl. 5. p. 1. Valasc. de Iure emphyt. 1. p. q. 9. numer. 2. D. Greg. Lopez in L. 32. tit. 11. p. 5. & in L. 4. gloss. 1. tit. 4. p. 3. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 133. Cevallos Commun. q. 43.

Num. 15.

Docte Pat. Caramuel in Logic. Moral. prodrom. n. 382.

Num. 16. & seqq.

10 August. Barbof. in Collect. ad Cæcil. Tridentin. sess. 13. de Sacram. Eucharist. cap. 1. n. 2. ubi cum alijs affirmativam docet Ripald. in Mag. sentent. lib. 3. distinct. 22. n. 5. & q. 3.

Num. 34. & seqq.

15 De S. Franc. Xaverio cecinit Pantaleon versos sacros Octav. 3. &

notavit Caramuel ubi supr. & de Beatissima Virgine Maria idem assertum est in libro Vitæ ejus à Sorore Maria de Iesu de Agreda conscripto p. 2. nota 15 12. & 3. p. cap. 4. nota 41. ubi satis etiam facit Actuum Apostol. 1. pietatis, vers. 14. quæ judicio pietatis relinquo dum hi libri non sint ab Ecclesia approbati.

Num. 47. & seqq. & 50. ad 59.

12 De Negativa, vulgo (coartada) adde Narbon. Horograph. Jur. in Antelog. numer. 124. Guazin. Defensor. defens. 28. cap. 1. à num. 13. tom. 1. Hercul. tractat. de Negativ. prob. n. 261. Hieron. Basil. Decis. Crimin. 9. à n. 28. Matheu. de Crimin. controvers. 53. n. 20. Farinac. q. 65. n. 222. cum seqq.

Num. 49.

13 Bona fama in testibus requisita à Lege probari debet. Bobadill. lib. 5. Politic. cap. 5. numer. 224. Avendaño de Exeq. mand. 1. p. cap. 2. num. 19. Girond. de Privileg. num. 1446. Azeved. in L. 1. numer. 26. tit. 7. lib. 5. Recop. Narbon. in L. 31. gloss. 16. à num. 20. tit. 7. l. 1. Recop. & in L. 82. gloss. 2. à num. 28. & 37. tit. 5. lib. 2. Recop. Escobar de Puritat. 1. p. q. 6. §. 5. a num. 105. & q. 8. §. 2. a num. 30. & q. 10. §. 4. a n. 31. ubi & quando ea qualitas requiratur specificè.

Num. 59. & seqq.

14 Habitandi conditionem validam esse probatur in L. Cum scimus, Cod. de agric. & censit. L. Originarios, L. 2. Cod. eod. L. 89. tit. 18. p. 3. & verum est ex causa, quoties, scilicet, interest eam conditionem impleri in favorem tertij, valide apponi, unde cum in contractibus semper, vel plerumque favor alterius adfit, valida est in contractibus, & in ultimis voluntatibus ex hac causa. Menchac. de Succ. creat.

§. 29. num. 17. Amascua de P. test. in se ips. lib. 2. cap. 18. num. 2. Cancer. 3. var. cap. 7. num. 3. quæ differentia probatur in L. Non solum, ff. de oblig. & act. L. 1. ff. de cond. & demonstr. vide L. 1. 2. 3. tit. 19. lib. 7. Recop. adde Garcia de Nobil. gloss. 6. num. 17. vers. Præterea, ad fin. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 1. cap. 3. a num. 48. & cap. 23. a num. 44. D. Perez de Lara de Capell. lib. 2. cap. 8. a num. 58. D. Amaya Observat. lib. 1. cap. 6. Caldas conf. 7. num. 8. Doctiss. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 4. tit. 62. §. 5. a n. 6. Moltazo citandus infra.

15 Et pactum matrimoniale, quo vir obstringitur ad habitandum in domo uxoris, validum esse verius iudico cum Palac. Rub. in Rub. de Donat. inter. in Cap. Per vestras in princ. vers. quoad primum, §. 2. in fin. Guizarell. decis. 19. Basil. Ponzius de Matrimon. lib. 12. cap. 20. num. 8. Marius lib. 2. Resol. cap. 158. num. 2 & 7. Cancer. ubi supr. num. 5. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 40. num. 4. Greg. Lopez in L. 2. tit. 5. p. 4. gloss. 5. Amascua ubi supr. num. 11. Riool. in L. Titio centum, §. 2. num. 68. ff. de cond. & demonstr. qui contra Gomez lib. 2. var. cap. 10. num. 24. Covarr. de Matrim. 2. p. cap. 7. numer. 5. Sanazar de Sponsal. cap. 4. num. 37. Verius docet addendi Bossius de Effect. matrim. tom. 1. cap. 6. §. 2. Diana tom. 2. tract. 6. resol. 20. Antunez de Donat. Reg. prælud. 2. §. 2.

16 Eadem ratione præceptum testatoris simile sustinetur, vide Cyriac. controvers. 438. Narbon. de Etate, anno 60. q. 7. noviter Moltazo de caus. pijs, lib. 1. cap. 11. num. 51. & a n. 49. de quæst.

17 Auctoris sententia limitatur primo, nisi per successorem stet quominuseo loco habitet, veluti si uxor sit, & maritus aliò transmigret, quia cum sequi virum teneatur, Auct. hic num. 68. & 7. p. cap. 8. num. 12. Navarro in Manual. cap. 14. num. 20. Rodriguez

in *Summ. tom. 1. cap. 15. num. 2.* Pat. Sanchez de *Matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 41. a num. 1.* Ricc. p. 5. *collekt. 1522. & 1789.* Cyriac. *controvers. 29. tot. Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 1. gl. 1. num. 49.* Tiraquel. in *L. Connub. gloss. 1. p. 1. a numer. 19.* Farinac. in *prax. tom. 4. q. 143. §. Sequitur.*

Non debet successione probari textus eleg. in *L. Qui quatuor 30. §. Uxori 5. ff. deleg. 3.* D. Solorzan. *tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 25. n. 87.*

18 Sublimita in casibus, quibus fequi virum non tenetur, quia tunc factio suo conditio deficit, & consequenter successione privari debet: casus autem quibus vxor non tenetur virum sequi, vide apud Gutierrez de *Matrim. cap. 23. num. 4. & 5.* D. Solorzan. in *Politic. lib. 5. cap. 5. fol. 722. & tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 4. cap. 5. a num. 27.* Boffium de *Matrim. c. 6. §. 2. supra.*

19 Limitatur secundo, si per aliquod tempus abfuerit ex causa legitima, veluti studij causa. *L. Nec non, ff. ex q. caus. maior. L. 2. & 3. Cod. qui etat. profess. se excus. L. 18. §. Si filiusfamil. ff. de iudic. Alex. cons. 110. circa primum, num. 12. vers. Quia respond.* D. Solorzan. *tom. 2. lib. 2. cap. 25. a num. 106. & lib. 3. Politic. cap. 27. fol. 440. vers. Lotercero, & seqq.* Petr. Gregor. de *Rescript. lib. 1. cap. 23. & 24.* probatur ex textu in *L. Quæsitum 78. in pr. ff. deleg. 3. L. Saia 20. §. Pamphila, ff. de fund. instructo.*

20 Limitatur tertio in absente Reipublicæ causa, etiam per longum temporis spatium. Ant. Gomez *lib. 2. var. cap. 10. num. 24.* Sanchez de *Matrim. lib. 1. disp. 40. num. 3. & 4.* Ripol. in *L. Titio centum, §. 2. num. 73. ff. de C. & D. D. Solorzan. dict. lib. 2. cap. 17. num. 98.* Cyriac. *controv. 543.* ubi qui ratione officij Reipublicæ extra locum habitat, domicilium retinet. D. Solorzano *lib. 5. Politicæ, cap. 9. fol. 835. vers. La qual, Surd. dec. 329.* Narbona in *L. 10. gloss. 8. tit. 6. lib. 1.*

*Recopilat. Pat. Sanchez lib. 7. Consil. moral. cap. 1. dub. 23.*

Limitatur quarto in possessore 21 carcerato, vel relegato, quia iustum est impedimentum, & necessarium id domicilium habet, non voluntarium, *L. Filij libertorum, §. Relegatus in eo loco in quem relegatus est, necessarium domicilium habet, ff. ad municipalem.* Riccius *decis. Neapolitan. Curie, 3. p. dec. 181. num. 4.* & quia & si ejus culpa id evenit, *L. 34. ff. de iur. fisc. D. Amaya Observ. lib. 1. cap. 11. num. 14.* & ob id non esse excusandus videatur, *L. Fidejussor, §. Si necessaria, ff. qui satis dar. cogantur,* ne melioris conditionis sit quam non delinquens, & commodum ex sua culpa reperit, *L. Itaque nullo, §. 1. ff. de furtis,* tamen cum iustum sit impedimentum, & in patria sua residere, & ubi antea domicilium habere videatur. Joann. de Plat. in *L. Cujus, Cod. de incol. lib. 10. Greg. in L. 3. verb. Salir de aquel lugar, tit. 18. p. 4.* & culpa in delicto ei obesse non debeat, cum non sit ordinata ad casum, Valasc. de *Privileg. paup. 1. p. q. 54. num. 29.* delinquens enim factio se poenæ ipsius subdidisse dicitur, non alius, *L. 4. ff. de oblig. & act. de quo Amaya lib. 1. Obs. cap. 11. num. 13.* Antunez de *Don. Reg. lib. 2. c. 24. n. 21. tom. 2.*

22 Nec obstat quod ipsa relegationis sententia consequenter privatur successione, vel maioratu, cum sententiæ, & conditioni parere non possit. Nam neque relegatis bona admittuntur, *L. 1. & 2. ff. de interd. & releg. L. 4. tit. 31. p. 7.* ubi Greg. *verb. Quando destierran;* nec tacita ademptio intelligitur, cum sententia quæ stricti juris est, non extendatur ad non expressa, D. Valenz. *cons. 85. num. 45.* & hanc sententiam tenet D. Solorzan. *d. cap. 17. numer. 69.* & Riccius *2. p. collekt. 94.* ubi allegatio Novarij limita 5. ut per *A. num. 71. & sexto, ut n. 73. & septimo, ut n. 74. & p. 7. c. 2.* ubi etiam dico.

Num.

Num. 63, &amp; 64.

23 Probat Girona de *Privileg. q. 2. a num. 26.* ubi an privilegium exemptionis concessum a los vicinos y moradores, eximat Civem, qui in Civitate non moratur? Et negative resolvit, quia requiritur habitatio, quomodo intelligit *L. 11. tit. 18. lib. 9. Recop. L. 8. tit. 27. eod. lib. & probat ex L. 9. & 11. tit. 20. p. 1. L. 17. & 15. tit. 28. L. 26. tit. 31. p. 3. L. 3. tit. 16. L. 3. tit. 26. p. 2. L. 2. tit. 31. ead. part. L. Titius, ff. de serv. export. ibi: Romæ moratus, L. 1. §. Habitare, ff. de his qui ad fund. vel eger. L. 2. Ubi Senator. & Clarissim. Cap. Fundamenta, §. fin. de elect. Sed ad materiam præsentem dubito de limitatione, quam tradit *num. 35.* ubi si habitator in loco in quo habitare tenetur relinquat domum, & familiam, persolvatque munera, & onera Civitatis, privilegio gaudere debet, quia per alium habitat. *L. Certe, §. Si Procurator, ff. de precario,* & illic dicitur habitare licet præsens non sit. *L. 1. §. Domum, de liber. agnos. L. Si vero in princ. ff. de his qui esud. vel egerint:* quod intelligo dum absentia non sit animo fraudandi voluntati testatoris, sed sit animo redeundi, & per accidentis detineatur, quia tunc cum animus habitationis ad residentiam confidetur, *L. Si quis ita, ff. de cond. & dem. licet per mille annos absit, non tamen domicilium novum acquirit, sed prius retinet. L. Nihil, ff. de captivis, L. Ex facta, §. Rerum, ff. de hered. instit. L. Lex Cornelia, §. Si tamen, ff. de injur. ibi: Qui habitant non momentanea causa.* Unde filij eorum per transitum ex accidenti ibidem nati naturales, & originarij dicuntur, non ejus loci ubi nati sunt, sed ubi pater domicilium habebat. Cevallos. *Comm. q. 458. Cyriac. controvers. 292. num. 30. tom. 2.* Ricc. *dec. 106. p. 2. & dec. 181 p. 3.* Et conducit Iul. Capon. *tom. 1.**

*discept. 23. num. 15.* ubi matrimonium contractum coram Parocho domicilij, ubi non habebant animum permanendi contrahentes, nullum esse defendit.

Num. 65, &amp; seqq.

26 Ex quo observat Capon. *tom. 1. Disceptat. cap. 23. a num. 12. ad cap. 1. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. matrim. cap. 1.* ubi requiritur præsentia Parochi ad contrahendum matrimonium: quod si quis habet duo domicilia in diversis Parochijs, quia scilicet dimidio anni habitat in unâ, & altera dimidia in alia, utriusque Parochianus est. Cuchus *Inst. moral. lib. 5. tit. 4. num. 186.* & Gutierrez de *Matrim. cap. 64.* August. Barbof. de *Officio Parochi. cap. 21. numer. 41. & de Pot. Episc. alleg. 32. num. 69.* Basil. Ponz. de *Matrim. cap. 13.* & ideo coram altero poterit valide contrahere, ut supra cit. docent. Sed qui domum habitat in confinio duarum Ecclesiarum, ejus Ecclesiæ Parochianus est, in qua domus aditum magis frequentatum habet, vel ubi est porta principalis. Bart. in *L. 6. num. 6. ff. de damn. infect. & in L. Præd. §. Qui domum, ff. deleg. 3.* & probat textus in *L. Si cui ædes 31. ff. de leg. 3.* & docent Barbof. in *d. c. 21. n. 43. & dict. alleg. 32. num. 71.* Riccius in *Prax. decis. 433. p. 1. & dec. 510.*

Num. 67.

Girona de *Privileg. n. 28.*

Num. 68. 69. &amp; 70.

28 Ex his dictis sublimita, quas supra tradidi, limitationes, quævis enim causa sit, excusationem præbet à residentia unius maioratus, at non potest à conditione residendi ad duos maioratus ea ratione incompatibiles excusare, quia Lex non potest fingere impossibile, *S. Minorem 5. inst. de adopt. im.*

impossibile autem est, ut quis duobus locis residere queat, sicut est impossibile, ut in uno loco duo resideat, & unus sit, ubi alter est, L. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poss. ibi: Contra naturam quippe est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris: & ibi Gothofred. litt. A. Corpus unum ut in duobus locis, ut hic, & L. 5. in fin. sup. commodat. ita duo corpora in uno loco esse non possunt, &c. quæ sequuntur.

## Num. 71. &amp; seqq.

L. 3. Cod. de inoffic. testam. & cum alijs Mieres *itidem* 2. p. q. 4. illat. 8. n. 295. & hanc excusationem residendi in beneficijs notant Canonistæ in Clement. 1. §. Cæterum de stat. Monach. ubi gloss. & in cap. fin. de Cler. non resident. gloss. fin.

## Num. 73.

Ordo, & forma Legis 27. Tauri, sicut per viam dispositionis perverti nequit, ita neque per viam conditionis. Hoc dicit Auctor hic, & 1. p. cap. 1. n. 55. & seqq. & h. 2. p. c. 6. n. 14. & p. 3. c. 1. n. 86. & c. 3. à n. 33. & p. 7. c. 1. à n. 34. D. Castillo lib. 6. c. 128. & dixi pluries, maximè 1. p. s. 7.

## Num. 74.

Vide Auct. 7. p. c. 5. n. 54. & 55. Alvarado de Conject. ment. defunct. lib. 2. c. 2. §. 1. num. 40. facilius dispensari posse, ait, maioratu ex bonis regalibus, ex donatione Regia, instituto, difficilius in maioratu ex dispositione hominis, idemque in maioratu Regia facultate instituto; quia maioratus ex dispositione hominis à jure gentium procedit, & qui ex bonis Regalibus, vel Regia facultate, instituitur à jure civili, quod facile à Principe mutatur. Conferunt Robles de Representatione lib. 3. cap. 5. num. 26. Mieres 2. p. de Maiorat. q. 1. num. 59. Tapia decis. 20. num. 21. Giurba de

Succes. feud. §. 2. gloss. 8. num. 16. vers. Declara tertio; Pat. Molin. de Iustit. tom. 2. diss. 174. n. 6. Molin. lib. 3. c. 3. ubi Add. à num. 25. ad 30. & expressius contra prædictam opinionem aiunt Addentes lib. 4. cap. 3. num. 7. ad 28. D. Solorzan. lib. 2. de Iur. Ind. cap. 27. n. 59. tom. 2.

Melius posset distingui, si de potestate Principis disquiri liceret, facilius posse dispensari, cum legis, quam cum hominis incompatibilitate, ex regula Legis Celsus, ff. de arbitrijs, L. 23. tit. 4. part. 3. vers. Porque más lgeramente. Barbof. Axiom. litt. M. num. 97.

Et in conditione nominis, & armorum ideo dispensare non posse Principem, aiunt Mieres de Maiorat. 2. p. q. 4. illat. 8. num. 159. Covar. Molin. & alij à Thesaur. adducti decis. Pedam. 270. num. 6. quos sequitur Escobar de Puritat. 1. p. q. 4. §. 7. n. 121.

Sed cum de voluntate Principis quæritur varie solet ex circumstantijs determinari. Scio denegatam facultatem, & dispensationem petitam contra Legem 7. tit. 7. lib. 5. Recop. ut constat ex actis super statu de Armuria, ubi etiam supponitur aliquando esse concessam. Et in beneficijs de jure super incompatibilitate dispensatur, ut hic Auctor, & Pat. Sanchez Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 2. & dub. 6. per tot. Valenz. cons. 51. numer. 39. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 7. num. 15. Riccius dec. 393. num. 5. noviter D. Petr. Frasso de Reg. patron. tom. 1. cap. 7. num. 10. & seqq. & cap. 27. n. 10.

Id tamen observa, non posse concedi facultatem ad obtinendos duos maioratus incompatibiles ob conditionem residendi, ad hoc ut neutro eorum locorum resideat possessor, ex dictis ab Auct. hic, & nos diximus numer. 68. Adde Menochium Retinendæ, remed. 3. num. 516. & 517. ibi: Quod nec Princeps ipse efficere potest, ut duo contraria simul esse possint, cum nec id efficere ipsa natura possit. L. Si ancillam, &

& ibi Bart. ff. pro suo. L. Contra maiores C. de inoffic. testam. quinimo scribit Dec. in L. ubi pugn. num. 3. de reg. jur. ex sententia Angel. cons. 187. ad fin. Legislatorem, & Deum ipsum non posse actum in se repugnantem in esse producere.

Sed obtenta facultate in dignioris maioratus Civitate habitare debet possessor ex traditis à Solorzano de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 25. n. 120. argumento à beneficijs, ut tradit Garcia de Benef. 3. p. cap. 2. num. 185. Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 1. n. 19. Bobadill. lib. 2. Polit. cap. 9. num. 15. D. Petr. Frasso dict. cap. 27. num. 11. quod intellige, nisi aliud facultate fit expressum.

## AD PARTIS II.

## CAP. II.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Temporis essentia qualis sit.
- 2 Definitio, & 3.
- 4 Divisio.
- 5 Præsentis temporis verba ad futurum non trahuntur.
- 6 Pronomina possessiva, meum, tuum, suum, absolute prolata, præsens tempus tantum indicant.
- 7 Suis rebus legatis id debetur cujus dominium tunc testatoris erat.
- 8 Legatum corporis, veluti domus, fundus, an intelligatur de domo prout erat tempore testamenti, vel tempore mortis.
- 9 Verba præteriti, vel præsentis non comprehendunt futurum, nec contra.
- 10 Legatum de omnibus bonis, an comprehendat bona postea quæsitæ.
- 11 Et an possit subsistere cum hæredis institutione.

12 Maioratus institutio de omnibus bonis an futura comprehendat, & 14. & 15. & 16.

13 Melioratio 3. & 5. an comprehendat bona postea à patre quæsitæ.

17 L. Si ususfructus 6. ff. de usufr. legat. remissive explicatur.

18 Fructus nascituri alicujus fundi promissi, si eo anno nati non sunt, an debeantur fructus anni sequentis.

19 Et quid si certa quantitas fructuum promissa est.

20 Et quid si demonstrationis causa fructus fundi sint assignati.

21 Relegatus, finito tempore relegationis, an possit redire sine licentia Superioris, & ad honores admitti.

22 L. Si fundus 33. ff. locat. explicatur remissive.

23 L. Qui operas 38. ff. locati exornatur, & seqq.

24 Advocati honorarium retinere possunt, si per eos non stetit quominus causam defenderent.

25 Et idem in quolibet ministro dicendum.

26 Et in milite parato ad bellum.

27 Legatum advocato relictum ut patrocinium præstet pro hærede debetur, si per hæredem stetit non patrocinari.

28 Societas ad tempus, finito tempore, finitur ipso jure.

29 Officialis temporalis non exercens intra tempus officium etiam dolo, & culpa tertij, non potest alio tanto tempore reintegrari ad exercitium officij, & 30.

31 Electio ad officia Reipublicæ an sit appellatio suspendenda, & quando ab electione appellatio admittenda sit, & intra quod tempus, usque ad 43.

38 Electio nulla intra 60. dies retractari debet.

39 Salarium præsentis anni an præstatur salario præterito in fructibus hujus anni, & quid de pensionibus militum super certis redditibus consignatis. (Sueldos.)

- 40 *Alimenta futura super certis fructibus fundi consignata, præteritis præferuntur.*
- 41 *Alimenta super fructibus an debeantur, si fructus nati non sint, vel suppleri ex anno seq. debeant.*
- 42 *Et quid in annuo legato, & 43.*
- 44 *Unum tempus non continetur sub alio.*
- 45 *Facultas ad maioratum instituendum debet maioratus institutione præcedere, & declaratur n. seqq.*
- 46 *Facultatem præcessisse præsumitur.*
- 47 *Spurij institutio facta sub conditione, si legitimatus fuerit, an valeat, remissive.*
- 48 *Facultas ad testandum an ad testamentum factum extendatur.*
- 49 *Facultas ad alienandum an alienationem factam confirmet.*
- 50 *Alienatio facta sub conditione si Princeps confirmaverit, ante facultatem obtentam retractari an possit, 51. & 52. & 54.*
- 53 *Sponsalia inter consanguineos contracta sub conditione si Papa dispensaverit, ante obtentam dispensationem dissolvi possunt.*
- 55 *Maioratus institutio sub conditione si Princeps confirmaverit, revocabilis est re non integra.*
- 56 *Maioratum facere promittens an teneatur adimplere, & quomodo.*
- 57 *Maioratus sine facultate valide institutus non retractatur ex eo quod facultas non præcessit quæ non erat necessaria.*
- 58 *Solemunitas non requisita ad actum nulliter interposita eum non vitiat.*
- 59 *Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.*
- 60 *Maioratus institutio non requirens facultatem, an si de ea expresse cautum sit, nullus sit si facultas non præcesserit.*
- 61 *Facultas ante mortem testatoris obtenta an confirmet maioratum in testamento institutum, & 62.*
- 63 *Facultas ante conditionis eventum an confirmet maioratum conditionalem antea factum, & 64.*
- 65 *Maioratus conditionaliter institutus, pendente conditione, obtenta facultate non retrahitur ad tempus contractus, sed ex tempore facultatis valet.*
- 66 *L. Servum filij 44. ff. de leg. 1. adducitur.*
- 67 *Facultas ad maioratum institutionem post mortem testatoris impetrari non potest, & quando secus, 68. & 69.*
- 70 *Maioratus institutio cum gravamine legitime filij à Principe confirmari nequit, mortuo filio, non approbato maioratu.*
- 71 *Maioratus ex facultate nulla in validus, in tertio, & quinto sustineri potest, & 72.*
- 73 *Leges præteritas casus non comprehendunt.*
- 74 *Legatum pro maritandis puellis an debeatur jam nuptis, 75. 76. & 78. & 79.*
- 77 *Legatum sub conditione relictum quæ jam impleta est, pure debetur, & quando secus.*
- 80 *Legatum ad nuptias an sit modale, purum, vel conditionale: afferuntur septem distinctiones quibus materia explicatur, ad 88*
- 89 *Legatum ad nuptias an debeatur secundo nubenti.*
- 90 *Maioratus revocabilis per secundum revocatur, & quando secus, & 91. 92. & 93.*
- 94 *Facultas ad maioratum instituendum an sit subreptitia, si non sit facta mentio prioris maioratus instituti, 95. & 96. & seqq.*
- 95 *Alimenta quomodo taxari debeant filijs, quando maioratus facultas conceditur, relictis filijs competentibus alimentis, 97. & 98.*
- 99 *Facultatem habens ad maioratum instituendum, quando possit duos maioratus instituere, plures casus distinguuntur, & seqq.*
- 100 *Facultatem habens ad unum, duos maioratus instituere an possit, & 101. 105. & 106.*

- 102 *Facultas ad testandum non consumitur quando integre effectum suum non sortitur.*
- 103 *Facultatem habens ad maioratum instituendum de omnibus bonis, si duos instituit de parte bonorum, an teneatur servare ordinem L. 27. Tauri, 104. & seqq.*
- 107 *Facultas viro, & uxori concessa, an extendatur ad maioratus duos à singulis institutos, & 108. & 111.*
- 109 *Facultas concessa viro ad maioratum instituendum de suis, & uxoris bonis, non extenditur ut possit uterque per se instituere.*
- 110 *Facultas à viro petita ad maioratum instituendum de bonis suis, & uxoris, an & quando utrisque concessa videatur, & 112.*
- 113 *Facultatem habens ad maioratum instituendum, an possit duos maioratus instituere.*
- 114 *Maioratus simpliciter institutus, an possit alter ex 3. & 5. institui.*
- 115 *Facultatem impetrans ad maioratum, non videtur renuntiare facultatem quam à lege habet ad instituendum maioratum ex 3. & 5. & 116. & 117.*
- 118 *Facultatem habens ad maioratum instituendum, & si expresse non dicat, ea usus fuisse videtur, & 119.*
- 120 *Dispositio quæ ex duplici potestate fieri potest, ex ea quæ utilior est facta videtur.*
- 121 *Facultas ad maioratum aliquid operari debet.*
- 122 *Maioratu ex legibus Regijs instituto, si alter ex tertio, & quinto fiat, an vi facultatis, quam testator habebat, sustineri possit, & 123.*
- 124 *Maioratu ex parte 3. & 5. instituto, alter ex cætera parte institui potest.*
- 125 *Maioratu ex vi Legis 27. Tauri instituto, an possit alter institui virtute facultatis Regiæ, & 129.*
- 126 *Facultas regia ad maioratum instituendum rebus sic stantibus intelligenda.*
- 127 *Maioratus dispositio à testatore facta ultra ejus intentionem valere non potest.*

128 *Maioratus ex tertio, & quinto revocabiliter institutus, intelligitur revocatus, si postea alter ex eodem tertio, & quinto instituat.*

## Num. 1. &amp; 2.

**A**ristoteles lib. 4. Physic. cap. 10. & lib. 8. cap. 6. dubitasse videtur num inter existentiam, & quæ esse debeant tempus numeretur, nam in illo esse præsens non datur, quia vel fuit, vel futurum: quod fuit jam esse non habet, sed nec futurum est: & cum partiatur quod est, partes, quæ remanent, nullæ sunt, transacti, vel futuri temporis remanentes; tempus ergo esse aliquid non videtur, cum ex non entibus aliquid constitui non possit, momentum autem quod sub hoc numero significatur, non est temporis pars, sed exitus, terminus, confinium temporis, nec ex momento componitur tempus, sed ex præterito, & futuro tantum.

Inde cum nulla essentia temporis, nulla definitio ejus dari potest, quia definitio est de essentia rei. Hinc Div. Augustin. de Confes. lib. 11. cap. 14. se definire posse negat: *Si nemo, ait, ex me querat scio, si querenti explicare velim nescio.* Petr. Greg. lib. 5. Comment. Syntax. cap. 12. tom. 2. varias definitio- nes refert ex Cic. de Invent. lib. 1. ita: *Tempus autem est, id quo nunc utimur, nam & ipsum generaliter definire difficile est: pars quædam æternitatis cum alicujus annui, menstrui diurni certa significatione.* Vide Garcia de Nobilitat. gloss. 12. num. 81. ubi definit: *Tempus nil aliud est, quam mensura durationis secundum prius, & posterius.*

## Num. 3.

Temporis divisio communis in Præteritum, vetus, Præsens, instans, Futurum, contingens, consequens. Cic. 2. ad Herenn. in princ. Senec. de brev. vitæ.



## Num.4.

Præsentis temporis verba ad futurum non trahuntur, & quando secus, vide *L. Cum stipulamur* 125. *L. Si à colono* 89. ff. de verb. oblig. *L. Si pupil.* 6. §. *Si ego* ff. de neg. gest. *L. Fratres* ff. de pænis, *L. Si unus* 28. §. *Si cum reo* ff. de pænis, Menoch. conf. 97. num. 70. Cyriac. contro. 469 n. 4. & 473. n. 3. Tusch. lit. I. conclus. 29. Gratian. cap. 689. n. 6. D. Castillo cap. 14. de Tertijs, Gironda de Privil. à n. 490. & 870. Costa de Portion. rat. q. 182. à n. 4. & tract. de re integra distinct. 85. n. 10. & 11. Riminald. conf. 820. vol. 7.

## Num. 5. &amp; seqq.

Pronomina possessiva meū, tuum, suum, absolute prolata, præfens tempus tantum indicant. Ita Petr. Greg. dict. lib. 5. Comment. Sintax. cap. 12. & probari potest ex *L. 41. in pr. ff. de aur. leg.* 83. §. *Ideo* ff. de leg. 3. *L. 28. §. Cui legatum* ff. de aur. leg. *L. 35. §. fin. ff. eod. L. 79. cum L. seq. ff. de leg. 3. L. Stichum* 6. ff. de leg. 1.

Vigel. M.C. lib. 13. cap. 4. q. de suis rebus legatis reg. 1. Suis igitur rebus legatis, id debetur legatario, cujus dominium testatoris fuit, nam id solum vindicari potuit. Plane si ita legavit testator aurum meum, vel quod meum est Stichium meum, vel qui meus est, tunc non quod mortis tempore testatoris est debetur legatario, sed quod eo tempore ejus est cum fit testamentum.

Unusquisque in suo sensu abundat, nec potest unus bene intelligere, quod ad se non pertinet. Hinc error Pat. Caramuel aliàs doctissimi, qui in Theolog. fundam. lib. 1. regulas juris interpretare ad sensum voluit in *L. Quæ legata de reg. jur.* quæstionem ex facto proposuit ita: Ioannes gravissimo morbo laborabat mense Junio ann. 1640. habebat domum agrosque, illa erat vacua hi segetibus pleni:

& legavit in testamento agros Petro, domum Paulo: interim melius habens demetit segetes, & grana domum suam importat, & antequam agri seminantur obijt, quæsitum fuit à multis, an grana ad Petrum pertinerent? & ratio dubitandi erat, quod illa die, qua testamentum conditum, illa non erant in granario, sed in agro, & si illa Ioannes die devixisset, pertinuisent omnino ad Petrum, non ad Paulum. Interim responsum ex Pomponio (ait) fuit, testamenti valorem à morte testatoris incipere, & horam mortis solam, non autem inscriptionis considerandam (adde Paul. 14. ff. de adim. leg. Giurba conf. 56. n. 53. Merlin. & alij apud Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 4. tit. 50. cap. 10. num. 416.) Cum igitur testator hora, qua moritur, loquatur, & leget agros, & domos prout sunt (en mutat speciem) dicendum est legasse plenam, istos vacuos. Tu resolves fors pro hærede ex *L. Cum quidam* 4. ff. de fund. instruct. & *L. Quæsitum* 12. eod. Videt. prædij 91. §. 1. ff. de leg. 3. *L. Filio* 31 ff. de adim. leg.

Alterum temporis axioma Auctoris: verba præteriti, vel præsentis temporis non comprehendunt futurum, nec è contra: probat ex LL. sup. & ad varias quæstiones adducunt Fulgos. conf. 100. Alex. conf. 171. lib. 5. Roman. singul. 503. Marian. Sozin. conf. 99. lib. 3. Graffus in §. Legatum q. 29. Petr. Garcia Toletanus decis. 24. Cavalcan. de Usufr. numer. 86. Theaur. decis. 188. Marta Vot. decis. 6. Mantic. lib. 3. de Conject. tit. 11. n. 5. Menoch. conf. 106. num. 174. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9 p. 4. num. 6. Cancerius Var. lib. 1. cap. 8. num. 89. D. Castillo de Usufr. cap. 44. Tusch. lit. L. conclus. 50. Valasc. consult. 58. Garcia de Expens. cap. 22. numer. 33. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 11. num. 10. Marinis lib. 2. Resol. cap. 122. Reverter. decis. 342. ubi Marinis itidem, & lib. 2. cap. 123. D. Olea tit. 3. q. 10. numer. 23. Antunez de Donat.

Donat. Reg. cap. 13. num. 6. lib. 1.

Hic frequens quæstio, an legatum de omnibus bonis (quod & jura, & actiones comprehendere docet Saldado in Labyr. 3. p. cap. 5. num. 15.) comprehendat etiam bona post testamentum quæsitæ? & dicendum est negative ex natura temporis, ut probat *L. Si ita* 47. ff. de leg. 2. *L. Aurelius* 29. §. *Testamento* ff. de liberat. leg. *L. 8. & L. fin. ff. de aur. leg.* Cavalcan. Mantic. Crassus Menoch. Arias de Mesa, & alij ex relatis; quod regulariter verum est, fallit tamen aliquando affectione elegantis erga honoratum. Vide D. Castell. de Usufruct. cap. 44. & Marinis cap. 122. sup.

Sed an eo casu, si absolutum sit omnium bonorum, compati possit cum hæredis institutione dubitari potest. Verius ego iudico, posse, hæredemque rogatum videri legatario bona restituere, quod Jure Civili non est novum *L. 29. si quis in priore* ff. ad S. C. Trebel. *L. Posthumus* ff. de injust. rupt. Gomez 1. var. cap. 4. num. 6. circa med. & cap. 5. n. 24. vers. *Quinto infero*. Fular. de Subst. q. 277. à n. 23.

Idem in maioratus institutione dicendum est; ea enim, & si omnium bonorum facta sit, bona postea quæsitæ non comprehendit tenent expresse Dom. Greg. in *L. 32. gloss. 3. q. 45. tit. 9. p. 6. & in L. 5. gloss. 5. tit. 13. p. 5.* Mieres de Maior. at. 1. p. q. 10. num. 127. & 191. Burgos de Paz conf. 14. num. 62. adde Gratian. Discept. cap. 98. Surd. decis. 233. num. 8. D. Castillo lib. 4. cap. 39. num. 49. Itidem Surd. conf. 216. num. 2. & conf. 450. n. 45. Menoch. conf. 97. num. 70. Cassanat. conf. 7. num. 6. Galeot. lib. 2. Controv. 54. num. 12. Palma conf. 94. num. 48. Doctiff. Alvar. Peg. ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 50. cap. 1. n. 9. tom. 4.

Limita ex Alvarad. de Conject. lib. 13. cap. 4. num. 11. in melioratione tertij, & quinti, quia ad ejus valorem tempus mortis attenditur juxta *Leg. 23. Taur. quæ est. L. 7. tit. 6. lib. 5. Recop.*

Quid autem si melioratio inter vivos fiat irrevocabiler juxta *Leg. 44. Taur.* alibi dixi, Alvaradus vero dubitat an hoc casu melioratio facta cum clausula constituti fiat irrevocabiler etiam quoad bona futura, qua affirmatiya resolutione duas quæstiones resolvat, suppositam, & expositam.

Limita secundo quando nullus alius sit hæres institutus, sed solum maioratus, quia universalis hæredis institutionem importat maioratus ex Bart. Marinis dict. cap. 122. n. 4. Pereg. Sfortia, D. Castell. & alij à Mesa relati lib. 2. var. cap. 11. n. 10.

Limitari solet tertio quando in favorem consanguinei fit institutus maioratus, quo casu etiam bona futura comprehendere tenent ex Bartoll. D. Castillo Mesa, & alij ab eo relati ubi sup.

Et an jura, & actiones comprehendat institutio maioratus de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus institutus. Vide Oleam tit. 2. q. 1. n. 22. D. Vela Dissert. 29. n. 18. tom. 2.

## Num. 9.

Ad hanc leg. vide Alvar. Bacz. 2. p. 17. consult. 155. Fontanel. dec. 99. num. 7. Crespi obs. 11. num. 4. tom. 1. Olea tit. 6. q. 8. num. 28.

## Num. 10. &amp; seqq.

*L. 2. ff. quib. mod. usufr. amittatur*, se. 18. cus autem si sine temporis præfinitione fructus nascituri alicujus fundi in stipulationem sint ducti, tunc enim ideo, non natis fructibus, stipulatio emptio ve nulla est, quia est conditionalis si fructus nascantur, quia deficiente resolvitur. *L. Interdum* 73. ff. de verb. oblig. Hermosill. in *L. 11. gloss. 3. num. 1. tit. 4. p. 5.* ubi alij: quibus adde Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 14. tit. 30. n. 39. ubi sic intelligit Bald. in *L. Siquis argument. in princ. n. 11. C. de donat.*

19 Limitatur autem quando certa quantitas fructuum ex certo fundo promissa sit, nam tunc si in primo anno non nascantur, vel nati non sufficiant, debitor non liberatur, sed ex fructibus aliorum annorum supplere debet. Hermosill. *ubi sup. num. 3. Mantic. num. 40. Rota decis. 111. n. 10. de testam. inatig.* Ratio est, quia hoc casu non conditionalis, sed in diem est stipulatio, Hermosill. *sup.*

20 Limita 2. quando fructus nascituri ex certo fundo deducuntur in stipulationem causa demonstrationis, & tunc si non nascantur, vel nati consumpti sunt sine culpa promissoris, ex alijs fructibus ejusdem, vel alterius fundi debet suppleri, *arg. Leg. Quidam testamento ff. de leg. 1. L. Lucius Titius ff. de adim. L. Paulo Calimacho §. ult. ff. de leg. 3. Cyn. in d. L. Siquis argentum §. 1. num. 2. vers. Secundo queritur C. de don. Bart. in L. 83. §. Sacram. ff. de verb. oblig. Castrenf. conf. 328. n. 3. vers. Pro intellectu hujus dubij lib. 1. Felin. *in cap. ad audientiam el 2. n. 15. in fin. & seq. de rescript. Mantic. dict. lib. 14. tit. 30. num. 37. & seqq.* ubi alios casus in hac materia proponit, & exponit.*

## Num. 14. &amp; seqq.

21 Relegatus finito tempore an possit redire absque Superioris licentia? Resolve ex *L. Rectores 24. C. de pœnis, L. Imperator 8. ff. de postuland. L. Fratres 33. ff. de pœnis*, ex quibus affirmant cõmuniter DD. Cremens. *singul. 48. Surd. decis. 75. num. 3. & decis. 244. in fin. & conf. 88. num. 8. Guacin. Defens. eorum 33. cap. 27. num. 16. Amendola ad Franch. decis. 116. num. 3. & dec. 487. à num. 4. Mar. Muta dec. 63. n. 16. Noviter Frasso de Regio Patron. cap. 49. num. 61. ubi an etiam reddat ad pristinam dignitatem, & ad novas admitti ex *sing. Leg. 2. C. de his qui in exil. dati, Riccius Collectan. 132. p. 2.**

## Num. 16.

Franchis *decis. 451. Amendol. in 22 decis. 419. num. 5. & ad Legis 33. ff. locati intellectum*, vide Cujacium *tract. 8. ad African. in d. L. Si fundus, Of. fuald. ad Donel. lib. 13. Comm. cap. 2. lit. C. Guzman de Evid. q. 24. n. 17. ad rem videndus.*

## Num. 17.

*L. Qui operas 38. ff. locat. qui operas 23 suas locavit totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quominus operas præstet*, per quem DD. aiunt salarium integrum illius anni officiali deberi si per eum non stetit quominus officio deserviret, & in ad-<sup>24</sup> vocato ait Lex: *Advocati quoque, si per eos non steterit, quominus causam agant, 25 honoraria reddere non debent.* Inde quolibet officiali, vel ministro verum est, & salarium, & honorarium posse retinere: quod in advocatis observa, sæpe enim cum sint parati ex casualitem pro rostris non defendunt, non tamen ideo tenentur restituere quantitatem perceptam. Conducit Matutz *Disquisit. leg. 21. ubi de mili- 26 te parato non belligerante, & in alijs docent propositum Marinis lib. 1. Resol. cap. 313. & Reverter. decis. 507. Castro de Annon. Civil. notab. 4. à n. 7. Ponte de Potest. Proreg. tit. 7. §. 6. num. 36. Marinis itidem lib. 1. cap. 73. num. 12. & cap. 311. & ad Reverter. decis. 571. Riccius Collect. decis. p. 1. decis. 85. Greg. per text. ibi in L. 4. tit. 31. p. 2. Cevallos *Comm. q. 288. Flores de Mena Var. quest. lib. 1. q. 8. §. 2. Gutierrez lib. 4. Pract. q. 52. à num. 12. Azeved. in L. 2. tit. 16. lib. 2. Recop. Gomez 2. Var. cap. 3. num. 3. ubi Ayllon, D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Ind. lib. 4. cap. 4. num. 34. & lib. 3. cap. 11. num. 51. Marinis itidem lib. 2. cap. 8. ubi de impedito Superioris jussu, & cap. 121. & lib. 1. c. 243. ubi de legato relicto advocato, 27**

ut

ut patrociniū præstet pro hærede, an debeatur non patrocinianti facti hæredis? Jacob. Gothofred. post hæc visus *tract. de Salar. cap. 6. §. 10. cum quindecim seqq. DD. in L. in diem 8. ff. de offic. accessor.*

## Num. 18.

28 Probant textus in *L. 11. tit. 10. p. 5. L. 1. gl. 3. eod.* Vide Gomez *lib. 2. Var. cap. 5. num. 6. vers. Item etiam ibi tertio modo, Cyriac. Controvers. 123. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 7. gloss. 19.*

## Num. 19.

Adde Capyc. *Latr. consult. 41. n. 74. & 75. Fermolin. in cap. fin. q. 8. de ludic. n. 10. & vide. in Rub. de elect. q. 11. & late noviter Doctiss. Alvarez Pegas ad Ord. Lusit. tom. 5. tit. 67. in Rub. cap. 3. n. 6. ubi alios refert, & eod. tit. §. 5. n. 5. & 6.*

29 Contrarium defendit D. Valenzuela, Velasquez *conf. 44. per tot. Cõmuniter tamen Auctoris ex Bartol. sententia defenditur adde Montalv. in L. 1. gloss. 3. vers. Circa hujus tit. 7. lib. 1. fori leg. Novar. Collect. decis. in pragm. 1. de administrat. univers. Ana. consil. 80. num. 37. Riccius Amendola, & alij ad Franchis *decision. 419. Barbof. vot. 97. num. 113. lib. 3. D. Amaya in L. Nominationum 46. C. de Decurion. lib. 10. & in L. 2. C. eod. n. 20. & 25. D. Salgad. itidem 1. p. de Retent. bul. lar. cap. 15. num. 20. Morquecho de Divis. honor. lib. 2. cap. 7. num. 23. Baptista Toro in Comp. decis. tom. 1. verb. Administratio officij electo. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. num. 100. & in Politic. lib. 3. cap. 18. fol. 371. vers. Tambien, & fol. 373. vers. No obsta, & seqq. D. Crespi Valdaura Observat. decis. 111. num. 9. ubi reprobat Valenz. Velasquez opinionem D. Vela *dissertat. 20. num. 44. & seqq. D. Olea de Cess. jur. tit. 6. q. 8. sub num. 28. Balmaseda de Collect. q. 120. num. 12. ubi***

Auctorem laudat Antunez de Donat. *Reg. 1. p. cap. 13. num. 144. & seqq. Matheu de Regim. Valent. cap. 4. §. 9. n. 21. ubi ita, etiam decisum refert, & §. 4. num. 19.*

An autem appellatio, quæ ab electione interponitur ex *L. 2. C. de Decurion. lib. 10. L. His qui, C. de Appell. c. Si postquam 33. de elect. lib. 6. Matheu ubi sup. §. 9. num. 13. & 14. ubi alij: adde Aug. Barbof. vot. 97. à n. 14. & voto 33. à num. 46. admittenda sit quoad utrumque effectum ad praxim dubitari potest: & distinguendum est, an ante adeptam muneri possessionem, & juramentum præstitum, vel postea appelletur: priori casu appellatio admittitur omnino quoad utrumque effectum, & consequenter electus inhiberi debet ab officij exercitio, vide *L. 8. tit. 23. p. 3. D. Salgad. de Reg. Protect. 3. p. cap. 8. à num. 19. Garcia de Nobilit. gloss. 5. n. 14. vers. Unde ulteriori 33 specie appellatio utrumque non sortitur effectum. Aviles in cap. Prat. 5. gloss. suspendidos num. 4. Lancelot. de Attent. 2. p. cap. 12. lim. 5. Cabed. decis. 122. num. fin. p. 1. Bobadilla lib. 3. Politic. cap. 8. num. 17. & 57. Lambertin. de Jur. patron. lib. 2. p. 2. q. 5. art. 12. num. 2. Franchis *dict. decision. 419. & decis. 609. Mastrillo de Magistrat. lib. 1. cap. 27. num. 44. Phæbo dec. 65. Fontanela de Paët. nupt. claus. 4. gloss. 10. p. 1. num. 98. Garcia in Polit. Relig. Eccles. tom. 2. tract. 9. diff. 6. dubio 3. n. 1. Leon decis. 49.***

Idem dices quod in priori casu, si nullam esse electionem opponatur Rovit. in *dict. pragm. de Administrat. univers. 2. num. 43. veluti si de aliquo electionis defectu circa substantialia opponatur, alias enim non interdicitur administratio electo. Franchis decis. 8. num. 4. Novar. Quest. Forens. 1. p. q. 129. num. 6. Balmaseda de Collect. q. 95. num. 44. Limita etiam quando in ipso actu electionis appellatio interponitur, vel protestatio, tunc enim etiam utrumque effectum operatur, S iij quam-*

quamvis electus possessionem adeptus sit, & juramentum præstiterit. D. Matheu de Regim. ubi sup §. 9. num. 19. & 20. ubi, & sic refert decifum. Videndus Balmaseda de Collect. q. 35. à num. 7. ubi de protestatione nobilitatis munus acceptantium sine præjudicio nobilitatis optime loquitur.

Illud etiam observa quod tradit Balmased. de Collect. q. 95. appellacionem intra legitimum tempus decem dierum esse interponendam. D. Salg. de Protect. 3. p. cap. 8. num. 17. Nullitatem vero ad illas temporis angustias non limitari, sed quocumque tempore posse de ea queri. D. Salg. numer. 10. quod ego ad 60. dies reducendum judico in quibus de nullitate sententiæ agitur ex L. 2. tit. 17. lib. 4. Recop. D. Salgad. de Reg. 4. p. cap. 3. à numer. 101. Pareja de Instrum. edit. tit. 2. Resol. 6. numer. 331.

#### Num. 21. & seqq.

Conducit elegans Oleæ doctissimi mi opinio tract. de Cess. Jur. tit. 6. q. 8. n. 28. ubi præter fundamenta allata à D. Solorzano lib. 2. cap. 31. num. 35. de Jur. Indiar. tom. 2. defendit, salarijs consignatis ministris, vel militibus super aliquibus redditibus annualibus; eos qui serviunt illo anno, quo redditus percipiuntur, præferri ijs, qui servirunt annis præteritis, quod ad solutiones pensionum super redditibus Regijs observa.

Et in alimentis fortius eadem sententia procedit, quia favorabilior, & potior causa est præsentium alimentorum, quam præteritorum, ut ait Olea ubi sup. sed est circa materiam alia difficilior quæstio, an si legatum alimentorum in certa quantitate relictum sit ex fructibus alicujus fundi determinati, si fructus unius anni ad præstandam quantitatem non sufficiant, debeat ex fructibus alterius an-

ni suppleri? Dubiam reddit quæstionem D. Cordubalata in L. Siquis à liberis §. Sed si filius n. 15. post Castrenf. in L. Imperator n. 8. ff. ad Trebel. Aemilian. cons. 146. n. 14. qui in hac specie dicunt, quod si patrimonium aliquo anno fructus non reddat, hujusmodi alimenta non præstentur.

Sed contrariam sententiæ, & quod in præstatione annui legati ex fructibus certi fundi solvendi, si redditus uno anno non sufficiunt ad præstationem legati, ex redditibus uberius sequentis anni præstetur, tradit Bart. in L. Inter stipulantem §. Sacram ff. de verb oblig. num. 6. & in L. Lucius num. 3. ff. de aliment. leg. Gigas de Pensionib. q. 62. num. 11. Petr. Barbof. in L. Maritum numer. 20. ff. solut. matrimon. Boss. de Aliment. oblig. cap. 13. §. 11. num. 813. in fin. quam sententiam in proposito veram esse non dubito, maxime si demonstrative annua solvenda ex certo fundo à testatore signato legata sint. Sed debet ex Auctoris sententia limitari si alimentarius, vel legatarius concurrat ad fructus hujus anni pro legato annuo præterito, cum alio legatario pro altero annuo legato in eodem patrimonio consignato, pro quantitate annua ejusdem anni præsentis, tunc enim prius solvere debet hæres legatum hujus anni, quam anni præteriti. Circa materiam vide Balmased. de Collect. q. 75. à num. 3. D. Franc. Magrito decis. 4. per totam.

#### Num. 26.

D. Molin. lib. 4. cap. 10. numer. 3. D. Salgad. de Regia protect. 1. p. cap. 7. à num. 59.

#### Num. 39.

Unum tempus non continetur sub alio, & unius inclusio alterius exclusio est

est Cyriac. Controv. 473 num. 3. Ideo præteritum non comprehendit futurum, nec præsens, vel è contra. Cyriac. Controv. 469 num. 4. Menoch. cons. 97. num. 70.

#### Num. 40.

Adducitur Doctiff. Pegas ad Ord. Portug. tom. 7. ad Regim. sac. Palat. c. 31. num. 3. ubi quod post facultatem debet novus accedere consensus, novusque contractus. Add. ad Reynoso obs. 74. n. 8. & cum A. hic, & ita refert decifum, quod observa.

Adde P. Molin. de Instit. tom. 3. tract. 2. disp. 578. num. 5. & 6. & disp. 597. D. Castillo tom. 5. cap. 67. num. 62. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 2. §. 39. gloss. 96. cap. 4. num. 20. Gutierrez lib. 2. q. 76. Pract. Bayo in Praxi Alphab. L. num. 28. & num. 32. ubi ait facultatem præcessisse præsumendum, si eodem die facultas, & institutio data, & facta sint. Videndus D. Olea de Cess. Jur. tit. 8. q. 3. numer. 15. ubi Sanchez, Mieres, Salgad. & alij qui in facultate ad alienandum loquuntur. Marinis lib. 2. Resol. cap. 182. num. 10. & cap. 38. num. 21. Alvarado de Conject. ment. defunct. lib. 3. cap. 2. §. 2. à num. 15. & seqq. Itidem Mieres 1. p. q. 14. fere per totam, & conducit Doctiff. Alvarez Peg. tom. 2. ad Ord. Portug. tit. 3. §. 1. gloss. 4. cap. 12. ubi de institutione spurij sub conditione si legitimatus fuerit (de quo Mieres de Maior. 1. p. q. 2. & 2. p. q. 1. & 2. per tot.) & an facultas ad testandum in casu prohibito, ad jam factum testamentum extendatur. Vide L. Siquis filio §. Irritum ff. de injust. rupt. Cancer Var. tom. 2. tit. de legat. cap. 20. num. 18. Tusch. lit. R. conclus. 11. num. 28. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 4. tit. 50. cap. 9. n. 373. pag. 279. Mieres 1. p. q. 2. n. 17.

Et in feudis an facultas, & assensus superveniens convalidet alienationem videndi Afflictis decis. 289. à n. 2

Alex. Næv. System. in consuetud. feud. lib. 2. tit. 55. in cap. Imperialem num. 17. Capycus Lacro consult. 23. num. 67. Marinis lib. 1. Resol. cap. 25. num. 7. & 9. & ad Reverter decif. 200. Obs. n. 2. ubi docte loquitur.

Quid autem si ante facultatem impetratam pæniteat unum ex contrahentibus, vel alienationis, vel institutionis, dubitari potest an possit? & antequam Princeps alienationem confirmaverit recte pænitere, postea non licere contrahentibus tenent Galeota lib. 2. controv. 66. à num. 15. Schrader de Feudis p. 8. cap. 4. numer. 10. Gratian. cap. 514. à num. 7. tom. 5. Discept. D. Salgad. in Labyrinth. 1. p. cap. 33. num. 21. & 2. p. cap. 21. n. 40. Aug. Barbof. Voto decif. 126. num. 68. lib. 3.

Contrariam tenent plures ab Olea 51 relati tit. 8. q. 3. num. 23. probant etiam Mieres de Maiorat. 4. p. q. 2. num. 200. & q. 1. lim. 2. num. 27. vers. Sed circa, & n. 28. Marinis lib. 1. Resol. cap. 26. & lib. 2. cap. 33.

Priorem tamen sententiam contra Carleval de Judic. tit. 3. disp. 23. & D. Oleam, latius fundat D. Salgado itidem 4. p. Labyrinth. cap. 13. à numer. 27. cujus sententiam libenter amplecterem, quia contrahentes sub conditione si Superioris facultas accesserit, non videntur pro tunc contrahere, sed quando facultas accesserit, quo tempore contrahentium voluntas desideranda est: ergo si ante facultatem unum eorum pæniteat, contractus claudicat ex defectu consensus, textus in cap. 1. de sponsal. lib. 6. per quem assentunt DD. 53 sponsalia inter consanguineos contracta sub conditione si Papa dispensaverit, non inducere obligationem ante obtentam dispensationem, & posse unum ex contrahentibus altero etiam invito resilire. Noviter Pat. Franc. Dubal. de Sacrament. tom. 1. cap. 8. disp. 1. dub. 3. num. 15. Sanchez de Matrimon. lib. 5. disp. 5. numer. 24. & in

& in matrimonio idem tenent alij ab eo relati *dict. cap. 8. disp. 2. dub. 17. numer. 215.* Vide Cevallos *Comm. q. 391. Dian. tom. 2. tract. 6. resol. 19. Cyriac. controu. 107. vide Larrea dec. 57. n. 3.*

54 Si tamen res non sit integra, & ex altera parte contractus impletus sit, etiam ante facultatem altero invito à contractu recedere non licet *arg. text. in L. 16. ff. de pignor. L. 1. L. 12. ff. eod. L. 44. ff. de pignor. act. L. 46. ff. de act. empt. in qua specie vera est D. Oleæ sententia, & D. Molin lib. 4. cap. 3. num. 48. ubi Maldonado, & Addentes alios referunt.*

55 Idem dicendum est de maioratu instituto sub conditione si Princeps confirmaverit, ut docet Mieres de *Maorat. 1. p. q. 2. n. 39. & vide à n. 36. & 42. D. Greg. Lopez in L. 32. gloss. 3. q. 32. tit. 9. p. 6. vers. Sed dubium.*

56 An autem maioratum facere promittēs, cogatur promissionem implere, & quando alia est disquisitio: de qua vide Mieres de *Maorat. 1. p. q. 66. per tot. & q. 1. in præfat. à n. 85.*

57 Observa etiam dispositionem *Leg. 42. limitari debere in maioratus institutione, quæ ad sui robur facultatem non requirit, tunc enim siue facultas præcedat, siue subsequatur, nihil interest tenent D. Greg. Lopez in L. 32. tit. 9. p. 6. gloss. 3. col. 14. in med. vers. Adverte etiam; nam solemnitas non requisita in actu, si nulliter, vel minus apte interposita sit, actum non vitiat. L. Heredes palam in fin. de testament. Gomez Var. lib. 1. cap. 12. num. 73. & cap. 3. num. 31. vers. Item etiam, & lib. 3. cap. 11. num. 6. vers. 4. & in L. 50. Taur. num. 37. D. Molin. lib. 2. cap. 2. n. 14. D. Silgad. 2. p. Labyr. cap. 17. n. 74. & cap. 8. n. 10. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ord. Portug. tom. 2. §. 39. gloss. 96. n. 104. Marinis lib. 2. Resol. cap. 189. num. 52. & lib. 1. cap. 7. & fac. reg. vulg. fru. ira precibus*

59 impetratur quod jure communi conceditur *L. Uinc. C. de thesaur. Barbof.*

*Axiom. lit. F. L. 36. ff. de reb. autor. jud. possid. L. 6. C. arbitr. tutel. Molin. sup. num. 10. Azeved. conf. 39. num. 27. D. Crespi observ. 5. num. 175. & obs. 111. n. 33.*

60 Quid autem si de facultate expressè se cautum sit? Videtur hoc casu eam requiri, & consequenter præcedere; videndus qui rem actitat *D. Salgado dict. cap. 17. à n. 27. & 80.*

61 Limita tamen etiam *Leg. 42. quando maioratus in testamento institutus sit, & facultas ante mortem testatoris obtenta sit, tunc enim præcedere videtur institutione, & si post factum testamentum sit impetrata; quia testamentum non prius vires accipit, quam à morte testantis. L. 32. L. 19. ff. de acq. hæred. L. 1. §. 4. ff. de bon. poss. secund. tab. L. Si post. 5. L. 75. ff. ad Trebel. L. 4. Cod. de post. l. imin. revers. ergo facultas tempore habili obtenta fuit *arg. L. Bonorum ff. rem ratam haber.**

62 Nec obstat regula juris, quæ ab initio 210. ff. de reg. jur. & *Catoniana* regula quæ in ultimis voluntatibus loquitur, quod si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile esset, id, quandocumque decesserit, non valere, tot. tit. ff. de reg. Caton. *D. Salgad. de Reg. protect. 2. p. cap. 2. num. 27. D. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 4. n. 40. tom. 1. Hæc enim in specie proposita locum non habent, quia institutio, universalis ab initio non potest dici, quamvis à parentibus in præjudicium legitimæ filiorum facta sit, quia eis viventibus nullum datur præjudicium, quia eis legitima non debetur. L. 1. §. Impuberi ff. de collat. honor.*

63 Nec obstat dicta Lex Taurina, quæ absolute jubet facultatem post maioratus institutionem, eum non confirmare, ibi: *No se confirme el maior asgo, que antes estuviere hecho: quia intelligitur de maioratus institutione perfecta, ea perfectione, ut si facultas accederet vires omnino haberet, aliàs in*

64 maioratu sub conditione instituto, vel ex die: pendente conditione facultas obtenta eum non confirmaret, quod neque dicendum est, quamvis enim conditione impleta, maioratus jam retro à tempore, quo factum est, videatur. *L. 8. §. Quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vend. videndi D. Salgado 2. p. de Reg. protect. cap. 2. num. 23. & in Labyr. 2. p. cap. 21. à num. 42. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 15. à num. 43. & lib. 3. Politic. cap. 12. fol. 330. vers. Ypurificada, & seqq. Carleval de Iudic. tit. 3. disp. 23. à numer. 11. Gomez in L. 45. Taur. n. 93. & 98. & lib. 2. var. c. 11. n. 30. & lib. 1. c. 4. n. 11. Antunez de Donat. Reg. 1. p. præludio 2. §. 2. n. 9. & seqq. Ante tamen conditionis implementum, non potest dici institutus maioratus, *L. Sub conditione ff. de solut. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 23. num. 38. quod multo magis admittendum est in maioratu instituto in ultima voluntate, quia in ultimis voluntatibus conditione non impleta nullum ejus consideratur, L. Quæ legata 16. ff. de reg. jur. L. Si ita 45. §. 1. ff. de leg. 2.**

65 Nec etiam obest retrotractionem locum habere non posse cum extremum à quo sit inhabile, nam id solum efficit, non data retrotractionis fictione contractum ex tunc valere non posse, sed tamen valet ex nunc, *D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 21. num. 40. Larrea dec. 57. n. 3.*

66 Ad hæc omnia non male adduci Lex potest *ff. de leg. 1. L. Servum filij 44. ubi legatum servi qui erat peculi Castrensis filij à patre factum, si vivo patre filius mortuus sit, consistit, quia retro creditur dominium patrem in servo peculiari habuisse: de cujus Legis intellectu videndi D. Pichard. in §. Non solum instit. de leg. D. Joseph de Retes lib. 5. Opuscul. cap. 6. numer. 15. Inde confirmatione tempore habili obtenta maioratus consistet.*

67 Aliter dicendum est quando facultas post mortem testatoris obtenta fit, quia post quæsitum jus, nec etiam expresse Princeps in tertij præjudicium facultatem concedere potest uti defendit Doctiff. Alvarez Pegas ad *Ordin. Portug. tom. 2. §. 39. gloss. 96. cap. 4. per totum, ubi ita negative resolvit, & limitat. in maioratu sub conditione si Princeps confirmaverit, instituto, quem post mortem posse confirmari affirmat, contra Greg. Lopez in L. 32. gloss. No valdrá tit. 9. p. 6. vide Add. cum Molin. lib. 2. de Primog. cap. 7. à n. 39. ad 44.*

69 Et ad principalem quæstionem videndi *eod. cap. à numer. 14. & 15. ubi tenent Principem non posse confirmare maioratum post mortem patris in filiorum præjudicium, maxime extante Leg. 42. Taur. Addendi Fragos. de Regimin. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 5. num. 10. Arias de Mesa lib. 2. Var. cap. 27. n. 28.*

70 Ampliant etiam ubi filius institutus prius decessit, quam acceptaret maioratum, & postea facultas concederetur, *Gutierrez lib. 3. Pract. q. 11. Fontanell. de Pact. claus. 4. gloss. 10. ex num. 145. & hoc præcipue si ageretur de gravamine legitimæ filij patris, subsistere non potest.*

71 An autem maioratus ex defectu facultatis invalidus, vel quia congruo tempore non sit impetrata, subsistat saltem in 3 & 5. bonorum, in quibus, & sine facultate potest pater meliorare cum eodem maioratus gravamine filios suos, & descendentes dubitari potest? & ne longius protrahatur materia, ita affirmant Mier. de *Maorat. initio 1. p. ex n. 70 ad 76. ubi probat ex L. Divus ff. de usu, & habil. L. Sacimus C. de donat. quam sententiam uti juridice quidem comprobata sequitur D. Castillo de Alim. c. 36. §. 1. n. 51. & 52. & seq. & probat ex adductis à D. Christophoro de Paz in L. 200. Styli ex n. 75. & quæ ipse tradit lib. 2. Controu. cap. 7. à num. 26. Sessie decif. Arag.*

272. n. 8. Add. ad Molin. lib. 2. cap. 15. à n. 24. Addendi Gomez lib. 2. Var. cap. 4. ubi Aillon num. 12. vers. Sed hæc, & vers. Renuntiationem, D. Salzedo de Leg. Politic. lib. 2. cap. 14. à num. 44. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. tom. 2. supra §. 39. gloss. 96. numer. 99.

72 Et circa hoc est notabilis D. Larr. Decis. Granatens. 57. num. 4. doctrina, ubi maioratus ex regia facultate nulliter institutus adhuc sustinetur in 3. & 5. ita docte ait ibi: *Et quamvis expresse fundator edixit de facultate regia, & ejusdem virtute facere maioratum, adhuc sustinebitur in tertio, & quinto.*

## Num. 41.

73 D. Paz. ad L. 200. styli ex numer. 1. ubi doctissime, & utiliter profequitur tota quæstione prima.

## Num. 44.

74 Vide D. Castillo lib. 5. cap. 90. & de Alim. cap. 36. §. 10. D. Valenzuel. conf. 132. Giurba in Consuetud. Mesfan. cap. 2. gloss. 12. à num. 23. Jul. Capon. tom. 5. Disceptat. cap. 334. & alios referendos.

75 Azeved. in L. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. num. 6. contrarium tenet, sed A. sententia vera est cum distinctione de qua D. Lara num. 24. ubi eum refert, qui & legatum dotis certæ personæ relictum, deberi jam maritalæ, incertis relictum veluti generaliter pro dotandis puellis consanguineis, vel vicinis, jam maritalis non deberi docet;

76 *Eo quod* (ait Azevedo num. 23. in d. conf. hic cit.) *voluntas testatoris in alijs impleri potest* (quando pluribus, & sic incertis relictum) *quæ non implebitur quoties uni certæ relinquatur*: de qua distinctione videdi Gomez Bayo in Praxi 3. p. lib. 2. q. 153. n. 18. D. Castillo cap. 90. à n. 33. Moron. respons. 78. n. 36. D. Olea de Cef. jur. tit. 3. q. 8.

à numer. 38. limitat Antunez de Donat. Reg. 1. p. prælud. 2. §. 1. à numer. 54. quando incertis de certis est relictum legatum, veluti consanguineis, tunc enim jam maritalæ deberi affert.

Intellige hanc distinctionem juxta textum in L. Si ita 45. §. Si pater 2. ff. de leg. de qua ad rem D. Francisc. Sarmiento lib. 8. Select. legatum enim (de certæ personæ relictum loquimur) sub ea conditione relictum, quæ jam impleta est, pure debetur, si ignorante testatore extitit conditio; si vero sciebat extitisse conditionem, iterum implenda est, L. Si jam facta 11. ff. de cond. & dem. Gomez 1. Var. cap. 12. num. 61. & 68. Mieres de Maior. 1. p. 9. 56. nisi conditio sit, quæ bis impleri vel nequeat, vel non debeat, L. Hæc conditio ff. illo tit. de C. & D. ubi loquitur de conditione nuptiarum, quæ bis impleri honeste non poterat, quamvis liceat ad illud Martial.

*Quæ quoties nubit, non nubit, adultera lege est.*

Alij sententiam Auctoris sequuntur, & sic legatum pro maritalandis deberi etiam jam nuptis affirmat Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portugal. lib. 1. tit. 62. gloss. 3. cap. 6. ubi affirmat, sive legatum sit certæ personæ, vel generaliter omnibus consanguineis. Vidè Pat. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 91. à numer. 64. Gama decis. 125. Surd. decis. 398. num. 54. Flores de Mena in Adit. ad decis. Gamae 125. communem resolutionem amplectitur ibi: *Communis resolutio est, quod quando legatur, aut promittitur pro Dote, debetur etiam maritalæ in augmentum dotis; si vero pro maritalanda, & testator sciebat esse maritalam, non debetur pro illo matrimonio, secus pro alio. Si vero ignoret, debetur ex æquitate; si tamen, qui legat, aut promittat, pater, aut mater sit, sive sciat, sive ignoret, debetur legatum, & rejicitur conditio* (ut impossibilis, ait

ait Gama) *ut per A. hic, qui etiam idem diceret in alio extraneo. Hoc tamen intelligitur quando legatur pro matrimonio cum certa persona, & certæ personæ; secus vero si legatum fiat pro maritalandis virginibus, tunc enim non debetur jam maritalis.*

80 Incidit hæc quæstio à pluribus diverse discussa: an dotis legatum sit purum, modale, vel conditionale? Proponam distinctiones, quas viderim, ut quæ hypothese offerenti conveniat, apte sequatur.

81 In primis legatum dotis ab extraneo relictum esse conditionale, à patre, vel matre, esse purum ait Flores de Mena. Sequitur Marinis lib. 1. Resol. cap. 246. Reverter. decis. 366. ubi idem Marinis Observ. num. 7. & refert Fontanel. Franchis, & alios Ant. Faber. in Codic. titul. de condit. insert. definit. 9. Menoch. conf. 251. à numer. 24. ubi limitat, & conf. 60. à numer. 37. ubi etiam limitat in legato dotis filix naturali relictum, & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 146. à numer. 20. Thesaur. Forens. lib. 1. quæst. 43. Honded. conf. 53. vol. 2. Galganet. de Cond. & Dem. 2. par. cap. 6. Doct. Olea titul. 3. quæst. 7. num. 37.

82 Altera distinctio: legatum dotis certis personis relictum est purum, incertis, est conditionale. Antunez de Donat. Reg. 1. p. prælud. 2. §. 1. n. 73. & seqq. & alij à nobis relati supr. in princ.

83 Alia distinctio: an in hæredis, an in legatarij gratiam tempus adjectum sit legato, an executioni, vel præstationi, vel ipsi dispositioni? Hoc ipso, & priori casu esse conditionale, altero esse modale, vel purum. Doct. Larriategui lib. 5. Select. cap. 8. n. 4. & 5. Ripol. in rub. de Cond. & Dem. cap. 1. à n. 45.

84 Hæc ita generales distinctiones à DD. proponuntur; sunt & aliæ speciales, quas specialiter congeffit Menoch. quem refert D. Castillo de

Alim. cap. 36. §. 10. à num. 14. Fontanel. ibidem relatus, Phæb. dec. 11. à num. 4. qui quatuor casus distinguit: primus est, quando relictum est legatum puellæ, ut nubat, para casarse, o para su casamiento: & sub modo legatum videtur ex L. Meruia, ff. de manum. testam. Limitat in secundo casu, nisi impuberi relictum sit, tunc enim non debetur usque ad nubilem aetatem perveniat. L. Nec semel, §. Si in habitatione, ff. quand. dies leg. ced. & consequenter fructus, nisi à tempore quo à legataria dominium fuerit acquisitum, remanent apud hæredem. L. Herennius, ff. de usur.

85 *Tertius casus*: si testator loquitur per illa verba quæ conditionem important, ut si nubat relictum sit, tunc conditionale est legatum, nec debetur, antequam nubat, nec ad hæredes transmittitur. L. Legatum, Codic. de cond. insert. Menoch. conf. 655.

86 *Quartus casus*: legatum Sempronix dotis nomine, pro dote ut nubat Titio, vel ad nubendum, potius conditionale esse quam modale resolvit Phæb. & commun. sententia quem Bart. sequitur in L. Titio centum, ff. de cond. & demonstr. num. 2. quem limitabis ex voluntate testatoris, si constet onus noluisse impleri ante quæsitum emolumentum.

87 Adde Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. tit. 62. gloss. 3. cap. 6. num. 45. Galganet. de Cond. & Demonstr. lib. 2. ampl. 6. quæst. 7. à num. 29. Costa lib. 2. Select. cap. 22. Cevallos q. 138. commun. num. 4. Antunez 1. p. prælud. 2. §. 1. à n. 54. Cyriac. controuv. 72. Boff. de Contract. matrimon. cap. 6. per totum.

88 Et an legatum ad nuptias secundo nubenti debeatur? Pro affirmativa DD. magis inclinant. Vide Hermosill. in L. 6. gloss. 1. à num. 9. tit. 4. p. 5. D. Castillo de Alim. dict. cap. 36. §. 8. & 9. Balmased. de Collect. quæst. 47.

Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ord. dict. tit. 62. gl. 23. n. 3.*

## Num. 46.

- 90 Ad speciem ab A. propositam observa per secundi maioratus institutionem revocari primum maioratum Mieres *de Maiorat. 1. p. 9. 43. n. 57. & seqq.* ubi latè intelligit Alvarad. *de Conject. ment. def. lib. 3. cap. 2. §. 1. à num. 35. & lib. 2. cap. 2. num. 20. Addent. ad Molin. lib. 2. cap. 10. n. 74.*
- 91 Nisi institutus sit primus irrevocabiliter juxta *Leges 17. & 44. Taur.* tunc enim nec declarari potest in præjudicium vocatorum à fundatore, vel à *Lege 27. Tauri*, ut docet Mieres *1. p. 9. 44. num. 78.* vel nisi secundus maioratus per viam augmenti prioris sit institutus, vel expressè de hoc, vel tacite ex alijs constet, tunc enim non potest induci revocatio primi maioratus, sed potius confirmatio, & ratificatio, quia hæc posterior dispositio in consequentiam prioris factam eam, ut necessarium antecedens, validam supponit *L. Ad rem mobilem. ff. de procurator. L. Ad legatum, ff. eod. & fac. textus in L. Falsa demonstratio, §. 2. ibi: Nam honor auctus est, non conditio mutata, ff. de cond. & dem.*
- 92 Hæc observa ad speciem propositam, quæ ut vidi aliquibus ex facto mutatis, est quæstio in Granatensi Chancelleria controversa super maioratu Licentiati Rivera, qui in secunda dispositione per suum testamentum Collegium Divi Jacobi instituit: quando autem primus maioratus irrevocabilis est, non potest per secundam dispositionem immutari, sed tamen potest institui alter ex Regia facultate maioratus, priori ex legis facultate manente, ut tenet A. hic cum Molina.
- 93 Sed dubitari potest, an in facultate

impetranda debeat fieri mentio prioris maioratus ex tertio, & quinto instituti: in quo dubio ex mente Auctoris Molinam secuti resolvere potest, non esse necessarium fieri mentionem de primo maioratu virtute legum Regiarum instituto, & ideo non esse subreptitiam facultatem, ut quid enim prioris maioratus qui communi jure factus est, mentio ad facultatem requiritur, cum nulla injuria fiat liberis, quod pater id effecerit quod iure permittitur. *L. Qui autem, §. 1. ff. quæ in fraud. Molin. de Primog. in annotat. numer. 8. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. num. 10.*

Contrarium tenent Pat. Molin. *95 tom. 3. de Iust. disp. 591. num. 6. Mieres de Maiorat. 1. part. quæst. 7. num. 10. eos sequitur D. Castillo tom. 6. Controv. cap. 121. num. 56.* Cum enim Principi notum fieri debeat id omne, quo facultatis concessionem difficilem reddat, ut notat D. Salgad. ex alijs *1. part. Labyr. cap. 37. numer. 12.* & secundi maioratus institutio in maximum filiorum gravamen sit, ejus enim maioratus, & prioris onere gravantur quod difficilem redderet facultatem, argum. *L. In nave sauphet, §. 1. ff. locati, cap. mandatum de rescriptis, D. Molin. lib. 2. cap. 10. num. 75.* sequitur facultatem esse subreptitiam, & consequenter nulliter ex ea maioratum institui.

Hæc sententia eo casu vera est, *96* quando primus maioratus Regia facultate institutus fuit, tunc enim alter ex Regia etiam facultate, non facta mentione de primo, nullus erit *ex not. in cap. 3. de Rescript. ubi Barbof. numer. 1. & Addent. ad Molin. lib. 2. cap. 4. numer. 51.* sed quando primus maioratus per viam meliorationis ex 3. & 5. est institutus juxta *Leg. 27. Taur.* non video quare ejus mentionem fieri requiratur, cum non ex priori maioratu filij

gra.

- graventur juxta *Leges Regni*, sed ex posteriori, ad quod facultas impetratur, quæ nisi relictis cæteris filijs competentibus alimentis concedi non solet, nec potest; hæc autem alimenta cõpetentia juxta quantitatem legitimæ portionis, quam unusquisque ex filijs habere debebat tempore mortis patris, computanda sunt, quo tempore etiam ad tertij, & quinti meliorationem computatio fit juxta *Legem 23. Taur.*
- 97 Unde potius ego consulere filios se queri de assignatione alimentorum non congrue facta juxta legitimæ, & vires patrimonij, quantitatem, quam de nullitate maioratus dicere; quomodo autem computatio fieri debeat in hoc casu difficultas esse potest. Nam licet regulariter juxta dignitatem personarum, & qualitatem, & patrimonij quantitatem, & regionis consuetudinem, arbitrio Iudicis regulentur, in hoc tamen casu observari debet quod tradit Lara in *L. Si quis à liberis, §. Si mater, numer. 58. ff. de liber. agnosc.* ubi ait stylum Curia ita observare, ut maioratus institutio facta, non relictis filijs competentibus alimentis, solum præjudicet filijs in tertia parte legitimæ filiorum, quod si de omnibus bonis factus sit, valebit in 3. & in 3. parte uniuscujusque legitimæ filiorum, quod observandum ad hoc maximè, quia fors alibi non invenies.
- 98 An autem facultatem habens ad maioratum instituendum, possit duos instituere, dubitari potest, & distinguendum est: an ex eadem facultate, an unum ex facultate, alterum iure communi instituere velit.
- 99 Primo casu certum est eum qui facultatem obtinuit ad unum maioratum, non posse duos instituere, ut contra D. Gregorium defendit D. Molin. *lib. 2. cap. 4. numer. 49.*

& Alvaradum qui Gregorium sequutus est impugnat D. Castillo *tom. 6. cap. 121. numer. 56. vers. Ex ijsdem.* Sequuntur etiam Molinam Addent. *ibid. & cap. 10. num. 74. ad finem.*

Quid tamen si facultate concessa ad maioratum instituendum de omnibus bonis, & ultra à lege permissas condiciones imponendas, velit quis duos instituere maioratus ex tertio, & quinto, & ex reliqua bonorum parte? & probabile est posse: primo, quia facultas Regia quoad executionem divisionem recipere potest. D. Gregor. Lopez relatus à D. Molina *lib. 2. cap. 2. numer. 11. vers. Potest etiam, & num. 13.* Pat. Molin. *tom. 3. de Iust. & Jur. disput. 58. numer. 1.* D. Castillo *tom. 6. cap. 145. à numer. 32.* D. Salgado *Labyrintho, 2. part. cap. 18. num. 22. & cap. 10. numer. 97.* nec est contrarium quod ait Mieres *de Maiorat. 1. part. quæst. 55. à num. 9. & 10.* Si ergo utatur facultate instituendo maioratum ex tertio, & quinto bonorum, addendo condiciones ultra à lege permissas, non potest dici facultatem esse consumptam, *101* facultas enim ad testandum concessa, vel ad maioratum, tunc consumitur quando integre suum effectum sortita est, alias primo actu non extinguitur. D. Salgad. *ubi supr. D. Molin. ubi supr. num. 44. & 45. Addent. dict. cap. 10. numer. 74.* D. Petr. Frasso *de Reg. patronat. cap. 34. num. 14.* Marinis *lib. 2. Resolut. cap. 34.* sed integre effectum non est sortita facultas maioratu ex tertio, & quinto instituto, cum ad omnium bonorum institutionem concessa sit: ergo. Ex cæteris bonis poterit alter institui maioratus eadem facultate valiturus, nec in eo tenebitur instituens servare condiciones *Legis 27. Tauri*, *102* sed ultra disponere poterit; & ratio evidens est, cum enim

Tij fa.

facultas sit concessa ad instituen-  
dum maioratum de omnibus bonis  
ultra conditiones à lege permiffas,  
fi de omnibus bonis effet institutus,  
ea facultas in totius maioratus dis-  
positione influeret, quod non est du-  
biū : ergo comprehendit & illū , &  
illum maioratum de omnibus bo-  
nis institutos, quia idem ejus est de  
parte ad partem , quod de toto ad  
totum D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. cap.  
12. numer. 37. & 58. D. Salgad. 2. p.  
de Proteft. Reg. cap. 6. n. 25. D. Vela  
dissert. 4. n. 20.

105 Hoc tamen ita intelligendum est,  
dummodo expresse ab institutore sic  
professum sit, juxta cautelam aliter  
extra rem traditam à Molina lib. 2.  
cap. 2. n. 11. in fin.

106 Hanc sententiam quæ est Burgos  
de Paz *Question. civil. 2. numer. 12.*  
docte impugnat D. Castillo *dict. cap.*  
*121. numer. 56. vers. Limitat tamen;*  
sed dubito an firmiora ejus funda-  
menta sint quam propositæ rationes,  
licet subtiles appareant.

107 Solet etiam limitari principalis  
conclusio, quando vir , & uxor pe-  
tierunt facultatem ad faciendum ma-  
ioratum, poterunt enim uterque de  
per se maioratum facere in filios di-  
versos , & sic una facultate duos  
maioratus instituere Burgos de Paz  
*Quest. civil. 2. numer. 13.* Mieres de  
*Maiorat. 1. p. q. 23. n. 140.*

108 Contrarium docet Hugo de Cels.  
*conf. 117. numer. 4.* quem sequitur

109 D. Castillo *dict. cap. 121. numer. 56.*  
*vers. Sic nec placere ;* sed potest di-  
stingui in hac specie; nam si facul-  
tas à marito sit impetrata ad maio-  
ratum instituendum , suo, & uxoris  
nomine , & de bonis utriusque, non  
poterit ex ea facultate separatim u-  
xor alteram dispositionem facere,  
tunc quia facultas viro concessa u-  
nico actu consumitur ; nec potest  
ad alterum extendi, *L. Cujus bonis ,*  
*ff. de curat. furios. L. Boves , §. Hoc*

*sermone , ff. de verb. signif. Mieres*  
*de Maiorat. 1. part. quest. 19.* tunc  
etiam quia mulier per se non pote-  
rit facere maioratum , cum ipsi  
non sit facultas concessa, sed marito,  
& per eum uxori ex *L. 1. Cod. de*  
*divers. rescript.* unde facultas tam-  
quam in communi causa concessa  
uxori prodest etiam si viro tantum  
concessa sit ex *dict. L. 1. & L. 40.*  
*titul. 18. part. 3.* ibi : *De tal carta*  
*se pueden aprovechar todos , maguer*  
*no se faga en ella mencion de los o-*  
*tros.*

Si vero à viro , & uxore sit im-  
petrata facultas , & utrisque con-  
cessa sit , uterque per se diversum  
maioratum instituere possunt , quia  
facultas distributive intelligenda est,  
*L. Demonstratio falsa , §. Quod au-*  
*tem , ff. de cond. & demonstr.* & si à  
duobus petita, uni concessa sit , non  
videtur alteri concessa , sed potius  
denegata, argum. *L. Cum prætor , ff.*  
*de Judic. Mieres de Maiorat. d. quest.*  
*23. numer. 145.* sic intelligendus, &  
probatur ex Auctore infra *1. capite*  
*partis quintæ. numer. 4.* ubi ego alios  
adduxi : Carroc. in Reg. *Cum quid ,*  
*p. 2. ampliãt. 4. numer. 41. de reg. jur.*  
*in sexto.*

Secundus casus, quando quis ha-  
bens facultatem vult duos maiora-  
tus instituere , unum ex facultate,  
alterum ex tertio , & quinto, subdi-  
stinguendi sunt plures casus , ut per  
D. Molin. lib. 2. cap. 10. à numer. 74.  
Primus est, quando prior maioratus  
est institutus simpliciter non expri-  
mendo an ex facultate , an virtute  
legum Regiarum sit institutus: tunc  
ait Molina , alterum ex tertio , &  
quinto institui non posse ; sequutus  
D. Gregor. in *L. 32. titul. 9. p. 6. vers.*  
*No valdrá , col. 2.* quia primi institu-  
tio jure communi facta videtur, con-  
sequenterque eodem jure secundi  
institutio eodem jure valere non po-  
test ; quia facultas à lege data pri-  
mo

mo actu etiam consumitur ex *dict.*  
*L. Boves , §. Hoc sermon. ff. de verb.*  
*signific.* nisi dicamus secundam insti-  
tutionem revocare primam , ut te-  
nent Addent. ibidem numer. 74. Si er-  
go ex legibus communibus institu-  
tio sustineri nequit , & ex faculta-  
te valere non potest , quia id te-  
stator noluit argum. *L. In ambiguo 3.*  
*ff. de reb. dub. cap. Cum super Abba-*  
*tia 32. de offic. deleg. L. 2. ff. de jur.*  
*Codicil. D. Molin. lib. 2. cap. 2. num.*  
*11.* & videtur sentire Mieres *1. part.*  
*quest. 38. numer. 38.* & juxta hanc  
opinionem duo maioratus ab uno in-  
stituti sustineri non possunt.

115 Sed contrarium non male potest  
defendi cõtra Molinæ doctissimi sen-  
tentiam, & utriusque maioratus insti-  
tutionem esse validam ; primum,  
virtute facultatis , secundum virtu-  
te legis ; verum est enim quod jus  
commune , & privilegium possunt  
simul stare , nec sunt incompati-  
bilia , idemque docet D. Molin.  
numer. 74. Consequenter non vide-  
tur quis renuntiare jure communi,  
id impetrans , quod eodem jure  
sibi competeat *cap. Post electionem*  
*de concess. præb. Gloss. in cap. Veniens*  
*19. de præscript. Ant. Aug. in Schol.*  
*ad compilationem 4. decretal. lib. 5.*  
*titul. 12. cap. 1. D. Salgad. de Re-*  
*tent. 1. part. cap. 2. sect. 4. à numer.*  
*167. & 2. part. Labyr. cap. 17. num.*  
*29. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom.*  
*1. lib. 3. cap. 1. à numer. 56. Gomez*  
*in L. 45. Taur. numer. 97. Cance-*  
*rius lib. 3. var. cap. 3. num. 81. Gon-*  
*zales in Reg. 8. Chancellar. gloss. 53.*  
*à numer. 43. & plures casus cumu-*  
*lat doctè, suo more D. Olea titul. 6.*  
*q. 7. per tot. de Cess. jur.*

117 Inde impetrans facultatem ad  
maioratum instituendum, non amit-  
tit privilegium Regiarum legum ad  
maioratum ex 3. & 5. instituendum,  
ut est indubitatum , & docet Molin.  
*dict. numer. 74.* & supponit lib. 2.  
cap. 2. numer. 11. Mieres, qui eum se-

quitur, *1. p. q. 38. num. 39.*

Nunc sententia contra Molinæ  
nam, hoc sup. osito, probatur primo,  
quia facultatem habens ad maiora-  
tum instituendum , & si simpliciter  
instituat , ea usus fuisse videtur. *L.*  
*3. ff. de milit. testam.* quod docet  
idem Molin. lib. 2. cap. 7. numer. 69.  
D. Valenzuel. *conf. 33. numer. 99.* D.  
Salgad. 2. part. *Labyr. cap. 18. num.*  
*11.* Maldonado ad Molin. *d. num.*  
*69.* Doctiss. Alvarez Pegas ad *Or-*  
*din. Portug. tom. 2. §. 39. cap. 4. num.*  
*102.* Mieres *1. part. quest. 36. num.*  
*50.* ubi Roderic. Suarez, Sarmiento,  
& alij, Alvarad. *de Conjectur. lib. 3.*  
*cap. 2. §. 2. num. 30. Gomez in L.*  
*42. Taur. num. 3. Pat. Molin. de Inst.*  
*tom. 3. disp. 599. num. 9. D. Castillo*  
*lib. 5. cap. 67. num. 60.* quod maxi-  
mè procedit ex D. Molina, quando  
maioratus absque Regia facultate  
valere non posset , ut docet lib. 2.  
cap. 2. numer. 16. sed prior maiora-  
tus valere non posset secundo ex le-  
gibus Regijs instituto, nisi intelliga-  
mus eum facere voluisse virtute fa-  
cultatis : ergo & prior Regia fa-  
cultate validus , & secundus jure  
Regio firmus , permanent , quod &  
sentire videtur ipse Molin. lib. 2. cap. 2.  
numer. 17.

Secundo, quia actus, seu disposi-  
tio , quæ ex duplici potestate fieri  
potest, ex ea factus censetur quæ sit  
utilior ejus validitati probat ipse Mo-  
lin. lib. 2. cap. 7. n. 70. D. Castell. lib. 6.  
cap. 113. Salgad. 2. p. *Labyr. cap. 13. à*  
*n. 5. & de Retent. 2. p. cap. 12. §. unic.*  
*Cyriac. controv. 162. & 181. & seq.*  
*Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt.*  
*4. & seq. itidem Castillo lib. 3. cap. 30.*  
*Dian. tom. 6. tract. 1. resol. 138. n. 3. ergo.*

Tertio, quia facultas Regia inuti-  
lis redderetur cum in priori institu-  
tione nihil operaret ex sententia Mo-  
linæ ; nec secundi maioratus institu-  
tionem validam efficeret, quod est ab-  
surdum ex ipso D. Molin. ibidem lib.  
2. cap. 10. n. 76.

122 Secundus Molinæ casus est, quādo primus maioratus expressè ex legibus Regijs est institutus, & alterum ex 3. & 5. vult instituere fundator: in quo casu à fortiori ait D. Molina secundum esse invalidum; sed adhuc in 3. & 5. posse sustineri probari potest, non ex vi legum Regiarum, sed vi facultatis Regiæ non consumptæ, cum enim testatoris mens potius quam verba attendatur, ut docet ipse *lib. 1. de Primogen. cap. 4. num. 20.* quamvis dicatur secundus maioratus ex 3. & 5. institutus, dum legibus meliorationum non se expressè adstrinxerit testator, præsumendum est virtute facultatis Regiæ institutum esse, ut actus magis valeat quam pereat ex *d. L. 3. ff. de testam. mil. & comprobabat D. Larrea decis. Gran. 57. num. 4.*

123 ibi: *Et quamvis expressè fundator edixit facultate Regia, & ejus virtute facere maioratum, adhuc sustinebitur in 3. & 5. Gregor. Lopez in L. 6. tit. 11. p. 6. verb. Que no la pudesse vender, col. 3. Angul. de Meliorat. in L. 1. gloss. 2. num. 7. Azeved. in L. 9. tit. 7. lib. 5. Recop. num. 6. quibus addendi Bald. Rom. Rip. & alij quos refert Sim. de Præctis lib. 2. de Interpret. ult. vol. dubit. 2. sol. 4. num. 1. Ruinus cōs. 27. numer. 4. & 5. lib. 2. Peregrin. de Fideicomm. artic. 36. num. 56. & 57. Mieres de Maiorat. in præfat. num. 67. 1. p. idque maximè procedit, quando, ut in præsentis, actus pendet ex voluntate disponentis; & in terminis notarunt Greg. Lopez, & Molin. ubi supr. (lib. 2. num. 13. ad 18.) Mieres 1. p. q. 15. à num. 69. Gonzad. in cōs. 3. num. 11. Gutierrez lib. 3. q. 50. n. 3. Præct. D. Castillo lib. 5. cap. 95. n. 11.*

124 Et quando primus maioratus ex quota tertij est institutus, nõ est dubiũ ex residuo posse alterum institui vi legum Regiarum, quibus unum, pluresve filios meliorare parentibus permissum, consequenterque, & sine Regia facultate sustineri possunt, notant Addent. ad Molin. lib. 2. cap. 10.

num. 75. versic. Nisi in casu.

125 Sed quando absolute ex tertio, & quinto prior est facta institutio, posterior ex Regia facultate sustineri potest, & ita videtur sentire D. Larrea in casu *dec. 57.* ubi videri potest.

126 Sed obstat quod si ex facultate Regia sustineri potest secunda institutio, etiam vi facultatis infirma maneret, facultas enim à Rege concessa rebus sic stantibus, intelligenda est sicut quælibet dispositio ex *L. Quod servius, ff. de condit. ob caus. cap. in Parochia 16. q. 1.* nunc autem ex maioratu ex 3. & 5. instituto, status rerum paternarum ita immutatus est, ut si facultas jam concessa non esset, necessario in impetratione mentio de maioratu instituto fieri deberet ex Mieres, & aliorum opinione quos in *princ. h. num.* retulimus; cum ergo à principio facultas subreptitia esset, & nulla, si maioratus instituti mentio facta non esset, consequenter nunc ex ea, jam maioratu alio facto, alter fieri non poterit, quia ad casum devenit à quo incipere non potuit, *L. Pro parte 11. ff. de servit.* sed responderetur ad facultatem non esse necessariũ exprimi alium factum maioratum ut verius esse diximus, ideoque vires argumenti concurrunt, & quamvis id ut verum supponamus, tamen ex facultate validus maioratus maneret licet prior ex facultate factus fuisset; quia actus jam perfectus non vitatur ex casu supervenienti, & ita prior Regula limitatur in actu consummato ex *L. Si Gaudentius, Cod. de contrah. empt. L. In substitutione, ff. de vulg. unde facultas tempore habili rectè obtenta, vel maioratus rite institutus non debent revocari, & si deveniant ad casum à quo incipere non possunt.*

127 Sed adhuc obstat quod maioratus dispositio à testatore facta ultra ejus intentionem operari non debet, *L. Non omnis, ff. si cert. petatur, & in specie D. Castillo cap. 121. num. 56. ad finem, sed ultra operatur si*

ma-

maioratus tamquam 3. & 5. institutus, sustineretur ultra facultatem legis juxta facultatem Regis: ergo hæc minor falsa est, quia actus semper judicatur à principali intentione agentium, *L. Si quis nec causam, Cod. si cert. pet.* principalis autem intentio est maioratum instituere ultra quam actus non operatur, sive fiat, vel factus censeatur ex Regia, sive legis facultate.

128 Hæc autem intelligas velim, & declares quando primus maioratus institutus est irrevocabiler, si enim revocabilis sit ex 3. & 5. posteaque ex tertio, & quinto alter instituat maioratus, potius censebitur prioris revocatio facta, quam altera nova dispositio, quod suppositum à nobis supra est, & D. Larrea *d. dec. 57.* in hoc etiam suam decisionem fundat.

129 Tertius D. Molinæ casus, quando primus maioratus ex Regia facultate est institutus, in quo sine distinctione tenendum est posse alium ex 3. & 5. institui, dummodo prior ex omnibus bonis non sit institutus, Addent. ad Molin. *d. cap. 10. num. 75. vers. In tertio, & ultimo casu, ibi: Quod fortius procedit; vel nisi facultas legum Regiarum etiam in primo consumpta sit, in quo casu D. Molin. loquitur, innuitque videri consumptam si ultra tertium, & quintum primus maioratus sit institutus, quod etiam non est sine difficultate; sed in dubio securius esse (etiam contra meam opinionem) Molinæ doctissimi vestigia sequi, quam aliquid novè contra eum investigare me judico.*



## AD PARTIS II,

### CAP. III. ADDITIO.

#### SUMMARIUM

- 1 De Hermaphroditis remissivè.
- 2 De Homibus neutrius sexus.
- 3 Genes. cap. 2. explicatur, remissivè.
- 4 Hermaphroditus utroque sexu æqualiter potens esse non potest. Contrarium. Ibid.
- 5 Hermaphrodita an possit in utroque sexu licet inæquali agere, & pati?
- 6 Mixtum sub simplicibus an contineri possit, & quando.
- 7 Hermaphroditus an possit esse testis in testamento, & quando, ad 10.
- 11 Hermaphroditus an possit matrimonium contrahere ut fœmina.
- 12 Hermaphroditus tenetur sexum coram Ecclesiastico eligere, & 23.
- 13 Et qua pœna puniatur si altero sexu utatur.
- 14 Nominis mutatio qua pœna puniatur.
- 15 Habitum mutans vir in muliebrem, vel mulier in virum, qua pœna puniatur.
- 16 Matrimonio contracto inter duos Hermaphroditos, an utroque sexus reciprocè uti possint.
- 17 Famulus ab ancilla gravidus Granatæ refertur.
- 18 Hermaphrodita an possit post conjugis mortem in alterum sexum matrimonium contrahere.
- 19 An committat adulterium altero sexu abutens.
- 20 An duo possit matrimonia jure simul juxta unum, & alterum sexum.
- 21 An possit juxta debiliorem sexum matrimonium contrahere.
- 22 An si utroque est æqualis.



- 24 *Hermaphrodita non est proprie vir, sed similis viro.*  
 25 *Qualitatibus pluribus in eadem persona concurrentibus, quae attendi debeat.*  
 26 *Statutum quod in viro, & muliere loquitur non habet locum in Hermaphrodita.*  
 27 *Hermaphrodita an possit ordinari.*  
 28 *Hermaphrodita an possit Religionem, ut vir vel ut femina ingredi.*  
*Feminae Ordines valide non conferuntur. Ibid.*  
 29 *Hermaphroditorum species, remissive.*  
 30 *Hermaphroditus an possit in maioratu succedere, & quando.*  
 31 *Hermaphrodita non succedit in feudo.*  
 32 *An succedat in feudo femineo.*  
 33 *In maioratu tamquam femina succedere potest.*  
 34 *Hermaphrodita succedit si membrum confusum potest reduci ad membrum virile.*

## Num. 1. ad 4.

**D**E Hermaphroditis adde Maiol. *Dier. Canicul. tom. 1. colloq. 3. P. Fuente la Peña de Ente dilucid. sect. 2. dub. 7. & 12. & 15. num. 4. 17. Ant. Sanch. Tortoles in Libel. El entretenido die 27. Decemb. fol. 171. & seqq. ex nostris Campanil. Diversor. Iur. Can. rub. 11. cap. 3. ubi num. 5. de hominibus neutrius sexus agit: Acuña in 1. p. Decreti, distinct. 55. num. 3. & 4. Aug. Barbof. voto 100. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 106. Pat. Diana tom. 4. tract. 8. resol. 117. Pat. Caramuel Theolog. fundametal, tom. 8. fundam. 70. num. 3818. D. Lara de Vita homin. cap. 11. D. Laurent. Mattheu. Controv. criminal. 18. Ofuald. ad Donel. lib. 9. Comment. cap. 2. litt. C. ubi verba Genes. cap. 2. explicat contra haeresim tempore Innoc. III. Martini Poloni, de quibus, & Maiol. supr. Torreblanca de Iur. spirit. lib. 5. cap. 9.*

à num. 30. Jul. Capon. tom. 3. discept. 220. à num. 16.

## Num. 5. ad 8.

Hujus sententiae sunt Marcel. *Donat. lib. 6. Medic. histor. mirab. cap. 2.* Hieronym. Hurta, in *Annotat. ad Plinium, lib. 7. natural. histor. cap. 2.* Aristot. lib. 4. de *Generat. anim. cap. 4.* cujus verba refert Mattheu. *controvers. 48. supra numer. 2.* Forcatul. *dialog. 68. num. 6.* & ostenditur ex *L. Sed est quaesitum in fin. ff. de liber. & posth. L. Repetundarum, §. fin. ff. de testib. & apud Aufon.*

*Nominis, ut mixti, sic corporis Hermaphroditus*

*Concretus sexu, sed non perfectus utroque.*

Contra sentiunt cum Divo Augustino, & Isidoro alij quos sequitur Mattheu *supr. num. 3. & seqq.* & comprobatur Torreblanca *lib. 5. cap. 9. num. 4. & 5. ubi supr. Jul. Capon. tom. 3. discept. 220. n. 22. & seqq.*

## Num. 12.

Vide supra num. 20. Div. August. *de Civit. Dei, lib. 10. cap. 4.* Torreblanca ubi *supr. num. 9.* Jul. Capon. ubi *supra.*

## Num. 14.

D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 15.* à num. 35. ad 47. *lib. 5. cap. 89.* à num. 160. & 185. D. Larrea *dec. 50. num. 8 & num. 33.* ubi limitat in poenalibus.

## Num. 15.

Vide in num. 26.

## Num. 16.

Videnda *Lex 10. titul. 1. p. 6.* quae ita disponit: D. Molin. *lib. 2. cap. 8. num. 26.* Cevallos *Comm. quaest. 700.*

- & 220. Gratian. *Disceptat. cap. 206. in addit. n. 1.*  
 8 Iure communi femina admittitur in testamento ultimae voluntatis solemnibus, *Gloss. in Auth. Quod sine, C. de testam. Gratus cons. 90. numer. 86. Benedict. in cap. Rainut. vers. Testamentum el. 1. numer. 65. vide L. Qui testamentum 27. §. Mulier, ff. qui testam. facer. poss. §. Testes autem, Inst. de testament. Ordin. quibus convenit de*  
 9 Iure Regio femina non admitti, ut contra Tell. & Burg. de Paz tenet D. Molin. *dict. lib. 2. cap. 8. num. 24. & 25. Parlador. differ. 14. num. 16.* Vide D. Covarr. in *cap. 11. de Testam. num. 7.* Gutierrez *Pract. lib. 2. quest. 36.* Gomez in *L. 3. Taur. n. 23.*  
 10 Consequenter Hermaphrodita in sexum femineum magis accedens testis esse non poterit, ut est textus in *L. Repetendarum 15. §. 1. ff. de testib. quae est Canonica in cap. Si testes 4. q. 2. & 3. §. Hermaphroditus.*

## Num. 17. &amp; 18.

Torreblanca *de Iur. spir. dict. lib. 5. cap. 9. num. 12.*

## Num. 19. &amp; 20.

- 11 Adde Pat. Dubal Ordinis Praemostrensis *de Sacramentis, cap. 8. disp. 3. dub. 19. num. 521. vers. Quando vero praevalet unus sexus,* ubi noviores refert, & vers. pro quo advertendum; ubi de actu electionis coram Ecclesiastico agendum quando in utroque praevalet sexu ex *cap. Presbitero 16. quaest. 1. cap. Diversis de Cleric. conjug. L. Si plures, ff. de pact. De quo etiam Pat. Fuente La Peña citandus *numer. 283. & seqq.* Torreblanca *dict. lib. & cap. 9. à num.*  
 12 13. ubi abutentem sexu non electo poena mortis esse plectendum cum alijs ab eo relatis, tenet Iul. Capon. *dict. discept. 220. numer. 31.* D. Laur.*

Mattheu. *controv. 48. numer. 21.* ubi alios refert; ubi contrarium tamen ipse tenet; quia hermaphroditus nullum delictum commisit in foro exteriori, licet ratione perjurij peccatum committat *num. 50.* crimen committere punibile non est dubium, vel ob falsitatem, vel ob sexus mutationem, quae eo maius puniri debet, quam sola nominis mutatio, quam leges impunitam non relinquere, sed arbitrio usque ad poenam capitis extendunt *L. 30. L. eos, §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. imo & mutationem habitus punibilem esse juxta quantitatem delicti probari potest ex L. Eos qui 27. §. fin. ff. ad L. Cornel. de falsis, & est textus in cap. Si qua mulier 6. distinct. 30. ubi notant DD. Tiraquel. in *L. 3. Connub. gloss. 1. p. 3. à numer. 58.* & femina mutantem habitum muliebrem esse infamem deducitur ex *L. 8. tit. 16. p. 3.* ubi Gregor. *gloss. 18. & in L. 3. tit. 12. gloss. 10. p. 5.* & ob vestium mutationem posse excommunicari docet Dic. Perez in *Rub. titul. 18. lib. 8. Ordinarum. in addit. in princip. convenit textus in L. Vestis 23. ff. de aur. arg. legat. ibi: Muliebria sunt (vestimenta) quae matris familiae causa comparata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione.* Unde saltem existimationem laedi observa, & si sine dolo malo habitum viri in muliebrem transferas, juxta illud cujusdam Poetae:*

*Quem prestare potest mulier galeata pudorem  
 Quae fugit à sexu.*

Qua ratione apud nos graviter plectuntur, qui velato capite, & ore ambulaverint, vulgo *Enmascarados,* ex *L. 7. tit. 15. lib. 8. Recopil. & mulieribus ob id est prohibitum andar tapadas,* ut in Curijs Matrini anno 1586. petitio inter alias eam affert rationem, ibi: *Demás de lo qual se es-*

casarian grandes maldades, y sacrilegios que los hombres, vestidos como mujeres, y tapados sin poder ser conocidos, han hecho, y hazen. Et in legibus novæ Recopil. extat *Lex 11. & Lex 12. tit. 3. lib. 5. Recop. que estan mandadas guardar per Leg. 21. tit. 26. vers. 18. lib. 8. Recopil. & per L. 9. tit. 1. lib. 2. vers. Item por la Ley; & nota ad finem tit. 7. lib. 3. & ad finem tit. 12. lib. 7. Recopil. & harum legum pœnas, præcipue *Legis 7. tit. 15. lib. 8. debere extendi ad viuos habitu mulieris utentes ex rationis identitate, argum. L. 1. §. 1. ff. de fonte; docet unus quem vidi, Ant. de Leon Pinel, ad Pragm. de las tapadas, cap. 26. fol. 115. & apud Lusitanos est Lex Ordin. lib. 5. tit. 34. ubi Barbof. & plura doctè cumulat Ant. de Leon dict. cap. 26. per tot. Bobadill. lib. 1. Politic. cap. 13. num. 22. & facit L. 36. tit. 6. p. 1. & in Deuteron. cap. 22. vers. 5. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fæminea, abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. Et in Concil. Bracharenfi 2. Si quis Balationes ante Ecclesiam Sanctorum fecerit, seu quis faciem suam transformaverit habitu muliebri, & mulier habitu viri, emendationem pollicitus tres annos pœniteat.**

Et videndus etiam Narbona in *L. 10. gloss. 15. num. 8. & seq. tit. 15. lib. 1. Recop. ubi de eo qui habitum detulerit militarem, quem solum à Principe conferri dict. L. 10. tit. eod. qua pœna puniatur.*

16 Nec ferenda est altera ejusdem D. Laur. Mattheu opinio, quam ibidem à *num. 54. defendit, inter duos scilicet Hermaphroditos matrimonium consistere posse, ita ut usus promiscuus corporum utriusque sexus reciprocus fiat contra Martin Perez tract. de Matrim. disp. 37. sect. 15. quod quam absurdum sit nemo non videt, magis enim veneri indulget, & turbato matrimonij jure potius abuti, quam uti potestate vir, &*

uxor viderentur. Videndus Moiolus dier. *Canicul. colloq. 3. pagin. 37. dum inquit: Audvritamen aliquando utriusque sexus homines matrimonio jungi; quam ob rem abominandum esse videtur duos uno matrimonio viros, esse duasque uxores, si enim vicibus coeant, & pariant, uterque erit uxor pariendo, uterque etiam uxor gignendo, & quis parens, quæ ve mater sit (facit Poet. Britan.) Adde Averfa de Matrim. quæst. 13. sect. 2. Iul. Capon. discept. 220. num. 31. tom. 3. Verricellius tract. 14. de Mission. q. 196. dub. 5.*

*Dic quibus hoc animal terræ nascatur in oris,  
Masculus est mater, cui mulier, quæ pater?*

Cujus Ænigmatis exemplum in 17 famulo ab ancilla gravido Granatæ accidisse testatus est Marchio de Castel-forte Caramueli, ut ipse asserit *Theolog. fundament. tom. 3. fund. 70. num. 3818. ubi etiam dubitat, an post conjugis mortem possit alium 18 sexum eligere, & juxta illum matrimonium contrahere? Et an adulterium committat in alio sexu hermaphroditus, in alio sexu in quo matrimonium non contrahit? Et si utroque 19 est æqualis, an ut vir possit contrahere matrimonium, & eodem tempore, ut fæmina nubere? Quarum 20 quæstionam resolutio petenda est à Patre Fuente Lapeña in Ente dilucid. sect. 2. dub. 12. à num. 279. Rasseus Flores Theolog. tom. 1. verb. Matrimonium, num. 83.*

Ad Auc. observa posse hermaphroditam juxta debiliorem sexum matrimonium contrahere dummodo aptus sit ad generationem; quæ sententia communis est, & approbata à Caramueli, ubi supra, qui plures refert, Iul. Capon. dict. discept. 220. à n. 28.

Num.

Num. 20.

22 Tiraquel. de Primog. q. 17. num. 15. Iul. Capon. ubi supr. n. 28.

Num. 21.

23 Vide quos superius citavi, quibus adde Ion. Mar. Bellet. *Disquisit. Cleric. 1. p. §. 8. n. 3.*

Num. 23.

24 Pater Fuente Lapeña ubi supr. num. 229. & seqq.

Num. 26.

25 Dixi 1. part. cap. 1. Adde Gonzalez in Reg. 8. *Chancellor. gloss. 18. à n. 13. D. Salgad. de Reg. protect. 2. p. cap. 7. num. 11. & alibi apud Balmased. de Collect. quæst. 98. num. 8. ubi etiam D. Perez de Lara ad rem videndus; & itidem quæst. 87. num. 3. ubi Auc. laudat, D. Larrea dec. 1. num. 9. ubi tractant de pluribus qualitatibus in eadem persona concurrētibus quæ attendatur, de quo etiam Gomez 2. var. cap. 13. numer. 20. vers. tertio, Giurb. de Success. feud. præbud. 3. à num. 32. & 37. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 14. à num. 88. itidem Gomez lib. 1. var. cap. 2. n. 8. & 12. & cap. 3. num. 2. & num. 19. vers. Nec.*

Num. 27.

26 Ant. Sanchez Tortolof. in libr. de El entretenid. fol. 172. vers. *Que ay hombres, ubi ex Bald. in hanc legem ait, statuta, quæ loquuntur in viris, vel mulieribus, non habere locum in hermaphrodito. Tiraquel. ad L. Conub. gloss. 5. num. 70. & vide infra n. 46.*

Num. 28. & 62.

27 Dubal de Sacrament. cap. 7. de Sacram. Ordin. dub. 8. num. 60. ubi affirmat, si sexus virilis prævalet. Idem sentiunt Toled. in Summ. lib. 1. cap. 66. num. 10. Andreas Victorel. ibidem in Annot. cap. 57. And. Veller. *Disquisit. Cleric. 1. p. §. 8. num. 3. videndi Diana tom. 5. tract. 5. resol. 61. Pater Sanchez Cons. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 31. Iul. Capon. tom. 3. dict. discept. 220. à num. 32. omnino videndus.*

Num. 29.

Iul. Capon. ubi supra numer. 34. Sanchez in *Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 40. Tamburin. de Jur. Abbatif. disp. 6. quæst. 7. & de Jure Abbatum, disp. 5. quæst. 21. num. 41. Suarez tom. 5. p. 3. disp. 51. quæst. 2. Barbof. vot. 100. num. 26. & an fæminis Ordo valide conferatur disputant Theologi: de quibus Ripald. in 4. sentent. distinct. 25. q. 4.*

Num. 30. & seqq.

29 Conveniunt Torreblanca, & D. Mattheu. locis ubi supra: quibus adde Paul. Zaquias *Medic. leg. lib. 7. tit. 1. q. 8.*

30 Sed in quæstione principali Gomez in *L. 40. Taur. numer. 41. vers. Item quæro. Sub distinctione communi docet ita: quæro: Si eo casu, quo tantum masculus debet succedere in maioratu, an succedat hermaphroditus? Et breviter dico, & teneo, quod si in sexu masculino magis incalcescit, succedit, si vero in sexu fæmineo magis incalcescit, non succedit, & si utroque equaliter incalcescit, ipse potest eligere in quo sexu vult vivere, & servare: arg. text. notab. in L. Queritur, ff. de stat. hom. & ibi expresse tenet, & inducit Bald. in 2. lect. Sed A. sententia vera est.*

Num.

Num. 32.

31 Cardin. Tusch. litt. F. concl. 167. num. 1. &amp; litt. H. conclus. 105. n. 4.

Num. 37.

32 Card. Tusch. dict. litt. F. &amp; concl. 167. numer. 3. &amp; litt. H. dict. conclus. 105. num. 6. Fragos. de Regim. Reipub. 3. part. lib. 8. disp. 17. §. 4. num. 6. in Epitom. ubi addit, quod si magis prævaleat in sexu fæmineo, non admittetur nisi in feudo, in quo fæminæ possint succedere. Iacob de Bellovis. in Summ. feudor. Bald. in L. Quoties, numer. 7. Cod. de suis, &amp; legitim. quod ex mente DD. pro limitatione observa, qui licet tamquam masculus ad maioratum non debeat admitti, tamquam fæmina debet succedere cum prælatione sequentium fæminarum, licet dubitent aliqui, an fæmina perfectior sit hermaphrodito? Vide Sil. Fuente Lapeña in Ente, sect. 2. dub. 7. qui pro fæmina stat.

Num. 64.

34 Tusch. conclus. 167. num. 2. &amp; conclus. 105. num. 5. &amp; 7. ubi ait, quod etiam judicari debet tamquam masculus, quando ex Medicorum arte membrum cõfufum potest reduci ad membrum virile.

## AD PARTIS II.

## CAP. IV.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

1 D. Hieronymi sententia circa plures nuptias refertur.  
Repudiata statim nubere permissum est Romanis. Ibid.

- 2 Filij extra domum parentum lactati incerti sunt.
- 3 Mulier nupta statim à morte viri, pariens intra annum luctus, an præsumatur concepisse ex priore, vel secundo viro.
- 4 Similitudo, vel dissimilitudo an probet, vel excludat filiationem. 10. & 11.
- 5 Corporis signum facit quem ex ea familia natum præsumi quæ eo signo naturali utitur.
- 6 Similitudo ad parentes ex quo proveniat, & 7.
- 8 Adulterium an probetur ex similitudine sobolis ad indicatum de adulterio, vel ex dissimilitudine ad parentes, 9. 12. & 13.
- 14 Filiatio probatur ex nativitate in domo, & quando secus contra filiationem legitimam, & seqq.
- 18 Natus, constante matrimonio vero, vel putativo, filius mariti præsumitur, & 19.
- 20 Filius duorum esse non potest, sed aliquando à duobus alimenta recipit in dubio filiationis, & 21.
- 22 Filiatio illegitima utiliter filio, an præsumatur potius quam legitima non tam utilis.
- 23 Confessio filij an probet filiationem.
- 24 Filiatio ex nimio amore præsumitur.
- 25 De iudicio per sortem, remissive.
- 26 Parentum confessio filiationem probat.
- 27 An matris confessio.
- 28 Parentum confessio filijs quoad statum non præjudicat.
- 29 Parentum recognitio non prodest filijs in præjudicium sequentis successoris in maioratu.
- 30 L. 9. tit. 8. lib. 5. Recopil. quæ erat 11. Taur. de parentum recognitione explicatur, 36. & 72.
- 31 Recognitio verbis, vel factò fieri potest.  
Verbalis recognitio quæ. Ibid.
- 32 Recognitio facta fit à patre quando tractat natum ut filium, & 33.
- 34 Vel

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 2. C. 4. 229

- 34 Vel si nomine patris in Baptismo vocetur.
- 35 Vel si in libro patris scriptus sit ut filius.
- 37 Filius ex vili muliere vel ancilla habitus, an sit naturalis, vel patris nobilitate gaudeat, 38. 39. 41. 45. & 51.
- 40 Servus, & nobilitas incompatibiles sunt.
- 41 Filius ex serva natus servus est, licet filius domini ancillæ sit.
- 42 Illegitimus matris conditionem sequitur.
- 43 Matrimonium inter liberum, & servam, an valeat.
- 46 Libertini sunt infames, & à dignitatibus exclusi. Contra 47. 48. & 49.
- 50 Nobilis, & impurus, velut Maurus, vel Iudæus, quis eodem tempore esse potest.
- 52 Natus exijs, qui aliquo tempore partus erant habiles ad matrimonium contrahendum, an sit naturalis.
- 53 Et casus refertur.
- 54 Natus ex impeditis factò, non jure ad matrimonium contrahendum est naturalis, & 55.
- 56 Natus exijs qui medio tempore erant habiles, & tempore conceptionis, & nativitatis inhabiles, an sit naturalis & 58.
- 57 L. 11. Tauri, ibi: O fuere concebido, intelligitur.
- 59 Filius in adulterio conceptus, mortuo marito natus, an sit naturalis ex habilitatione matris superveniente, & 62.
- 60 Filius præsumitur ejus in cuius domo conceptus est, non ejus in cuius domo natus est.
- 61 Filius potius præsumitur mariti, quam concubinarj.
- 63 Filius ad hoc ut se naturalem esse probet juxta Legem Tauri, an præcise debeat de matre constare.
- 64 Facti quæ sunt non præsumuntur.
- 65 Qualitas requisita probari debet specificè.
- 66 Filius an in dubio naturalis, vel spiritus præsumatur, & 67.
- 68 Matris incertitudo reddit dubiam filiationem naturalem.
- 69 Legitimatio per rescriptum, an sit subreptitia, si de matre non constiterit Principi.
- 70 Filius naturalis præsumitur ex ea, quam pater publice habebat pro concubina.
- 71 Matris habitus ad matrimonium præsumitur favore filij.
- Propter matris honestatem aliquando nomen ejus in actis litis demonstrari non debet. Ibid.
- 73 Consultationes ad Principem de facto non fiunt, sed de jure.
- 74 Et quid jure Regio.
- 75 De consultationibus, & relationibus.
- 76 Et an ab eis liceat appellare.
- 77 Conceptionis signa demonstrativa referuntur.
- 78 Conceptus quo tempore formetur.
- 79 Animetur.
- 80 Filiatio duabus conjecturis probatur.
- 81 Filiationis ex matrimonio præsumptio est juris tantum, non juris & de jure.
- 82 Filiatio si de impotentia præsumptivæ parentis constet, omnino excluditur.
- 83 Generare quo tempore desinat mulier, & vir, & 85.
- 84 Lege Papia sexagenarius, & quinquagenaria nubere non poterant.
- 86 Filius potius præsumitur ejus cuius respectu legitimo tempore nascitur, quam alterius, & 102.
- 87 Partus legitimum tempus quod? remissive.
- 88 De partu 14. mense nato.
- 89 Tredecim mestrj.
- 90 Duodecim mestrj.
- 91 Undecim mestrj.
- 92 Decim mestrj.
- 94 Novim mestrj.
- 95 Octim mestrj.
- Septim mestrj. Ibid.

- 96 *Septimestris partus quare sit vitalis, octimestris non sit vitalis.* 97. & 98.  
 99 *Semestris partus an sit vitalis.*  
 100 *Quinquemestris an sit vitalis.*  
 Ibid.  
 101 *Mensum computatio quomodo fiat.*  
 102 *Partus tempus certum nullum est natura.*  
 103 *Filius potius legitimus, quam naturalis præsuntur in casibus qui proponuntur, 104. & 105.*

## Num. 1.

**V** Ide sup. n. 19. & vide Garcia de Nobil. gloss. 11. numer. 37. vers. *Extende.*

## Num. 2. ad 9.

- 3 *Videñdi Julius Capon. tom. 3. disceptat. 194. & seq. D. Hieronym. contra Iovian. ibi: Quasdam altero die repudiatas statim nupsisse legimus, uterque reprehendendus maritus, & cui tacito placuit, & cui tam cito displicuit. Ex quo observa repudia Jure Romanorum permessa, cum & secundæ nuptiæ: intra annum luctus, etiam matrimonium inire fæminis prohibitum esset propter turbationem sanguinis: sed quænam inter utrumque disparitas?*

## Num. 10.

- 2 *Similis, & notanda magis species supposita à Rethore M. Seneca lib. 4. Controv. 6. quidam mortua uxore, quæ in partu perierat, duxit aliam: puerum rus misit, ex illa subinde substituit filium (emenda ex illa ex alia) utrumque puerum ruri educavit, post*

*longum tempus redierunt similes, quærenti matri, uter ejus esset, non indicat. En parentum inique agentium impietatem qui filios ablegant, sic ut ignotus filius sit & matri, quæ natura semper certissima est, quod quisque videt, proh dolor!*

Ad quæstionem videndus omnino Paul. Zaquias *Medic. leg. lib. 1. tit. 5. q. 5.* ubi late agit. Conducit Escobar de *Purit. 1. p. q. 16. §. 4. à numer. 19.* videndus etiam Censal ad *Peregrin. art. 53. de fideic. num. 4. fol. 296. vers. Sic etiam col. 2.* ubi Bart. sententiam sequitur, ut Auct. numer. 35.

## Num. 12. ad 16.

Utiliter ex Auct. observa præsumptiones aliquas filiationis exclusivas, negantes maxime, quæ & ex alio filiationem comprobant. *Prima* hinc deducitur. Similitudo filij ad parentem, & dissimilitudo, quæ est negativa filiationis, sic ut similitudo est affirmativa filiationis. Aristot. lib. 7. *Hist. Animal. cap. 4. Solin. & alij apud Maiol. Dier. Canicul. tom. 1. colloq. 3. pag. 42. Plin. lib. 7. Hist. Natur. cap. 12. Albert. Magn. lib. 22. tract. 1. cap. 3.* ubi plura exempla invenies: Torreblanca cap. 83. de *Magia numer. 52. in appendic. ad finem, & de Jur. Spir. lib. 5. cap. 3. numer. 49. Theod. Oping. de Jur. insignium cap. 18. à numer. 212. & 220.* ubi ad idem observat quemque ex ea familia præsumi, si signatus parte aliqua corporis nasceretur, sicut cæteri ex ea progenie, ut plures ejusmodi fuisse commemorat, & in Civitate Granatensi audivi ego, omnes ex familia illustri Liffonum, vulgo, *Cordova liffon*, signo nasci bene noto, duos enim digitos in manu sinistra junctos habent, ita ut unus digi-

digitus ex duobus compositus videatur: hoc ideo ex *Euripid. in electra: quia sobent ijs, sanguinis, idem, quibus fuerit patris, pleraque similia corporis natura inesse.* Refert Oping. num. 224. & cap. 17. à num. 27. videndus Pat. *Ortesoncillo, Centinela contra Judios*, ubi signa Iudæorum uniuscujusque tribus recenset cap. 11.

6 Sed ut hæc cōjecturæ filiationis vim habent per alias observa ex Georg. Balla lib. 2. *Physic. c. 84.* ex Stoicorum sententia, similitudinem sobolis ex femine parentum à corpore toto, & animo ferre, & configi ex eo genere notas, & lineamenta, & facies, quemadmodum si pinxeris simulacrum à coloribus similibus imaginem spectando; sed cum eorum sententia, & mas, & fæmina concurrant ad generationem, si semen muliebri dominetur, qui nascitur, similis matri futurus est, sin autem viri dominetur, similis viro soboles nascitur.

7 Observa etiam in generatione vim duplicem distingui: altera formatrix femini insita, ex qua ordinario fætus similis genitori nascitur, ut dixi; altera vim extraordinaria, quæ imaginatio cogitatio est, ut hæc priore posterior est, & quando operatur prima suo fine frustratur; hoc idem docet Balla ubi sup. cap. 85. ubi ex empedode ait: *Mulieris visio format fætum, nam sæpe imagines adamarunt mulieres, quibus similes ediderunt fætus.* Vide Andr. Laurent. lib. 8. *histor. Anoth. cap. 20.* Vicent. Turtur. de *Nobil. gentil. lib. 3. cap. 2. fol. 126.* ubi docte loquitur: ex hac ratione prompte deduces non semper filium ejus esse præsumendum, cui sit similis. Inde aliquando fæminæ de adulterio suspectæ, quod pulchram sobolem genuissent, patri omnino absimilem, hoc cōmento liberatæ sunt, ut videbis apud Heliodor. l. 4. *Histor. Ethiop. Cæliū Rodigin. lib. 20. cap. 15.* D. Hieronym. sup. *Genes. Perercium in Genes. Galen.*

lib. de *Ther. ad Pisonem*, & alios apud Turturatum ubi sup. è contra autem quemdam stupri reum, partum conceptum sibi similem agnoscere coactum esse, & stupri convictum refert Opingus *dict. cap. 19. à n. 216.*

10 Quamobrem hæc per se non sufficiunt ad filiationem probandam, multo minus ad delicti indicium; sed si alia etiam sint indicia in casu, multum juvabit, docent ex nostris *Baltal. Thom. tract. de Legitimat. tit. 13. n. 376.* ubi plures; & vide etiam Paul. Zaquias *Medic. leg. lib. tit. 5. q. 4. & 5.* Pat. Fuente la Peña in *Ente sect. 3. subsect. 6. dub. 14. num. 1418. vers. Sacase tambien de lo dicho; & in sect. 2. n. 57. & dict. subsect. dub. 8. à num. 253.* Delrio *Disquis. magic. lib. 3. cap. 3. q. 3. col. 9.* Fr. Joan. de Sanctis lib. 1. *Ethiopia Oriental. cap. 16.* Fr. Joan. Ang. Boffius *Moral. tom. 1. tit. 3. §. 43. à num. 1533. & seqq.*

12 Sed in specie Auctoris, quando filius similis nascitur priori marito, vel posteriori maxime, certe præsumptio hæc urgentissima mihi videtur, sed unica præsumptio non sufficit, ea tamen conducunt Tiraquel. ad *Leg. connub. 7. num. 52.* Gratian. *cap. 567. n. 60.* Menoch. lib. 2. de *Arbitr. cap. 89. à num. 97.* Carranza eleganter de *Paet. cap. 20. num. 59.* & præ omnibus videndus Boffius *Moral. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 43. à num. 1533.* ubi tandem sentit, cum alijs conjecturis valde adminiculari, & multum facere ad probandam filiationem Mohedan. *dec. 1. & 2. qui fil. sint legit.* Inde eadem ratione dices, quod ex eo solo, quod filius dissimilis sit marito, & similis adulterino, non debet præsumi potius adulterinus, quam legitimus. Gail. lib. 2. *obser. 97. n. 10.* Mascard. *conclus. 788. n. 12.* August. Barbof. *Collect. in cap. per tuas num. 3. de probat. Carranza de Partu.*

13 Nec è contra filius similis patri legitimo spurcius præsumendus est, ut voluit Butrigar. in *L. fin. C. de carbon. edict.*

edict. ea ratione, quia mulier adultera ob timorem mariti ipsum semper habet in idea; sed hæc ratio quam ab excellenti medico audivisse testatur, parum, aut nihil convincit, quare ejus sententia communiter reprobatur: cum pluribus Gratian. *Discept. cap. 567. num. 57.* Boffius ubi supra *num. 1449.* Petr. Gregor. *Comment. Sint. ax. tom. 4. lib. 8. lib. 3. cap. 6. ubi vide.*

## Num. 15. &amp; seqq.

<sup>14</sup> Secunda præsumptio ex nativitate in domo unius ex parentibus præsumptivis in specie Boffius *Moral. tom. 1. tit. 1. §. 43. num. 1470.* & pro hac sententia refert Beroi *conf. 162. n. 9. & 13. lib. 6. Menochium de Præs. lib. 4. præf. 53. num. 19. vers. Declaratur 5.* Vasquez *1. 2. disp. 66. cap. 8.* Castro Palao *tom. 1. tract. 1. disp. 3. punct. 5. n. 7.* Martin Bresser *lib. 4. de Continentia c. 13. num. 122.* ratio est; quia (ait Boffius) *habenda est ratio ejus, qui est in actuali possessione matrimonij, potius quam alterius mariti defuncti, nisi aliunde constet contrarium (puta de impotentia secundi mariti, vel absentia) quod si filius natus esset vitalis ante septimum mensem à secundis nuptijs, tunc absque dubio esset judicandus filius primi mariti.*

<sup>15</sup> Limitat Baldus suam sententiam, quod si mulier non fuit in matrimonio primi viri, sed in concubinato, & statim post concubinarij mortem alteri nupserit septimo, vel nono mense, potius præsumitur filius mariti, quam concubinarij ex *L. Miles §. De functo ff. ad L. Jul. de adult.* Idem è contra si post matrimonium alteri concubina fiat, in dubio filius legitimus, quam illegitimus præsumendus est. Vasquez *Illustr. quæst. cap. 48. n. 20.* ampliat Boff. *num. 1405.* etiam si non solum septimo, nono, vel octavo mense, sed etiam si post decimum pepererit.

<sup>17</sup> Et generaliter observa contra filia-

tionem legitimam non obesse, quod filius in domo alterius natus sit, dummodo marito pateret accessus ad uxorem, ut ex *Gail. Menoch. Crescent. Mohed. & alijs notat Boffius n. 1404.*

## Num. 17. &amp; 18.

<sup>18</sup> Tertia præsumptio ex matrimonio L. filium eum definimus, filius enim ejus esse præsumitur in cujus matrimonio constante natus est, de qua ad rem Boffius, & alij per plures supra relati *numer. 15.* & late videnti Menoch. *conf. 1110. à numer. 15.* Gratian. *Discept. cap. 267. num. 33.* Giurba in *Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 58.* Censal ad *Peregrin. de fideicommiss. art. 23. fol. 53.* Fontanel. de *Paët. tom. 2. claus. 6. gloss. 2. p. 4. n. 16.* qui latissime prosequuntur præter alios cõmuniter Auct. *infra n. 59.*

<sup>19</sup> Amplia & ad natum constante matrimonio præsumpto Boff. *Moral. tom. 1. dict. §. 43. n. 1401.* ubi ait: *Quod quamvis ex diutina habitatione viri, & mulieris, lex non præsumat matrimonium quoad ipsos parentes cohabitantes in odium delicti, præsumitur tamen matrimonium favore prolis quoad illius legitimationem, ut colligitur ex cap. Lator. qui fil. sint legit. ut post Abbat. Buttr. & comm. DD. in d. cap. sentiunt Paleothus, Peregrin. Sanchez, Menochius, & alij quos ipse refert de *Contract. matrim. cap. 3. num. 109. & cap. 8. num. 82.* Escobar de *Purit. 1. p. q. 16. §. 4. n. 17.* ibi: *Unum tamen in proposito est, quod si post parentum mortem queratur, an inter eos vere fuerit contractum matrimonium, & constiterit eos per longum cohabitasse tempus, licet exinde in eorum vita non præsumatur matrimonium, ut saltem post Concil. Tridentin. verius est, & defendunt Covar. Matienzo, & alij penes Flores de Mena 3. var. q. 23. num. 71. & seqq. tamen post eorum mortem ad legitimandum filios sufficere probatio longi temporis cohabitationis, ut post gloss. & Abbat. &c.**

Num.

## Num. 19. &amp; 20.

<sup>20</sup> Quarto observa: si dubitetur inter duos, quis eorum parens sit, nunquam præsumi posse filium esse utriusque, impossibile enim est per naturam, ut quis duorum filius sit, ut hinc *Auct. & Caramuel Theolog. Moralis lib. 3. corollar. 27. num. 1369.* ibi: *Non dari semipatres à Medicis, & Physicis semper supponitur; inde talis natus utriusque dubij parentis hæreditatem petere non potest, quia (ut ait Alberic. de Rosat. in L. Si vicinis quæ est. ult. C. de nupt. quem refert Boff. dict. §. 43. n. 1468.) Utramque petendo est sibi contrarius, cum non possit utriusque esse filius, & ideo repellendus, ex L. 1. & ibi gloss. vers. Dicuntur, C. si exter. se emi mand. Videndus Boer. *decis. 299. num. 10. & 11. Pileus quæst. 158. & q. 79.* Boff. ubi supra *num. 1467. & seqq.* Fragos. de *Reg. reip. 3. p. lib. 5. disp. 8. §. 6. num. 86.**

<sup>21</sup> Sed ex æquitate aliquando in favorem prolis, & ne fame pereat, & in odium delicti parentum, quando inter duos dubitatur utrius parens sit, cum alter, & alter illicite coierint cum concubina, ambo tenentur alimenta præstare. Diana *tract. 3. resol. 31. p. 4.* Vasquez, Azorius, Salas, Villalobos, Castro Palao, Martin. Bresser & Arriag. quos sequitur Boff. *dict. §. 43. n. 1561.* Caramuel *Theol. Mor. dict. lib. 3. & coroll. 27. num. 1368. & seqq.* Idem Boff. de *Effect. Matrim. tom. 2. cap. 6. §. 21. per tot.*

## Num. 21. &amp; 22.

Boffius *dict. §. 43. n. 1559. & 1467.* ubi alios refert.

## Num. 23.

<sup>22</sup> Boffius ubi supra *n. 1558.* & inferunt aliqui, quod quando utilius, & favorabilius esset filio se esse spurium, vel

illegitimum, quam legitimum, potius illegitimus, quam legitimus præsumitur ex sententia Nevizan. *conf. 34. num. 9.* Gozadin. *conf. 13. num. 48.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 53. num. 20.* Tusch. citandus, sed hæc opinio contra præsumptionem legitimam, & definitionem juris debet rejici; eam reprobant Boff. ubi supra *dict. §. 43. n. 1479.*

<sup>23</sup> Sed confessio filij aliquantulum filiationem probat, Cardin. Tusch. *lit. F. conclus. 347. num. 21.* naturaliter enim filius amat parentem suum, nec mutare propria confessione velle credendum est; nam ut ait Senec. Rethor. *controv. 1. Non mutarem patrem, si naturam mutare potuissim.* Exemplis cõprobatur ex Auct. hic *num. 28.* Boer. *decis. 299. num. 8.* Menochius *lib. 6. præsumpt. 57.* Carranza de *Partu cap. 5. num. 86. fol. 404.* D. Solorzan. de *Parricid. lib. 2. cap. 4. num. 12.* Franc. de *Petr. Festivar. lect. lib. 1. cap. 4. & ex nimio amore filiationem probari docet Capyc. Lator. *decis. 166. num. 47. & ex odio excludi Boer. *decis. 299. n. 8.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 57.* Carranza de *Part. cap. 5. num. 86.* Solorzan. de *Parricid. lib. 2. cap. 4. n. 12.***

## Num. 25. &amp; 26.

<sup>25</sup> De judicio per sortem, vide Giurba de *Success. feud. §. 2. gloss. 4. à n. 24.*

## Num. 28.

<sup>26</sup> Sexto deducitur filiationis probatio ex parentum confessione, & recognitione: de quo DD. in *cap. per tuas de Probat.* latissime Boffius *dict. §. 43. à num. 1484.* Paschal. de *Vir. patr. potest. 2. p. cap. 2. num. 16.* D. Castillo *lib. 5. Controvers. cap. 104. num. 12.* Noguerol. *alleg. 25. à n. 60.*

<sup>27</sup> Et de matris confessione observa textum in *L. Ait prætor §. Unde Marcellus ff. de jur. jur. L. 1. ff. si mulier ventris nom. in possess. mit. & quando*

contra filiationem legitimam nihil proferat ejus assertio, Boslius, qui alios refert ubi *sup. num. 1450. & seqq.* Petris *Festiv. lect. d. cap. 4. num. 3.* Farinac. *dec. 289. num. 3. p. 1.* Baltas. *Thom. de Legitimat. tit. 13. num. 352.* Boer. *de cif. 289.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 79.* quod etiam docet generaliter parentum confessione filijs quoad statum non præjudicare Escobar *de Purit. 2. p. 9. §. 2. num. 25.* R. bert. *lib. 2. Rer. jud. cap. 18. fol. 518. ex L. 6. L. 15. L. 22. L. 24. L. 39. C. de liber. caus. D. Crespi obser. v. 23. q. 10.*

28 Et circa successorem maioratus in successoris præjudicium recognitionem patris non prodesse docet Valeron *de Transact. tit. 3. q. 2. à numer. 9.* videndus *Surd. decis. 83.* Noguero. *allegat. 25. num. 326.* D. Castill. *tom. 6. cap. 125. n. 12.* Gutierrez *lib. 2. Pract. q. 111.* Ciardin. *controv. 162. num. 85.* Gratian. *cap. 562. num. 78.* Borrel. *Summa decis. tom. 2. tit. 3. num. 58.* Balmased. *de Collect. q. 39. num. 9.* ubi ita decisum refert in maioratu *de los Aguilas.*

30 Sed incidit utilis quæstio ad *Legem 9. tit. 8. lib. 5.* Recopilationis, quæ erat *11. Taurina constitutio*, qua definitum est filium naturalem esse eum qui ex muliere ea natus sit, cum qua matrimonium vir contrahere poterat tempore conceptionis, vel nativitatis, dummodo à patre recognitus sit filius: sic ergo filius à patre recognitus naturalis definitur, sicut legitimus definitur in *L. Filium eum definimus ff. de qui sui, vel alien. jur. sunt*, ut patet ex verbis Legis: *Y porque no se pueda dudar quales son hijos naturales, or denamos, y mandamos, que entonces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo, que nacieren, o fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres justamente sin dispensacion: con tanto que el padre lo reconosca por su hijo, puesto que no aya temido la muger de quien lo ubo en su casa, ni sea una sola: eá concurriendo en el hijo las calidades*

*susodichas mandamos, que sea hijo natural.*

Quibus verbis præcise requiritur habitus parentum ad contrahendum matrimonium; quo supposito, filiationis naturalis essentia fundatur, & solum requiritur concurrere, vel quod concubina sit unica, & domi retenta, vel quod filius à parente sit agnitus habitus pro filio, recognitus ve; recognitio autem verbis, vel factio fieri potest: verbis recognitio fit, ut in *L. 7. tit. 22. lib. 4. fori*, ibi: *Quien quisiere recibir por su hijo, hijo que aya en muger, que no sea de bendicion, recibalo ante el Rey, o ante homens buenos, y diga en tal manera: este es mi hijo, que de tal muger (nombrela) è desde aqui adelante auiero que sepades, que es mi hijo, y que lo recibo por hijo: y si aquel que lo assi recibiere por hijo muriere sin manda, tal hijo herede lo suyo, si hijos legitimos no huviere, o nietos, o donde ay uso; y si manda quisiere hazer, hagala sin empecerle à quel aquel hijo, que recibio assi, y el hijo que assi fuere recebido aya honra de hidalgo, si su padre fuere hidalgo, y esto se entiende de los hijos naturales.* Vide Gutierrez in *S. Sui n. 188. & seqq. inst. de hered. qualit. & differ.*

Factio etiam agnosci filius potest ex tractatu qui filio, ut filio competere dicitur, fit que à patre: de quo Bart. in *L. 1. §. Quod si natus ff. de liber. agnos. & §. seqq.* D. Covar. *de Matrim. cap. 8. §. 3. à numer. 6.* Cevalles *Comm. q. 80.* Aug. Barbof. qui plures refert *lib. 1. vot. 22. & lib. 3. vot. 98. & vot. 114.* Baltas. *Thom. de Legitimat. tom. 8. tract. 1. tit. 13. num. 360.* exempla tractatus plura DD. referunt, veluti si filius nomine patris baptizatus sit. Baltas. *Thom. ubi sup. num. 308.* Noguero. *alleg. 25. num. 57.* Barbof. *voto 22. num. 17.* Vide Horat. *Barbat. de Fideicommiss. 1. p. cap. 6. numer. 222. cap. Quæris, de consecratione, distinct. 4. cap. Maiores, ubi gloss. de baptism. & ejus effect.* *Surd. cons. 1. num. 45.* Gratian. *cap.*

*cap. 562. num. 67. tom. 3. discept. & cap. 567. n. 27.*

34 Et si in baptismo nomen patris fuerit impositum, *L. Uxorem 29. ff. de manum. testam. L. Cum precum 9. C. de liber. caus. L. Cum filius §. Pater ff. de leg. 2.* Mieres *de Matr. 2. p. q. 7. n. 85. & 86.* Baltas. *Thom. tract. 1. de Legitimat. tit. 13. cap. 7. num. 358.* Aug. Barbof. *vot. 22. num. 19.* Carleval. *de ludi. tit. 2. disp. 3. num. 13.* Escobar *de Puritat. 1. p. q. 16. §. 2. num. 25.* Mutard. *de Probat. conclus. 789. num. 38.* Noguero. *alleg. 25. num. 265.* Petr. Barbof. *1. p. Rub. ff. solut. matrim. à n. 13.* qui de hoc cautius loquitur: *Teod. Oping. de Infig. & arm. jur. cap. 21. à n. 837.* ibi: *Quod si posthumus in baptis- matis lavacro fuerit vocatus nomine paterno præsumitur filius juxta Bald. in cap. Tuam sub num. 6. de ordin. cognit. allegans ad hoc textum, ut ipse ait, mirabilem, in d. L. Uxorem 29.* ibi: *Nomine patris vocatus ff. de manum. testam. Bald. sequitur Petr. Gerard. singul. 75 & n. 238. & seqq.* de nominatione late agit.

35 Item si in libro patris scriptus sit ut filius, Escobar *de Puritat. 1. p. q. 11. §. 2. à numer. 15.* D. Valenz. *Velatquez, & alij ibi relati, vel si ut filius educatus, & alitus sit, Baltas. Thom. ubi sup. num. 310.* Barbof. & alij supra D. Castill. *Controv. c. 104.* Noguero. *sup. Phæb. dec. 76.* apud quos plures alias conjecturas filiationis invenies.

36 Sed ut ad Legis Taurinensis explicationem utilem, & practicabilem revertamur, quæ est *L. 9. tit. 8. lib. 5.* Recopil. de ea agunt Pat Sanchez *de Matrim. lib. 1. disp. 2. num. 8.* Gutierrez *lib. 2. Pract. q. 111 & 112 & lib. 4. q. 23.* Garcia *de Nobilit. gloss. 20. à numer. 28.* latius quam alij, D. Covar. *de Matrim. 2. p. cap. 2. num. 7. fol. 122.* D. Pichard. *de Her. abintestat. §. 6. num. 70.* Gama *decis. 86.* ubi Flores *de Mena, Dueñas reg. 350. ampliati. 19.* Roxas *de Success. cap. 1. num. 9. & cap. 10. & seqq.* D. Greg. *in L. 1. tit. 15. p. 4. & in L. fin.*

*tit. 14. p. 4. Surd. decis. 249. & 293.* Gomez *in L. 9. Taur.* Garcia *idem de Expens. cap. 3. num. 21.* Thom. Sanchez *lib. 4. cons. moral. cap. 3. dub. 1.* Peregrin. *dec. 58. & 65. & 81.* The- saur. *lib. 5. Quæst. for. 5.* Gratian. *Discept. cap. 31.*

37 Illud in primis circa eam legem dubitari potest, an hodie sit naturalis filius habitus à nobili in muliere infimæ conditionis, & nobilitate parentis gaudeat, sicut naturales gauderi probat *Lex fori sup. & L. 1. tit. 11. p. 7.* & post Greg. Covar. Tello Fernãdez, Didic. Perez, tenet Carranza *de Pact. cap. 3. §. 3. num. 18.* & D. Solorzan. *tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 17. n. 10.* Soria. Larrea, Parlador. Perez *de Lara, & alij quos sequitur Balmased. de Collect. q. 39. num. 7.* exemplum est in filio ex serva suscepto, an sit naturalis? & videtur quod sic; quia per legem solum requiritur habitus ad contrahendum matrimonium; sed inter liberum, & servam valide contrahi potest matrimonium *cap. 1. & 2. de conjug. & docent Greg. per textum ibi in L. 1. ad fin. tit. 13. p. 4.* Menoch. *cons. 225. num. 71.* Campanil. *in Divers. rurs. 11. cap. 13. num. 133.* Silvest. *Aldrovand. in §. fin. num. 10. Inst. de nupt.* Sard. *de Natural. liber. cap. de legitimat. n. 18.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 20. num. 12.* Tancred. *de Matrim. lib. 7. disp. 20. num. 10.* Fajard. *de Legitimat. à n. 54.*

38 Ergo filius ex ancilla susceptus est naturalis, ut docent Tello Fernãdez *in L. 11. Taur. Gama decis. 312. & decis. 167. num. 6.* Matienzo *in L. 9. tit. 8. gloss. 2. num. 4.* ubi & Azeved. *num. 8. & 9. lib. 5. Recop.* Gabriel Pe- reyra *decis. 12. num. 11. & seqq.* & quod filij ita suscepti ex ancilla propria, vel aliena, succedant in maioratu instituto à patre plebeo docet Antunez *de Donation. Reg. 3. p. cap. 18. num. 34.* ubi Reynoso *obs. 33. n. 11. & seqq.* hoc ideo quia *Lege Lusitana lib. 4. Ordin. tit. 92.* inter plebeum, & nobilem patrem di-

distincte quoad naturales est dispositum; nam patri plebeo æqualiter cum legitimis succedunt, nobili non item. Reynof. *ubi sup. a num. 1.* Antunez *num. 33.* Carvallo *in cap. Raynald. 1. p. num. 173. 208. & 457.* & non tantum naturales ex libera, sed & ex serva succedunt plebeo *Ordin. dict. tit. 92. in fin. princ. Gama decis. 86. & 167. n. 6. & seqq. Antunez n. 34.*

39 Sed pro negativa sententia facit, quod filius ex ancilla susceptus, quoad statum, & conditionem, non patris, sed matris conditionem sequitur, *L. Partum 7. C. de reivindicacion. L. 5. §. Ingenui ff. de stat. hom. L. Idem Pompon. 5. §. Si æqua ff. de reivindicacione, L. Placuit 42. ff. de liber. caus. L. Ne diutius 2. C. de agric. & censit. lib. 11. L. Hujusmodi 86. §. Legatum ff. de leg. 1. L. Nati 29. C. de decur. lib. 10. L. Hi qui 12. C. de Murilegul. lib. 12. L. Ex ingenuo 4. C. de agric. & mancip. dom. L. Si qui ascriptitiæ 24. ad med. C. de agric. & censit. lib. 12. Gomez in L. 79. Taur. num. 9. Pichard. de Nobil. communicat. num. 12. & seqq. & ex libero homine, & ancilla servus nascitur, *L. 4. tit. 21. p. 4. doctè Pichard. ubi sup. n. 90. Caramuel Theolog. moral. lib. 2. articul. 4. num. 363. ubi de ratione.**

40 Sed incompatible est quod quis servus, & nobilis sit, servitus enim, & ingenuitas opponuntur, Bald. *in L. 1. C. de dignit. lib. 12. Zamor. in Spec. c. 18. Vicent. Turturet. de Nobil. gentilia. lib. 3. cap. 4. L. 2. & ibi D. Amaya lib. 12. C. si servus aut libert. ad Decurion. aspiraverit, & facit L. Ob æs alienum C. de oblig. & actionib. ergo & si filius naturalis aliàs sit habitus inter eos, qui matrimonium contrahere possunt, ex ancilla tamen natus, ejus qualitatis dici non potest, quia servus est, si enim ex ancilla aliena sit natus, servus erit domini matris, si ex propria, sit ipsius patris servus, & filius nascitur. Peryra *decis. 12. numer. 3. Pat. Molina tract. 2. de Inst. & jur. disp. 39. vers. Sex-**

*tus est: Tancredo de Matrim. lib. 7. disp. 20. num. 7. Aug. Barbof. in L. 3. C. de nuptijs, & vide L. ultim. C. commun. de manum. L. 1. tit. 13. L. 5. tit. 22. p. 4. & in Ordin. Lusitan. lib. 4. tit. 71. in princ. Neque enim inconvenit filium esse servum patris, vel patrem esse servum filij sui, ut constat ex §. Iustæ autem manumissionis causæ just. quib. ex caus. manum non licet.*

42 Accedit Jure Civili filios illegitimos matris conditionem sequi, non patris: *L. Lex nature 24. ff. de stat. hom. L. Cum legitimæ 19. ff. eod.* ergo filius illegitimus ancillæ, etiam qua illegitimus est, non potest dici, ut naturalis parentis nobilitate illustratus; item quia licet æquitate canonica admissum inter servum, & liberum posse contrahi matrimonium, ut superius dixi, ast Jure Civili nisi inter liberas personas matrimonij jus esse nequibat, *princ. inst. de nupt. & in princ. inst. de servil. cognat. sed contubernium concubitus L. Cum ancillij 3. C. de incestis, & inutil. nupt. L. 3. C. solut. matrim. atenta ergo civili lege, filius ancillæ naturalis non est, nec consequenter nobilitate parentis gaudebit: videndus Antunez de Don. Reg. 3. p. cap. 18. numer. 31.*

44 In hac quæstione dissident Carranza, & D. Amaya: Carranza hanc posteriorem sententiam acrius, quam par est, defendit, & contra eum acriter, & juste invehitur Amaya asserens filium ex ancilla susceptum, dum in servitute est, non gaudere parentis nobilitate, sed manumissum naturalem esse, & nobilitate patris gaudere. Ita docet late in *L. Exemplo 36. C. de Decur. lib. 10. a n. 30. ad 37.* ubi ita concludit: *Et ita affirmandum erit veretalem filium post manumissionem esse nobilem: & hujus sententiæ sunt Pat. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 24. n. 3. & 4. quem impugnat Carranza cap. 3. de Partu §. 3. a n. 18. & pro sua opinione adducit D. Amaya, D. Machael de Luna lib. sing. lect. cap. 2. quæ-*

*fit. 4. pag. 73. Afflictis decis. 203. Mieres de Maior. 2. p. q. 2. n. 127. sequitur Larrea dec. 32. n. 32.*

45 Sed ego de sententia Amayæ non dubito, maxime ex *L. 11. Tauri*, etenim ea absque distinctione statuitur naturalem esse ex quacumque muliere genitum, si habilis sit ad matrimonium, ut dubitari de hoc non possit, nec servitus nobilitatem extinguit, sed opprimit, & obscurat, ea autè cessante nebula clarescit, ut suppositum Turturet *lib. 3. de Nobil. cap. 4. ubi: Quod si servitutem recuperatio libertatis consequatur, nemo dubitat quin siquæ amiserint conditionis ornamenta, postliminio recipiant.*

46 Sed ex alio capite corruere videtur hæc sententia primo: quia ut diximus, ingenuitas est suppositum necessarium in quo nobilitas fundatur; natus autem ex ancilla, si servus nascatur, non ingenuus, sed libertinus est, libertini autem nobiles esse non possunt, siquidem ex infami illo servitutis statu ad libertatem perducti, non potuerunt illam maculam manumissione purgare, *L. 1. C. si servus, aut libert. sed adhuc illam post manumissionem retinent, L. Cum precum 9. C. de liberal. caus. unde cum ad militiam non nisi ingenui, & nulla macula asperfi admitti solerent, L. 4. §. Ad tempus, & §. Ignominia. L. Qui status 8. L. Ab omni 11. ff. de re milit. libertini à militia exclusi fuere, ut Sueton. in Augusto cap. 25. & Lege Vissellia libertinæ conditionis homines ad honores, & dignitates aspirare prohibentur *L. Unic. C. ad Legem Visselliam*, nec poterant libertinas uxores ducere Senatores *L. Oratio 16. L. Lege 23. L. Siquis 27. L. Si Senatori 31. ff. de ritu nuptiar. ne patricij sanguinis splendor fordesceret D. Amaya lib. 2. obs. cap. 5. ex num. 17. & 21. & de Lege Vissellia videndus in L. 2. C. si servus aut libertus lib. 10. a num. 40. ubi eam limitat, si libertinus jus aureorum annulorum impetraverit, vel natalibus**

restitutus sit, quod privilegium est accidentale quid, & non naturale de quo quærimus: ergo libertini vere nobiles esse non possunt, arg. *L. Nequis 6. C. de dignitatib. lib. 10.*

47 Sed adhuc potest sustineri prædicta sententia ex eo, quod libertini non sunt infames, nec à dignitatibus arcentur, quasi viles, & abjecti, sed ex prohibitione Legis Vissellia, quam derogavit Alexander Imperator *in L. 2. C. de postulando*, ubi libertis advocati dignitatem exercere permissum est, cum tamen advocacionem exercere prohibiti sint infames Accurt. *in L. 2. C. de dignit. Bart. in L. 1. §. fin. ff. de extra ord. cognit. Tiraquel. de Nobil. cap. 29. a num. 11. Ant. Faber in Rational. L. 1. §. At prætor. ff. de postul. & officium advocati augeat dignitatem Ricc. 1. p. dec. 216. num. 12. & advocati à muneribus excusentur Burgos de Paz in Proem. Leg. Taur. num. 379. Fontanel. de Pact. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. p. 1. num. 127. & claus. 3. num. 16. D. Amaya in L. Unic. C. de infamib. lib. 10. num. 87. & seqq. Balmased. de Collect. q. 42. num. 9. & 21. & q. 88. num. 16. qui plures alios referunt.*

49 Rursus probatur ex *L. 2. ff. de officio accessorum, & magis expresse in L. Libertorum 9. C. de dignitatibus*, ubi libertorum filij clarissimam dignitatem exercere non prohibentur; ex qua licet liberti, libertorum tamen filij, utpote ingenui, dignitatem adipisci posse, quia in eis ratio prohibitiva deficit docent Accurt. Lucas Platea, & Cujac. quibus D. Amaya *in d. L. Unic. C. de infam. consentit. n. 75.*

50 Et hic adduci in suffragium hujus sententiæ doctrinam Bart. quam sequitur Otalora *de Nobilit. 2. p. 3. p. cap. 7. n. 27.* quibus convenit Garcia *de Nobilitate gloss. 7. num. 19.* ubi docent Mauros nobiles nobilitate Hispana gaudere posse si sint à maioribus nobilibus procreati, imo & Judæos, & Neophytos nobilitate gaudere posse docet aliud

aliud enim est parvum quem esse, aliud nobilem esse, ideoque nobilitas, & impuritas sanguinis apud eundem se compatiuntur. Garcia ibidem vers. Sed adde, quod advocati tota die contendunt testem nihil probare qui dicit aliquem de genere Iudæorum. saltem quoad nobilitatem, cum possit esse de genere Iudæorum per feminæ sexum, & nihilominus nobilem habuisse parentem à quo nobilitas L. 1. tit. 11. p. 7. Escobar de Puritat. 1. p. q. 13. num. 64. ibi: Cum in hac specie nobilitas, & macula concurrere possint, & sententia compatibilis est cum testium assertione, & macula de novo acquisita antiquam nec lædat, nec tollat nobilitatem. & vide eum ibi num. 21. ubi Gutierrez, Vilarr. & D. Paz cum alijs addendus D. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 25. fol. 424. & tom. 2. de lur. Indiar. lib. 1. cap. 27. à n. 77. & lib. 2. Politic. cap. 29. fol. 242. vers. El qual, D. Lara de Annivers. & Capell. lib. 2. cap. 4. num. 140. ubi an Indi, & Æthiopes nobiles esse possint.

51 Quibus ut rem prosequamur, vides jam hodie dubitari non posse filium naturalem esse natum ex nobili, & muliere vili, infimæ conditionis, cum antea ad concubinatum requireretur, quod concubina non esset vilis, & abjecta persona, nec pater in dignitate constitutus L. 1. C. de natur. lib. L. 2. tit. 14. p. 4. Roxas Antiq. de Success. cap. 10. n. 33. quem refert D. Castillo tom. 6. cap. 125. n. 2.

52 Secundo ad hanc Legem Tauri dubitari potest, an sit naturalis filius natus ex parentibus, qui matrimoniū contrahere non poterant tempore conceptionis, & tempore nativitatis, aliquo autem medio tempore habiles extiterunt ad matrimonium contrahendum? Casum proposuit D. Larrea decis. 43. ubi quidam uxoratus cum muliere soluta rem habuit, ea que prægnante relicta, postmodum intra quinque priores menses uxor patris decessit, & ipse habilis redditus

ad matrimonium, sed cum & is postea decessisset ante partus nativitatem, dubitatum fuit, an naturalis filius nasceretur? Hæc species ita supponenda est ex traditis à Larrea n. 16. & 26. & ita pro filio decisum refert num. 19. eo maxime, quod per Legem Tauri naturalis filius est natus inter eos, qui de jure non habent impedimentum ad contrahendum, eò enim respexit lex illis verbis: Que podian casar sin dispensacion. Impedimentum vero facti non obest filijs; sed in specie proposita tempore nativitatis non erat impedimentum juris, sed facti ex præcedenti patris morte: ergo filius nascitur naturalis. D. Larrea decis. num. 26. ibi: Et in hoc casu quando solum contrahi impeditur, quia pater mortuus fuerat, nullum erat de jure impedimentum, sed de facto, quia, si viveret, poterat matrimonium contrahi; & in hoc quod respicit aptitudinem matrimonij, non impedit mors alterius eorum, qui contrahere potuerunt, ideo quidem quoad dispensationem matrimonij in radice, que removet impedimentum matrimonij nulliter contracti, nihil obstat aliquem ex conjugibus, qui matrimonium contraxerunt, mortuum esse, ut ita matrimonium Sancij IV. Regis nostri post ejus mortem confirmatum fuit. Videndus Marian. Hist. Hispan. Latine lib. 15. cap. 5. idque recte fieri posse ex Rotæ decis. probat Basil. de Matrim. lib. 11. cap. 5. vers. Altera decisio.

55 Hæc verissima judico in tantum, ut etiam si nullum fere tempus de facto sit ad matrimonium, filius tamen non ideo desinet esse naturalis, veluti si in ipso concubitu, patris mors (quod absit ex Dei misericordia) supervenerit, mulier que prægnans relicta sit, & soluta sine impedimento de novo superveniente in ejus persona, pepererit, nascetur naturalis, filius enim est ex ijs, qui erant habiles ad matrimoniū contrahendum; at, ut non sit filius naturalis, duo ex lege verificanda sunt: quod sit ex ijs progenitus, qui

sine dispensatione contrahere nequeunt, & quod tempore conceptionis, & nativitatis ea deficiatabilitas; sed in hoc casu, nec unum, nec alterum potest dici: ergo cum impedimentum verificari non potest, tunc filius naturalis nascitur, licet actuale matrimonium contrahi ex facto non possit, alioquin post mortem patris legitimi conceptus non esset legitimus. Vide Menoch. lib. 2. de Arbitr. cap. 89. num. 48. Carranza de Part. cap. 1. num. 22. Sed quando & tempore conceptionis sunt de jure parentes impediti, veluti si unus sit uxoratus, & medio tempore solutus, postea fiat impeditus tempore nativitatis, dubium maximum est, an filius nascatur naturalis? D. Larrea naturalem nasci probat ex pluribus noviter allatis fundamentis elegantissime solens; adducit textum in §. 1. inst. de ingenuis: sufficit enim ei, qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse. L. Cum vero §. Apparet ff. de fideicom. argumento de libertate ad matrimonium, ex cap. fin. de sent. & rejud.

57 Et elegantissime ad hoc Legem Tauri ponderat n. 25. illis verbis: Idque suadere videtur d. L. 11. Taur. si eum iudicio expendatur, nam illius verba, o fuere concebido, respiciunt omne tempus, quo partus in utero gestatur, antequam edatur, quia verum est omne illud tempus esse conceptum, & c. quæ sequuntur, ex quibus deducit medium tempus conceptionis tempus esse, & ideo in lege comprehendi expresse.

58 Denique pro sua opinione adducit Basil. Legionensem de Matrim. lib. 11. cap. 3. num. 9. ubi affirmat filium legitimari per matrimonium subsequens, quando intermedio tempore potuit contrahi matrimonium inter parentes, quia in hoc casu idem quod de tempore conceptionis, & nativitatis dicendum est.

59 Sed hæc D. Larreæ opinio mihi limitanda videtur, quando filius in adulterio conceptus est, tunc enim

licet marito defuncto, mulier soluta in concubinato, etiam Amasij, perseverans pepererit, filius naturalis non erit, sed vel adulterinus, vel legitimus. D. Franc. Sarmiento lib. 1. select. cap. 5. num. 11. illis verbis: Ut ridiculum sit si adulter a mortuo marito suo pariat filium, prædictum dicere non esse adulterinum, sed naturalem. Refert Larrea num. 10. Ratio est; quia tunc præsumptio matrimonij ex L. Filium eum definimus ff. de his q. S. & L. Miles §. Defuncto ad Leg. Juliam, vincit præumptionem concubinatus, cum eæ simul stare non possint: ergo filius potius præsumendus est legitimus, quam naturalis, quia in hoc casu Lex Tauri non loquitur; tunc etiam, quia tempus conceptionis tempore nativitatis potentius est probat textus in L. Paulus ff. de stat. hom. L. Cum qui C. de natur. lib. r. unde si inter duos dubitetur quis parens sit, & unus pro se habeat tempus conceptionis, alius nativitatis, filius ejus præsumendus est, qui tempore conceptus mulierem domi habebat.

61 Unde si uxor facta vidua post mortem mariti pepererit in concubinato alterius intra novem menses, filius præsumitur legitimus prioris mariti, quam naturalis, ut docet Bald. in L. Si mater C. de suis, & legitim. Cremenf. singul. 127. Mascard. de Probat. conclus. 788. num. 23. Bossius Moral. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 43. num. 1459. & seq. & n. 1405.

62 Si vero de adulterio constet, manifeste que filius adulteri probetur potius, quam mariti contra juris præsumptionem; tunc favorabilior præsumptio sumenda est, & ideo naturalis potius præsumitur, quam adulterinus. Sanchez Consil. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 6. alij apud Boss. num. 1539. ex lege tamen L. 9. Tauri, quæ est L. 7. tit. 8. lib. 5. filium conceptum in adulterio, & post mariti mortem natum, bastardum potius, & insuccessibilem, quam naturalem esse probari potest, qui



qui damnabilis, & punibilis concubitus filius est.

- 63 Ulterius legis materiam prosequendo dubitari potest, an præcise requiratur demonstrari certam matrem ad hoc ut filius naturalis declaratus sit? Quæ quidem quæstio pluries in Regio Granatensi Conventu controversa est, & variè decisa ex circumstantijs, & licet à nemine quem viderim tractari sciam, verius tamen mihi videtur matrem demonstrari esse necesse: primo ex d. L. 11. Tauri, ubi ad hoc requiritur parentes posse matrimonium sine dispensatione contrahere, sed de hoc non potest constare nisi mater certa demonstratur: ergo ea præcise demonstranda est, quomodo enim sciri poterit esse solutam, non habere impedimentum, & libere contrahere posse, si ignoretur, hæc enim facti circumstantiæ sunt, facta autem non præsumi certum est, ex L. in Bello §. Facti ff. de captivis D. Salgado de Retent. 2. p. cap. 30. §. 2. n. 16. D. Vela dissert. 20. num. 38. Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 10. numer. 5. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. sed ab eo probanda sunt, qui in eis suam fundat intentionem L. 2. labea §. ff. de probationib. Auct. in sup. 3. cap. 4. num. 26.
- 64 Ulterius qualitas specialiter requisita, specialiter probanda est; Bart. & comm. DD. in L. Cum actum 17. per textum ibi ff. de negot. gest. & in L. Qui jurasse 26. §. Qui pater de jur. jur. Molin. lib. 2. cap. 6. num. 29. & alij per Escobar de Purit. 1. p. q. 8. §. 2. n. 35. ideo enim desideratur qualitas non tantum ut ad sit, sed etiam, ut constet adesse, L. Divus 24. cum L. seq. ff. de testam. L. 9. C. de his qui accus. non pos. quibus probat Escobar eum qui in qualitate puritatis sanguinis se fundat, probare positive teneri, quamvis quilibet purus sanguine præsumatur.
- 65 Ex quibus inferitur ad quæstionem, an in dubio filius naturalis potius

præsumatur, quam spurius; nam licet naturalem præsumi defendant Escobar de Purit. 1. p. q. 16. §. 4. n. 27. August. Barbof. lib. 3. vot. 114. num. 24. & lib. 3. vot. 98. à num. 64. Phæbus decis. 68. num. 10. p. 1. Cardin. Tusch. lit. N. conclus. 11. à num. 1. si tamen filius in ea qualitate fundamentum suæ intentionis habeat, probare eam tenebitur. Conducit Tello Fernandez in L. 11. Taur. num. 6. Sanchez Consil. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 6. Castro Palao tom. 1. tract. 1. disp. 3. punct. 5. num. 3. Bossius Moral. tom. 1. §. 43. sup. num. 1539. qui eam sequuntur sententiam quando filius est in possessione naturalis; secus si non sit in possessione, quia ei hoc casu incumbit onus probandi, ut obtineat, cum sit fundamentum suæ intentionis: sequitur ergo quod quoties filius se esse naturalem præten- dit, nec est in possessione naturalis, id probare debet, etiam hac sententia retenta; quam tamen plures alij rejiciunt, & filium potius præsumi spurium, quam naturalem defendunt, quos refert Boss. ubi sup. n. 1537. & hodie juxta hanc legem hanc sententiam veriore esse docet Garcia de Nobil. gloss. 20. n. 37. ubi summo iudicio docet, Jure Civili, quem præsumi potius spurium, quam naturalem, quia veniebat factum probandum requisita scilicet concubinatus de quibus videndi Boss. de Effect. matrim. tom. 2. cap. 6. à num. 156. Cardin. Tusch. dict. lit. N. conclus. 11. num. 2. D. Castill. d. cap. 125. à num. 1. & alij propè infiniti. Contra vero Jure Canonico filius naturalis præsumitur; quia omnes censentur procreati ex solutis parentibus, ut delictum quod minus est præsumatur; at vero nostro Jure Hispano noviore ex d. L. 11. Tauri (ait Garcia) nemo item præsumitur naturalis propter recognitionem, quæ venit probanda, & hæc est veritas, quidquid existimet D. Didac. Covar. 4. p. 2. c. 8. §. 3. n. 1. tenent moderni in d. L. Taur. licet non ita explicant.

Item

- 68 Item facit ad hoc expresse Lex fori quam superius retuli, ubi requirit nominari matrem quando pater filium, ut naturalem agnoscat, ibi: *Esje es mi hijo, que he de tal muger (nombrela)*: quibus non solum demonstrari matrem requirit, sed nominari, quia incertitudo matris filiationem reddit improbabilem, ut in Auth. ut hi qui improbatas junct. gloss. verb. incertum colat. 6. spurium est qui patrem demonstrare non potest, & patrem habere non intelligitur qui incertum habet. §. 13. si adversus ea inst. de nupt. L. Quia semper §. ff. de injus vocando. Ideo si dubitetur de matre, contra filium præsumendum est, quia si defectum non haberet eam declararet conducit Sayr. Seraph. & alij traditi ab Escob. de Purit. 1. p. q. 8. §. 3. per totum, qui ad rem videndus.
- 69 Denique in hanc sententiam ponderanda sunt Menoch. verba cons. 181. num. 17. ubi contra quamdam legitimationem opponit, suppressum dolo fuisse nomen matris filij legitimi, quod tamen de jure erat exprimendum ex Hostienf. & Joan. Andrea in cap. ult. de fil. Presbyter. Idque (ait) optima ratione fieri requiritur quando quidem præclusa esset via agnatis, quia vellent probare matrem illius illegitime nati talem extitisse, cum quæ nefarius, & abominabilis fuisset concubitus, & cujus proles legitimi mari nulla ratione debuisset. Et quod requiratur matris demonstratio ad legitimationem per rescriptum ipse Menoch. pluries docet cons. 639. n. 7. & lib. 2. de Arbitrar. cas. 203. num. 29. & cons. 108. num. 29. & cons. 968. num. 7. & cons. 738. n. 50. & cons. 461. num. 2. Franc. Marc. q. 527. num. 9. p. 1. Ruin. cons. 66. num. 27. lib. 3. Hugo de Cels. cons. 73. num. 27. Decian. cons. 38. num. 35. vers. Septimo lib. 3. & cons. 90. num. 19. Reminal. & alij apud Surd. cons. 526. num. 11. ubi Putei de cisioni 435. lib. 1. satisfacit, quam refert Baltas. Thom. de Legitimat. tract.

1. tit. 13. num. 407. qui pro hac sententia refert plures cap. 12. ibidem n. 444. Cravet. cons. 687. num. 5. vers. 3. idem Menoch. cons. 689. n. 7. & cons. 732. n. 50. Lud. Sard. de Natural. liber. tit. requisita legitimation. §. 6. n. 18. Lup. de Illegit. in præfat. n. 24. & Comment. 3. §. 4. num. 39. quibus motus rationibus hanc sententiam verissimam judico, & licet filius à patre sit agnitus, necessarium esse matrem demonstrare teneo, ut plurimum enim hoc accideret potest: filius ex ea muliere natus est, quam domi secum pater non habet, quo casu præcipuum requisitum in quo Lex fundatur ad filiationem naturalem deficit. filius enim naturalis tunc præsumitur ex ea quam tenebat secum publice domi pro concubina, Cap. per tuas de probat. ubi Barbof. numer. 2. & in cap. 13. de fil. Presbyter. Nam quemadmodum ille filius est justus, quem nuptiæ demonstrant, ita est minus justus, quem legalis demonstrat concubinatus, ut ait Montalv. in L. 3. gloss. 1. tit. 8. lib. 3. for.

Pro contraria autem opinione possunt ponderari tradita à Phæbo decis. 68. à num. 10. & decis. 76. ubi vide; ea autem obtinebunt quando ob justam causam honestatis mulieris, ea demonstrari non possit, sed tunc testes de habilitate deponere debent positive, & aliquando vidi, nomen mulieris extra acta cum declarationibus deponi in archivo, sic enim & mulieris honestati consultum est, & satis legi factum est. Facit ad hanc limitationem Aug. Barbof. lib. 1. vot. 98 per tot. quem vide.

Hæc ad Legem Regni observare decrevi, nec extra rem de qua agimus, nec extra materiã; aliã quæstionem hic tractemus quia eam disquirat D. Castill. l. 6. c. 125. ego prætermitto ea est: an hodie recognitio ex lege præcise requiratur ad ea verba: *Contanto que el padre lo reconosca por su hijo?* Et nõ requiri resolvit. Sequitur cum

X Aven.

Avenidaño, & alijs Nogueroi. *alleg. 25. num. 64.* Contrarium videtur sentire Garcia de Nobil. *gloss. 20. num. 34.* & melius *numer. 38.* ibi: *Quia recognitio præsumi non potest, ea autem non probata non probatur quis naturalis;* quæ sententia juxta verba legis sustineri potest, quando non unam concubinam, sed plures extra domum pater habuerit, quia si in domo unicam habeat, filius naturalis ex ea præsumendus est; etiam sine recognitione. Adde Matutæ *Disquis. Leg. 45. fere per tot.*

## Num. 31.

73 Vide infra *cap. seq. num. 55.* Princeps de facto consulentibus Judicibus non respondet *cap. 44. de appellat.* ubi not. Cujac. quia facti quæstio in arbitrio est judicantis, *L. Eum, quæ 79. §. Iudicibus de jure dubitantibus Præsides respondere solent: de facto consulentibus non debent Præsides consilium impertire, verum jubere eos, prout religio suggerit, sententiam proferre, hæc enim res nunquam infamat, & materiam gratiæ, vel ambitionis tribuit, ff. de judicij, L. fin. §. Seia ff. de oblig. & act. L. 15. in princ. ff. ad municip. L. 1. §. Calumniat. ff. ad Turpilliam, quæ observanda sunt ad Relationes quæ fiunt Principi, Princeps enim in dubio facti non est consulendus. Paul. Xamar de Officio jud. & advocat. 1. p. q. 7. à num. 6. Escobar de Puritat. 1. p. q. 6. §. 7. n. 5. Narbon. in L. 35. gloss. 5. n. 31. tit. 3. lib. 1. Recop. Ratio apud Escobar ubi supra n. 6. ibi: *Nec quidem in facto dubio jus certum cadere potest.* Baldus, & cæteri ibi relati cum Barbof. *axiom. 93. n. 3. & 5.* Nec Princeps factorum scientiam, sed juris tantum habet, quod diversum est ex diversitate factorum, *L. ut responsum 15. C. de transaction. cap. juvenis 3. cap. de muliere 6. ubi bonus textus ad propositum de sponsalib. & c.**

Addendus Matheu. de *Re crimin. contro. 3.* ubi de his late agit *num. 17. & 24.* ubi de jure Regio consultationem admitti etiam in facto dubio probat ex *L. 11. tit. 22. p. 3.* ibi: *En razon de las pruevas de los derechos,* ubi Greg.

Cætera de consultationibus, & relationibus præter D. Matheu. qui late tractat, agunt Escobar *d. §. 7. per tot. Vigel. Digest. Jur. Civil. lib. 7. cap. 10. per tot. DD. ad tit. C. de Relat. & Canonistæ in cap. 68. de appell. Barbof. in d. L. 79. §. Iudicib. ff. de judic. Escalon. Gazophylacio Regn. Peru lib. 1. cap. 11. num. 6. & L. 27. gloss. 4. tit. 18. L. 11. tit. 22. p. 3. Bobadilla lib. 3. cap. 15. numer. 116.* & quod in iudicibus aliquando permissæ sint probat textus in *L. Divus 14. ff. de offic. Præs. d. L. 79. §. Iudicibus ff. de judic. L. 11. tit. 22. p. 3. L. 14. tit. 4. ead. partit. L. 15. tit. 23. ibidem Matheu numer. 23.* ubi Bobadill. Cujac. & alijs, D. Valenz. *conf. 70. numer. 95.* & à decreto Judicis de consultando Principem liceat ne appellare? & an post rescriptum, vide *L. 1. §. 1. ff. de appellat. L. ultim. ff. quando appellatum sit L. Iubemus 34. C. de appellat.* ubi denegetur appellatio, nulli danda licentia provocationem contra eorum proferre sententiam. Ratio in *d. L. 1. §. 1. in fin.* ibi: *Cum possit post rescriptum provocare; sed obstat d. L. fin. ff. quando appellat. sit.* Vide Gloss. in *d. L. 1. Donel lib. 28. Comment. cap. 6.* ubi Ossuald. *lit. Z. Henric. Bozer. Disp. jur. tom. 2. clas. 6. de appellat. disp. 34. numer. 37.* ex quibus doceris à decreto interlocutionis de consultando non licere appellari, sed de gravamine non factæ relationis perfectæ, & cum integritate appellari, & queri posse; itemque ex eo à rescripto Principis provocari posse, quasi de mendacio, & integritate consulentis Judicis queratur, nec enim aliter licebit, quam

quam si dicat ea, quæ Principi exposita sunt, non ita se habere; unde si exemplum literarum litigatoribus editum sit, ut debet ejus consultationis copia dari, *L. 1. §. fin. C. de relationib.* postea rescriptum impugnare consultatione probata, nequeunt *d. L. fin. ff. quando pel. & ita Don. & alijs sentiunt, sed Petr. Greg. de Appel. lib. 3. cap. 7. n. 9.* attentius ait, non per modum appellationis, sed supplicationis, ad Principem recurrendum esse: quod & hodie obtinet.

## Num. 36.

77 Nunc contra filiationem exceptiones sequuntur, & prima ex signis conceptionis desumenda est: Ea autem refert Auctor ex pluribus, quibus adde Aug. Barbof. *vot. 12. n. 28. 29. & 30.* & cum Giurba Boff. *Mor. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 39. num. 1321.* ibi: *Si in septimum diem genitura intus permanserit* §. 2. *cessatio menstrui, maxime si alijs fæminæ menstrua nunquam deficerent, & bene fuerit habitu corporis amor.* Quia mulier prægnans sana est, *L. 14. §. Si mulier ff. de Aedilit. edict.*

§. 3. *Si mulieris faciei maculæ superveniant.*

§. 4. *Si res insolitas, quas concedere non liceat appetierit.*

§. 5. *Si vertigines oculorum, pallores, aliaque similia passa fuerit.*

§. 6. *Si venter in bona valetudine crescere, & intumescere incipiat.*

§. 7. *Si mulier in utero fatum moveri sentiat.*

§. 8. *Est evidentius, si manillas tumidas & lac simul in eis, mulier denuo habere incipiat præsertim adjuncto ventris tumore, & ejus augmento ultra procedente.*

78 Ad primum signum observa, ex semine viri conceptum formari, cum id non sit ejectum per aliquot dies, quod usque ad septimum protrahi diem ex Arist. Plin. Censor Varro. Gell. Vallef. & alijs comprobatur Carranza *cap. 1. num. 9.* unde recte in-

fort. n. 22. conceptionem fætus post mortem viri fieri posse, cum vir intra septem dies mori possit, vel violenter occidi. Feder. Bonaventur. de *Part. Octimestr. cap. 51.* Menoch. de *Arbitrar. lib. 2. cas. 89. num. 48.* quæ ad successionis patris effectum nihil refert ex doctrina, quam observa apud Antunez de *Donat. 3. p. cap. 18. num. 28.* ex quibus consequitur signa conceptionis filiationem prioris mariti probare si statim appareat de ijs, secus si post tempus: quando autem fætus animam recipiat, iudicio medicorum resolutionem vide apud Boff. *dict. §. 39. à n. 1321.* ubi plurimorum opiniones refert, & inter Juris Consultos receptum esse affirmat fætum masculinum quadragesimo, fæmineum vero octuagesimo ab emissionem feminis, seu conceptionis die animari.

## Num. 37.

Menoch. de *Arbitr. lib. 2. casu 89. num. 65. & 66.* ubi duas conjecturas ad probandam filiationem sufficere tenet ex Bald. qui ad id singularem dixit gloss. in *L. 2. §. 1. verb. Legitimos de excusat. tutor.*

81 Ex quo observa secundam exceptionem contra præsumptionem (juris tantum, non juris, & de jure, ut verius docent Menoch. ibidem n. 23. Franc. de Petr. *Festiv. lect. 1. cap. 4. n. 3.* qui Alciat. Eman. Costam, & alios referunt) ex matrimonio *L. Filium eum de h. q. d.* quando contra eum adfunt plures præsumptiones, quæ eam excludunt, nam tunc filius non præsumitur ex marito, sed ex alio Ancharran. Jaf. Corneuf. Alciat. Gozadin. quos sequitur Menoch. *ubi sup. num. 65.* Surd. *conf. 1. num. 55.* Paschal. de *Vir patr. pot. 2. p. cap. 2. num. 33. & seqq.* Ramon *conf. 22. num. 27. & 58.* Surd. *decis. 83. num. 19.* Sesse *decis. 34. num. 8.* Menoch. *conf. 687.* licet contrarium videatur sentire Censal ad *Peregrin. art. 23. fol. 58.* ubi ait ex

præsumptione juris filiationem probari in proprietate, & alijs autem solum in possessione, cui debet prævalere proprietate cap. dilectus de caus. poss. & proprietat. Vide Menoch. *conf. 1110. à num. 15. Gratian. cap. 267. num. 32. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 58. & 59. Tusch. lit. F. conclus. 347. à num. 5.* sed priorem sententiam veriorē esse iudico, eamque defendit contra Paleoth. Paris. Barbat. & Mascard. Bossius *Moral. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 43. à num. 1476.* ubi alios refert: & vide à num. 1472. ad 1481. ubi septem limitationes refert contra filiationem legitimam ex matrimonio.

## Num. 38. &amp; 39. ad 42.

82 Tertia exceptio ex impotentia generandi d. L. *Filius*, ibi: *Infirmate interveniente, vel alia causa, ff. de his qui sui*, Bossius d. §. 43. num. 1472. Carranza de *Part. cap. 5. sect. 2. numer. 70.* hæc autem impotentia generandi accidentalit, vel infirmitate, vel ætate fit: infirmitate, veluti in eo, qui calculum habet in vesica, quem generare non posse, docet Paris. quem refert Menoch. Mascard. & alij congesti à Carranza ubi sup. Vide Matheu. de *Re crim. contro. 53.*

83 Ætate, quando maritus senio confectus, generare non potest, vel mulier adeo grandioris ætatis, ut concipere non valeat, tunc enim vel partus quoad virum ab eo genitus non præsumitur, quoad mulierem suppositus iudicatur. Boss. ubi sup. Carranza num. 65. Menoch. de *Arbitrar. cas. 89. sup. cit. num. 55. Farinac. de Falsit. q. 150. n. 152.*

84 Masculis autem ineptitudo ad generandum post sexagesimum annum contingere solet, & fæminis ad concipiendum post quinquagesimum: quoad Mares probat *L. Si pater 15. §. in arrogation. ff. de adoption.* & ideo in Lege Julia, & Papia caveatur ne sexa-

genarius uxorem duceret, vel quinquagenaria matrimonium contraheret, quia id matrimonium ad generandum erat inutile. Ulp. in *Fragment. tit. 16. §. ult. L. Sancimus 27. C. de nupt. Lactant. de fals. relig. lib. 1. cap. 16. Sueton. in Claud. c. 23. Quoad fæminas, L. Si sterilis 21. in princ. ff. de action. empt. L. Si maior. C. de legit. hæred. Cujac. lib. 7. Obs. cap. 20. num. 5. & lib. 33. Paul. ad edictum. Sed vide Briffon. qui utrumque exornat de *Iur. Connub. pag. 32. & seqq. Petr. Greg. lib. 9. Sintagm. cap. 6. num. 3. Galdas de Potest. eligendi cap. 4. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 32. num. 16. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præf. 53. numer. 17.**

85 Sed in præsentī vide Carranza *sect. 2. num. 65. dict. cap. 5.* ubi docet sexagenarios, & ultra, passim generare solere, & in dubio generandi potentia in quacunque ætate præsumitur in viro, Surd. *decis. 83. num. 5.* quem refert num. 66. in fæminis vero fere nunquam accidit, ut quinquagenaria concipiat, aut tam raro, ut mirabilis ejus partus apelletur in d. *L. Si maior C. de leg. hæredib.* sed inter fæminam, & virum, ea est observanda differentia, quod fæmina, quoquo tempore pariat, cum certum sit, eam peperisse, partus legitimus iudicatur; masculus autem, si post sexaginta annos genuerit, filius dubius est, imo ejus esse non præsumitur, quod, licet non ita, docet Menoch. *lib. 2. cas. 89. num. 63. D. Valenzuel. conf. 96. num. 15.* & vide Carranza supra.

## Num. 43. ad 51.

86 Quarta exceptio ex tempore partus; nam quo magis ad tempus legitimus partus accedit, ejus filius præsumendus est, cujus respectu partus perfectior est, veluti si respectu primi viri partus nascatur, ante vel post legitimus pariendi tempus, & respectu secundi tempore legitimo natus sit

fit septimo, nono, vel decimo mense, filius secundi viri, & non primi filius præsumendus est, ut docet Auct. n. 42.

87 Quod autem sit legitimus tempus partus præter hic relatus videndi Menoch. quem omnes citant *lib. 2. de Arbitr. cas. 89. à num. 24. ad 52. Fuente Lapeña in Ente sect. 2. d. b. 14. diff. 1. & 2. à num. 323. Aug. Barbosa voto 12. per tot. Censal. ad Peregrin. de fideic. art. 43. n. 4. & art. 29. num. 21. fol. 263. col. 1. Joan. Angel. Bossius tom. 1. §. 43. supra citat. num. 1406. & à num. 1460. & seqq. Gortierrez lib. 2. Pract. q. 100. Pereira dec. 99. Mainard. dec. 3. & 4. lib. 7. Zerbantes in L. 13. Taur. num. 36. & 40. Azeved. in L. 2. tit. 8. num. 9. lib. 5. Recop. Afflictis. decis. 236. Cardin. Tusch. lit. P. conclus. 106. Torreblanca de *Iur. spirit. lib. 5. cap. 4. & 5. Garcia de Nobil. gloss. 48. §. 1. n. 3. Aillon ad Gomez 1. var. cap. 1. n. 19. Narbon. Annal. ann. 1. q. 2. & 4. cum seq. Giurb. in Consuetud. ubi Auct. citat, & cap. 8. gloss. 2. & cap. 10. gloss. 1. à num. 3. Pich. rd. ad L. Gallus in pr. num. 202. ff. de lib. & posth. Pat. Baltas. de *Vit. in Teatro Deor. p. 2. lib. 2. cap. 2. Cujac. in Novell. 39. ubi DD. & in L. Septimo mense ff. de stat. hom. Antunez de Donat. Reg. 3. p. cap. 18. à num. 25.***

88 Ut breviter materiæ seriem comprehendas de partu decimo quarto mense nato: certum esse observa non esse legitimus, quia juxta Aristot. *lib. 7. de hist. anim. cap. 4.* sententiam, usque ad mensem undecimum mulier gravida esse potest, & non ultra. In senatu tamen Parisiensi partus legitimus iudicatus est ex vidua, quæ 14. mense peperit, ut refert Gothofred. in *Novell. 39. cap. 2. lit. E.* quod magis pudori Matronæ honestissimæ consultum esset, quam communis temporis ratio haberetur. Hæc tamen (ait Gothofr.) in exemplum trahi facile non oportet, ne per contrarium contractis à nuptijs, trimestris partus mariti obtrudatur.

89 Item partus tredecimestris irregularis est, & illegitimus. Vide tamen quod de Lucio Papirio Consule ex Plin. *lib. 7. hist. natur. cap. 5.* tradunt Gothofred. ibidem Patr. *Vit. tom. 2. lib. 2. cap. 2. in teatro Deorum.* tradunt, cum mater usque ad decimum, & tertium mensem eum in utero gestaret, bonorum possessionem contra scriptum hæredem accepisse.

90 De partu annuo idem dicendum est, de quo videndus Agellius *Noct. attic. lib. 3. cap. 16.* ubi Homeri versus ibidem refert, qui ita sonant: *Nunc gaude dilecta, est cum se evolverit annus, Illustres, neque enim Divum Cubilia vana, Natos nixa dabis.*

Quibus annum partum dari supponit Homerus, quod quomodo intelligi debeat Agellius dubitat, & apte ex Phaborino interpretatur.

91 Undecimo mense natus etiā legitimus non iudicatur, *L. 29. ff. de lib. & posth. L. 3. §. 11. ff. de suis, & legit. L. 4. tit. 23. p. 4. Agell. dict. lib. 3. cap. 16.* sed D. Hadrianus pro fæmina honesta decrevit. Undecimo etiā mense partum edi posse, & legitimus esse vide Varronem in satyra quæ inscribitur testamentum. Garcia de *Nobil. gloss. 48. §. 1.* partum eum legitimus iudicat, qui, expletis decem mēribus, editus sit in mense undecimo ex Mar. Salom. sent. & Sozin. in *L. Gallus ff. de lib. & posth. Alciat. lib. 3. Paradox. cap. 7.* sed opinionem Hipocratis Leges sequuntur. Vide Menoch. de *Arbitrar. lib. 2. cas. 89. à num. 49. Antun. de Don 3. p. cap. 18. num. 27.* ubi generaliter docet partum post decimum mensem esse illegitimus, & in successibilem marito ex sententia plurimum quos refert, sed eam temperandam ait. ut nō excludatur natus uno, vel duobus, aut alijs diebus usque ad septimum post mortem patris, maxime quando mulier honesta sit, & vixerit honeste. Gama *decis. 325. Carranza*

ranza de Part. cap. 14. numer. 23. & 25.

92 De partu decimo mense edito eum esse legitimum certum est. Vide Menoch. ubi sup. à num. 40. & 44. ubi quomodo computari debeant menses, an à tempore mortis mariti, vel à tempore conceptionis? Et hic generaliter observa menses partus juxta cursum lunæ intelligi, ut docet ex alijs Bossius Moral. dict. §. 43. num. 1462. menses autem lunares constant diebus triginta Alciat. in L. Bissextus in fin. ff. de verb. signif. vel 29. diebus, duodecim horis, & aliquibus minutis, ut sentiunt Alex. ab Alex. lib. 3. di. Genial. cap. 24. Lilius Greg. Girald. lib. de mensib. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 50 num. 18. & cas. 89. num. 35. Petr. Greg. lib. 8. Sintax. art. mirabil. lib. 8. cap. 44. Offuald. ad Donel. lib. 27. Comm. c. 4. lit. C. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 24. à num. 14. Giurba in Consuet. Messan. cap. 2. gloss. 15. n. 12. & 14. cum seq. D. Vela dissert. 18.

94 Partus nono mense natus perfectus est, ut scite docet Auctor hic n. 50.

95 Sed de partu octavo mense nato dubitari potest; aliquando eum esse vitalem, & mariti legitimum præsumendum docet Bossius d. §. 43. num. 1461. ibi: Tum quia partus octimestris solet interdum vivere, ut tradunt Arist. & Plin. & experientia sepe comprobavit, licet sint semper valde debiles; tum quia potuit concipi ex marito, quando autem ex marito gigni potuit non debet præsumi procreatus ex adulterio. Antunez dict. cap. 18. num. 26. ubi ait, quod si unus nascatur, etiam si octimestris sit, succedere debet. Et de septimestri agit n. 25. & legitimum esse affirmat, & sufficere diem septimi mensis attingere, & Bart. Bald. Dec. Tusch. Trentacinq. Peregrin. Intigriol. Mant. Ripa, Giurb. Crasso, Paris. Menoch. Cujac. Carranz. & Lingloif. adducit. De septimestri partu sine dubio receptum esse legitimum, & vitalem docet Consultus in L. Septimo men-

se ff. de stat. hom.

96 Sed qua rationis diversitate partus septimestris vitalis sit, octimestris plerumque non sit, alij siderum influxui tribuunt, ut docet Garcia dict. gloss. 48. num. 3. ubi ait, quod 1. mense semen Saturni frigore condensatur. Iovis clementia secundo mense recreatum disponitur. Tertio, Martis ardore in carnem, & ossa dirigitur. Quarto, Solis clementia vitali coalescit. Quinto mense, Veneris temperie ossa densata condurescunt. Sexto, Mercurij vario temperamento ad ortum præparatur fætus Lunæ demum septimo mense vitali humore fit partus vitalis, præsertim circa plenilunium, quando lunaris humor solis calore temperatur, fit deinde, ut octavo mense fætus, aut non nascatur, aut natus pereat, quia inclementia Saturni in frigore, & siccitate perniciofa incidit fætus, quia hæ qualitates vitæ humanæ contrariæ sunt. Gothofred. aliter in L. Septimo mense 12. ff. de stat. hom. lit. M. quem vide.

97 Huerta in Plin. lib. 7. natural. hist. cap. 5. hanc rationem impugnat ibi: Porque siendo cierto, que las mugeres paren en qualquiera tiempo del año, quando unas estan preñadas en un mes, y otras lo estan en dos, otras en tres y mas, assi no se puede dezir, q̄ influe un Planeta para una, y otro para otra particularmente, pues es su influencia universal, y comun. Pero aunque fuera verdad que reina en el mes octavo Saturno, es grandissimo error entender, que sea suficiente causa para que las creaturas nacidas en aquel mes no vivan, pues vemos que reinando el mismo Planeta nascen muchos, y suelen morir se muy pocos. Otra razon trae mejor ( Hippocrates, en el libro de octimestri partu in principio ) y es no poder sufrir la criatura dos afficiones juntas, la que ha pasado en el vientre, y la que sucede en el parto, porque con la una está debil, y con la otra pierde la vida, no pudiendo sufrir la mudanza subita del aire ambiente,

ente, y la dificultad del nacer. Esto declaran Avicena tertij tract. de abortu. T. Alberto Magno 10. de anim. tract. 2. cap. ultim. que en el septimo mes como ya la criatura es grande, y perfecta tiene necesidad de mas alimento en el vientre, y de mas aire para respirar, por cuya falta se empieza a mover procurando desatarse, y salir aluz, & teniendo fuerças para hazerlo, sale perfecta, y de vida; pero no pudiendo queda con el movimiento, y trabajo debil y desalentada, y assi tiene necesidad de quietud para repararse de fuerças: pero estando hasta el mes noveno las cobra, y sale fuerte para sufrir la mudança del aire, que la rodea, y el trabajo con que nace. Aliter Jul. Paul. lib. 4. tit. 7. §. 5. sent.

99 Ex dictis colliges, semestrem partum imperfectum & immaturum esse, & abortivum Plin. lib. 7. hist. cap. 5. & multo magis quinquemestrem. Huerta tamen in Plin. lib. 7. cap. 5. affirmat se quinquemestrem vitalem vidisse, ibi: De esto tenemos exemplo en una hija de una Señora principal de Castilla, que nació en nuestros tiempos de cinco meses, y ha vivido mas de catorze años, aunque con debilidad increíble. Gothofred. in nov. 29. cap. 2. refert ex Chopin. de Privil. rustic. lib. 3. cap. 8. refert patrem hæredem pronuntiatum filij quinto mense execto ventre matris editi. Vide Gutierrez Præf. q. 100. lib. 2. num. 9. & alijs relatis Menoch d. cas. 89. num. 34.

100 Idemque decisum esse refert Ricc. in addit. ad Mascard. de prob. conclus. 1146. num. 1. ubi anno 1620. naturales partus Rotam declarasse quinquemestres, & semestres asserit.

101 Ex quibus observa natura certum tempus partus non esse, ideoque non posse dari certam regulam in præfiniendo tempore partus, quod & docet Menchac. de Succes. creat. lib. 2. §. 20. num. 115. Torreblanca de Magia lib. 2. cap. 43. num. 27. 28. & 39. Salzed. de Representation. lib. 1. cap. 12. num. 24. Carranz. de Partu cap. 9. à numer. 1.

id tamen judicantes sequi conveniens est, quod legibus statutum sit, & apud nos maxime, stante L. 13. Faur. quæ est L. 2. tit. 8. lib. 5. Recop. illis verbis: Que nació en tiempo que no podia vivir naturalmente, quibus partus illegitimus, vel abortivus judicatur qui extra tempus à lege statutum natus est, de ejus interpretatione vide Carranza in Schol. ad hanc legem. Antunez de Don. dict. cap. 18. n. 26.

102 Id tamen ex Auctore observa ad filii nem dubiam inter primum, vel secundum mulieris virum, filium ejus præsumendum, cujus respectu tempore legitimo natus sit, vel tempore perfectiore; unde si respectu primi viri natus sit septimo mense, & respectu secundi octavo, vel è contra, filius ejus præsumitur, cujus respectu septimo mense natus sit, nam perfectius est septimestre tempus, quam octimestre, vel semestre, docet Auctor à n. 43. ad 46. & si respectu unius undecimo, & respectu alterius octavo mense nascatur, hujus filius præsumendus est, quia octimestre tempus perfectius judicatur respectu ad undecimestre, & ita docet Auct. num. 47. si unius item respectu intra decimum, & alterius intra nonum mensem natus, filius ejus præsumitur, cujus intra decimum tempus natus sit Auct. num. 48. limita quando nono mense completeres respectu unius nascatur, & alterius respectu in 8. mense, vel ad finem decimi natus sit, nam tunc filius ejus primi potius præsumendus est Auct. num. 49. & 50. quod ex doctissimo Auctore magistraliter dictum observa, sic enim ex prædictis quæstionem quamque resolvere poteris, imo infinitè decides, si circulum evolvas, & revolvas.

Num. 59. & 57. & 58.

Ex Auctore observa tres casus: 1. 103 est, quando mulier de matrimonio ad matrimonium transit, qui est casus

X iij primus

- principalis, in quo de partus filiatione dubitatur. 2. quando de concubinato ad matrimonium, vel è contra de matrimonio ad concubinatum, in quo casu honesta præsumptio facit filium legitimum potius, quam naturalem, dixi supra ad num. 12. ad 16. §. 16. & ad num. 28. §. 61. ex Boffio, & alijs ab eo relatis *Moral. dict.* §. 43. n. 1405. & n. 1459. & seq. & 1471.
- 105 Tertius est, quando mulier transit de matrimonio vero ad matrimoniū fictum, vel putativum bona fide contractum, in quo idem dicendum est, quod in priori, docet Auct. n. 57.
- 106 Quibus hæc materia absoluta est, & si aliquid de exclusione filiationis plus diffideres, vel negative filiationem probare vide gloss. in *L. Carbonianum §. causæ verb. non esse ff. de carbon. edict.* Salicet. in *L. Si vicinis C. de nupt. num. 4.* & in *L. Non nudis C. de probat. in d. L. Filium ff. de his q. sui. Natta consil. 473. num. 44. lib. 2.* Carranza de Partu cap. 5. sect. 2. de conjecturis suppositi partus à n. 57.

## AD PARTIS II.

## CAP. V.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Mulier uno partu quot filios edere potest, 2. & 3.
- 4 Parentibus plura ob liberos privilegia, & immunitates conceduntur.
- 5 Parentes ob liberos præferuntur in honoribus, & 7.
- 6 Excusantur à tutela oneribus.
- 8 Excusantur ob sex liberos à muneribus, & oneribus.
- 9 Ob 12. liberos excusantur ab omnibus muneribus realibus, & personalibus.
- 10 Monstruosi liberi an profint ad im-

munitates, vel ad penam orbitatis evitandam late explicatur, 11. 12. 13. & 14. 15. 16. 17. & 19.

- 18 L. fin. tit. 1. lib. 5. Recop. interpretatur. Vidua an gaudeat immunitate ob sex liberos.
- 20 Nepotes an suppleant numerum liberorum ad immunitatem ob sex liberos.
- 21 Ex duobus geminis quis præsumatur prior natus, 22. & 23.
- 24 Natis masculo, & femina, mas prior natus præsumitur, & 35.
- 27 Masculis duobus uno partu natis, quis prior natus præsumatur.
- 28 Sortis iudicium quando de jure locum habeat.
- 29 Regnum an inter Gemellos dividatur.
- 30 Maioratus quoad commoditates dividi potest sicut iudicium.
- 31 Gemellorum filij quomodo, & qua prælatione succedant in maioratu, & 32.
- 33 Maioratus ex regia facultate unitus remanere potest.
- 34 Refertur clausula maioratus de los Ibarras.
- 36 Commortuis pluribus, quis prior defecisse præsumatur.
- 37 Gabella pro dimidia debetur utrique Gabellario quando in confinio utriusque territorij causatur.
- 38 Iudex ob æqualitatem juris an possit rem inter partes dividere.
- 39 Delictum commissum in confinio utriusque territorij, quis sit Iudex competens, 40. & 41.
- 42 Iudicium super maioratu ibi tractari debet, ubi est caput maioratus, vel maior pars bonorum.
- 43 Limita si non de maioratu universaliter tractetur, sed de re vincidata, vel maioratus.
- 44 Limita quando bona maioratus sunt in diversis Regnis, & 48.
- 45 Testatus, & intestatus decedere quoad bona in diversis Regnis.
- 46 Confiscatio ad bona extra Regnum non extenditur.

- 47 Dispensatio Papæ in radice an habiles reddat filios ad succedendum in maioratu.
- 49 Tenetæ iudicium an habeat locum in bonis extra Regnum, quando fundator erat domiciliarius Regni.
- 50 Controversia super successione decidi debetur à Lege Regni ubi testamentum est factum.
- 52 L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. an habeat locum quando unus ex duobus maioratibus est extra Regnum, & 53. & seqq.
- 55 L. 7. est favorabilis.
- 56 Statutum favorabile comprehendit bona extra territorium existentia.
- 57 Maioratus institutus in Regno regulari debet juxta Leges Regni etiam quoad bona alibi existentia.
- 58 Forensis dispositio regulatur secundum leges ubi disponit.
- 59 Limita quando alibi bona sunt.
- 60 Statutum disponens per verba universalialia comprehendit bona extra territorium, & 61.
- 62 Lex subditos ligare potest etiam in bonis extra territorium.
- 63 Actus factus in territorio, fieri debet secundum Leges, ubi fit, & comprehendendi possunt ex actu bona extra territorium existentia & 64.
- 65 Ord. Lusit. lib. 4. tit. 100. §. 14. adducitur.
- 66 Lex Lusitaniæ habet locum in Regnis Castellæ, quando non adest expressa dispositio Castellæ.
- 67 Leges noviores fiunt ad dubia occurrentia ex legibus antiquioribus tollenda.
- 68 Lex subditum alibi habitantem, vel forenses quando comprehendat, remissive.
- 69 Regnum divisionem non potest recipere.
- 70 Et exempla referuntur.
- 71 Lusitaniæ Regni origo vitiosa refertur, & seqq. ad 74.
- 75 Rex qui separatim plura possidet regna, an dividere ea possit in filios.
- 76 Pactum de maioratibus, qui ad pri-

mogenitum attinent, dividendis inter ceteros filios nullum est.

- 77 Maioratus dividere inter filios utilis esset, & quomodo.
- 78 Maioratus duo si alicui competant, an possit unum repudiare, & alterum agnoscere.
- 79 Maioratus duo ab uno fundati an dividi debeant juxta L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.
- 80 L. 7. tit. 7. lib. 5. an habeat locum in maioratibus in eadem familia institutis, vel ab eadem fundatore, & 81.
- 82 L. 7. tit. 7. lib. 5. non habet locum quando successio est causa proxima, & matrimonium causa remota conjunctionis.
- 83 Populus an habeat potestatem iudicandi inter Principes de successione contententes.
- 84 Pontifex potest iudicare inter Principes propter mala vitanda, & 85.
- 86 Rex potest declarare ad quem Regni successio pertineat post mortem ejus.
- 87 Dummodo jura non mutet.
- 88 L. 12. tit. 7. lib. 5. interpretatur. L. 2. tit. 15. p. 2. intelligitur. Ibid.
- 89 Successor maioratus potest declarare ad quem successio pertineat, & quomodo, & 90.
- 91 Declaratio nihil de novo dat.
- 92 Maioratus institutio simpliciter, & irrevocabiliter facta in præjudicium faminarum an possit declarari, & 93.

## Num. 1. &amp; seqq.

**M** Aiol. *Dier. Canicul. tom. 1. col. 109. 3.* D. Laurent. *Matheu. de Regim. Valent. cap. 7. §. 3. à num. 161. tom. 2.* Boffius de *Effect. matrim. tom. 1. cap. 9. num. 231.* cum multis seqq. & de multiplici partu, ejus que causis: præterea vide Huerta, & *Plinium lib. 7. nat. hist. cap. 3.* Hipocrates, & alij quos refert P. Fuente la Peña in *Ente sect. 2. diffic. 6. à num. 358.* Gothofred. in *L. Si pater 36. ff. de solut. ubi casum mirabilem Comitissæ Margaritæ, quæ*

quæ 364. filios promiscui sexus uno partu edidit, quod & alij plures testantur: Maiol. ubi sup. fol. 41. ubi epitaphium matris cum filijs refert: & Petr. Bertius *Tabula Geographicarum in descriptione Hollandiæ Australis* pag. 219.

- 3 Sed jure nostro tergeminos tantum posse nasci, quasi non raro accideret, admissum est, *L. Antiqui 3. ff. si pars hæred. pet. L. Sed & si 28. §. Si pater 5. ff. de judicys, L. Utrum 7. in princ. ff. de reb. dub. L. Si pater 36. ff. de solut. vide Olano Oteiza Paralipomen. lib. 1. cap. 7. num. 28. D. Retes de Bonor. poss. contra tab. cap. 3. num. 4. ubi de praxi: non esse in usu.*

#### A Num. 10.

- 4 Ut Auctoris sententiam contra Carranzam verissimam observes, nota Jure Civili innumera præmia parentibus ob liberorum fæcunditatem, vel multipliciter esse concessa: immunitates concessas, excusationes, exemptiones, & privilegia; Lege namque Julia, & Papia, & pæna celibatus, & orbitatis inducta est, & præmium ob fæcunditatem inductum; nam qui plures liberos habet, in petitione horum vincet illum, qui pauciores habeat, vel nullos. Vide Cujac. in *L. 9. C. de decur. lib. 10.* & ad Rempubliam gerendam numerus liberorum ex ejusdem legis dispositione supplet ætatem, id enim erat admissum, ut licet honor injungi non soleat nisi eis qui 25. annum attinxerint; *L. ad Remp. ff. de muner. & honor. D. Amaya in L. 1. C. eod. lib. 10. n. 20. Cujac. in L. 1. C. qui ætate lib. 10. Petr. Faber. in L. 2. de reg. jur. Narbon. per varios casus anno 25. tamen ex*
- 5 Legibus Papijs cautum, quod pro numero liberorum anni supplerentur, ita ut tres filij trium, quatuor, quatuor annorum antelationem patri in honoribus anticipandis præstarent *L. 2. ff. de minor. juxta ejus inscriptionem,*

sic intellecta à Cujac. in *L. 2. ff. de excus. tutor. & l. 1. Resp. Papin. lib. 6. §. 1. de muner. & honor. & in L. 1. C. qui ætat. lib. 10. & in L. 1. ff. de minor. Ofsuald. ad Donel. lib. 21. Comment. cap. 11. lit. D. Conan. lib. 8. Com. cap. 1. col. pen. Gothofred. in d. L. 2. Gruter. de Offic. Dom. Aug. lib. 1. cap. 34. confert *L. fin. tit. 1. lib. 5. Recop. in 2. parte.**

Item à tutela liberi tres in Roma, 6 quatuor in Italia excusationem præbent, *princ. inst. de excus. tutor. Conan. ubi supr. & ita intelligenda L. Qui in continenti 142. ff. de verb. signif. licet aliter Cujac. in L. 2. ff. eod. intelligat. Vide L. 2. tit. 17. p. 6. Ab alijs autem muneribus personalibus, & publicis, numerus quinque liberorum vacationem præbet *L. de Personalibus 5. C. qui numer. liber. lib. 10. L. 2. §. numerus ff. de vacat. public. muner. L. 8. in princ. ff. eod. adi Vigel. in ff. lib. 13. cap. 4. reg. 7.**

A muneribus realibus numerus 7 liberorum prædictus immunitatem non præbet *L. 1. C. qui num. liber. quæ sic intelligenda, rejecta emendatione Cujac. ibidem; à muneribus autem puris, quibus nihil oneris admixtum est, numerus liberorum non excusat patrem à functione d. L. 8. in princ. ff. de vacat. public. muner. nam potius filij habilitant parentes ad honores, quam arcent *L. 2. ff. de min. sed si honor admixtum habet munus personale, vel patrimoniale, excusatur ab eo pater 5. liberis d. L. 8. §. 1. ff. de vacat. mun. ubi Cujac. lib. 1. Resp. Papin. excipe legationis munus, à quo liberi tres vacationem præbent *L. 1. C. de Legationib. lib. 10. ubi Cujac. D. Amaya in L. 1. C. de muner. & hon. n. 40. Pancirol. de Magistrat. Municipal cap. 26. & itidem D. Amaya in L. 2. n. 59. C. de decur. lib. 10.***

Hodie lege lata à Magno Philippo 8 IV. anno 1611. quæ extat in *L. ultim. tit. 1. lib. 5. Recop. immunitas ab oneribus, & muneribus publicis concessa est*

est ob sex liberos, an autem ab oneribus patrimonialibus? Dubitat doctissimus Retes *lib. 1. Opuscul. cap. 2.* & in negativam inclinat non male ex differentia inter verba *Cargas, & Pechos reales*, quæ aliud sonant; & idem tenet Balmaseda, qui eam legem latius interpretatur *q. 47. de Collect. à numer. 41. ad 53 & vide etiam lib. 7. Opusc. docet Retes, ubi late etiam intelligit cum alijs ab ijs relictis.*

- 9 Numerus 12. liberorum plenam immunitatem præbet ab omni muneris personali, reali, vel mixto *L. 5. §. Demonstratur ff. de jur. immunit. L. Si quis decurio 24. C. de Decurion. lib. 10. ubi Amaya num. 67. D. Retes ubi supr. num. 3. ubi ita, & in praxi servari testatur, & ibi D. Covar. Avendan. Azeved. Parlador, & alios refert. Idem latius explicat Balmaseda *de Collect. q. 48. per tot. maxime num. 5. ibi: Sed apud nos prævaluit, ut ab omnibus collectis, & muneribus personalibus, & patrimonialibus sint exempti, & de illo etiam tributo, quod dicimus Moneda forera, & etiam del Pecho, & super hoc in Consilio supremo prædicta diplomata expediuntur.**

- 10 In quo & illud notandum est, quod ad consequenda præmia liberorum, monstrosi partus non profunt *L. Non sunt liberi ff. de stat. hom. nec qui nati non sunt L. 2. §. Qui autem ff. de excus. tutor. Carranza, Surd. Giurb. quos adducit Balmaseda *dict. q. 48. n. 18. vel qui mortui in lucem sint editi L. Qui mortui 129. ff. de verb. signific.**

- 11 Sed ad evitandas pænas celibatus, & orbitatis monstrosi partus sufficiunt, quod enim monstrosi partus generentur culpæ imputandum non est parentibus *L. Queret 235. ff. de verb. signific. & idem de natis mortuis, vel de nondum natis dicendum est, monstrosi namque statim occidi debebant ex L. 12. tab. Cic. lib. 3. de Legib. Gothofred. in *Fragm. Leg. 12. tab. tit.**

4. de patr. pot. Balduin ad *Leg. Romuli cap. 18.* ergo & qui mortui nascuntur, prodesse debent ad pænam cælibis, & orbi evitandam, ut in monstrosis dictum est, & docet Ofsuald. ad *Donel. lib. 2. Com. cap. 13. lit. F.* quæ distinctio ad rem præsentem ex dict. legum inscriptionibus desumpta est, & eam docet in *Prælect. ad L. un. C. de his qui se deser. 10. Doct. Zamor Salmanticensis Præceptor 3. p. num. 4. Olano Paralipomen. lib. 1. cap. 6. numer. 6. & cap. 7. numer. 28. & lib. 3. cap. 3.*

Inde interpretatur Jul. Paulus *lib. 12. 4. tit. 9. de S. C. Tertyl. §. 2. quæ semel uno partu, tres, vel duos filios edidit, jus liberorum non consequitur, non enim ter peperisse, sed semel partum fuisse videtur, nisi forte per intervalla pariat, hoc ideo, quia ex Tertyliano in præmium ubertatis & puerperij fæminis, quæ ter peperissent, libertinis, quæ quater, concessum est, ut illis possent succedere. Jul. Paul. *lib. 1. §. 1. ibi: Ter, vel quater peperisse. Ant. Aug. de S. C. Tertyl. & de Leg. Papia in 1. cap. Legis fol. 159. ibi: Jus vero trium liberorum habere dicitur, ut Theodosianus interpretatur, cum ingenua tres partus vivos, & libertina quatuor ediderit, & ibi: Si ter peperisset. Recte ergo infert Paulus præmiū ex S. C. nõ consequi quæ semel peperit, licet tres filios ediderit, nisi per intervalla (hoc est) discretis partibus edantur. Item, quia monstrosus est partus ejus, quæ semel uno partu binos, ternos-ve fætus ediderit, quò referendus est Plin. *Nat. Hist. lib. 7. cap. 4.* qui vitalem negat Geminum partum, contra naturam enim est, ut eodem tempore fætus duo in utero matris perficiantur, ideoque cum unus post alium perfectus fieri debeat, si ambo uno partu semel edantur, alter vitalis esse non potest, quia immaturus nascitur. Aristot. *lib. 5. de Generat. anim. cap. 6. & problem. 28. & 30.* ergo cum ex Senat. Cons. præmium matribus concedatur quæ vivos, vitales,**

partus ediderit, id non consequetur, quæ monstruosos pariat, ut profequitur *Paul. §. 3. dict. loc.*

- 14 Aliter si pænis evitandis Legis Pæniæ agatur, dicendum esse docet idem *Paulus lib. 2. ad L. lul. & Pap. in L. 137. ff. de verb. sign. ibi: Ter enixa videtur etiam, quæ trigeminos peperit*, ut recte hunc locum refert in hac parte *Anton. Aug. ubi sup.* inde in hoc casu ad evitandas pænas, partus etiam non vitalis sufficit, ut supra dictum est.
- 15 Hæc sufficiant pro Auctoris sententia tuenda, & ne ad praxim tibi Auctorum copia deficiat pro Legis Regiæ *fn. tit. 1. lib. 5. Recopil.* interpretatione, & materiæ intelligentia, vide præter citatos *D. Velam dissertat. 5. 6. & 7. Renat. Coppin. de Morib. Paris. lib. 2. tit. 3. n. 2. Felic. de Societ. cap. 5. à n. 16. Amay. lib. 2. Obs. cap. 4. & 5. Cyriac. contrav. 200. tom. 1. Guzman Verit. Jur. 11. per tot.*
- 16 Et ad verba illa *seis hijos varones vivos*, ea omnia quæ supra de Tertyliano dixi, observanda sunt. Et an per novam dispositionem privilegium 5. liberorum sublaturum, vide *Balmased. dict. q. 48. n. 21.* ubi non esse abrogatum docet cum *Amaya* sui pro hac
- 18 immunitate, in *Vallis Oletano* conventu decisum refert. Sed & illud omittere non decrevi, viduam illius qui sex filios masculos sustulit ex ea, eodem privilegio, & immunitate gaudere, dum in viduitate permanferit cum filijs. Ita decisum *Neapoli* refert *Marinis*, & *Reverter* *decis. 480. & 686. vide L. 18. tit. 14. lib. 6. Recop.* quæ ad rem conducit.
- 19 Add. *D. Amaya in L. 2. C. de Decur. lib. 10. à num. 65. ad 69. Tondut. Civil. lib. 1. cap. 26. Carena resol. 180.*
- 20 ubi de 12. liber. immunitate, & an nepotes ex filijs profint, vide *Baldum conf. 53. vol. 6. Roland. à Valle conf. 66. lib. 1. & præter eos alios adducit Balmased. dict. q. 48. n. 15. & seqq.*

## Num. 17. &amp; seqq.

Addendi *Pat. Molin. tom. 3. de Inst. & Jur. disp. 624. num. 2. Gironda de Privileg. num. 1175. Lanar conf. 59. num. 30. Gratian. Discept. cap. 30. n. 5. Mangil. de Imputat. q. 82. Bolero de Decotor. tit. 5. q. 16. num. 4. Pat. Joan. Angel. Boss. Moral. tom. 1. §. 30. numer. 963. & plurib. seqq. D. Paz de Temuta cap. 85. à numer. 93. tom. 2. Torreblanca de Magia lib. 1. cap. 9. numer. 53. ibi: Unde in gemino partu ad successionem Regni, vel maioratus, quando non constat quis prior natus sit, pulchrior præfertur. Pat. Fuente la Peña in Ente sect. 2. dub. 14. difficult. 10. Qual se aya de tener por primogenito de dos, que se hallan en el vientre de la madre, que murio antes de parir? *Paul. Zaquias Medic. leg. lib. 9. tit. 12. à q. 5. ubi ait,**

22 præsumi primogenitum qui sit fortior, & robustior, & corporis aptitudine formosior. Unde *quæst. 6.* ex duobus qui ex eodem ventre eduntur, illum primogenitum esse, qui primo natus esse debuisset, nasci autem debuit prius, qui vivacitate, maiori fortitudine, & meliori corporis structura præditus inveniat, quia hic primo conceptus, & primogenitus est, quia & qui prius concipitur, prius nascitur, ut probat *q. 3. sed Giurba de Success. feudi §. 2. gloss. 4. à num. 18.* de hac quæstione latius disquiritur, sive in specie Auctoris dubitetur, sive quando duo ex eodem ventre matris sunt editi, quando idem dubium versatur, docet *num. 23. vers. Idem servandum.*

24 Si alter masculus, alter fæmina sit, masculus præfertur in dubio jure primogeniti, & *cinaellodij*, vel quando masculus, quia masculus non habet prælationem, præfertur, quia prius natus præsumitur, ut de jure cõmuni docet *Gloss in L. Idem erit de stat. hom. Torreblanca d. cap. 9. n. 54. fæmina autem*

tem se prius natam probare debet, sive agat, sive excipiat, arg. *L. Sista 10. §. 1. ibi: Quasi per præsumptionem priore masculino edito ff. de reb. dub. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 11. n. 11.*

25 Quando ambo sunt ejusdem sexus, sive masculini, sive fæminini, tunc prius discuti in facto debet ad probationes prioritatis, hoc autem probari poterit, vel per parentum attestaciones, quod sufficere in hoc casu docet *Giurba n. 24. vers. Amplia 1.*

Item ex signo aliquo imposito infanti prius nato *Genes. cap. 38. Phæbo decis. 39.* dummodo primo nascatur totus, ut ex ipso sacro testimonio constat, & notat *Giurba n. 29. vers. fin. Cæterum.*

Tertio, si in libro baptismatis prius unus scriptus sit, quia eo testimonio plenissime ætas probatur. *Giurba n. 30. & mihi probat Lex 2. §. 1. ff. de excusat. L. 1. C. si min. se maior dixerit L. 16. ff. de probat.* omitto alios, qui communiter docent.

Quarto, & fortius, si constet quis prius in lucem editus sit per regenerationem baptismi, is primogenitus, & primo natus præsumendus est, quod ego noviter probo *ex L. 13. Taur. quæ est L. 2. tit. 8. lib. 5. Recop.* ubi pijsime dispositum est non haberi pro nato eum qui baptizatus non sit, & ideo ab eo tempore ætas Christiani computatur.

Quinto, si ex testibus unus dicat hora decima natus, & alter vero hora decima, & plus, palam est verum alterum ratione momenti temporis natum prius esse *Menoch. & alij per Giurba n. 30. vers. 3.*

Denique ex communi opinione, & fama prioritas probatur *Phæb. dec. 49. n. 5. Giurba n. 30. vers. 4.*

26 Si autem in facto non constet quis prior natus sit, docet *Giurba n. 22.* habiliorem, aut robustiorem prius natum præsumi, idemque *Zaquias* supra docet, quod & probari potest arg. *L. Qui duos 9. ff. de reb. dubijs*, ubi agi-

tur de commorientibus, de quo *Auctor hic num. 22. & nos ibidem.* & docet *Consultus §. 1.* prius mori præsumi, qui debiliior sit, ideo enim ait patrem prius decessisse videri: ergo in simili prius in lucem editus videtur, qui robustior sit, eadem argumenti paritate.

27 Si autem de eo non constet, triplex sententia est: prima neutrum admittit: secunda ambos geminos, tertia unum ex ijs: qua retenta, ait *Giurba* pro possessione pronuntiandum *num. 23. & num. 18. vers. Tertia.* sive is sit possessor, ut primogenitus, sive simpliciter vivo patre, vel ante aditam hæreditatem possideat, dummodo tamen possessio sit quæsitæ iudicio, vel contractu parentis communis, qui alterum semper habuit, & existimavit pro antiquiori, & prius nato, & cum tamquam primogenitum recognovit, vel scienter passus est eum pro tali se gerere, seriose, vel in actibus, qui non possunt fieri citra jus, & nomen primogeniti, non per modum familiaritatis, aut jure amicitiae ad textum *in L. Qui jure ff. de acquir. poss.*

28 Si neuter possessor sit, tandem concludit *Giurba n. 24.* forte dirimendam quæstionem *L. Si qui sunt, ibi: Sortiri eos oportet ff. famil. hercis. de quo iudicio plura extant juris testimonia de Iure Divino, Civili, Cånónico, & Regio *ex L. 28 Taur.* ibi: *En tal caso echen suertes.* Videndi *Augustin. Barbof. in Collect. in cap. Afferte de præsumptionibus n. 6. Torreblanca de Magia lib. 1. cap. 22. à num. 40.* ubi late comprobatur.*

29 In hac quæstione observanda est Auctoris distinctio inter successionem Regni, & maioratus, in hoc enim si duo masculi ejusdem lineæ, gradus, sexus, & ætatis inveniantur, veluti si pater nati sint, vel ex eodem ventre prodierint, maioratus dividitur inter eos *d. L. 12. tit. 33. p. 7.* Regnum autem non dividitur *L. 2. tit. 15. p. 2.* notant hanc differentiam *D. Christophorus*

de Paz de Tenuta cap. 85. num. 93. & seqq. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 4. num. 18. P. Molin. de Inst. disp. 624. num. 2. Girona de Privileg. n. 1175. Lanar. cons. 59. num. 30. Gratian. cap. 30. num. 5. Disceptat. Mostazo de Caus. pijs lib. 3. cap. 7. à num. 42. ubi id licet in maioribus, in Capellanijs tamen non admittit; quod an verum sit non disputo: adverte tamen, quod quamvis maioratus dividatur, hoc casu divisio fieri debet quoad commoditates, non quoad jus, nam persona ficta, quam induit possessor, vel successor maioratus, in utroque in solidum residet, sicut diximus de hæreditate apud duos hæredes, vel de re in solidum duobus conjunctim legata, quod exemplum ad rem aptissimum est. Eademque ratione jurisdictio divisiva inter duos, apud unumquemque in solidum residet exercitio diviso cum Galeota, & alijs Balmased. de Collectis q. 90. num. 3. adde Morquecho de Drvis. honor. lib. 1. cap. 5. numer. 9. Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 8. n. 62. D. Salzedo Theatr. honor. gloss. 32. num. 24. & sic non oberit naturæ maioratus divisio facta, quæ aliàs cum eorum compati non posset ex Auct. 1. p. cap. 2. num. 93. & 5. p. cap. 4. num. 16. Giurba dict. §. 2. gloss. 4. num. 18. & pro hac opinione potest non male adduci Guil. Benedict. in cap. Raynuc. verb. in eod. testamento 1. num. 76. Menoch. cons. 163. num. 20. & 21. D. Salzed. ubi sup. n. 82.

31 Ex quibus consequitur inter filios, vel cæteros descendentes utriusque Gemelli eam prælationem ad successionem considerari, quæ inter filios unius possessoris, & successoris maioratus, sexus scilicet, & ætatis tantum, quod æquius mihi verius que videtur, quamvis subtilius defendi posset uno ex Gemellis mortuo alteri in solidum successionem competere exemplo ususfructus conjuncti in duobus legati, L. 1. §. 3. ibi: Cum primum itaque non interveniet alter eum, qui sibi con-

currat, solus utetur in totum, nec refert conjunctim, an separatim relinquatur ff. de usufr. ad crescend. sed non est à priori recedendum, quia jus successionis in filios gemelli transmissum diversitatem rationis constituit.

Potest etiam ex Principis facultate hæc quæstio resolvi ex Mieres de Maior. 1. p. q. 26. num. 92. D. Larrea alleg. 115. num. 17. Maldonad. ad Molin. lib. 4. cap. 3. num. 6. qui docent posse Principem facultatem concedere, ut bona maioratus unita remaneant, nec in pluribus successoribus dividantur.

34 Ita hæc omnia complectitur dispositio cujusdam maioratus instituti à Joanne de Ibarra tempore Caroli V. Imper. in quo ita serio disponitur: Quiero, y mando, que si accaestere aver dos hijos de un vientre, que sean llamados a este maiorazgo, succeda en el, el que naciere primero, y sino se pudiere saber, ni conocer qual nació primero, en tal caso el tenedor de los dichos bienes eliga, qual de ellos ha de succeder, y succeda en ellos; y si el poseedor no hiziere, o no pudiere hazer la dicha eleccion, en tal caso, que el Rey que a la sazón fuere, y reinare en estos Reynos de España, pueda elegir, y el que assi fuere elegido, succeda en este dicho maiorazgo, y se prefiera en el.

## Num. 20.

35 Observa Legem Partitæ, quæ tamen difficilis est, quod supponat masculinum prius natum præsumi, ut succedat in maioratu, cum & si posterior natus esset, succedere debuisset, quod solvite cum Covar. 3. var. cap. 5. num. 5. vers. Idem.

## Num. 22. ad 25.

36 De materia agunt Faria ad Covar. 2. var. cap. 7. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 9. p. 5. à n. 136. & seqq. Peregrin. cons. 99. vol. 6. Laquias Medic. Legal.

Legal. lib. 5. tit. 2. q. 12. Vander Singul. tur. 2. Rufarius de Subst. q. 417. D. Retes lib. 7. Opusc. cap. 5. Girona de Privileg. à num. 430. Cental. ad Peregrin. art. 53. vers. Sed hic ulterius observo, Narbona. Annal. ann. 14. q. 40. Giurba in Cons. Mess. cap. 10. gloss. 2. à num. 4. Menoch. lib. 6. Præsumpt. præsumpt. 50.

## Num. 26. 27. &amp; 30.

Merill. in 50. Constit. Justin. constit. 24. in L. 14. C. de fideic. libert.

## Num. 28.

Merill. lib. 2. Observ. cap. 29. Ant. Faber de Error. pragmat. decad. 21. error. 9.

## Num. 29.

37 Dixi 1. p. infr. cap. 2. num. 65. Barbof. in Collect. dict. cap. Balmased. de Collect. q. 9. num. 13. idem in Gabela docet q. 90. num. 7. per textum in L. Arbor §. de Vestibulo ff. comm. divid. D. Valenz. cons. 100. n. 59. Gutierrez de Gabell. q. 108. Girona de eod. part. 6 num. 64. & de Privileg. à n. 25. & 430. ubi utriusque pro dimidia Gabelam deberi aiunt.

## Num. 31. &amp; seqq.

Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 4. num. 28.

38 Ex vi verborum neutri præmium debetur d. L. Si fuerit, alter enim alteri impedimento est L. Invicem ff. de hæred. inst. quia nec potest esse inter pares victoria L. Si duos ff. de reb. dub. sed tamen utriusque debitum esse cum Auct. dicendum n. 37. quia meritis est uterque L. ultim. C. de stat. & imag. L. 5. §. 3. ff. de jur. immunit. Alber. Gentil. decad. 1. quæst. disp. 4. pag. 57. ubi exemplis pluribus probat Baeza de Decima Tutor. cap. 15. n. 7.

ita in dubio casu, vel ob provocationum, vel juris æqualitatem Judex utrique parti rem adjudicare pro rata docent Barbof. in cap. Afferte de præsumpt. Bodinus Method. hist. cap. 4. pag. 88. Melch. lun. 1. p. quæst. politic. 10. Boer. decis. 166. num. 6. Amatis decis. 10. numer. 17. Opingius de Jur. insign. cap. 4. num. 29. ubi contra refert illud Phrootis Indorum Regis apud Philostratum de Vita Apolon. lib. 2. cap. fin. ibi: Ineptus sim, quia utriusque intentio probabilis videtur. Si partiri inter se aurum ambos jufferim, id enim, vel anicula quæ jus judicaverit. Conferunt L. Nefemius 34. ff. de negot. gestis L. 3. §. Si duobus ff. de adim. leg. L. 30. ff. de testam. tutel. L. 40. ff. de hæred. inst. juncto §. ultimo inst. de vulg. subst. ubi observa exempla.

## Num. 41. &amp; seqq. ad 45.

39 Vide L. Arbor §. de Vestibulo ff. comm. divid. Larriategui. Select. lib. 4. cap. 1. D. Valenzuel. cons. 100. n. 59. vers. Et confirmatur, D. Salgado de Rentent. 2. p. cap. 5. §. 3. à n. 32. Carleval de Judic. tit. 2. disp. 2. à num. 727. itidem D. Salg. in Labyr. 1. p. cap. 2. n. 32. ubi ait: Delicto commisso in confiniibus utriusque territorij, in casu dubio neutrum ordinarij esse Judicem, & ob id Superiorem effici competentem, & de præventionem, vide Carleval de Judicij ubi sup. num. 731. Tondut. de Prævent. Jud. 2. p. cap. 31. Balmaseda de Collect. q. 9. num. 12. & q. 90. num. 5. Doctissimus Bolero de Decret. debet. fiscal. tit. 5. q. 16. num. 8. ubi Auctorem laudat.

40 Aliter D. Salgado in Labyr. 1. p. cap. 4. num. 26. ubi in simili specie ait, esse eum Judicem in cujus jurisdictione caput occisi hominis invenit, ad textum in L. 44. ff. de Religios. ubi Nevius, & alij ab eo traditi, quia caput est pars hominis principalior Merill. lib. 2. Observ. cap. 40. ubi de dict.



**L. 44.** ideo ubi est caput, ibi delictū principaliter videtur esse commissum. Verius tamen esse videtur, Judicem delicti eum judicari, ubi corpus hominis invenitur; ibi enim occisus videtur, ubi cecidit, & ubi sunt pedes. Probat Ludovic. Hodornic. *de Jur. postar. cap. 21. theorem. 3.* & eo relato D. Crespi *observat. 15. numer. 319.*

42 Ex quibus observa, quod si super successione maioratus lis vertatur, ibi debet agitari ubi est caput maioratus, domus principalis, vel maior pars honorum: est communis sententia, & probatur *L. Si fideicommissum ff. de judicijs L. 44. ff. de religiof. confert de jure Regio expressus textus in L. 2. tit. 5. lib. 2. Recop. ubi de distinctione jurisdictionis utriusque Chancelleriæ ait: Tentiendase, que las Ciudades, o Villas, que estuviere en una de las dichas Comarcas, que aunque tenga lugares de su termino, y jurisdiccion en la otra Comarca, que todos los lugares sean la cabeza de su jurisdiccion.* Addendi D. Molin. *lib. 13. de Hisp. primog. cap. 13. numer. 73. & 74. Parlador. Different. differ. 11. numer. 6. Gutierrez Pract. lib. 3. q. 73. numer. 74. D. Salg. 1. p. Labyr. cap. 4. numer. 27. & 2. p. de Retent. cap. 5. §. 3. à numer. 27. Mieres de Maior. 1. p. q. 58. à numer. 236. Ripol. Var. cap. 1. à numer. 465. noviter Balmased. de Collect. quest. 9. numer. 19. Ant. Bertold. in Add. ad Roder. de Concurf. 1. p. cap. art. 6. sub numer. 144. Joan. Bapt. Luca lib. 3. Theatri de jurisdic. discurs. 109. conducit Marinis ad Reverter. decis. 178. à numer. 3. Curia Philipic. tom. 2. S. Mar. lib. 3. sub numer. 19. & alij quos referunt Addent. ad Molin. ubi sup.*

43 Limita quando non agitur de successione maioratus, sed de re maioratus particulariter, non universaliter, quia tunc iudicium particulare de re ibi controversi debet, ubi Reus est,

& domicilium habet, vel ubi res sita est, & si Reus habeat, vel actor casum Curia, non attenditur ad caput maioratus, probatur ex *L. Hereditatis 7. in fin. C. de petit. hered. & L. Quod si 16. §. fin. ff. eod.* ubi iudicium petitionis hereditatis distingui à particulari petitione rei, nec debet intentari ubi agitur de petitione hereditat. *L. unic. C. ubi de hered. agi. deb. quando ex alio titulo rem possidet, hoc enim casu non hereditatis petitio, sed specialis in rem actio competit d. L. 7. C. de hered. petit.*

44 Ea omnia dubia sunt quando bona maioratus sunt in uno Regno, vel pluribus, uni accessorie unitis, si vero æque principaliter unita sunt, cum utrumque Legibus suis regatur, unū quodque enim suo sensu abundat, & Lex quæ in Hispania est utilis, in Francia perniciofa reputatur. Videtur dicendum lites super maioratu tractandas esse in Tribunalibus competentibus uniuscujusque Regni, nec ad aliud, in quo vel caput sit maioratus, vel pars maior bonorum, esse remittendas, docet ita Illustriss. Crespi *observat. 15. à numer. 265. Suelves cons. 49. numer. 15. centur. 1. quorum ratio est; quia unius Regni jurisdictione non potest extendi ad bona extra existentia. D. Crespi numer. 283. Noguero. alleg. 12. Cavall. resol. 138. cent. 2. Cyriac. controu. 218. & 230.*

45 Et si quis decedat relictis diversis patrimonijs in duobus Regnis, in eis succeditur diverso jure juxta Leges Regni, ubi bona sita sunt, & consequenter intestatus, & testatus decedere potest. Cavallos *q. 74. Comm. contra comm. n. 3. Mieres de Maiorat. 1. p. quest. 58. n. 1. & 12. & per tot. quest. ubi plura invenies. Et idem docet Crespi ubi supra cum alijs.*

46 Item si ex delicto confiscationis pæna sequuta sit, ea ad bona extra Regnum sita non extenditur. Ita docet D. Crespi; vide Bobadill. in *Polit. lib.*

*lib. 2. cap. 16. numer. 110. Caball. cas. 138. & 268. Cyriac. controuers. 218. & 230. itidem Bobadill. ubi sup. cap. 17. numer. 200. & lib. eod. cap. 18. numer. 183. & supponit Antunez de Donat. Reg. 3. p. cap. 28. n. 39.*

47 Qua ratione ex dispensatione in radice à Pontifice impetrata non fieri habiles filios legitimatos ad succedendum in maioratu docet Mieres *dict. quest. 58. à n. 33.*

48 Hæc omnia dubia sunt, & contraria sententia æquius affirmari, & defendi posset, in hoc casu controversiam super maioratu successione ibi esse agendam, & in illo regno, ubi fundator instituit, domiciliumque habebat, quia juxta Leges illius Regni debet judicari successio, quibus testator se confirmari visus est, ut docet Mieres *de Maior. 1. p. q. 58. numer. 23. D. Antunez de Donat. Regijs 3. p. cap. 11. numer. 19. & cap. 21. numer. 10. videntus illustr. D. Crespi de Baldaura observ. 9. numer. 7. ubi Barbof. in cap. 9. de For. comp. numer. 10. & ibi DD. & dict. obs. 15. n. 264.*

49 Et est videndus D. Paz *de Tenut. cap. 65. numer. 30. & fere per tot. tom. 2. ubi ob id defendit Tenutæ iudicium locum habere etiam in bonis sitis extra territorium, extra Regnum Castellæ, quando fundator in Regnis Castellæ domicilium habebat.*

50 Addend. Aug. Barbof. *Voto decis. 126. numer. 31. & 32. Gilehenius de Præscripti. n. 3. p. cap. 11. n. 6. ubi ait quod quando diversæ sunt locorum Leges, debet dirimi controversia secundum Leges loci in quo contractum est, vel testamentum factum, quod late probat.*

51 Quæ omnia in casu nostro maxime observanda sunt, quia nature maioratus maxime conveniunt; aliter si priorem D. Crespi sententiam retinere velis, sequeretur divisio maioratus ex contrarijs prolatis sententijs, quod vitandum est.

52 Sed incidimus in quæstionem in-

tricatam in nostra incompatibilitatis materia circa intellectum Legis *septimæ tit 7. lib. 5. Recopilationis* quam observatam habeo, summa qua potui brevitate decisum exaudi.

## OBSERVATIO.

Utrum Lex 7. habeat locum si unus ex duobus maioratibus sit extra Regnum, ad verba: *Que por causa de averse juntado en estos nuestros Reynos?*

53 Hanc quæstionem proposuit Mieres *de Maior. 1. p. q. 58. numer. 254. ubi ait: Infertur intellectus ad L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. quæ loquitur circa conjunctionem maioratum per matrimonium, an procedat in statibus, & maioratibus, quæ sunt in Regno Valentia, Aragonia, & similibus, in quibus domini, & primogeniti istius Regni prætendunt succedere, & plerumque succedunt. Sed nolo quæstiones statutorum, ingenium sublimius, & profundius examen requirentes, tam brevi, & incidenti calamo decidere.*

54 D. Christophorus de Paz *tract. de Tenut. cap. 65. à numer. 20. resolutam reliquit; ait enim, quod si unus ex duobus maioratibus sit extra Regnum, habebit locum decis. L. 7. quando maioratus possessor est domiciliarius Regni. Ratio est; quia ejus dispositio est favorabilis, ut probat Matienzo in ea gloss. 5. numer. 4. Mol. lib. 1. cap. 18. numer. 1. 4. & 6. & alibi nos cum A. diximus: licet enim quoad privatum odium primogeniti odiosa videatur, cum tamen quoad utilitatem publicam respicit, & familiarum dignitatem tuetur, favorabilis sit, hoc principaliter debet attendi. Certum est autem statutum favorabile comprehendere etiam bona extra territorium existentia. Pat. Barbof. in *L. Exigere dotem 65. numer. 163. ff. de judic. & probat ipse D. Paz d. cap. & n. 19. Rubeus cons. 16. numer. 18. ibi: Ego credo quod statutum porrigat effectum ad bona existentia extra territorium, & pro fundamento**

amento est considerandum, quod statutum oppidi Aviliani, ut colligitur ex proemio Nigri, dicitur favorabile, quia fuit factum ratione agnationis conservanda, quæ ratio est expressa in ipso statuto: ac paulo post ibi: quo casu dico, quod tale statutum, attenda ratione in eo expressa, dicitur in totum favorabile, ut plene per insignes præceptores meos Dec. & Curtium, &c. sequitur post alios Carpanad. Stat. Mediol. in prælud. n. 695. Farinac. decis. Rot. 548. num. 8. tom. 2. p. 1. Surd. conf. 343. num. 18. & seq. & 553. num. 10. Ursil. ad Afflict. dec. 226. num. 8. Rota divers. dec. 240. à num. 21. Bardel. conf. 51. n. 12. vol. 1. Card. Tusch. lit. S. conclus. 546.

57 Quæ omnia sine dubio procedunt quando maioratus est institutus in Regnis Castellæ, tunc enim successio deferenda est juxta Regni Leges, etiam quoad bona ubique existentia, L. Si non speciale C. de testam. L. 2. C. quemadm. test. aperiantur; quia effectus acquisitionis derivatur ab ipsa scriptura maioratus, uti ex Alex. & Mieres ait D. Paz num. 30. & seq. Et quidem hoc tenendum est, licet exter, & forensis fuerit, qui maioratum in Regnis instituit, quia ejus dispositio debet regulari juxta Leges Hispanas, uti tenet Mieres dict. 1. p. q. 58. n. 20. & 21. & 2. p. initio, num. 274. Marta de Jurisdic. 4. p. cent. 1. cas. 5. num. 12. ibi: Quia testator censetur se conformare cum dispositione statuti, etiam in bonis sitis extra territorium statuentium: Sozin. in conf. 288. num. 12 in fin. vol. 2. quæritat Craveta conf. 250. in princ. ubi late tractat de ipsa præsumptione, Rota dec. 775. num. 5. p. 1. in novissim.

129 Nisi tamen ex bonis extra Regnū sitis maioratum instituat, quia tunc regulari debet successio juxta Leges ubi bona, vel eorū sita sit maior pars. Mieres ubi sup. ubi elegans consilium Gozadin. 49. à num. 1. quem sequitur Bursat. conf. 198. num. 39. lib. 2. & alij à Mieres relati: quibus adde Joan. de

Ana. conf. 4. num. 3. vers. Circa vero aliud, & ibi Bolognin. n. 7. vers. Subsequenter, Cardin. Tusch. lit. S. conclus. 546. num. 42. ubi ait, quod statutum disponens per verba universalialia, ut hæreditas, comprehendit bona extra territorium existentia, si maior pars hæreditatis est in territorio statuti. licet contrarium sentiat Decian. conf. 71. n. 13. & 14. cum seq. lib. 2.

61 Ex quibus idem ad quæstionem nostram dicendum est, cum enim L. 7. per verba universalialia disponat, ut est maioratus, non solum comprehendit bona ejus, quæ sunt in Regno Castellæ, sed etiam quæ sunt extra Regnum: adde Bursat. conf. 93. n. 35. vol. 1. Joan. Campeg. tract. de Dot. 5. p. q. 69. num. 4. vers. Facit, quia cum disputatur de aliquo universaliali fol. 464. Purpurat. conf. 37. num. 27. & 28. in consilijs feudalibus divers. fol. 189. Alex. conf. 128. ubi licet contra citetur, ita tamen in responsione ad Falicetum videtur sentire, ad tertium argumentum vers. 2. Respondeo, Surd. conf. 553. num. 11. Cephal. conf. 309. numer. 25. vol. 3.

62 Quod probatur itidem, quia Lex potest ligare subditos etiam in bonis, quæ habent extra territorium. Alex. conf. 128. col. 2. & seq. lib. 2. Tusch. lit. S. dict. conclus. 146. num. 45. ibi: Extende, quia bene statutum extenditur ad bona extra territorium statuentium, quando disponet et expresse de bonis subditorum, quia statuentes possunt ligare subditos etiam extra territorium, & eorum bona, quando sunt omnino subditi; secus si extra territorium domicilium haberent.

63 Lex autem septima cum loquatur in personam primogeniti, in quo jubet divisionem fieri duorum maioratum, si primogenitus subditus sit, sine dubio locū habebit, etiam in maioratu extra Regnum sito, cum enim exactu electionis nascatur divisio, ifque juxta Leges Regni fieri debeat, necessario intelligendum est, si ve omnes

nes maioratus sint in Regno, si ve non. L. 2. C. de excus. tut. L. Cum unus §. His qui ff. de bon. auet. Iud. poss. L. Magis put o §. Illud ff. de reb. eor. L. Propterandum §. Sin autem C. de judic. Roman. conf. 39. num. 3. vers. Est enim considerandum, fol. 17. Lud. Gomez in cap. 2. §. Statuto num. 61. de constit. Tiracquel ad L. Commub. gloss. 8. numer. 228. Signor. conf. 21. num. 13. Calderin. conf. 34. de testam. num. 1. vers. Cum ergo §. femina fol. 67.

64 Primogenitus enim cui duorum maioratum incompatibilium deferatur successio, non poterit in maioratu in Regno succedere, quin electionem secundum Legem faciat, & maioratum Regni, vel, qui sit extra Regnum, secundogenito relinquat; aliàs eo non eligente, licet Lex ad bona extra Regnum non se extenderet, poterit secundogenitus ex potestate Legis maioratum in Regno situm capere, & primogenito relinquere alium, qui sit extra Regnum: prohibitio enim concursus duorum maioratum realiter afficit unumquemque eorum, ita ut unus cum altero conjungi non possit: qua ratione idem tenendum est, licet inter personas non subditas matrimonium sit contractum, per quem maioratum cōkursus eveniat, quia & in hoc casu prohibitio legis locum habebit quoad maioratum in Regno situm, ut probat Alex. conf. 44. num. 6. & 7. lib. 5. Tusch. lit. S. d. conclus. 546. num. 35. ibi: Restringe, quando statutum loquens in personam privaret bonis in territorio statuentium, quia si ve sit forensis, si ve non, quoad bona territorij ligatur. Alex. &c. Vel aliter disponens specificaret circa bona territorij, quia etiam forenses comprehendit eo casu. Alex. ubi sn. 12. & 16.

65 Quæ omnia complectitur decisio Lusitana lib. 4. tit. 100. §. 14. ubi hæc quæstio decisa est in casu nostro incompatibilitatis ibi: Et esta Ley que-remos, & mandamos se entenda nam sómente casando as pessoas destes Reynos,

& Senhorios de Portugal com outras naturaes delles, mas que tambem haja lugar nas pessoas, que casarem fóra dos ditos Reynos, com pessoas estrangeiras, & nam naturaes. Por maneira, que em nenhum tempo se possam juntar nem ajuntarem as ditas Casas, & morgados deste Reyno, com os outros de outro Reyno de fóra deste, senam na forma desta Ley.

66 Quæ dispositio etiam in Regnis Castellæ servanda est; tum quia resolutio quæstionis, dum Lex deficiat, ex Regni vicini dispositione peti debet. Escalon Gazophilac. Reg. lib. 1. cap. 30. num. 6. Valasc. de Partit. cap. 19. n. 11. & 27. Barbof. ad Ordin. lib. 3. tit. 64. in princ. cap. n. 16. ad med. D. Crespi observ. 9. à n. 5. & 19.

67 Maxime in nostro casu, cum & ipsa Lex Lusitana à potentissimo juxta & sapientissimo Rege Philippo Secundo, dum Lusitanum Regnum possedit, condita fuit anno 1595. tum etiam, quia promulgata Lege 7. Castellæ; ad exemplum Lex Lusitanæ facta, omnes dubitationes, quæ ab anno 1534. in Castellæ Regnis ortæ sunt, deciskas, & solutas invenies ad textum in L. 1. §. His legibus latis ff. de orig. jur. D. Solorzan. in Politic. lib. 5. cap. 18. fol. 919. col. 1. vers. Porque con el tiempo, y las dudas que en los mismos negocios se ofrecen se mejoren todas las Leyes.

68 His addenda quæ Antunez tractat. tom. 1. de Donat. cap. 10. n. 51. cum seqq. ubi quando Lex subditum alibi habitantem, vel forenses comprehendat.

## Num. 46.

69 Gloss. verb. privandum in cap. licet de voto, Roxas in Epitom. success. cap. 5. à num. 12. Garcia de Expens. cap. 16. num. 31. D. Paz de Tenuta cap. 85. num. 93. Giurba de Successione feudi §. 2. gloss. 13. & in maioratu dignitatis regalis idem dicendum est, Giurb. d. §. 2. gloss. 4. num. 18. vers. Tertia, quod in

individuis, D. Salzed. in *Theatro Honor. gloss.* 32. num. 16. & 39. & idem dic in primogenijs ex eorum natura, Giurba *dict. gloss.* 4. num. 19. videntur.

Ad tradita adde Cyprian. de *Idolor. vanit.* ubi ait: *Quando nunquam Regni societas, aut cum fide cepit, aut sine cruore desit.* Exornat P. Victor. in *Theatro Deorum lib.* 6. cap. 5. ubi etiam refert Lopum de Vega.

## Num. 48.

Hugo Grotius. de *Iur. bell. lib.* 2. cap. 7. §. 14. ubi exempla refert.

## Num. 49.

70 Videndus Pat. Marian. *Histor. Hispan. lib.* 9. cap. 7. Garibay *lib.* 11. cap. 9. Castillo *Hist. Gothor. lib.* 4. discurs. 1. Alphonfus Sancius de *Rebus Hisp. lib.* 4. cap. 11. in princ. ibi: *Inter Sancij maioris filios parvo consilio, & contra Regni naturam, quæ divisionem vetat, ita divisum est Regnum: Garciae nato maximo Vasconia, & Cantabriae ducatus, Ferdinando Castella Regni titulo, Gonzalio Suprarbe, & Ripagorza, Ramiro ex impari matre Aragonie Regni cessit: omnes isti novi Reges nova inter se bella gesserunt: cum Regnum, individuares, divisum, bella dissidia que pariat.*

71 De divisione inter filios Sancium, & Ferdinandum facta ab Alphonso VI. Garibay *lib.* 12. cap. 4. Castillo *lib.* 4. discurs. 5. pag. 234. col. 2. Jason in *Auth. Sacramenta puberem C. si adversus venditionem num.* 69. Roxas in *Epitom. success. cap.* 5. n. 30 Zurita *Anal. lib.* 3. cap. 43. 46. & 52. ubi de Jaimo el Conquistador, qui pluries divisit regna inter filios.

72 Ad id quod Auctor de Lusitaniæ Regno à Castellæ divisione ait, observa, Ferdinandum Magnum recte potuisse Provinciam Lusitaniæ, cui vellet ex filijs relinquere, consequenter

que non iuste Sancius filius querebatur, quod Garciae fratri data, legata ve esset. Ea enim Provincia, ut omnes tradunt, à patre noviter quæsitæ erat, ast in noviter quæsitæ Rex liberam habet dispositionem, & sibi, non Coronæ quærit. Roxas *Epitom. cap.* 5. Manent. *cons.* 43. num. 13. & 76. cum seq. & *cons.* 44. à num. 14. Cyriac. *contro.* 23. num. 4. Gratian. *Disceptat. cap.* 405. num. 1. Paul. Melius ad *D. Castillo de Aliment. cap.* 68. num. 16. & n. 3. Duard. in *Bull. Cænæ lib.* 2. cas. 15. cap. 19. num. 93. & alij relati noviter per D. Petrum Frass. de *Reg. Patron. tom.* 1. cap. 1. num. 12. & idem in successore maioratus dicit: iniuste ergo à Sancio spoliatus est Garcia. Hinc vitium reale contractum à Sancio, & in hæredem ejus transmissum est, quod acquisitionem impedit, & usucapionem, dum in domini potestatem reversa non sit res, *L. Cum hæres* 11. ff. de *divers. & temp. præscript.* §. *Dutina institut. de usucap. & §. Aliquando instit. eod.*

Sancio Alphonfus frater successit, eam Provinciam dotalem fecit, ut Theresia nuptui Henrico traderetur, & vitium jure naturæ usucapionem improbat, præscriptionem rejicit Cap. *Malæ fidei possessor de reg. jur. lib.* 6.

74 Quid? Nam si divisio à parente facta improbatur, eodem jure alienatio in spurium imo fortius reprobari debet. Neutro ergo jure origo acquisitionis Lusitaniæ ab Henrico Comite justa redditur.

## Num. 50. &amp; seqq.

75 Pareja de *Instrum. edit. tit.* 5. resol. 9. à num. 54. Quid si non unum Regnum, sed duo, plura ve conjuncta sint, an possint inter Gemellos dividi quæritur? Dubium non est quod Molinæ sententia aliquid æquitatis habere videatur, quasi non debeat improbari divisio, quæ in statum pristinum reducit Principatus, *L. Si unus* 27. §. *Pactus*

76 *Pactus ff. de pactis*, quamvis certum sit primogenito deferri successionem Regnorum eodem jure gentium, quo est primogenitus, ut notat Balboa in *Monarch. Reg.* 2. q. 1. p. à num. 9. quæ ratio jure utriusque gemelli favere non est dubium, licet utilitas publicæ prævalere debeat, quæ divisionem impedit. Quæ ratio idem in maioratibus receptum est, nec potest pacisci de dividendis maioratibus inter filios quando à parentibus matrimonij pacta ineuntur, quia ad filium maiorem pertinent maioratus, nec in ejus præjudicium pactum factum sustineri potest nato eo. *L. Cum filiusfamil. ff. de milit. testam. L. Unum ex famil. §. Si de falcidia ff. de leg. 2. L. Si arrogator* 22. ff. de *adop. docent Padilla in d. §. Si de falcidia num.* 20. D. Molin. *lib.* 1. cap. 8. num. 34. D. Castillo *lib.* 3. cap. 28. numer. 6. D. Paz de *Tenut. cap.* 57. num. 200. Addentes ad *Molin. ubi sup. Giurba de Success. feud. §. 1. gloss.* 8. n. 46. Valeron de *Transactio. tit.* 4. q. 2. num. 60. qui Peregrin. de *Fideicom. art.* 58. n. 88. contrarium tenentem impugnat.

77 Solet autem hæc sententia limitari, vel quando Principis facultas ex causa accesserit, vel ex dispositione *L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* Maxime tamen utile, & conveniens esset, si quando plures maioratus concurrunt, Lege legata constitueretur ut eorum successio separaretur inter filios, quod jam vides constitutum *dict. L. 7.* sed sub limitatione, quod sint quantitatis in ea expressæ, quod pro dolor! ansam litigij præbet, nec aliquid utilitatis, & commodi consequutum sit fraude Legem oviantem passim, cum utilius esset generaliter constitui, ut quoties in unam personam duo, plures ve maioratus concurrerent, inter ejus filios dividerentur, ita ut primogenitus succederet in opulenti maioratu, secundogenitus in alio minori, & sic de cæteris, quia, quæ iniquitas in maioratum institutione conside-

ratur ex unionem bonorum in uno successore cum dispendio cæterorum fratrum, hoc ipso medebatur, nec quidquam publicæ utilitati obstabat, ut commodum quod per unum recipit, per plures recipiat: & militans in hoc casu decidendi rationes, quas in *d. L. 7.* Auct. expendit. p. 8. cap. 2. ubi de æqualitate servanda divitiarum in distributione civium in bene gubernata Republica, ita ait: *Commodum est etiam, ut non donatione, sed jure agnationis tradantur, ut que ad eundem una, non plures hæreditates perveniant.*

78 Sed hæc extra nos sunt, nunc autem jure constituto primogenitus omnium maioratum successor regularis est. Unde Mieres de *Maiorat. r. p. q.* 55. dubitabilem quæstionem proponit, an scilicet, si duo maioratus alicui competant, possit unum acceptare, & alterum repudiare? In qua licet regulare sit posse, quando maioratus diversi sunt, & in diversis personis instituti, secus tamen esse ait, quando ab uno fundatore in unum successorem uniuntur, eveniente enim casu non possunt dividi, docet ita Mieres à n. 1. & seqq.

79 Inde sæpius dubitavi, an dispositio Legis 7. tit. 7. lib. 5. *Recop.* habeat locum, tantum in maioratibus à diversis fundatoribus institutis? Ego in hac nova quæstione, quam à nemine agitari video, in eam inclinarem sententiam, quod scilicet non detur incompatibilitas inter duos maioratus ab uno institutos in eadem familia, licet unus excedat quantitatem Legis, nisi testator expresse incompatibilitatem inducat. Moveor, quia maioratus duo ab uno eodemque fundatore instituti, non duo, sed unus maioratus judicantur ex dictis à Pelaez, Mieres *dict. q.* 55. supra quod certe procedit, quando in eadem familia sunt instituti, tunc namque divisio solum contemplative procedit respectu vocatorum in uno, & altero maio-

maioratu, quorum intuitu bona divisa sunt, unde hæc non debet incompatibilitas, sed divisio vocari, nec ex ea inducitur, sed potius debet unitas induci causa divisionis deficiente, extincta linea cujuslibet vocatorum.

80 Hoc idem in Legis incompatibilitate dicendum est; per Legem enim septimam solum dividuntur duo maioratus à diversis fundati, id enim verba sæpius repetita evincunt ibi: *Por causa de averse juntado de poco tiempo a esta parte dos Casas de Maioresgos*; nam quia illa verba *dos Casas* idem sonant nostro idiomate Hispano, ac Latine *duas Familias*, ut alibi Auctor observat *p. 8. cap. 3. num. 1. ad 5.* ubi ita sentire videtur illis verbis: *Itaque dicta verba nostra Legis accipi debent, ac si diceretur, duo maioratus relictu duabus diversis familijs*: ergo non loquitur Lex de duobus maioratibus in una eademque familia, instituti ab uno eodemque institutore, imo quod magis est, etiam si à diversis sint fundati, in ejusdem familiæ contemplatione non comprehenduntur in verbis, nec sententia Legis: *non in verbis*, quia non junguntur maioratus duarum familiarum; *nec sententia*, quia ratio prohibiti concursus deficit, cum enim maioratus ab uno successore sunt instituti in eadem familia non confunduntur domus, nec memoria fundatoris aboletur ex conjunctione, quæ est Regis, & Legis motiva ratio dispositionis: cum ergo Lex neque verbis, nec sententia comprehendat hunc casum, sequitur in eo Legem non haberi: cui enim Legis verba non conveniunt, nec ejus convenit dispositio, *L. 4. §. Toties ff. de damn. infect. L. Quod constitutum de Militar. testam.* cum alijs cunctis à Barbof. *Axiom. tit. L. num. 21.* & Legis ratio ubi deficit, ejusque cessat dispositio *L. Adigere §. Quamvis de jur. patron. &* quando plures causæ collective, & copulative exprimuntur in Lege, qualibet cessante Lex ces-

fat, *Cap. ex parte de rescript. Barbof. ubi sup. num. 22. & 24.* Ad hæc vide *Vela dissert. 37. n. 5. 9. & 11. D. Casti. llo tom. 6. cap. 172.*

81 Quod & comprobatur ex eo, quod quando maioratus in eadem familia sunt instituti, si evenit eorum in una persona conjunctio etiam per matrimonium, causa proxima conjunctionis est vocatio, & successio, & causa remota est matrimonium; ergo proxima attenditur, quia proxima, *L. Qui habebat 3. ff. de tutel. &* quia magis favorabilis, *L. Pupillus* ubi Bart. *ff. ad L. Falcid.* sed quando matrimonium non est causa immediate efficiens, ut duo maioratus jungantur, dispositio Legis non habet locum: ergo. Post hæc scripta, vidi August. Barb. *vol. 126. num. 231. vers. Limitat,* ubi eandem per ibi relatos sententiam tuetur.

#### Num. 54. & seqq.

82 Populus reassumit potestatem eligendi Regem quoties deficit Regia progenies. *Menchaca Illustr. cap. 22. num. 3. & 12. D. Greg. in L. 9. gloss. 3. tit. 1. p. 2. Cardinal in cap. Novit. de ludi. ubi Navarr. notab. 3. num. 99. & 123. Didac. Perez in Proem. Ordin. q. 1. Gomez in L. 40. Taur. numer. 4. Caldas Pereyra in L. Si curatorem verb. hunc contractum num. 48. vers. Nec mirum, Gutierrez de Tutel. 1. p. cap. 18 num. 11. Parlador lib. 2. Rer. quotidian. cap. 1. num. 9. D. Paz de Tenut. cap. 85. num. 75. & 76. Antunez de Donat. Regijs 2. p. cap. 24. a num. 72. tom. 1. ubi late probat Vasquez 1. 2. disput. 64. cap. 3. num. 19.* quod extendunt aliqui ad casum, & speciem Auctoris, quando inter consanguineos de successione contenditur. Sed ego de hac sententia dubito, quia quando inter consanguineos de successione contenditur, populus nullam potestatem habere judicandi auctoritatem, hic enim casus diversus est à primo, quando nulla

83 nulla extat progenies, etiam post decimum usque in infinitum gradum *Caramuel Theolog. Moral. lib. 2. disp. 4. num. 559. ad fin. & 557.* ubi probat exemplo Henrici IV. qui in Regno Franciæ successit Henrico III. à quo undecim gradibus distabat; in hac enim specie non est persona, vel subiectum in quo Regium Diadema resideat, & ideo ad populum reverti æquum est, facile quippe res ad suam naturam revertitur, cumque populus Regiam personam inducat, quam exivit in Regiam progeniem, potest eam cui velit tradere electione suæ potestatis jure, secus tamen dicendum est, quando supersunt consanguinei inter quos de successione queratur, quia hoc casu nequit populus reassumere potestatem, quam à se abdicatam habet, dum in Regiam stirpem resideat, secundo, quia populus quoad eos qui litigant nullam jurisdictionem retinet, qua decernere, statuere, aut judicare possit, maxime in Hispaniæ dominatu, atque inter eos, qui extra alicujus jurisdictionem sunt nulla sententia lata tenet, *L. Extra territorium 20. ff. de jurisdic. L. ultim. C. si à non compet. judic. L. Ex consensu 23. §. 1. ff. de appellat. L. 1. C. de pedan. judic.* Viden. *Pat. Molin. de lust. disp. 103. vers. Adverte tamen, ibi: Neque ergo Rex Philippus.* Et licet qualem potestatem concesseris, hanc exercere possit si de jure successione dubitaretur, quasi populus legem, quam dedit ipse, intelligat, *L. 22. §. 1. C. de leg. lib. sed in specie Gemellorum non de jure, sed de facto dubitatur, facti autem quæstio in arbitrio Judicis est, non Legis, nec legislatoris.*

84 Alij ad Pontificis potestatem recurrunt ex textu *in cap. per venerabil. qui fil. sint. legit. im. Marta de Jurisd. 1. p. cap. 18. num. 19. & seqq. & cap. 23. num. 18. & 19. DD. in cap. grandi de supplend. neglig. Pral. Cattalda de Imperat. q. 81. a num. 13. Caldas in d. L.*

85 *Si curatorem verb. hunc contractum n. 48. vers. Non desunt, Pat. Molin. tract. 2. disp. 29. vers. 3. & vers. ad secundum.* Adde *Menchac. Illustr. cap. 8. a num. 20. Bellarmin. tom. 1. controvers. 3. & de Romano Pontifice lib. 1. cap. 8. Suarez Adversus Regem Angliæ lib. 3. cap. 23. num. 15. Baron Annal. Anno Christi 751. Doctiff. Alvarez Pegas tom. 2. ad Ord. Lusitan. lib. 1. tit. 3. §. 1. gloss. 3. cap. 2. a num. 34. & seqq.* ubi casus refert, quibus jurisdictionem Papa exercere potest in laicos, quod obtinet quando propter mala vitanda, & peccata avellenda Pontifex exercet jurisdictionem in Reges in ordine ad bonum spirituale, *Cap. novit. in princ. de ludi. cap. solite de maioritat. & obed. cap. causam que qui fil. sint leg. can. adversus 96. distinct.* quod ex distinctione utriusque gladii certum est, quia temporalis potestatis vis est apud Reges in actu exercito, & spiritualis apud Pontifices, *Cap. conventior 23. q. 8. cap. quoniam dist. 10.* ubi *D. Cyprian. ita: Mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus, sic utriusque potestatis officia discrevit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium tantummodo cursu Imperatorum Legibus uterentur:* ita intelligenda utriusque scholæ Theologorum, & Jurisconsultorum sententia, ut docet *Navar. in d. cap. Novit. notab. 3. n. 47. & 83. Covar. in Reg. Peccatum 2. p. §. 9. num. 7. Simancas de Catholic. cap. 44. num. 25. Molin. disp. 29. vers. Tertio, Suarez de Legib. lib. 4. cap. 9. & de Reg. Angliæ lib. 3. cap. 21. cum seqq. Bellarmin. de Sum. Pont. lib. 5. cap. 4. & 6. D. Solorzani. lib. 2. de Jur. Indiar. cap. 22.*

86 Item Princeps potest declarare ad quem post ejus mortem successio pertineat: exempla extant apud *Garibai lib. 1. cap. 16. pag. 428.* ubi de declaratione facta per Regem Alphonsum II. Oviedi, in favorem Ramiri ejus consobrini, & *Gama decis. 307. num. 3.*

- num. 24. Suarez alleg. 9. n. 13. Affict. dec. 299. num. 14. Costa in L. Qui duos S. Cum in bello schol. ult. num. 13. ff. de reb. dub. & de success. Regn. pag. 69. Menchaca Illustr. cap. 3. n. 5.
- 87 Intelligi dum jura antiqua non immutet, sed procedat declarando, & non de novo constituendo contra Legem Regni fundamentalem: ita intellige Bald. in Proem. decretal. col. 2. Martin. Laud. de Princip. q. 4. 18. Orland. cons. 94. in princ. col. 3. Suarez in L. Quoniam in prior. limitat. 11. ad Leg. Regni dub. 2. num. 22. Gama dec. 307. num. 24. Aguirre in Apolog. pro Philip. la 1. n. 130.
- 88 Ita Lex 12. tit. 7. lib. 5. Recop. intelligenda est, quæ loquitur de Infanti in Franciæ Regno nupta, & à Hispaniæ Regni successione exclusa, quæ declarative intelligenda est, sicut L. 2. tit. 15. p. 2. & aliæ de successione Regni loquentes.
- 89 Et institutor maioratus, vel successor verosimiliter scire potens voluntatem institutoris, vel dubiam voluntatem declarare possunt. D. Molin. & Addentes, & Maldon. lib. 1. de Hisp. primog. cap. 8. num. 38. Barbof. voto 7. num. 26. Antunez de Don. Reg. 1. p. prælud. 2. num. 12. Fontanell. de Pact. claus. 4. gloss. 5. Tondut. Resol. cap. 110. & videndus Mieres de Maiorat. 1. p. q. 44. num. 81. & 90. & 2. p. initio. & num. 427. & q. 4. illat. 8. numer. 229. dum tamen declaratio, nec mutet dispositionem quando est irrevocabilis, nec alteret, D. Salg. 2. p. de Retent. cap. 30. §. 5. à numer. 20. Mieres ubi sup. & 1. p. q. 1. num. 249.
- 91 & ideo declaratio non dat, nec debet dare validitatem actui invalido, nec novi aliquid facere D. Molin. lib. 2. cap. 10. num. 67. Vela dissert. 2. num. fin. & diff. 8. numer. 44. D. Castill. lib. 6. cap. 182. & quamvis Addentes cum Decian. licere institutionem donatione perfecta factam declarare, ita ut verbum filios limitetur ad masculos, hoc tamen dubium est, quia

hæc declaratio regularem vocationem immutat, & ideo ait Mieres <sup>93</sup> dict. q. 44. num. 78. quod maioratus juxta L. 27. Taur. factus, non potest declarari in præjudicium frænarum transversalium, declarando, quod in vocatione proximioris consanguineo tantum veniat proximior masculus, de quo alibi dico. Et vide D. Olea in Poster. addit. ad tract. de cess. jur. tit. 1. q. 6. num. 15. ubi hæc comprobatur rejecta opinione contraria, quam sequuntur Fontanell. de Pact. claus. 4. gloss. 5. num. 12. & dec. 172. numer. 9. Joseph de Rosa consultat. 69. num. 108. & eleganter explicat Olea in Noviss. add. tit. 1. q. 6. n. 15.

## AD PARTIS II.

### C A P. VI.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 1 Furiosus Mutus, & Surdus, quando excluduntur à maioratu, vel Regno.
- 2 Possessor Ducatus, vel Regni, vel maioratus furiosus effectus, accipit coadjutorem, vel administratorem, vel curatorem proximum consanguineum, & 3.
- 4 Filius furiosi, vel aliter imperfecti non excluditur sicut pater si excludatur.
- 5 Mutus, & Surdus non omnino imperfectus à maioratu non excluditur.
- 6 Et an matrimonium contrahere possit.
- 7 Dispositio ita debet interpretari, ut minus recedat à jure.
- 8 Mutus, & Surdus an possint à successione excludi contra formam L. 27. Tauri.
- 9 Furiosus, vel aliter imperfectus à maioratu exclusus, debet ex maioratu alimentari. Num.

Num. 1. 2. 3. & 4.

- 1 D. Solorzano lib. 3. Politic. Ind. cap. 19 fol. 380. Giurba de Succ. ff. feud. §. 2 gloss. 4. num. 31. Fragosus de Regim. Reipubl. 3. p. lib. 9. disp. 18. §. 3. num. 2. D. Paz de Tenet. cap. 85. numer. 171.

Num. 5.

Sup. citati.

Num. 6.

- 2 Vide DD. in cap. grandi de supplend. neglig. Præl. ubi Barbof. Collect. num. 2. & 3. pudet citare locum Domini Antunez de Don. Reg. 2. p. cap. 24. numer. 62. Pat. Caramuel in suo Philip. lib. 5. disp. 1. articul. 6.
- 3 Judico tamen coadjutorem dandum proximiorum consanguineum ita in d. cap. grandi. Alphonsus Comes Bononiæ fratri Sancio coadjutor datus. Bullam expeditam habes apud Caramuel sup. & iterum in Regno Lusitano hodie vides observari, & ita docet Antunez num. 25. ubi supra, & in successione maioratus idem tenet per ea quæ Auctor tradit 6. p. cap. 3. à numer. 15. cum in Castella idem observatum vidimus pluries, & notabile exemplar Regum non ignoras, quando Ferdinandus Patruus Joanni impuberi filio Henrici tutor est datus, & quia pluries que solite vexatus, ut Regnum ambiret, impuberis, convocatis comitijs, in conspectu procerum prodijt in medium infantulum humeris alte sublatum ostentans: En Regem, inquit, Hispaniæ Principes. Vide David. Cytæreum in Vit. Reg. Alphons. Aragoniæ.

Num. 7.

- 4 Pardo ad Molin. dict. cap. 13. nu-

mer. 21. & Nos. latius infra 5. p. cap. 2. à num. 15. & Auctore laudato Antunez 2. p. cap. 2. num. 52. de Donat. Reg. limitat Mieres de Maior. 2. p. quest. 4. illat. 2. numer. 46. & 47. in filijs furiosi à natura, qui cum matrimonio contrahere nequeat defectu consensus, filios legitimos capaces succedendi habere non potest Fajard. de Legitimat. n. 61.

Num. 8.

Ita decisum in Senatu Granatenfi vidi in favorem D. Gundisalvi de Ulloa contra fratrem Didacum super successione maioratus, quem Gundisalus mutus possidebat, non obstante explicita mutorum, & furdorum exclusione, vide Paul. Ziquias Medic. Leg. lib. 2. tit. 1. q. 8. Adde Spin. de Testament. in rub. p. 9. n. 4. Pat. Mol. de Inst. tom. 4. disp. 622.

Num. 9.

Pat. Sanchez lib. 1. de Matrim. 6. disp. 8. num. 12. & seq. Tancred. de Matrim. lib. 1. disp. 25. q. 1. Pichon eod. tract. disp. 1. num. 88. & 136. Aug. Barbof. in Collect. cap. cum apud n. 2. de sponsal. Petr. Barbof. in L. Cum prætor. §. fin. num. 29. de judic. Pereyra de Nomin. emph. q. 1. num. 30. & in L. Si curatorem, Verb. Cum non absimilis num. 58. & 67. Farinac. de Testib. q. 61. num. 47. Gutierrez de Matrim. cap. 8. D. Didac. de Medrano tract. de consens. copnub. cap. 6.

Num. 12.

Vide sup. num. 4.

Num. 13.

Exclusio tamen cum limitationibus traditis num. 8. & 10. intelligenda est ex traditis à D. Larrea decis. 56. num. 6. & 8. ubi, quia semper ea interpretatio

pretatio sumenda est, ut quantum minus dispositio à juris regulis recedat.


Num.14.& seqq.

Addent. ad Molin.lib.1.cap.13.num. 77.& 78.& lib.2.cap.13.n. 53. & Nos cum Auctore alibi diximus.

Num.16.

A fin. verf. Idque maxime.

Adde Alvarado de Conject. lib. 2. cap. §. 1 num. 76. ex Textu in cap. 1. §. Si vero violator pacis de pace tenend. in usib. feud. argumento ab eo speciali. Surd. de Alim. tit. 1. q. 58. num. 4. & tit. 8. privileg 33. numer. 4. D. Castillo lib. 8. de Alim. cap. 37. num. 16. & 26. Bossius de Matrim. contractu tom.2.de Alim. oblig. cap. 7. §. 20. numer. 378. & vide p.8. cap. 4. num.24.& 25.



AD

AD  
PARTEM III.  
DE INCOMPATIBILITATE  
ADDITIONES,  
ET  
OBSERVATIONES.

ADDITIO  
PARTIS III.  
CAP. I.  
SUMMARIUM.

- 1 Genes. cap. 4. adducitur.
- 2 Natus in Regno jus acquirit ad bona Regni ex natiuitate.
- 3 Regni successio exteris denegata in Castella. & 4.
- 5 Donatio ab Alphonso facta Carolo Magno de Regnis Hispaniæ nulla fuit quia extraneo facta.
- 6 Maioratus ex bonis Regiæ Coronæ successio extero deferri tamquam consanguineo an possit. 6. & referuntur exempla 37. Negatur à 39.
- 7 Prohibitio ne vassalli in Regno se in aliud transferant an valeat. & 38.
- 8 Naturalis Regni an amittat originem si in aliud se transferat.
- 9 Natus per transitum an retineat originem patris & 10.
- 11 Conceptus in Regno & natus extra Regnum naturalis est.

- 12 Nepotes extra Regnum nati non sequuntur originem avi. Quid si vivo avo concepti sint. Ibid.
- 13 Lex prohibens acquirere extraneos an videatur prohibere acquirere ex successione. 14. 15. 16. & 24. Acquisitio an reputetur valida quoad omnes habentes jus à primo acquirente capaci, licet ipsi sint acquirere prohibiti. Vel ita.
- 17 Capacitas primi acquirentis an sufficiat ad omnes ab eo causam habentes licet ex persona propria sint prohibiti acquirere.
- 18 Statutum prohibens acquirere non prohibet retinere acquisitum.
- 19 Statutū prohibens extraneos acquirere an sit odiosum, vel favorabile, & 65.
- 20 Lex prohibens forenses acquirere an comprehendat acquisitionem quæ in consequentiâ actus permissi provenit.
- 21 Fœmina incapax jurisdictionis, vel patronatus potest in consequentiâ successionis acquirere.
- 22 Prohibitio alienationis in forenses de casu ad casum non debet extendi.
- 23 L. i. tit. 18. p. 2. explicatur, & seqq.

- 25 Lex prohibitiva ex parte dantis an extendatur ad acquirentem, vel recipientem.
- 26 Lex prohibens alienationem non prohibet alienationem in consanguineum factam.
- 27 L. 1. tit. 10. lib. 5 Recop. refertur.
- 28 Lex alienationem prohibens intelligitur de totali, & 29.
- 30 Lex alienationem prohibens intelligitur de alienatione ex facto hominis.
- 31 Lex donationem prohibens non extenditur ad alium actum acquisitionis.
- 32 Lex prohibens forenses acquirere intelligi non potest in præjudicium naturalium.
- 33 Exceptio quod non possit acquirere, quia forensis non potest opponi nisi à fisco.
- 34 Successor forensis incapax non habetur pro nato, sed bona maioratus trahuntur in sequentem consanguineum.
- 35 Fiscus non potest vindicare bona in forenses alienata, vel delata, nisi sequuta reali translatione.
- 36 Princeps potest dispensare cum forensibus, sed acquisitionis capax.
- 38 Forensis non potest succedere in maioratu regalis dignitatis, vel jurisdictionis, 39. & seqq. & referuntur decisiones pro hac sententia. 69. 70. & 71. & 72. & Matienzi Autoritas refertur.
- 39 Exteri, & forenses in his Regnis non possunt acquirere nec habere jurisdictiones, aut Villas.
- 40 Nec Commendas Indiarum.
- 41 Nec Indijs commerciare.
- 42 Nec officia justitiæ exercere.
- 43 Nec beneficia Ecclesiastica, 44 45. & 49.
- 46 Limita in beneficijs de parentela.
- 47 Nec possunt habere Commendas Ordinum Militarium.
- 48 Nec pensiones.
- Rationes hujus prohibitionis referuntur, 54. & seqq. usque ad 62.
- 50 Lusitani an sint naturales Regni.
- 51 Naturales diversorum Regnorum sub eodem Principe existentium an vicissim ad dignitates admittantur, & quando.
- 52 Aragonenses, & Navarri an habeantur pro naturalibus Regni Castellæ.
- 53 Filij Regum tot domicilia dicuntur habere, quot possident regna.
- 63 Statuti prohibentis forenses acquirere bona stabilia, Regni utilitas, & favor, 64. & 65.
- 66 Exter consanguineus, vel forensis an censeatur vocatus ex generali consanguineorum vocatione ad maioratum dignitatis, 67. & 68.
- 73 Exter an possit succedere in maioratu officium jurisdictionis habente.
- 77 L. 2. tit. 3. lib. 7. explicatur, ibidem, & seq.
- 78 Maioratus possessor si alienaverit rem maioratus an privetur re tantum, vel maioratu toto.
- 79 Et quid si adest expressa testatoris prohibitio.
- 80 Maioratus res an dividi in successoribus possint, & 81.
- 82 Maioratus in officio principaliter consistens non potest à forensi obtineri.
- 83 Exter qui in Regno Castellæ matrimonium contraxerit, non potest maioratum dignitatis ex persona sua obtinere, & 84.
- 85 Secus ex persona uxoris, 86. & 87.
- 88 Statutum excludens mulierem nubentem forensi non habet locum, quando maritus habitat in loco mulieris.
- 89 Maioratus possessor qui conditiones non adimplet maioratu privatur.
- 90 De conditione pænæ causa.
- 91 Conditio injusta, vel contra Leges rejicitur, & 95.
- 91 Et an conditio jurisjurandi.
- 92 Et de conditione nubendi indigno, & an sit indignus qui minus divitiarum habet.
- 93 Et de conditione nubendi ignobili.
- Et de conditione appositæ virgini ætatis 15. annorum nubendi viro 40. Ibid.
- 94 Conditio impossibilis maioratum in contractu institutum vitiat, modus autem vitiatur. In.

- Interpellatio an requiratur ut successor implere teneatur conditiones maioratus, & de differentia inter modum, & conditionem & 94.
- 95 Pænæ privationis non incurritur si successor ignoranter contraveniat, & ignorantia præsumitur.
- 96 Culpa alterius non potest quis privari successione.
- 97 Peccatum originale non contrahitur à matre, sed à patre.
- 98 Si Adam non peccasset, sed Eva filij originale peccatum non contraxissent.
- 99 Maioratus institutus per viam matrimonij, ex contraventione ejus cuius contemplatione institutus est amittitur, non vero ex alterius contraventione: intellige ut n. 100. & 101.
- 102 Adami peccatum an fuisset de re levi & an pænæ gravis imponi possit ob inobedientiam.
- 103 Contraventio non præsumitur.
- 104 Minor an restituatur adversus non impletam conditionem maioratus, ad 109.
- 110 Distinguitur.
- 111 Minor qui nupsit adversus testatoris præceptum an habeat restitutionem.
- 112 Minor non restituitur quoties res ad pristinum statum reduci nequit.
- 113 Minor, qui dolo omisit parere volutati testatoris, non habet restitutionem.
- 114 Delicta committuntur quatuor modis.
- 115 Ad contraventionem requiritur notitia foundationis maioratus ostento instrumento, & interpellatio.
- 106 Temetæ judicium an detur in casu contraventionis, & quando, 117. 118. & 119.
- 120 Temetæ judicium an detur in casu Legis 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. contra primogenitum, & contra L. 45. Tauri.
- 121 Maioratus possessor an teneatur restituere maioratum cum fructibus in casu contraventionis.
- 122 Originalis peccati ratio quare afficit omnes descendentes ex parte communi.
- 123 Pater an sit causa totalis generationis filij, & an mater concurrat effective, & 124.
- 125 Adamus si habuisset filium, an de peccatum, non contraheret filius culpam parentis.
- 126 Exclusionem generali non comprehenditur qui specialiter est vocatus.
- 127 Contraventionis vitium quando realiter afficiat lineam contravenientis, vel personam non egrediatur.
- 128 Contraventio conditionis ducendi nobilem, an sit realis, sicut contraventio ducendi eam, quæ non habeat maculam Iudeorum, ad 34.
- 128 Macula sanguinis à patre contracta per matrimonium inficit omnem ejus posteritatem.
- 129 Ignobilitas à patre per matrimonium cum ignobili non obest filijs ab eo procreatis.
- 130 Nobilis, & maculatus quis esse potest.
- 131 Nobilis qui cum plebea contrahit matrimonium, nobiles filios procreat.
- 132 Testator ex conditione ducendi nobilem, nobilitatem paternam, & maternam in successores requirere videtur, & 133.
- 134 Nobilitas ex linea materna non consideratur deficiente nobilitate in patre. Conditio ducendi nobilem valida est. Ib.
- 135 Successor non adimplens conditionem nominis, & armorum, injuria afficit institutorem.
- 136 Contraventio ex injuria, vel ingratitude an afficiat filios ex ingrato natos.
- 137 Filius contemplatione patris vocatus, vel ex persona patris succedens patre excluso excluditur.
- 138 Et an excludatur si patris, & matris contemplatione vocetur, & unus contraveniat.
- 139 Et an si pater non erat possessor maioratus, possit filius succedere non obstante ejus contraventione.
- 140 Contraventio an sit realis quando alius in casu contraventionis vocatur, alius in casu mortis.
- 141 Contraventio ex alterius facto quando valide apponatur in vim conditionis. Et an in pænâ ex alterius facto quis possit excludi. Ibid.

- 142 *Conditio legati, vel fideicommissi non potest impleri pro parte, & quando secus.*  
 143 *Limita quando pro parte legatum acquiratur.*  
 144 *Diminutis bonis an onus legati, vel fideicommissi minuat.*  
 145 *Et an diminutis Capellanæ bonis minui debeat onus missarum.*  
 146 *Capellanus per se onus missarum reducere nequit etiã bonis diminutis.*  
 147 *Contraventio ex matrimonio contracto contra præceptum testatoris non nocet filijs ex alio matrimonio natis.*  
 148 *Contraventio realis lineam contravenientis non egreditur.*  
 149 *Contraventio ex alienatione rerum maioratus quando sit realis, vel personalis.*  
 150 *Conditio non molestandi quomodo intelligatur, & an de molestia justa, & lite secundum jus, & 151.*  
 152 *Vocationes maioratus tot diversæ censentur quot sunt personæ vocatæ, & 153.*

*De Incompatibilitate  
in Iure Divino.*

*Num. 1. & seqq.*

**A**dducit Doctiff. Alvarez Pegas ad Ord. Lusitan. tom. 9. lib. 2. Ord. tit. 3. in princ. n. 192.

Hæc late prosequitur eleganter ad Auctoris propositum Caramuel Theolog. fundament. n. 1432. & seqq. tom. 2. ubi & illud Genes. 4. ibi: *Ubi est Abel frater tuus?*

**NOTABILE I.**

*Num. 16. & 17.*

**L. 1. tit. 20. partit. 2. ibi:** *T por maior tuvieron los Sabios antigos, que hablaron en todas las cosas, muy con razon, aquella naturaleza, que de suso diximos, an con la tierra por nacer en ella.*

Cald. Pereyra in Resp. pro D. Ioan. de Tassis, & alij referendi.

Communiter dispositum est, tam in dignitatibus sæcularibus, quam in Ecclesiasticis, originarios, & naturales esse admittendos exclusis exteris. Primum in Castellæ Regnis statutum est non esse admittendum ad successionem Regni alterius gentis Regem, ut constat ex L. 8. in Prolog. de fuero Iuzgo, & in Consil. Toletan. 8. Can. ultim. & in consil. 5. can. 3. refert Caramuel in suo Philip. Prud. 5. disp. 8. q. 4. art. 2. fundamento 3. D. Molin. lib. 1. de Hisp. primog. n. 11. Petr. Greg. de Republ. lib. 4. cap. 4.

Ita in Regno Aragoniæ Petronilla 4 Regis Ramiri filia successit ea conditione, ut nubere teneretur cum Raymundo Comite Barcinonensi: *Por huir de los inconvenientes que se temian si el Reyno viniessen en poder de Rey extranjero*, ait Zurit. Annal. Aragon. lib. 8. cap. 5. & alia plura exempla ijdem demonstrant de quibus idem Zurit. lib. 11. cap. 82. 83. & 87. Joan. Lymnius, Not. Franc. lib. 2. cap. 3. lit. F. Jacob. Aug. Thuan. lib. 106. Histor. Spondan. tom. 2. post Baron. ann. 1593. num. 14. Scip. Duplaix. tom. 4. in Henric. 4. eod. anno 1593. n. 15. Henric. Catharin. Davil. lib. 13. Joan. Buffier. lib. 22. Hist. Franc. Ludovic. Bavia Hist. Pontific. tom. 4. in Clem. 8. cap. 3. Ant. Herrera Hist. Philip. 2. tom. 2. lib. 9. cap. 8.

Eaque ratione irritam fuisse donationem ab Alphonso factam Carolo 5 Magno Franciæ Regi, ut pote extero, contat. Vicent. Caboffius Disp. Jur. lib. 1. cap. 10. ibi: *Qua ratione Hispani, cum Alphonsus Castus Rex liberos non habens Regnum suum donaret Carolo Magno ea lege, ut Arabes ex Hispania expelleret, donationem illam irritam fecerunt, dicentes, se male mori liberos quam in Francorum degere servitute, aut per eos incolumes esse.* Roderic. l. 4. de Reb. Hisp. cap. 10. Baron. tom. 9. anno 812. Marian. de Reb. Hisp. lib. 7. cap. 11. Garybai tom. 1. lib. 9. cap. 16. Petr. Rosell. de Hispan. & Gallor. unione cap. 1.

Hæc,

- 6 Hæc, & alia quæ in Regni successionem cõmuniter solent adduci, in dignitatibus Regijs dubia sunt; adhuc enim non constat, an extraneus possit habere maioratum in Regno, si is habeat dignitatem Regalem Ducis, Comitum, vel Marchionis, vel Villas, jurisdictiones, aut officia publica Justitiæ, vel jurisdictionis? Et videtur dicendum posse succedere, supposito quod sit proximior cõsanguineus ultimi possessoris, nec alia ratione succedere sit impeditus. Id namque certum est, nullam extare Legem, quæ prohibeat naturales Regni libere in alia Regna transire, inc. datus enim unicuique liber est, imo prohiberi nequaquam licitum esset ex sententia Emil. conf. 159. Rodolphin. de Potest. Princ. cap. 6 n. 113. & seq. qui defendunt prohibitionem Regis, ne vassalli à Regno exeant, esse invalidam, & cõtra jus gentium; de quo vide Cyriac. controv. 78. n. 1. & 2. ubi contra tenet. Nulla tamen extante Lege, certum est actum esse licitum, nec posse privari successorem maioratus successionem.
- 8 Quod etiam probatur; quia originarius hujus Regni qui in aliud transfuit, non amittit originem; quia quemadmodum patrem mutare non possumus, ita nec patriam, L. 29. tit. 18 partit. 2. ibi: *Que por derecho no se puede ninguno desnaturalizar*: pro qua videndi qui hanc sententiam sequuntur, Bart. in L. Assumptio in princ. ff. ad Municipal. Sozin. in cap. licet ratio: ne ult. n. 52. de for. compet. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 4. Barbof. in L. Heres absens §. Proinde n. 24. & 5. 26. 41. 87. 108. & 103. cum seqq. de Iudic. Menoch. conf. 1076. à n. 3. & conf. 600 n. 7. & conf. 80. num. 10. & seqq. & conf. 112. n. 61. Paschal. de Vir. patr. potest. 3. cap. 2. n. 31. Peregrin. conf. 55. Manuel Barbof. ad Ordin. Portugal. lib. 2. tit. 56. in princ. n. 2. Ciarlin. Controv. for. cap. 149. ubi elegans ratio ibi: *Quia statim acque natus est patriæ, illi hypothecatus est.* Vid. D. Amaya in L. 7. C.

de incol. num. 32. & seqq. Carleval. de Iudic. tit. 1. disp. 2. num. 124. Surd. conf. 560. n. 5. Cald. Pereyra in Resp. pro D. Ioan. de Tassis n. 9. Illi autem qui extra Regnum nati sunt non omnino extranei judicantur, namque si pater nõ animo deserendi omnino patriam transmigraverit, nascuntur per transitum, & naturales sunt L. 19. tit. 3. lib. 1. Recop. Silva Resp. lib. 1. resp. 7. p. 4. à num. 19. Narbon. in L. 20. gloss. 2. à num. 144. lib. 1. Recop. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 3. Barbof. in L. Heres absens §. Proinde à n. 18. 22. 25. 90. & 96. D. Solorzan lib. 5. Politic. cap. 9. fol. 835. vers. 1. de esto, Leon decij. 199. Vide Amaya in d. L. 7. C. de incol. à n. 43. & eleganter D. Crespi observat. 6. à num. 57. ubi filius extra Regnum natus, vel conceptus habetur pro naturali Regni; quando pater omnino domicilium non deseruit, vel renuntiaverit, nam renuntiata origine filius alibi conceptus, & natus non habetur pro naturali, licet per transitum sit natus, D. Crespi n. 100. & 101. nisi conceptus sit in Regno; sufficit enim conceptum esse in Regno, ut sit naturalis docet ipse n. 97. & 98. Carranza de Partu c. 1. section. 1. n. 54. Jul. Capon discept. 115. n. 29. tom. 2.

Nepotes vero, & cæteri descendentes hoc privilegio non gaudent, quia alibi nati originem avorum non sequuntur licet per transitum nati sint, uno tantum excepto casu, quando scilicet pater, avus, vel ascendens de licentia, & regis mandato in Reipublicæ causam absit, nam ea causa durante, filij, vel nepotes, vel cæteri descendentes nati, habentur pro naturalibus, quod eleganter docet Cresp. ubi sup. n. 99. 102. & 107. cum seqq. Vide Pat. Barbof. in L. Heres absens §. Proinde n. 32. ff. de iudicij, ubi de nepote vivo avo concepto.

Hi autem, qui extra nati, pro extraneis habentur, ut supra diximus, à successionem maioratus excludi nõ possunt, nam non omnino sunt extranei, cum

Z iij origine



originē Regno procedant, & tamquam consanguinei pertendant, quod quidem ut convincas, observa nullam dari prohibitionem in Regno, quæ extraneos excludat à successione bonorū Regiæ coronæ, vel dignitatis, aut jurisdictionis, verum est enim esse quamplurimas Leges, quæ extraneos ab officijs, & beneficijs arceant, & donationem regalium in eos conferre prohibeant, quæ infra referendæ sunt; nulla tamen successione prohibet: at nulla Lege prohibente successione, ad hunc casum eas extendi non debere docemur, quia ubi verba Legis deficiunt, ibi dispositio cessat, *L. 4. §. Toties, & ibi Bart. ff. de damn. infect.* nec potest extendi ad casus non expressos, si enim legislator voluisset expressisset, *Cap. inter corporalia de translatione Episcopi, Cap. ad audientiam de decim. L. unic. §. Si autem C. de caduc. toll. L. Ita autem ff. de administr. tut.* Cyriac. *controv. 254. num. 56.* Castill. *cap. 125. num. 9.* cum ergo Lex nulla excludat successorem à maioratu, is prohibitus succedere non censendus.

14 Quod magis specificè probatur, quia Lex, quæ acquirere extraneos prohibet, nunquam videtur casum acquisitionis ex successione comprehendere, *Deuteronom. cap. 18. ibi: Non habebunt Sacerdotes, & Levitæ, & omnes, qui de eodem Tribu sunt, partem, & hereditatem cum Israel; & infra: excepto eo, quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur, L. 22. ff. de inoffic. testam. ibi: Cum non proprio nomine, sed jure cujusdam successione, L. 1. ut legat. non caveatur, ibi: Non ex judicio defuncti, sed successione necessitate, Cyriac. *controv. 543. n. 17. ibi: State igitur, &c.**

15 Optime Auctor infra *p. 5. cap. 6. n. 22.* ubi eleganter docet divisionem prohibitam in bonis regalibus de *suertes de poblacion*, non procedere in divisione, quæ per successione contingit, & quod statutum prohibens forenssem acquirere, non extendatur ad

acquisitionem successione inter consanguineos. *Surd. conf. 461. n. 13. Menoch. conf. 756. num. 1. & 3. & conf. 718. num. 30. & 31. Riminald. conf. 15. num. 7. & 8. & conf. 640. n. 4. lib. 6. itidem Menoch. conf. 469. num. 4. & conf. 510. num. 1. & seqq. Cyriac. *controv. 543. Giurb. in Consuetud. Messan. p. 1. cap. 11. gloss. 6. numer. 13. Merlin. de Legit. tit. 1. q. 5. Peregrin. conf. 4. num. 2. tom. 6. & conf. 4. num. 3. tom. 5. Mieres de Maior. l. p. q. 57. n. 69. Baltas. Thom. tract. 2. cap. 34. n. 885. ubi quod simile statutum non procedit quando res alienatur in forenssem, quæ fuit suorum maiorum, & num. 938. non procedere, quo minus conjunctus conjuncto succedat. Idem Cyriac. *controv. 205. num. 154.* ubi loquitur de statuto alienari rem in forenses prohibente, non prohibere alienationem, quæ fit in ultima voluntate. *Baltas. Thom. tract. 2. de in cap. 34. n. 949.***

17 Quæ doctrina ea ratione comprobatur, quod acquisitio primæva, & originalis talis maioratus jurisdictionis, vel dignitatis regalis firmat successione quoad omnes, qui in eo maioratu successuri sunt, unde cum tunc, utpote in originarium facta valida sit inspecta persona acquirentis, non debet considerari nova successorum acquisitio, sed potius originaria traditio, ex qua omnes successores jus acceperunt, arg. *L. Pater 38. §. 5. ff. de leg. 3. ibi: Quia non possideritis persona, qui nunc extraneus est, sed emptorum, qui secundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt, quibus permiserat testatrix venundari. Leon. tom. 2. decis. 144. n. 11. ubi bene loquitur, & in specie Cyriac. *dict. controv. 543. num. 13. ibi: Comprehensis in investitura dicitur ex ea jus perfecte acquisitum in spe, & ex tunc capacitatem in eis adesse, adeo ut purificata conditione, non requiratur nova traditio, vel acquisitio, sed tantum renovatio investituræ vigore recognitionis juris quæsitæ; & n. 17. ibi: Stante igitur**

igitur hac capacitate, non potuit ipsis comprehensis præjudicari per statutum de prohibita alienatione in forenses, quia non jure subjectionis sed comprehensionis istud jus vendicatur. Et eleganter conducit *Baltas. Thom. dict. cap. 34. n. 934.* ubi ait ex simili statuto non comprehendere successione ex pacto, & providentia concessi feudi *Decian. conf. 71. num. 70. lib. 5. Surd. conf. 371. num. 50.*

18 Unde recte observat *D. Solorzan. lib. 1. Politic. Ind. cap. 11. fol. 52. vers. Por donde solemos, & alij ibidem relati.* statutum prohibens acquirere, non prohibere retinere: jus enim quæsitum facilius conservatur, quam jus novum acquiratur, ac difficilius à jure jam quæsitum excluditur, quam à jure quærendo, *L. Filii famul. ff. de solut. facilius enim retentio, quam petitio conceditur L. Servus C. de pact. Giurba plurib. exornans de Success. feud. §. 2. gloss. 6. n. 69. & seqq.*

19 Item prædicta comprobantur ex eo, quod simile statutum prohibens forenses acquirere, striete interpretari debet, quia est odiosum, & correctorium. *Menoch. conf. 166. num. 5. Surd. conf. 48. n. 9. & seqq. & conf. 351. n. 51. & conf. 461. n. 20. Altograd. conf. 3. n. 39. & conf. 61. n. 12. Merlin. de Pignor. lib. 2. quæst. 42. n. 30. Cyriac. *controv. 205. n. 150. & controv. 529. n. 3. & controv. 543. n. 6. & 7.* unde Lex alienationem prohibens in forenses, solum prohibet acquisitionem immediate ex actu prohibito venientem, non vero quæ in consequentiam actus liciti, & permitti venit, *Gama decis. 110. num. 37. Altograd. conf. 3. num. 23. L. fin. in princ. ibi: Quia non directo, sed per successione hereditas patris ad filium pervenit & §. 1. plus ego ibi: quia non principaliter, sed per successione bona fratris ad eum pervenerunt, ff. de leg. 3. L. 19. ff. de dol. mal. L. 7. ff. de his quib. ut indignis, L. 1. ff. de auct. tutor. L. Quod dicimus eod. L. Cum quidam de adm. tut. L. Non omnis ff. si cert. petatur.**

Cum ergo hoc casu consanguineus non veniat ad successione ex actu aliquo antecessoris, sed quia proximior est consanguineus, non potest comprehendere in prohibitione acquirendi forensium. Ecce enim femina, quæ se incapacem non potest negare jurisdictionis, *L. Femina ff. de reg. jur. in consequentiam successione capax efficitur, Soufa in d. L. Femina n. 9. Panormitan. in cap. 1. & cap. cum seculum, & c. ex literis de jur. patron. & in cap. fin. de concess. præbend.* qui loquitur de capacitate feminae in jure patronatus.

20 Item facit quod prohibitio alienationis, vel acquisitionis forensium de casu ad casum non debet extendi, ut ex dictis manet probatum, & sic solvitur difficultas, quæ potest oriri ex dispositione textus Regij in *L. 1. tit. 18. p. 2.* ubi loquitur de Castellis Regni, ibi: *Ni los deben enagenar en ninguna manera en vida, ni en muerte a omes de fuera de su Señorio, ni a otros de quien pudieffe venir guerra, ni dano al Reyno.*

24 Hæc enim Legis dispositio, quæ alienationem prohibet, non potest extendi ad acquisitionem, quæ fit per legitimum actum successione *L. 77. §. 28. ff. de leg. 2. Reynof. obs. 21. n. 10. Fufar. de Subst. quæst. 352. n. 52. Menoch. conf. 1145. n. 1. & n. 11. & conf. 1210. n. 26. Cyriac. *controv. 205. n. 149. usque ad 155. Peregrin. conf. 47. n. 4. tom. 4. & cum sit tantum prohibitiva ex parte dantis, non potest extendi ad recipientem, & ideo non redditur acquisitio nulla, maxime cū à Lege non annulletur. Surd. conf. 48. n. 1. omnino videndus Cap. dilecto de præbendis, & ibi gloss. verb. Clausula, Cyriac. *contr. 689. n. 19. Surd. conf. 360. n. 46. Natta conf. 287. n. 6. Alex. conf. 24. num. 3. vol. 4. Alderan. Mascard. de Interpret. stat. conclus. 9. n. 36.* Item cum alienationem prohibet, non potest extendi ad alienationem in consanguineum factam, *L. 62. de contrah. empt. Platea relatus à D. Greg. in d. L. gloss. 7. ibi:***

ibi: *Dicit quod forensis per statutum prohibitus emere in loco, potest emere que fuerunt suorum antecessorum, Cyriac. controu. 543. n. 34. Baltas. Thom. ubi supra n. 938.*

27 Nec item obstat *L. i. tit. 10. lib. 5. Recop.* quæ etiam prohibet fieri donationem regalium in forenses ibi: *Declaramos, que si las tales cosas fueron, ofueren dadas, donadas, o enagenadas por Nos, o por los Reyes, que despues vinieren a otro Rey, o Reyno, o a personas de otro Reyno, que no sean naturales, o moradores en estos Reynos, por que de se les hazer, o aver hecho redunda en diminucion de ellos, que las tales sean ningunas, y de nngun valor, y effeto, y que si de hecho fueren hechas, que Nos ni los Reyes despues de Nos, ni sus herederos, ni el Reyno sean obligados a las guardar, ni cumplir; y si algun natural nuestro teniendo algunas cosas de las susodichas hiziere donacion, o enagenacion de alguna de ellas en alguno no natural de nuestros Reynos, que pierda lo que assi donare, o enagenare, y quede al alvedrio del Rey, de le dar la pena, por lo aver hecho que le pareciere.*

28 Primum, quæ circa Legem Partitæ dicta sunt in hac etiam locum habent; deinde in quantum alienationem prohibet, & nullam reddit, nihil obstat, intelligenda est enim de totali alienatione, non quando est facta reservatione aliqua, ut late, & eleganter profequitur Menoch. *conf. 307. num. 35. & 36.* & quod simile statutum non habeat locum, quando non transfertur dominium per alienationem Baltas. Thom. *ubi sup. num. 948.* nec prohiberi commoditatem percipiendi fructus *num. 961.* & nuda possessio, & Tenuta non videtur prohibita *num. 914.* unde cum maioratus successor non acquirat totale dominium rerum maioratus, sed temporale, & utile, tamquam usufructuarium, sequitur non esse impeditam hanc acquisitionem. Item cum lo-

30 quatur de alienatione facta hominis,

non comprehendit alienationem Lege successionis obvenientem, ut dictum est, ex *d. L. fin. in pr. & §. i. ff. de leg. 3. & est textus in L. fin. C. de praed. decur. ibi: De pretio non redhibendo loquitur sunt, ut ex hoc apertissime detur intelligi solum venditionis interdictum esse contractum. Surd. *conf. 77. num. 33.* Neceo quod prohibeat donationis causa acquirere comprehendendi potest alter titulus acquisitionis, *L. Si extraneus 44. ff. de don. inter vir.* ibi: *Non enim omnimodo uxores ex bonis virorum, sed ex causa donationis acquirere prohibita sunt.**

Nec ita interpretari debet ea Lex, ut consanguineos à successione excludat, arg. *L. Id quod 28. §. Si quas ff. de donat. inter.* & quod ob exclusionem forensium etiam naturalium eveniret exclusio, & fisco bona quærentur ad textum in *L. Pater filiae 6. ff. de servit. leg. ibi: Utroquoque jus transeundi præstabitur alioqui filiae præstari non videbitur;* quod maxime hac Lege attentata observa, cum per eam bona in forenses alienata omnino fisco vindicentur, ibi: *Que pierda lo que assi enagenare;* quibus nullum jus consanguineis reservatur, & consequenter fisco vindicaret alienata, ut docet Cyriac. *controu. 205. num. 171.* ubi etiam ex hoc infert esse hanc exceptionem de jure tertij, nec ab alijs consanguineis opponi esse præterquam à fisco, & idem docet *controu. 204. num. 83. & 84.* & idem in exceptione, quod extra patriam habitat contra statutum, docet *controu. 243. num. 36.* ubi Surdus *conf. 48. sub n. 19.* & alij, Balt. Thom. *tract. 2. cap. 34. n. 781.*

Hoc tamen in maioratu, vel fideicommissio plurium graduum verum esse dubito, quia substitutio quævis per se consideratur, nec dicitur unicum fideicommissum, sed plura, vel saltem continet tot dispositiones, & vocationes, quot sunt successores,

ut

ut præter alios de eadem profequitur idem Cyriac. *controu. 100. à num. 3 ad 13* & ideo uno gradu deficiente conservatur in alijs fideicommissum, & maioratus, *L. ex facto §. Lucius, & in fin. d. Leg. & L. fin. ff. de vulgar. subst. L. Ita tamen 27. §. Qui suspectus ff. ad Trebel. & successor factus incapax aperit locum sequentibus in gradu L. Post mortem 10. §. Lib. vi. ff. de bon. poss. contra tab. & relictum incapaci vigore exclusionis forensium, acquiritur proximioribus capacibus non forensibus Sozin. *Junior conf. 3. sub n. 24. vol. 3.* & alij apud Cyriac. *controu. 205. n. 28.* quia licet per hujusmodi statuta, & Leges bona relicta forèsi applicentur fisco, tamen hoc non habet locum, nisi sequuta reali translatione in forèsem, & apprehensa possessione bonorum Sozin. *d. conf. 3. num. 19. 23. & 24.* Cyriac. *num. 29.* Baltas. Thom. *ubi sup. n. 979.* ubi requiri perfectam acquisitionem, nec etiam constitutus sufficere. Unde ex sola delatione jus fisco non quæritur, imo nec extraneo deferri successionem posse dicendum est, cum per Leges acquirere sit prohibitus, arg. *L. Tutio 96. ff. de cond. & dem.**

35 Id tamen observa ad faciliorem dispensationis forensium facultatem quæ à Principe potest obtineri, & impetrari, quia cum agatur maxime de præjudicio fisci, non requiritur causa, nec cognitio, quæ in alijs est necessaria, eo maxime, quod impedimentum hoc sit accidens, quod non reddit subiectum incapax sicut alia, ut vitium spuriæ, quapropter facilius à Principe dispensari potest. Vide Cyriac. *controu. 204. fere per totum,* & prædicta comprobare poteris ex Giurba de *Success. feud. §. 2. gl. 8. n. 32.* ibi: *Et quem inhabilem prius ad succedendum declaraverat, potest facere habilem, & gl. 10. n. 10.* ibi: *Ipse que Princeps, aut Lex scripta naturæ defectum non supplet.* Et de incapacitate naturali, & accidentali, vide D. Molin. *lib. 3. cap. 2. n. 19.*

37 & lib. 3. cap. 7. n. 4. Robles de *Representat. lib. 1. cap. 11. n. 18.* D. Solorzano, *tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 19. n. 33.* *vers. Et quod, & n. 39.* Pat. Molin. *de Just. & Jur. disput. 624. n. 4.* D. Castillo *lib. 3. controu. cap. 15. n. 78.*

Præterea quod forensis non excludatur à dignitatibus regalibus Regni pluribus comprobari potest exemplis; notum est enim Dionysium Portugalem, filium Ducis Bragantiæ D. Ferdinandi, fuisse Comitem de Lemos in Regno Castellæ ex matrimonio cum Beatrice successora Comitissæ de Lemos, & D. Duarte filius Ducissæ Bragantiæ fuit etiam ex matrimonio Comes de Oropesa, Marquis de Farandilla, & de Flechilla, & Comendatam de Castelnovo possedit; & D. Alphonfus de Alencastre filius Domus de Aveiro fuit Marchio de Valdesuentes, quia, & cū Domina Anna de Sande matrimonium contrahit; & Salazar de Mendoz. *in lib. de las Dignidades de Castilla,* meminit *lib. 2. c. 11.* D. Alphonfus de Meneses, qui eodem tempore in Castella fuit Dominus de Albuquerque, & in Lusitania Comes de Barcellos, & D. Henrici Manoel, qui in Lusitania Comes, & in Castella fuit, idem *lib. 4. c. 27.* & in *Chronic. Joann. II. Lusitani, & cap. 62. & 168.* & apud Marian. *lib. 7. cap. 16. tom. 2. Hist. Hisp.* alia memorant; quibus manifestum est non esse incompatibiles maioratus in diversis Regnis institutos apud unum eundemque successorem, quia eo quod sit extraneus succedere non prohibetur.

38 Quod sine dubio verum est in maioratu simplici sine jurisdictione, dignitate, & officio justitiæ, apud nos enim jure cōmuni standum est, quo permissum est cuilibet acquirere ubique bona quælibet, tam inter vivos, quam ultima voluntate. *L. Extraneus 11. C. de hered. instituend. L. 1. & 14. C. de contrah. empt. Mieres de Maior. 1. p. 9. §. 7. n. 69. & 70.* ubi an consanguineus exter admittatur ad maioratum, & affir-

& affirmative resolvit, licet inter eum, & qui in testatoris patria natus sit, hic illi præferendum judicet.

39 Contraria tamen sententia verissima est, imo exterum non esse admittendum ad maioratum regalis dignitatis, vel jurisdictionis expresse probatur ex *L. 1. tit. 18. p. 2.* cujus verba supra relata sunt, & ita expresse sentit Doctissimus Greg. in *d. L. gloss. 7.* quæ sententia probatur manifeste Regijs Legibus, quibus omnino redduntur incapaces quarumcumque dignitatum sæcularium, & Ecclesiasticarum Regni, qui extranei sint, nam per Legem *L. 1. & 2. tit. 10. lib. 5. Recop.* omni prohibiti modo sunt acquirere ex donatione, etiam Principis, Castella jurisdictiones, Villas, vel Civitates Regni, nec permittitur alienatio quævis in extraneos facta D. Amaya in *L. 1. C. de fundis limitroph. sub L. 6. C. de ann. & trib. lib. 10. fol. 235. n. 48.*

40 Item nec in Regnis Indiarum Cõmendatarij esse possunt. D. Solorzan. *lib. 3. Politic. cap. 6. fol. 282. vers. En sexto, & tom. 2. de lur. Indiar. lib. 2. cap. 5. n. 69.* nec ibi commercia exercere possunt ex *L. 12. tit. 10. lib. 5. Recop. L. 5. & 6. tit. 18. lib. 6. Recop. D. Solorzan. lib. 6. Politic. cap. 14. fol. 1010. Escalon Gazophil. lib. 1. cap. 39.*

42 Item officia publica naturalibus Regni, & non extraneis conferenda esse statuitur *L. 27. L. 2. tit. 3. lib. 7. Recop. L. 3. tit. 16. lib. 2. Ordin. L. 8. & 23. tit. 2. lib. 7. Ordin. L. 2. L. 10. tit. 9. lib. 5. eod. Petr. Greg. de Rescript. lib. 1. cap. 30. n. 10. Aug. Barbof. voto 33. Solorzan. lib. 4. Politic. cap. 19. & lib. 5. cap. 4. Ricc. collect. 1198. & 1383. Tondut. lib. 2. Quæst. Civil. 62. D. Crespi dict. observ. 6. n. 5. & seqq. ubi num. 34 limitat nisi deficient naturales.*

43 Et in beneficijs Ecclesiasticis idem disponit *Lex 14. & seqq. tit. 3. lib. 1. Recop. L. 18. & 19. tit. 3. lib. 1.* Addendi Amaya in *L. 7. C. de incol. lib. 10. n. 33. D. Solorzan. lib. 4. Politic. cap. 19. Ripol. de Regal. cap. 35. n. 143.* licet jure

communi solum videatur præferendos esse naturales extraneis, *Cap. bonæ memoriæ 5. de postul. Præl. cap. ult. de Cler. Peregrin. cap. cum ad decorem. 5. de inst. cap. nos qui 40. distinct. cap. non loca ead. dist. Cap. unde quaque, Cap. nasci, Cap. dominus noster 56. dist. gloss. in cap. neminem 70. dist. ibi: Hoc ideo dixit, quia potius est præsentandus Clericus, qui est de Civitate, quam extraneus. Docet Phæbo decis. 67. n. 11. & decis. 109. n. 21. & 22.*

Sed in Hispania extranei sunt omnino exclusi, ut constat ex Legibus Regijs, & tradunt sup. citati, & plene D. Salzed. de *Leg. Politic. lib. 2. cap. 6. & seqq. Franc. Salern. conf. 3. & 12. lib. 1. Henriquez de Pontific. Clave lib. 2. c. 22. Garcia de Benefic. cap. 9. p. 7. Idem Salzed. ad Leges Recop. Barbof. voto 33. Soto de Inst. & Iure lib. 3. q. 6. art. 1. Silva Resp. p. 4. resp. 7. Pat. Sanchez conf. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 9. Dom. Crespi dict. observ. 6. n. 55. ubi n. 69. limitat, ut hæc prohibitio non extendatur ad illa beneficia, quæ ex fundatione cõsanguineis de genere, & familia fundatoris laici deferuntur, ad hæc enim exteri etiam admittendi erunt, quod probat ex foro speciali Valentiæ, nec sine ratione constituto, cum semper fundatoris voluntas reservata maneat, *Cap. quia contingit §. Hoc autem de relig. dom. Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 1. de reform. Lotterius lib. 1. de benef. q. 22. n. 18.**

Idem in Cõmendis Ordinum esse observandum docet ibidem D. Crespi n. 80. & in pensionibus cum Salzed. & alijs n. 63.

Quando hæc prohibitio inceperit deduces ex P. Marian. *lib. 18. cap. 13. & lib. 19. cap. 1.* Hispanie juncta *Leg. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.* & comprobatis etiam exemplis relatis per Nebrisensem *Chron. Reg. Cathol. Ferd. & Elis. cap. 127. pag. 147. Rauser. Histor. Jur. Pontific. lib. 2. cap. 6. numer. 27.* licet aliquando extranei in dignitatibus Ecclesiasticis admissi videantur, ut

ut tradit idem Mariana *lib. 17. cap. 19. & lib. 19. cap. 9. & lib. 18. cap. 7. & lib. 17. cap. 10.* qui de aliquibus Hispanis in Lusitania, & Lusitanis in Castella Episcopis refert, quod ideo admissum, quia in Curijs Toleti anno 1396. celebratis, in quibus prohibentur extranei beneficia in Castella obtinere, Lusitani excepti remansere *cap. 7.* earum, quod hodie obtinere non possent cum pro extraneis habeantur, & ideo sint specialiter in Indiarum Regnis prohibiti commercia exercere, de quo testatur D. Solorzan. *lib. 6. Politic. cap. 14. fol. 1010. vers. Assi mismo no puede: nisi dicas eam prohibitionem esse specialem, nec ideo esse habendos pro extraneis qui intra limites Hispaniæ sunt, & finitimi arg. text. in cap. Innocens 22. q. 4. ibi: Quod cum essent finitimi, advenas se esse simulaverunt: Zurita Annal. lib. 11. cap. 82. 83. & 87. qui de Aragonibus loquens ait: *T de padre Rey de la misma nacion que eran los Reyes de Aragon.**

51 quod verum est quando sub eodem Principe Regna sunt, de quo vide D. Solorzano in *Politic. lib. 4. cap. 19. fol. 671.* vel quando reciproce ad dignitates unius, & alterius Regni naturales vicissim admittuntur D. Crespi *obs. 6. num. 71.* ibi: *Ut si naturalis Regni Valentia in aliqua provincia ad similia consequenda, ut naturalis illius admittatur, possint & illi promiscue in nostro Regno admitti.* Qua ratione dubitatur de Aragonensibus, & Navarris, an habeantur pro naturalibus Regni, maxime cum sub eodem Potentissimo, & Inviçtissimo Carolo Secundo Rege nostro sint dominia eorum Regnorum, de quo vide D. Solorzan. *lib. 4. cap. 19. fol. 669. vers. Lo que; & vide Additiones, & Notas ad lib. 1. Recopil. tit. 3. in fine,* quæ Navarros admittit, & Ordinatio Vallis Oletana *tit. 8. lib. 5. Escalon. Gazophil. lib. 1. cap. 39. n. 14.*

53 Quod in Regnis filijs excellentius est, quod omnium Regnorum na-

turales judicantur, quia dicuntur habere tot domicilia, quot Regna, licet unum principalius habeant, *Gloss. in cap. Omnes Principes de Majorit. & obed. Capyc. decis. 209. Cancer. var. lib. 3. cap. 12. numer. 228. & 229. & 30. Belle D. Crespi observ. 6. num. 99.* Nec quidem mirum hoc est, cū Reipublicæ Regimen occupatus, & deditus domicilium originis retineat, & novum provinciæ in qua degit acquirat, D. Amaya, Carleval, & alij apud Crespi *num. 104.* Rex autem in provincijs suis divisus, in Regimen Reipublicæ plus honoris, & privilegij meretur, quam privatus gubernator ac Iudex.

Ratio autem hujus prohibitionis fundatur, tum in jure, quod naturales habent ad bona Regni docet Auct. *n. 17. hic,* & probat *L. 1. tit. 11. p. 2. ibi: En fazerla poblar de alguna gente, & ante de los suyos, que de los agenos.*

Tum quia naturales magis fideles sunt, quam alij exteri, *L. 9. tit. 11. p. 2. ibi: Debe fiar más en los suyos, que en los estranos, porque ellos son sus señores naturales, & non por premia.*

Tum etiam, quia periculosum est Regno exteris detegi, vel divitias, vel paupertatem, ex hoc enim decor amittitur, & honos Reipublicæ; vel ex eo vertitur in periculum Reipublicæ salus, ne alieni de patrimonio Civium solliciti sint, argum. *L. Meminimus, C. Quando & quib. quart. pars debeat L. 1. Cod. de alim. pupil. præstand. ibi: Quid enim tam durum, tamque inhumanum, quam publicatione, pompæque rerum familiarium paupertatis detegi vilitatem, aut invidiæ exponere divitias. Vide Trog. lib. 25. ibi: Galli expositum grande auri, & argenti pondus admirantes, atque præcellæ ubertate sollicitati, infestiores quam venerant revertuntur; & paulo post, ibi: Ignarus quod quibus ostentatione virtutum metum se injicere existimabat, eorum animos ad optimam prædam sollicitabat.*

Aa Item

57 Itē quia intelligens suspecti omnino, nec fide, nec affectu tenentur, ut ait Tacitus lib. 14. ibi: *Porque no ayen dignidades, ni ocupen las fortalezas de las Iglesias personas estrangeras sospechosas a nós, tit. 3. lib. 1. Recop. ex quo proveniunt Reipublicæ incommoda, nam seditiones oriuntur, & civili prælio Civitas jaētatur, quare Isai. cap. 2. dicitur: Regionem vestram coram vobis alieni devorant.*

58 Item extranei solum curant ad se commodum trahere, divitias quære, & succum suum patrimonium Civium convertere, & quæ maior infelicitas naturalium: honorem suum, divitias, commoda, utilitates ad se pertinentes suorum sanguine acquisita ad alios translata, sine jure, & cum injuria videre, Proverb. cap. 5. ibi: *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena. Et facit d. L. 14. ibi: Saca-se para ellos la moneda de nuestros Reynos, y se enriquecen los estrangeros, y aun a las vezes los enemigos, en tanto, que se empobrecen los nuestros.*

59 Uterius videtur esse defectus Civium, cum extra Regnum idonei ad officia quærentur d. L. 14. ibi: *Queremos mostrar, que en nuestros Reynos haya falta de personas dignas y habiles para haver los beneficios Ecclesiasticos de ellos, siendo cierto y notorio que ayen nuestros Reynos, a Dios gracias muchas, &c.*

60 Tum etiam externorum vitia mores pravos in Regno introducunt, linguam corrumpunt, vestes mutant, statumque Civium convertunt, immutant, transformant. Unde Hieremix maledictio cap. 5. *Adducam super vos gentes cujus ignorabitis linguam. Sic Asia (ait etiam Trog. lib. 36.) facta Romanorum cum opibus suis vitia quoque Romam transmittit, & lib. 38. & Marian. lib. 1. Hist. cap. 6. ibi: Nostra tamen ætate affluenti copia voluptatum illecebris omnes amantatis ma-*

*ritumæ terrestriisque, aut commercio gentium exterarum ad copiarum Hispaniæ famam accurrentium, easque asportantium merces, quibus vigor animi extinguitur, emoluntur, labefactanturque vires, enervati, & peregrinis moribus depravati.*

Tum denique extranei non debent admitti ex ratione textus in L. *Mercatores, Cod. de commercijs*, ibi: *Ne alieni Regni, quod non cōvenit, scrutentur arcana.*

Hæc quasi ex breviculo notare sufficiat, ut videas exterorum à Reipublicæ muneribus, & honoribus exclusionem utilissimam esse, & necessariam, Civium commodum, & publicam respicientem utilitatem; maior enim divitiarum Principis in divitijs vassallorum consistit Escobar de *Pur. p. 2. gloss. 2. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. cap. 15. à numer. 53. lib. 2. & cap. 16. num. 73. & cap. 18. à numer. 59. quod in simili consideravit Rex Catholicus in L. 3. tit. 10. lib. 7. & lib. 6. eod. tit. ibi: Para sus menesteres, y para nos servir con ellas quando menester fuere: ubi loquitur de navibus ad extraneos non transferendis, quod si ad extraneos transferri bona Regni permittum esset, in perniciem talem eveniret, ut alterius subditi ditarentur, & vassallorum opes extinctæ viderentur, nec possent Principem, ut debent, juvare.*

Qua ratione utilius esset constitutiones extendi non solum ad Regalia bona, sed etiam ad qualibet immobilia, ut nullus extraneus, qui extra Regnum habitaret, acquirere posset, sicut in Regno Franciæ dispositum esse testantur Boer. & alij quos refert D. Solorzan. de *Jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 53. & lib. 3. Politic. cap. 6. fol. 283. vers. A que se añade: ubi in Regnis Indiarum idem considerat ibi: I no se si ubiera sido, ó ser à muy conveniente que se introduxera en las Indias, las quales por nuestro gran descauido pueblan, y desfrutan por mayor parte*

parte gentes estrañas de diversas naciones, y entre ellas (lo que es de mayor sentimiento) de las rebeldes a Dios, y a su Rey, de suerte, que podemos llorar con Jeremias, que su herècia, grossedad, y riqueza se ha passado a los estranos.

65 Inde dicendum est similem dispositionem legis qua prohibetur extranei Regalia bona in Regno acquirere, ut potè publicam respiciente utilitatem, favorabilem esse, ut pluribus fundat Thomas ubi supr. num. 768. Cyriac. *contro. 176. numer. 12.* quidquid alibi ipse dicat: qua ratione ampliari potius debet, quam limitari, & consequenter licet de casu per successionem loqueretur, ad eam tamen extendi debebat, sed negari non potest extraneos omnino esse prohibitos acquirere per quemlibet actum, etiam per viam successionis, ut constat ex dict. *Lege Partitæ*, ibi: *Ni los deben enagenar en ninguna manera, en vida, ni en muerte; & in legibus Recopilationis idem comprobatum est.*

66 Quapropter maioratus successio ad extraneos tamquam vocatos devenire non potest, si enim vocationes habeat à primo institutore dispositas, si jure primogenij deferatur ex vocationibus legalibus, dignitas enim Regia, Ducis, Comitis, vel Marchionis concessa videtur jure maioratus, ut in ea sicut in Regno succedatur legali vocatione, ut docent DD. & specialiter D. Salzed. in *Theatr. Hon. gl. 32.* nullo casu videtur vocatus extraneus, nec comprehensus in vocatione proximioris, sicut enim in vocatione generali non comprehenditur qui alias, vel & specialiter exclusus, ut dixi cum A. p. 1. cap. 2. numer. 45. Ita nec odiosus Principi, aut legibus exclusus comprehenditur, ut ibi dixi ad num. 47. maximè cum maioratus ex donatione Regia procedat, & Princeps id velle videatur quod jura disponunt. L. *Ex facto*, ff. de vulg. Mieres de *Maiorat. 1. p. præfat. num. 95. & q. 48. à n. 59.*

Et hac ratione observabis, non posse extraneum, ut comprehensum admitti ad successionem maioratus bonorum Regiæ Coronæ, quia ab initio fuit impeditus in lege acquirentalia bona; secus esset si ante legem promulgatam maioratus esset institutus, tunc enim posset dici, eum esse comprehensum, nec potuisse præjudicare legem postea latam, quod docuit Cyriac. *contro. 543.* quam supra citavi, & retuli num. 17. quæ enim ibi docet distincta sunt à proposita specie, nec in consequentiam trahi debent; loquitur enim in statuto Mantuæ de alienatione in forenses, & conatur probare non comprehendi in eo Principem Bozuli, tãquam in prima investitura ante statutum comprehensum, eo quod jus quæsitum non potuit per statutum tolli, ut ait num. 18. ibi: *Quod si Imperator concedat jus acquirendi in aliqua Civitate alicui, iste postea non prohibeatur acquirere vigore statuti particularis ipsius Civitatis hoc prohibentis: & ante ibi: Stante igitur hac capacitate non potuit ipsis præjudicari per statutum, &c.*

Denique cõtra adducta pro sententia affirmativa decisum refert Melch. Phæb. p. 2. *decis. 184. & 185.* contra Ducem de Lerma in Senatu Lusitano, is enim ex donatione Philippi Secundi possidebat terras, & jura Regalia in Regno Lusitano, à quibus exclusus est, inter alia quod alienigena esset, ut docet Phæb. priori *decis. num. 22.* ibi: *Quinto, quia donatio facta fuit Excellentissimo Duci de Lerma, qui est alienigena, & non originarius hujus Regni, &c.*

Et eodem fundamento ait justissimè decisum in posteriori decisione contra Comitissam de Benavente, & Comitem maritum num. 7. ibi: *Et rursus dicta donatio erat expressè facta contra privilegia, & contractus per quos Reges Philip. I. II. & III. concessit huic Regno in Comitibus, & cum ju-*

ramento, quod nullus, qui non fuisset originarius hujus Regni, possit habere, aut possidere Civitates, Villas, aut Iurisdictiones, & erat in confesso quod dictus Illustriss. Comes, & Illustriss. Comitissa ejus mater non erant originarii.

71 Et observandus est casus relatus à Patre Mariana lib. 17. Hist. Hisp. cap. 18. ubi cum Maria de la Cerda, (filia Ferdinandi de la Cerda, & Ioannæ de la Cerda, sororque Ioannis de Lara, vulgo el Tuerto, Domini de Viscaya, & Lara) nuberet in Regno Franciæ cū Comite de Alanzon, contendit sibi competere jure successionis prædictos Status de Viscaya, & Lara, tempore Henrici Secundi anno 1373. & lite vertente, cognita justitia, sententia definitiva in ejus favorem prolata est, ea tamen adjecta conditione, ut non acciperet possessionem, dum per se, vel per filios suos ad patrium Regnum Castellæ revertere ad habitandum recufaret.

72 Quam speciem aptè accommodatam ad casum nostrum observa, decisivè enim quæstionem resolvit in eo qui cum Regni originarius esset, in aliud translatus tamquam consanguineus proximior si velit ad maioratum admitti, ad Regnum revertere debet. Et ita Gregorius in dict. L. 1. tit. 18. p. 2. gloss. 7. intelligendus est ex Matienzo in L. 2. gloss. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. ubi cum eo num. 2. quæstionem proposuit: An alienigena Regni Castellæ possit succedere in maioratu in quo Castrum continetur aliquod? Et relata ejus negativa sententia ait n. 3. Quæ opinio rigida nimis est, quare eam limita, & restringe, ut procedat nisi exterius iste velit se transferre ad habitandum in his Regnis, tunc enim admittendus esset ad successionem maioratus, & maxime cum sit consanguineus possessoris maioratus, qui necessario erat Regni hujus originarius, & naturalis, & n. seqq. vide, quæ enim ibi proponit fastidiant contrarijs, junctis etiam ijs

quæ à nobis propofita sunt.

Et Matienzi doctrinam pro limitatione sententiæ notanda est.

73 An autem hæc sententia quam defendimus procedat in maioratu simplici, sed cum officio Decurionatus annexo, maius dubium est. Nam per Legem 2. tit. 3. lib. 7. Recopil. videtur tantum prohibitum habere, hoc est, administrare similia officia, quod non impedit acquirere in proprietate. Verba legis sunt: *Otrofi ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante ningunas personas que sean estrangeras de estos nuestros Reynos, no puedan tener, ni tengan ellos officios de Alcaldias, ni Regimientos en las Ciudades, Villas, y Lugares de nuestros Reynos, y Señorios, ni assi mismo tengan officios, ni cargos que toquen a governacion de ellas, ni carnicerías, ni panaderías, ni pescaderías, ni otras cosas semejantes.*

74 Hæc lex absolute intelligenda est in officijs Civitatum Regni, sive ea subsint Regi, sive Domino particulari, ut bene notat Crespi obs. 22. num. 40. ibi: *idque etiam in terris, & oppidis Baronum &c.* ergo officia Reipublicæ nequeunt habere exteri, sive de exercitio loquamur, sive de dominio, nam lex generalis est. *L. Non distinguamus. ff. de recept. arbitr.*

75 In contrarium facit, nam dominium officij, & usus ejus distinguitur realiter, nec de uno ad aliud valet argumentum, nec implicat quem esse prohibitum officium exercere, & tamen proprietatem ejusdem acquirere posse; ideo lex quæ prohibet usum officij exercere, non videtur comprehendere casum acquirendi ejus proprietatem, quia diversa sunt, ut exemplo fæminæ, quæ officia publica exercere prohibetur, aptissime probat Cyriac. *controv. 401. num. 49.* ibi: *Nempe quod succedere in Regno sit quid adversum ab officijs publicis de quibus loquuntur leges, sicuti, & sit quid adversum jurisdictionis exercitium à Regni dominio, ut pluribus confirmat*

Sa

*Salon de Paz ad dictas Leges Tauri in proemio à num. 59. ad 62. Cabotius lib. 1. Quæst. c. 18. non probat fæminas non repelli ab administratione Regnorum, & Ducatum, maxime in Fræcia, quamvis etiam in eis succedere non possent.*

Idem docet in simili specie Menoch. *conf. 805. numer. 69. & 70. & conf. 808. num. 74.* & alibi ego hoc latius fundavi, & proposui *supr. §. 21. hic.*

76 Nunc sic: Per legem Regiam prohibetur exter habere officia, hoc est, cum exercitio obtinere in actu ex *L. Nomen 164. §. fin. ff. de verb. significat.* ibi: *Habere sicut pervenire cum effectu accipiendum est, L. 188. ff. eod. L. Stipulatio 38. §. Habere, ff. de verb. oblig.* & hæc non advertens docet Baius in *Praxi, p. 3. lib. 2. q. 154. n. 62.* ibi: *Los officios publicos que proveen los pueblos, han de ser proveidos en los naturales, &c.* ergo non prohibetur dominium officiorum acquirere. Cōducit D. Crespi *dict. observ. 22. n. 46.* vide tamen quæ Auctor tradit *infr. p. 7. cap. 5. n. 114.*

77 Ego hanc quæstionem sic cōprehendendam judico, ut si maioratus sit bonorum in quibus exter succedere non prohibetur, non omnino à successione excludatur ob id tantum quod maioratus officium jurisdictionis habeat annexum, prohibitio enim ultra ea bona quæ continet extēdi non debet ex traditis à Peregrino *conf. 86. numer. 18. vers. Denique,* & alijs per Cyriac. *controv. 204. numer. 101. & controv. 304. num. 7. & controv. 36. num. 9.* quibus locis enixe defendunt forem prohibitum acquirere stabilia, si hæres in omnibus institutus sit, mobilia, & se movētia acquirere non prohiberi, in his enim nulla datur prohibitio, officium autem apud sequentem in gradu qui successurus est manere debet, nec cum cæteris in extraneum transire, ad quod facit, quod in alienatione bonorum maioratus tradi-

78

tum est, successorem scilicet qui rem maioratus alienavit, solum ab alienatis excludi, nec à toto fideicommissio cadere. Peregrin. *conf. 64. num. 14. lib. 3. & clarius ad rem conf. 40. num. 4. vol. 4. Cyriac. controv. 346. num. 14. ibi: Prout continget etiam quando prohibet bona alienari, nam tunc non fit locus fideicommissio nisi respectu bonorum alienatorum.* D. Molin. de *Hisp. primog. lib. 1. cap. 16. num. 33. & lib. 4. cap. 1. num. 12. ibi: Cæterum si maioratus possessor bona ejusdem maioratus alienaverit, eorūdem bonorum alienationem successores ordine quo vocati sunt revocare poterunt.*

79 Ecce successor maioratus ob contraventionem efficitur incapax bonorum alienatorum, non tamen excluditur à toto maioratu: ergo similiter exterius à maioratus totius successione excludendus non est, ob incapacitatem unius rei annexæ maioratus. Aliquando tamen successor maioratus ob contraventionem alienando rem maioratus ab universali excluditur, quando scilicet datur in maioratu expressa alienandi prohibitio cum pœna contraventionis, tunc enim ex vi præcepti, & virtute clausulæ facta alienatione, omnia bona maioratus sunt à possessore auferenda, ut ait D. Molin. *lib. 1. cap. 16. num. 33. vers. Hæc tamen omnia, & lib. 4. cap. 1. num. 22. Cyriac. controv. 346. num. 17. ibi: Quo casu quando testator etiam in fideicommissio in casu contraventionis respectu unius, vel plurium rerum tantum privat in totum, tunc sine aliqua difficultate substitutus succedit in omnibus bonis, & sic etiam in illis quorum respectu non contravenit: ita exaudiendus controv. 303. num. 27. ubi absolute docet in totum privari fideicommissio qui rem fideicommissi alienaverit, ex textu in *L. Cum pater 77. §. Libertis 27. ff. deleg. 2. Aretin. conf. 67. num. 7. & 3. Alciat. conf. 71. sub n. 9. lib. 5. alias conf. 304.**

Aa iij

Alba

Alba *conf. 7. numer. 11.*

80 Nec contra prædicta obstat quod maioratus naturæ implicat divisio, & quod apud unum res alia maioratus existat, & apud alium altera resideat: ergo maioratus apud exterum esse non potest, & apud sequentem successorem officium jurisdictionis maioracui annexum, & unitum, quod cōprobabis ex latius à nobis traditis ad *Auct. sup. 1. p. c. 1. n. 59. & c. 2. n. 91.*

81 Respondeo, verum non esse hoc casu maioratum dividi, successio enim omnino competit extero, & eo vivente sequenti non competit, at officium licet etiam in exterum transeat cum universitate bonorum maioratus, arg. *L. Quædam 62. ff. de acq. rer. dom. ibi: Et res cujus aliquis commercium non habet, nam & si ei legari non possit, tamen hæres institutus dominus ejus efficitur, ff. eod.*

Quatenus tamen Reipublicæ utilitati inconvenit officium ad exterum transferri, administratione privatur, & nudo titulo dominium officij retinet, & hac ratione dividi maioratum falsum est, & tamen successor qui officium administrat obnoxius manet oneribus ejus, quia reputatur tamquam hæres, qui possidet, & contra quem actiones dari debent, non vero contra hæredem nomine tantum, *L. Cancellaverat 2. ff. de his quæ in testam. delent. & per not. in L. Hereditas 4. Cod. de his qui ut indigni. L. 30 Cod. de testam. Cyriac. cum alijs controv. 17. n. 12. & seqq.*

82 Hæc tamen omnia limitanda sunt quoties maxima pars maioratus in officio consistit, vel officium sit pars maioratus principalis (veluti quando maioratus habet dignitatem Ducis, Comitum, vel Marchionis, cujusvis earum naturam sequitur, ut alibi ex *Salzedo in Theatro honor. gloss. 32. notatum est*) & ideo hoc casu idem dicendum est, quod supra in maioratu dignitatis est dictum; unde exter à maioratu omnino excludetur,

cum cætera bona naturam sequantur partis principalis, vel maioris, vel quæ est caput maioratus, *L. Quid ergo 29. ubi gloss. Bart. & alij, ff. de leg. 1. Cyriac. controvers. 17. n. 29.*

83 Ultimo dubitari poterit, an exter forensis qui in Regno Castellæ matrimonium contraxerit, possit maioratum dignitatis, vel jurisdictionis, vel officij obtinere? Resolutive dicendum est exterum qui in Castella duxit uxorem, non gaudere privilegijs Originarijs concessis, licet quoad alia privilegia Civibus simpliciter concessa satis sit ducere uxorem originariam, & in Castella manere animo constituendi domicilium, quod per decennium constituitur, & ex eo tempore quo appareat aliquem eo animo se transferri, acquiritur. *Abbas in cap. fin. in fine de Paroch. vers. Et hoc dico si immediate iste declarat animū suum, quod vult habere domiciliū quod sine expectatione alterius temporis habeat domiciliū. Ruin. cōf. 100. numer. 8. vol. 5. Riminald. Junior conf. 16. numer. 27. Bimius cens. 253. sub numer. 48. vol. 3. Gratian. Discept. tom. 1. cap. 139. numer. 9. & cap. 180. numer. 10. Mar. Muta de cis. 81. numer. 10. Rota de cis. 188. part. 2. & 642. numer. 14. p. 1. apud Recentior. Farinacij, Cyriac. controv. 448. numer. 34. & 35. ita intelligenda est lex partitæ *L. 2. tit. 24. part. 4. dum naturalem censeri ait, qui in Regno duxit uxorem, & L. 32. tit. 2. p. 3.**

84 Et hoc expressè probat *L. 19. titul. 3. lib. 1. Recopil. ubi eos tantum naturales esse statuitur, qui ex patre origine Castellano sint nati, nec habitationem decennij sufficere, ut pro naturalibus habeantur. P. Barbof. in L. Hæres absens, §. Proinde, numer. 72. & numer. 56. & latè probans in L. Exigere dotem, à numer. 32. cum seqq. & num. 162. quibus consequenter deducitur non posse exterum maioratum dignitatis acquirere*

licet in Castella contraxerit domicilium ex matrimonio, cum ea quæ originaria sit inito.

85 Intellige tamen exterum non esse capacem acquirendi dignitatem, sed tamē ab habili acquisitam retinere, dum in Castella degat, posse; & ideo uxoris dignitatem, officium, vel jurisdictionem retinebit durante matrimonio, & ea administrabit, non obstante prohibitione, quia ex persona uxoris efficitur capax, & ita per eam retinet dignitatis Iura, quæ per se non potest, argum. *L. 10. ff. quemadmodum servit. amit. L. 3. ff. quæ res pign. L. 55. ff. de acq. hæred. L. 10. ff. de bon. poss. contra tabul. L. 21. ff. de precar. L. 7. §. 3. ff. de jur. dotium, socij enim sunt humanæ, & divinæ domus, L. Adversus uxorem 4. Cod. de crim. expil. hæc. D. Gregor. in L. 5. tit. 2. p. 3. D. Valenz. conf. 103. numer. 9. & una caro *Genes. cap. 2. & 3. Luc. cap. 10. cap. Debitum de Bigam. cap. Gaudemus de divorc. cap. Hæc imago 23. quæst. 5. & pars corporis mariti cap. Admonere 33. q. 7. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 379. n. 5. Gratian. cap. 406. n. 5.**

86 Et omnia jura inter eos communia sunt, & mariti uxorum titulo, dignitate, & præminentijs fruuntur, *L. 1. tit. 1. p. 2. ibi: La tercera. Mastrillo lib. 4. de Magistrat. lib. 4. cap. 13 numer. 24. ad 47. D. Solorzano de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 20. numer. 15. Gutierr. de Tutel. 1. p. cap. 18. numer. 40. Thoro in Compend. decis. verb. Fæmina titulata, Garcia de Nobilitate, gloss. 1. §. 1. numer. 45. Galeota controv. 55. lib. 1. Pich. de Nobil. communicat. inter vir. & uxor. latè à numer. 47. Peregrin. consil. 3. numer. 56. Cyriac. controv. 401. n. 2. D. Olea de Cess. jur. tit. 3. q. 3. n. 33.*

87 Ex persona igitur uxoris capax efficitur, *Menoch. conf. 1140. numer. 19. in specie ibi: Nec curari ipsius mariti recipientis inhabilitatem, quia ipse maritus redditur habilis, quia reci-*

*pit pro uxore habili. Item docet consilio 1210. numer. 27. & Altograd. conf. 3. numer. 30. & conf. 64. numer. 24. & probat ex L. Si is qui duos 29. ff. de liber. legat. Cyriac. controvers. 529. numer. 49. Peregrin. consil. 120. numer. 6. vol. 5. Itidem Menoch. conf. 350. numer. 17. Giurb. in Consuet. Messan gloss. 6. c. 1. numer. 25. p. 1. Merlin. de Pignor. lib. 2. q. 42. n. 55.*

88 Conducit etiam quod docet *Cyriac. controv. 448. n. 15. & 16. ubi statutum excludens mulierem nubentem forensi, non habet locum quando maritus habitaret in loco mulieris; & de simili statuto vide controv. 291. simile statutum ne bona in exterum transferantur conditum est: ergo licet exter prohibeatur acquirere, non tamen prohibetur retinere dū est in Regno, & hæc satis ex quibus plura inferri possis.*

## Num. 19.

Exornat *Doctiff. Alvar. Pegas Resol. c. 4. n. 4. in editione nova anni 1682. & n. 6. ubi Auctorem laudat.*

## Num. 20.

*Doctiff. Alvarez Pegas ubi sup. cap. 10. n. 30. ubi D. Solorz. Salgad. Nogueroi. D. Castillo, & alios per plures adducit. Hermosill. in L. 7. gl. 5. n. 18. & seqq. tit. 4. p. 5.*

Vide *Crespi obs. 110. n. 18. & 19. tom. 2. ubi quando fecus.*

## NOTABILE II.

## Num. 22. 23. &amp; seqq.

89 Pluribus *Opingius de Jur. insign. c. 8. n. 374. & seqq. & n. 385.*

Et quod conditiones adjunctæ servandæ sunt, aliàs possessor maioratum amittit, & an requisitio exigatur, & cujus, *D. Castell. tom. 6. c. 115. & 126.*

D. Molin. l. 2. c. 12. à n. 31. Mier. de *Maiorat.* 2. p. q. 4. illat. 8. & l. p. q. 1. à n. 363. D. Vela *dissert.* 42. à numer. 20. Cyriac. *contro.* 519. Pater Molin. de *Iust. disp.* 612. Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap.* 4. n. 6. *videndus.*

Num. 24. & 26.

- 90 Addent. ad Molin. *lib.* 2. *cap.* 12. à *num.* 31. Donel. *lib.* 8. *Comment. cap.* 32. Vela *dissert.* 35. *num.* 32. & à n. 34. ubi de conditione pœnæ causa; & vide sup. *Auct.* n. 83.

Num. 25.

- 91 D. Molin. *lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 34. alter Molin. *disput.* 612. Addent. ad Molin. *ubi sup.* *num.* 35. Doctiff. Alvarez Pegas *ubi sup.* Genfal ad *Pergrinum de Fideicom.* art. 35. *num.* 5. & 6. ubi plura adducit. Iridem Molin. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 34. ubi de iurisdictioni conditione, & Hermosill. in *L. 7. gloss.* 2. *num.* 5. *tit.* 4. *p.* 5. & vide Antunez de *Don. Reg.* 1. *p.* *prælud.* 2. §. 1. *num.* 92. & *seq.* ubi de conditione nubendi indigno, & *num.* 94. ubi an sit indignus qui minus divitiarum habet, Capyc. *Latro consult.* 72. *n.* 27. & de conditione nubendi ignobili Escobar de *Puritate*, 1. *p.* q. 4. §. 7. *n.* 185. & de conditione nubendi viro quadragenario apposita virgini puellæ decimi, & quinti ætatis anni agit, quam rejiciendam esse aliqui asserunt propter dispares ætates ad nuptias, & cum imparia matrimonia contrahuntur, oriuntur discordiæ, ac dissentiones inter conjuges. Arist. *Pol.* 17. *cap.* 20.

Accedit, quod matrimonia in senio contracta etiam propter liberorum successionem sunt infelicia, quia parentes cum grandes sunt natu, beneficiorum suorum fructum à liberis suis reportare nequeunt, ut neque liberi à parentibus re aliqua propter mortem sublevari, unde post aut mol-

liter, perverseque educatur, aut summa in egestate, atque inopia vitam traducunt. Arist. *lib.* 7. *Politic. cap.* 16.

Qua ratione dubitarunt aliqui, an matrimonium in senectute contractum, quando jam vir est effectus impotens ad consummandum, validum sit? quod licet negari non possit, ex traditis à Bonac. Coninq. Filliuz. Henriq. & alijs, quos affert Bussembau in *Medull. Theolog. Moral. lib.* 6. *tract.* 6. *cap.* 3. *dubio* 2. *circa fin. vers. Valide contrahunt:* & cum D. Thom. 4. *dist.* 34. *q. unic. art.* 2. *ad* 3. & alijs Marquez in *Gubernator. lib.* 1. *cap.* 11. §. 2. ubi affert D. August. *lib.* de *Nupt. & Concupisc. cap.* 17. locum ibi: *Solum est enim, quod etiam sterile conjugium tenet jure pietatis, jam fecunditatis spe amissa propter quam fuerat copulatum.* Vide etiam eleganter Petr. Barbof. in *L. 1. ff. solut. matrim.* 1. *p.* à *numer.* 94. ex prædicta tamen ratione, consulto senibus evitandum ex Philosophorum mente: vide Tiraq. in *L. 6. Connub. Iunium quæst. Polit.* 29. ubi ait interesse Reipublicæ, ne quavis ætate matrimonium contrahatur, ætatēque viri, & mulieris esse conferendam ex Hesiodo qui viro 30. annum, fæminæ 15. aptum connubio constituit. Ægyptij non ante 30. sicut Lacedemonij ante 25. voluerunt matrimonium iniri propter fecunditatē prolis. Xenoph. in *Spart. Rep.* Plutarch. in *Lycurg.* Solon quintum septenarium, hoc est, annum 35. aptum esse matrimonio censuit. Phil. *lib.* 2. *de Opif. mund.* Tacitus de *Moribus Germaniæ*, apud Germanos ait in turpissima re habitum ante 20. annum uxorem ducere. Cæsar de *Bell. Gall. lib.* 6. Tiraq. ad *L. 6. Conn. n.* 18. Plato *lib.* 4. *de leg.* voluit, ut uxorem quisque à 30. anno usque ad 35. duceret. Aristot. *lib.* 7. *Pol. cap.* 16. voluit etiam ætatis annos 18. fæminas, viros 36. matrimonium contrahere, quod utriusque sexus vires tunc maximè corroborentur. *Puellas quidem,*

dem, ait, circa ætatem 18. annorum nuptui tradere cōvenit, masculos autem circiter annorum 36. in hoc enim tempore, & vigentibus corporibus conjungentur, ac procedente tempore simul desinent procreare posse.

Erycius Puteanus in *Reliq. Con-vival. prisca*, fol. 60. confert cum

harmonia Musicæ dierum nuptiarū numeros, & fæminæ ætatem à 15. anno usque ad 30. confert cum ætate viri nubilis ab anno 20. usque ad 40. terminat igitur utriusque nubilé ætatem mulieris anno 30. viri 40. & illorum ætates aptas conjungi, consonasque in tabella confert ita.

Tabula Virorum.

Anni Virorum.	Anni, & Menses.	Diatessaron.		Diapente.		Diapasson.	
		Anni, & Menses.	Anni, & Menses.	Anni, & Menses.	Anni, & Menses.		
30	22	6	20	15	1	6	
31	21	1	19	14	1	5	
32	20	2	18	13	1	4	
33	19	3	17	12	1	3	
34	18	4	16	11	1	2	
35	17	5	15	10	1	1	
36	16	6	14	9	1	0	

Tabula Mulierum.

Anni Mulierum.	Anni, & Menses.	Diatessaron.		Diapente.		Diapasson.	
		Anni, & Menses.	Anni, & Menses.	Anni, & Menses.	Anni, & Menses.		
16	21	4	24	32	1	6	
17	20	5	23	31	1	5	
18	19	6	22	30	1	4	
19	18	7	21	29	1	3	
20	17	8	20	28	1	2	

Hæc tamen nimia sollicitudo in concentu ætatum investigando ad matrimonium, difficile est, ut contineatur, juxta Ecclesiæ Catholicæ Concilia, & Synodos, quibus jam ab Ec-

clesia damnata est observatio harmoniæ, & numerorum, Virtus Fidei Catholicæ opposita ex illo Paul. ad *Galat. cap.* 4. *Dies observatis, & tempora, & menses, & annos, timeo vos, ne frustra*

*frustra laboraverim in vobis.* Vide Terreblanc. *de Magic. cap. 13.* & n. 37. & *cap. 27. de Vana dierum observatione, maxime à n. 21.*

Num. 27.

94 Ad rem illa inter modum, & conditionem notabilis est differentia, quod conditio impossibilis maiorum in contractu institutum vitiat, D. Castillo *tom. 5. cap. 102. sub num. 11.* modus autem etiam in contractu rejiciendus est, *Parladorius differ. 147 num. 14.*

### NOTABILE III.

A Num. 29. ad 31.

95 Doctiff. Alvarez Pegas *Resolut. Forens. cap. 4. à num. 6.* & *supr. notab. 2. relatos.*

### NOTABILE IV.

Num. 32. ad 36.

Vide post hic addita noviter Doctiff. Pegas *cap. 4. Resol. Forens. num. 7* & 8. ubi contra A. in editione nova sentire videtur.

96 Sequitur distinctionem communiter DD. Vide Opingium *de Jur. insign. cap. 8. num. 374.* & 376. & 385. *cum seqq.* ubi latius eam explicat, & à num. 391. ubi plures refert Doctiff. Alvarez Pegas *d. cap. 4. num. 7.* quem ita intelliges, Antunez *de Don. Reg. 1. p. prælud. 2. §. 1. à num. 23. ad 39.* ubi latè de differentia inter modum, & conditionem. Itidem Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ord. Portug. lib. 1. tit. 24. §. 2. tom. 3. gloss. 4. per tot. maxime num. 14.* ubi Auctorem laudat. *Matutæ disquisit. leg. 36. num. 13.* & *disq. 24. n. 41.*

97 Adde Marinis *lib. 2. Resol. cap. 8. num. 20.* Censal *ad Peregrin. art. 11. num. 92.* Galganet. *de Cond. & Dem.*

2. p. *cap. 10. num. 4.* D. Vela *dissert. 42. numer. 20.* Cyriac. *contröv. 519.* D. Castillo *cap. 127. l. 5. Contröv. & lib. 4. cap. 55. à num. 46.* Maldonad *ad Molin. lib. 2. cap. 12. n. 31.*

### NOTABILE V.

Adde Doctiff. Pegas *ubi supr. n. 8.* & ibi Cyriac. *contröv. 451. n. 79.*

Auct. *supr. numer. 74.* & *cap. 3. à num. 15. ad 22.* Menoch. *conf. 1011. numer. 5. & 6.* Maldonad. *ad Molin. lib. 2. cap. 13. num. 30.* Morot. *conf. 97. num. 23.* & 28. & hæc ignorantia præsumitur, & eget probatione in contrarium, Menoch. *ubi supr. numer. 5. & 6. & conf. 707. num. 17.* D. Greg. *in L. fin. tit. 14. p. 5. gloss. Siendo sabidores, & alij apud Maldonad. ubi supr.* Adde etiam Costa *de Facti scient. cõt. 1. distinct. 73. num. 2.* Vide Notabil. 8. & vide Menoch. *conf. 425. numer. 26.* Fontanell. *de Pact. nupt. claus. 6. gl. 3. p. 5. num. 69.* ubi quomodo probetur.

### NOTABILE VI.

Num. 39. & 40.

Videndus Antunez *de Donat. 96 tom. 2. cap. 31. num. 68.* & 69. Gomez *1. var. cap. 12. num. 33.* Ant. Faber. *de Error. pragm. dec. 51. errore decimo, & à DD. L. 5. Cod. de condit. insertis.*

Divus Thom. *1. 2. q. 81. art. 5.* 97 ibi: *Manifestum est autem secundum doctrinam Philosophorum (Arist. lib. 2. de Gener. anim. cap. 1.) quod principium activum in generatione est à patre, materiam autem mater ministrat. Unde peccatum originale non contrahitur à matre, sed à patre; & secundum hoc si Adamo non peccante, Eva peccasset, filij originale peccatum non contraherent; è converso autem esset si Adam peccasset, Eva non.* Nota resolutione: 98 *Si Adam peccasset, Eva non, an ambo peccasset, & quomodo.* Div. Paul. *ad Rom. Epist. 5. dum ait: Per unum ho-*

*hominem peccatum intravit; & cap. Serpens 47. de pœnit. distinct. 1.* Caramuel *de Probabilit. num. 169. epist. 4.) filij originale peccatum contraxissent, è contra vero non contraxissent.* Condicio enim Adæ imposita fuit *Genes. cap. 2. ibi: De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas.* Peccatum igitur Adæ sufficiens fuit ad condemnationem, Evæ non fuit sufficiens. Hinc inferes pro doctrina Auct. contraventionem mariti uxori non nocere debere, quando maioratus ob causam matrimonij illorum institutus est, dixi *supr. 1. p. cap. 2. ad Auct. num. 71. & 72.* nec unius ingratitude alteri nocet Hermosill. *in L. 10. gloss. 7. num. 2. tit. 4. part. 5.* Inspicienda est tamen ex eo textu sacro persona cujus contemplatione datum est, Senec. *de Benefic. c. 19. Sed ut dialogorū altercatione seposita tãquam Iurifconsultus respondeam, mens spectanda est dantis: beneficium ei dedit cui datum voluit L. Cum pater 77. §. Donationis, ff. deleg. 2. ibi: Non enim quæri oportet cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, L. Cum dotem 57. ff. ad L. Falc. L. 18. ff. de fund. instr. L. fin. ff. pro socio, L. 34. ff. de stat. lib. L. 4. ff. de servit. rust.*

100 Si igitur contemplatione uxoris tantum, vel mariti, maioratus sit institutus, contraventio ejus cui datum est sufficiens est, ut alter alterius commodo privetur, è contra autem non est sufficiens, quia ingratitude supponit obligationem; at ex parte recipientis datur, ex non recipientis non datur. Senec. *supr. ibi: Sic pater beneficio in filium collato non obligatur etiam si fruitur; si tamen occasionem habuerit, volet & ipse præstare aliquid non tamquam solvendi necessitatem habeat, sed tamquam incipiendi causam.* Si tamen omnium contèplatione versatur quislibet, gratitudo alteri nocere, nec prodesse debet, *L. 44. in fin. ff. de his inst. L.*

*Si plures 6. Cod. de cond. insert. L. 13. §. 2. ff. de statu lib.* Vide quæ dixi *d. 1. p. cap. 2. n. 71. & 72. & p. 4. cap. 3. à num. 23. & seqq.* apud me.

### NOTABILE VII.

A Num. 41.

Vide Caramuel *Theolog. fundam. 102 tom. 2. num. 1501.* ubi an de re levi peccasset Adamus, & *num. 1508.* ubi an de re levi pœna gravis possit imponi ob inobedientiam.

Num. 44.

D. Molin. *lib. 2. cap. 13. n. 30.* Auct. *infr. num. 74.*

### NOTABILE VIII.

Noviter cum Auctore Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. For. cap. 4. n. 6.* circa finem in nova editione.

Dixi *notab. 5.* cum Maldonad. *ad 103 Molin. & Addent. lib. 3. cap. 9. num. 22.* Covar. *lib. 2. var. cap. 6. num. 6.* & an conditio impleta præsumatur, Menoch. *lib. 4. de Præsumpt. præsumpt. 182.* & an ignorantia, Cyriac. *Contröv. tom. 1. contröv. 188. per totam.*

### NOTABILE IX.

Num. 47. 48. & 49.

Explicant Surd. *conf. 284. in fin.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 21. n. 132.* D. Larrea citandus, Doctiff. Pegas *Resol. cap. 4. num. 13. in nova editione, ubi Auctorem laudat.*

Dubia hæc quæstio: alij negant 104 *minori, vel Ecclesiæ restitutionem adversus conditionem non impletam, vel adversus contraventionem voluntatis testatoris: quam sententiam defendunt Surd. Peregrin. Paris. Corn. Cravet. Hier. Gabriel. Cephal. Simon de Prætis, quos refert Fufar. dict. quæst. 585. numer. 1.* & cum Bald. Castrensi. Anguisol. & Molino, D. Larrea *decif. Granatens.*



59. num. 11. probant ex *L. Pater se-  
verinum* 100. ff. de cond. & demonstr.  
*L. 2. Cod. de inst. & subst. L. Pupil-  
lus* 77. ff. de condit. & demonstr. cap.  
*Verum extr. de cond. apposit. L. Rem  
publicam, Cod. de jur. Reipublicæ, lib.*  
11. quas omnes vide ponderatas sci-  
tissime à D. Larrea dec. 59. à n. 6. qui  
hanc sententiã in suo casu doctè de-  
fendit à n. 13. & pro ea decisu refert.

105 Alij, & melius affirmativam regu-  
lariter defendunt: eos referunt Fufar.  
*d. quæst. 585. numer. 3.* ubi ipse refert  
Bald. Fulgos. Aretin. Castrenf. Cor-  
neum, Ruinum, Riminald. Cravet.  
Menoch. Esfortia, Costa, Molin. &  
alij apud Larrea numer. 5. Mieres de  
*Maior. 2. p. q. 4. illat. 8. à n. 162. Cald.  
in L. Si curatorem, verb. Adversarij  
dolo, à num. 79. Menoch. conf. 1011.  
num. 8. & conf. 425. num. 28. Escobar  
de Purit. 1. p. q. 4. S. 7. n. 125. & seq.  
Boss. de Contr. Matrim. cap. 11. num.  
488. & cum alijs Theod. Oping. de  
*Jur. insignium, cap. 14. S. 4. à num. 177.*  
ubi in individuo conditionis armo-  
rum ait: *Ita quoque hæredi primoge-  
nij, seu maioratus, ut vocant, debenti vi-  
gore institutionis testamentariæ, vel fi-  
deicommissi portare nomen, & arma  
familiæ (... ) si ob minorem ætatem,  
propriamve negligentiam, aut incon-  
sultam socordiam illud non fecerit, per  
viam restitutionis integrum succurri,  
& provideri posse ambigendum non est.**

106 Hæc sententia probatur expressè,  
quia adversus conditionem non im-  
pletam minori competit restitutio.  
*L. 3. S. Si hæres institutus, ff. de mi-  
norib. L. Et si sine in princip. ff. eod.  
L. Pupillorum, Cod. de repud. hæred.*  
Mieres de *Maiorat. 1. p. quæst. 50. n.*  
14. & 2. p. quæst. 4. illat. 5. numer. 7.  
& sive ad damnum vitandum, vel  
lucrum captandum minor integrum  
restitui petat. *L. Ait prætor 7. S. Ho-  
die. ff. de minor. S. Quæsitum, d. leg.  
L. Non omnia 44. ff. eod. L. Cum qui-  
dam 17. S. Si pupillo, ibi Nec simile, ff.  
de usuris.*

Sub ea tamen distinctione si res  
sit integra, nam cum de lucro captã  
do agit, minor restitutionem habet re-  
integra, & non aliter. Costa de re in-  
tegra dist. 73. num. 1. ita exaudiendus  
Larrea dict. decis. 59. num. 20. & seqq.  
qui in specie qua loquitur vere do-  
cet in distinctione re non integra re-  
stitutionem denegandam. *L. Quod si  
minor, S. Scævola, ff. de minorib. L. fin.  
Cod. de repud. hæred.* quia restitutio  
deneganda est minori per quem fa-  
ctum est quominus res non sit integra,  
docet ex *d. L. & S. Scævola, Faber de  
Error. dec. 8. errore 4. in princ.*

Secundo, quia minori etiam cõce-  
ditur restitutio adversus repudiationẽ  
hæreditatis sibi delatæ. *L. 2. Cod. Si  
min. se abstin. hæred. L. 2. Cod. Si ut  
omissam, L. 1. Codic. eod. L. Cum non  
solum 8. S. Si vero pater, C. de bon. quæ  
lib. L. Et si sine, S. Sed quod Papin. ff. de  
minor. L. Quod si minor, S. Scævola ff.  
eod. Gam. dec. 263. & similiter si fiat in-  
dignus facto suo, restitutionis benefi-  
cio juvatur. *L. Post legatum 5. S. Etati,  
ff. de his qui ut indig. L. 22. ff. de minor.*  
& cõsensu suo legatũ amisũ restitui-  
tione recuperat. *L. Denique 3. S. Si  
quid ff. de minor.**

Tertio facit textus ipsissimus ad rem  
in *L. Si ex causa, S. penult. ff. de minor.*  
ubi si res minoris ob non solutũ vecti-  
gal in cõmissum incidat, restitutio cõ-  
ceditur. *L. Emilium 38. ff. eod. L. 6.  
tit. 7. p. 5. Denique licet in delictis mi-  
nori restitutio denegetur, L. 9. S. Nũc  
videndum, L. 37. S. In delictis, ff. de mi-  
norib. & in casu contraventionis sper-  
nendo quasi voluntatem defuncti, in-  
dignũ se restitutionis beneficio facere  
videatur, hoc tamen tale delictum est  
quod non in cõmittendo, sed in omit-  
tendo plerũque consistit, ast adversus  
delictum tale minori jus illæsum præ-  
servatur, *L. fin. Cod. Si advers. delict. L.  
fin. Cod. in quib. caus. in integr. restit. non  
est necessar. Esfort. de Restit. 2. p. q. 82.  
art. 3. Oping. de Jur. insign. d. cap. 14.  
n. 183. ergo.**

Qua

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 3. C. 1. 289

110 Qua ratione non male alij distin-  
guunt, quod aut transgressio minoris  
consistit in omittendo, aut in cõmit-  
tendo ( hoc est ) aut peccat, aut de-  
linquit, est enim delictum non facere  
faciendum; peccatum agere non agen-  
dum Innocent. III. de Contempt. mund.  
lib. 1. cap. 4. quando contraventio cõ-  
sistit in omissione, restitutionem ha-  
bet minor, quando in cõmissione, non  
habet. Videndus præ omnibus Paul.  
Zaquias Medic. Leg. 3. tom. decis. 54. à  
num. 78. ad 83. & ampliatur sive idem  
actus possit retractari, sive non ex *L.  
Julianus S. fin. ff. ex quib. caus. maior.*  
ubi gloss. verb. militi, & alij relati ab  
eo num. 84. quam ampliacionem fal-  
sam esse omnino judico ex traditis à  
Doctiff. Larrea dict. decis. 59. à n. 18.  
& contra eam decisum esse constat  
ibidem, & docent Fulgos. conf. 61.  
Tusch. lit. M. conclus. 259. numer. 8.  
Molinus relatus à Larrea num. 26. &  
111 27. qui loquuntur quando præcepto  
de nubendo in familia minor alijs ex-  
traneis nuptijs contravenit, nam re-  
stitutio in hoc casu dari non potest,  
quia nuptiæ retractari nequeunt, &  
consequenter non potest minor vi re-  
stitutionis admitti ad maioratum, &  
conditionem ejus implendam, ut be-  
ne considerat D. Larrea n. 20. ex Pe-  
reyra num. 80. in d. *L. Si Curatorem,  
verb. adversarij dolo, ibi: Quoniam re-  
stitutio solum restituit filiam in pristi-  
num statum, quo possit mandata adim-  
plere, quod minime potest eam afficere,  
quæ jam alij nupsit; & Mieres de Ma-  
ior. 2. p. q. 4. illat. 8. num. 175. ubi  
generaliter docet minori restitutio-  
nem non prodesse, quoties res ad pri-  
stinum statum reduci nequit, & idem  
tenet Fufar. dict. q. 585. num. 11. ibi:  
declar. 3. ut si factum impleri potest  
restitutio concedatur, secus si non potest,  
amplius impleri, nam tunc deneganda  
erit restitutio: exemplum affert potest  
in filia quæ nupsit contra voluntatem  
testatoris.*

113 Limita etiam quando minor dolo

omisit parere voluatati testatoris,  
tunc enim non est restituendus, sive  
contraventio in peccato commisso,  
sive in delicto consistat, Fufar. ubi  
sup. num. 8. D. Larrea à num. 15. qui  
Bald. Cravet. Aretin. Pereyr. Cephal.  
& alios referunt, & sic intellige Do-  
ctiff. Alvarez Peg. Resol. cap. 4. n. 13.  
qui incaute loquitur, & in minore  
alienante contra prohibitionem te-  
statoris: ita intelligendi Craveta, &  
Cephal. quos refert Fufar. ubi sup. n.  
6. qui restitui negant, & Farinac.  
Hondedeus, Sfortia, & alij qui affir-  
mant, & eos sequitur idem Fufar. q.  
717. n. 11. & pro hac limitatione est  
textus in *L. 1. C. si adversus delict. ibi:  
Sed cum delictum non ex animo, sed ex  
tra venit, noxia non committitur etiam  
si pænæ causa pecuniæ damnum irroge-  
tur, & ideo minoribus, & in hac causa  
in integrum restitutionis auxilium com-  
petit.* Ex quo docent minorem resti-  
tuendum si delictum non ex dolo,  
sed ex culpa proveniat, ad quod illud  
observa quatuor modis posse delin-  
qui:

1 Per fragilitatem, & simplicitatem.  
2 Per ignorantiam, vel simplicitatem.  
3 Per industriam, & malignitatem.  
4 Per negligentiam, vel securitatem.  
Non est enim peccatum, quod non  
modorũ istorum aliquo cõmittatur;  
opponuntur enim suo ordine, 1.  
Fortitudini. 2. Prudentiæ, 3. Justitiæ,  
4. Temperantiæ: in 1. & 2. minor sem-  
per restituendus est, in 3. numquam,  
in 4. aliquando restituatur, quando  
scilicet dolosa contraventio sit, ad hoc  
autem illud maxime requiritur, quod  
minor ad implementum sit interpel-  
latus, ostento instrumento, & clau-  
sula conditionis, quam tenetur im-  
plere in specie, ita ut videri, legi, &  
intelligi valeat. Fontanell. de Pæst.  
nuptial. claus. 6. gloss. 3. p. 4. num. 32.  
& claus. 4. gloss. 17. num. 90. Marcian.  
disp. 77. D. Molin. lib. 2. cap. 13. n. 25.  
D. Greg. in *L. fin. tit. 10. p. 6. gloss. Si en-  
do amonestados, Surd. conf. 22. num. 12.*  
Bb & 13.

136. *decis. 240. à num. 11. Azeved. in L. 2. tit. 9. n. 34. lib. 4. Recop. Theol. Oping. de iur. insign. dict. cap. 14. num. 184. Boss. de Contract. matrim. cap. undecim. num. 486.*

## NOTABILE X.

Præter relatos infra, vide Tondut. *Resolut. Civil. tom. 2. cap. 142. maxime num. 2. & seqq.*

Num. 50. & 51.

Vide Doctiff. Alvarez Pegas in nova edit. *Resol. For. cap. 4. num. 9. ubi Auct. refert, & vide Molin. lib. 3. cap. 10. n. 44. vers. Sed.*

116. Noviter Doctiff. Alvarez Pegas ad *Ord. Lusitan. tom. 2. tit. 5. gloss. 7. n. 10. ubi Auct. laudat, D. Castillo tom. 6. cap. 115. Mieres de Maior. 2. p. q. 4. illat. 8. & 1. p. q. 1. à num. 363. & 303. Cyriac. controuv. 519. D. Solorzan. de iur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 43. Argel. de Legitim. contradist. q. 2. art. 8. num. 239. Oping. de iur. insignium cap. 8. num. 374. D. Christophor. de Paz cap. 41. de Tenut.*

An autem Tenuta iudicium proponi valeat ob possessionum contraventionem, ac si per mortem vacatio contingeret, dubitari potest. Negant D. Paz de Tenuta cap. 36. Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 13. num. 59. Hermosill. in L. 7. gloss. 2. tit. 4. p. 5. quibus convenit Auctor hic, & p. 5. cap. 2. à num. 67.

118. Affirmant D. Olea de Cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 22. quem sequitur Maldonado ad Molin. lib. 3. cap. 10. num. 45. Doctiff. Alvarez Pegas cap. 4. *Resol. num. 103. D. Paz qui pro hac parte stare videtur cap. 34. & pluries decisum audi vi in maioratu Comitatus de Rivadavia Marchionatus de Moraya, & Maioratus de los Tovarés de Segovia, & Sancti Martini de Balven, & de los Manueles Corduensis Civitatis, queis decisum pro Tenuta*

iudicio in casu incompatibilitatis, & nunc video decisum anno 1679. super contraventione D. Franciscæ Viña, & Vergara in Marchionatu de Albalcazar.

Priorem tamen sententiam, quam 119. ex mente Auct. ris defendunt plures, at ego teneo, nisi pena privationis ipso facto apposita sit, vel nisi in continenti de contraventione appareat D. Paz dicto cap. 34. maxime n. 41. & alij superius relati, quibus addendus D. Larrea dict. decis. 59. num. 18. Doctiff. Alvarez Pegas d. cap. 4. n. 103. in Novis.

Illud autem certius esse iudico in casu L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. Tenuta iudicium proponi non posse, quia Lex 45. Tauri in eum transfert possessionem, qui juxta testantis voluntatem debet in maioratu succedere, ibi: *Que segun la voluntad, & contra vero Lex 7. alium vocat ad maioratum incompatible, quem scilicet institutor non vocavit, & eum qui vocatus est excludit, ibi: El hijo maior que en las dichas dos cosas podia succeder, & ibi: El hijo, o hija segundo succeda en el otro mayorazgo, & quia incompatibilitas in persona primogeniti successoris vi Legis 45. Tauri causatur, & effectus ejus vi Legis 7. introducitur: ergo cum L. 45. & L. 7. non concurrant, non potest Tenuta eo casu proponi, cum resideat utriusque maiortus possessio apud eum, qui juxta Legem novam electionem facere debet.*

His congruit decisio textus in L. 2. C. de edicto D. Hadrian. ibi: *Tamen scriptus hæres in possessionem mitti solet, & ita docet Milanens. decis. Siciliae 3. num. 244. ibi: Quod stante statuto possessionem continuante in hæredem, non habet locum in eum in quem non concurrat voluntas ultimi morientis, quia statutum continuat ubi voluntas testatoris concurrat, aliis non. Cassan. in Consuetud. Burg. §. unic. gloss. ult. col. 16. vers. Ex superius dictis. Videtur Olea in poster. addit. ad tract. de Cess. jur. tit.*

121. Ad notabile 11. dico p. 5. cap. 2. n. 71. ubi vide, & Sesse decis. 31. Aragon. tom. 1.

## NOTABILE XII.

Num. 56. & seqq.

Vide Pat. Joann. Caramuel Theolog. fundam. tom. 2. num. 1456. ubi ex Joan. de S. Thom. 1. 2. tom. 1. disp. 9. n. 3. pag. 302. ita: *Et quidem hæc culpa, originaria tamen, si singulorum sit, & singulos re vera afficiat, non habet moralitatem nisi per ordinem ad peccatum Adami positivum, quo ipse peccavit ut Caput, cujus infectionem natura participavit in omnibus membris talis capitis, qui sunt omnes ab eo descendentes, sic enim Apostolus dicit: Per inobedientiam unius peccatoris constituti sunt multi. Adde Basil. Ponc. Var. disp. relect. 3. fol. 541.*

Num. 60. & 61.

123. Dixi notab. 6. ex D. Thom. ibi: *Quia principium actuum in generatione est à patre, & Aristot. retuli. Sed & Greg. Lopez ita ex eodem sentit in L. 11. gloss. 1. tit. 13. p. 6. & hæc sententia retenta, quæ fuit Peripateticorum opinio, invenies rationem conservandæ agnationis potissimam, junctis quæ alibi diximus 2. p. cap. 5. num. 12. cum Lara de Capell. lib. 1. cap. 5. num. 90. filius namque si à patre tantum materialiter procreatur, & sanguinem patris in se transfundit per generationem, nec quidquam à matre recipit, nisi ministerium, recte constitutum, ut & is patris familiam induat, nomen ejus ferat, & arma, non matris, quia ab ea non producitur. Hinc plura constituta sunt jure Romano circa faminarum exclusionem à successione, & masculorum invocatione, quæ in maioribus solent etiam constitui, & hæc ratio qua dominium patris in filios, jus vitæ necisque datum,*

patria potestas constituta, & ex his alij plures in jure passim effectus. Vide ad rem Pat. Caramuel Theolog. Moral. lib. 1. disp. 11. Medici contra sentunt, affirmantes utrumque parentem simul concurrere ad generationem. Vide Paul. Zacutum de Medic. princ. histor. lib. 3. q. 18. pag. 475. ibi: *Non generat solus masculus semen, sed & femina etiam; uterque materiam simul, & efficientiam præstat, & in prax. hist. lib. 3. pag. 469. ibi: Feminas semen generare, idque prolificum, & fecundum, concurrere que ipsum non solum materialiter, & passive, sed & active ad generationem varijs Galeni, & aliorum peritissimorum Auctorum rationibus muniti diximus. Sed nos priorem sententiam defendere conamur cum Philosophorum Principe. Vide Raudens. Resp. 1. pro Philip. num. 80. Jacob. Orloshausen in Certam. masculino femineo cap. 7. Paul. Zaquias Medic. legal. lib. 7. tit. 3. à num. 17. Caramuel ubi sup. dict. disp. 11. à num. 163. Feliaga iur. controuv. cap. 36. num. 4. ubi de jure contra probat D. Lara de Capellan. lib. 1. cap. 5. à num. 90. post hæc visus.*

Num. 62.

Durand. lib. 2. Sententiar. dist. 33. q. 125. 1. num. 7. cap. capiant itaque 1. q. 4. Cevallos Commun. q. 653. sub n. 26. Censal ad Peregrin. de fideicommiss. art. fol. 200. vers. Secundo quia ibi: *Et sic Adam si habuisset filium antequam peccatum committeret tempore gratiæ, non perdidisset illam per peccatum. Et probant Cap. Si habes 3. q. 4. L. 2. C. de libert. & eor. lib. L. 34. §. fin. ff. de rit. nupt. L. 9. ff. de senator.*

Num. 63. & 64.

In generali exclusionem non vide. 126. tur comprehensus qui est specialiter vocatus, vide sup. 1. p. cap. 2. num. 67. Cõsonat illud sacræ Pag. Esther c. 15.

Bb ij Ego

*Ego sum frater tuus, noli metuere, Non morieris: Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Et immunitatem Beatæ Mariæ probat Caramuel *tom. 2. Theol. fundam. num. 1458. ex §. Filiusfamil. 4. ibi: Quis enim patiatur inst. q. mod. jus patr. potest. solvitur;* alij adducunt scitissime *L. Siquis ingenuam 21. in princ. ff. de captivis, Merill. lib. 2. Obs. cap. 19. in fine melius probari ait ex L. 8. ff. de pignor. ibi: Ceterum ut divinis litteris profanæ nostræ subserviant ex d. L. 8. de pign. melius probaretur Sanctissimam Deiparam, generali obligatione peccati communis non teneri, quam quibus alijs locis ex jure nostro sumptis probare vulgo id contendunt.* Vide etiam Lara de *Vit. hom. cap. 7. à num. 57. ubi omnino vincit, & probat etiam ex L. 19. §. Titius ff. de lib. legat.*

A Num. 65. & seqq. ad 71.

De hac quæstione agunt Addent. <sup>127</sup> *ad Molin. lib. 1. cap. 13. n. 35. ubi communis distinctio enixe explicata, quam omnes sequuntur, & ipsi repetunt itidem ad Molin. lib. 3. cap. 2. num. 13. & lib. 3. cap. 10. num. 44. vers. Prima conclusio, & præter relatos ab Auctore addendi quos tradit infra p. 7. cap. 6. num. 19. & 20. D. Solorzano tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 17. à num. 90. & cap. 19. & lib. 3. Politic. cap. 19. fol. 380. vers. Tambien, & cap. 21. fol. 388. vers. Lo qual, & fol. 390. vers. Yo que se dixé, & seqq. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. à num. 75. & gloss. 4. à num. 46. & gloss. 8. num. 38. & gloss. 11. à num. 40. Cyriac. Controvers. tom. 2. controv. 206. à num. 33. & controv. 289. à num. 1. Antunez de Donat. Reg. tom. 2. cap. 33. num. 28. & cap. 31. à n. 74. Fontanella decis. 368. & seq. Matutæ disquisit. 36. Philippus de Fidei. commiss. famil. cap. 16. à num. 152. D. Crespi observat. 22. à num. 72. 73. & 80. August. Barbof. vol. 126. n. 137. Doctiff. Olea de Cess. Jur. tit. 3. q. 4. n.*

20. Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. For. cap. 4. num. 18.*

Num. 72.

D. Crespi *num. 72. & alij ex relatis supra.*

Num. 73.

Dixi cum Auctore *1. p. cap. 6. n. 77. & num. 110. & alibi pluries.*

Num. 74. 75. & 76.

Vide infra *cap. 3. num. 22 h. p. & ita* <sup>128</sup> *intellige, ut ibi.*

Sed dubium est an ignobilitas, sicut macula, realiter afficiat omnem posteritatem? Videtur certe quod nobilem ducendi conditio, diversa sit à conditione cum pura, & non maculata contrahendi; nam conditio matrimonium contrahendi cum sanguine puro, si impleta non sit, evenit ut vitium impuritatis posteros omnes inficiat, qui illo obscuro jure, & prava hæreditate succedunt, & omnes ex eo matrimonio natos coinquinat. Escobar *1. p. q. 4. §. 4. num. 124. eleganter q. 13. §. 2. à num. 27. & num. 55. & ideo macula patris concludit impuritatem in filijs, & cæteris descendantibus. Idem 2. p. q. 6. §. 1. n. 9. ubi alij; & macula in uno dari, & in alio deficere non potest. Idem 2. p. dict. q. 6. §. 4. num. 29. ibi: Quia casus dari non potest, quo idem genus maculatum, & purum existat, nec quidam ex eo puri, & quidam maculati, arg. text. in L. Eum qui 23. in pr. de usuc. & c. Nec unum, & itidem corpus purum, & maculatum existere potest; & vide 1. p. q. 17. §. 1. à num. 4.*

Diversa causa nobilitatis est, nam <sup>129</sup> potest accidere ex patre ignobili filium nobilem declarari, veluti si pater in possessione ignobilis sit, & filius generis nobilitatem retineat, Garcia de *Nobil. gloss. 12. num. 48. Escobar*

colar *2. p. q. 6. §. 1. n. 17. ubi ratio; quia cum nobilitas habeat actus externos, ex quibus ejus quasi possessio constituitur, aut per contrarios amittitur, possunt in filio actus ad possessionem sufficientes adesse, qui defuerunt in patre, & sic potuit iste ignobilis, ille vero nobilis declarari; quo sensu in nobilitate verum, quod contra de puritate diximus, ex una domo de familia posse alios nobiles reputari, & alios ignobiles haberi, & probata fratris nobilitate non concludi pro alterius nobilitate, nisi probetur generis nobilitas, quæ in omnes influit. Escob. ubi supra D. Crespi. obs. 72.*

Item etiam nobilis, qui cum plebea contrahit matrimonium, vel cum impura, nobilis omnino manet, & filios nobiles procreat; sed si mater ipsorum maculata sit, filij nobiles, & maculati nascuntur. Macula enim, & nobilitas se compatiuntur, ut probant Gutierrez, Otoral. Villar. D. Paz, & Valenzuel. quos sequitur Escobar *1. p. q. 13. §. 3. num. 21. & seqq.* Nunc dices: ergo filij ex conditione nobilitatis non excluduntur, sed ex conditione puritatis: ergo si conditio contrahendi matrimonium cum nobili tantum sit apposita successoribus, & successor nobilis contraveniat nubendo cum plebea, filij non oberit contraventione patris, quia nobiles sunt; nec contrahunt vitium ignobilitatis maternæ, quia nobilitas à genere paterno influit in filios, licet mater ignobilis sit. Vide Covar. *lib. 4. var. cap. 1. num. 11. Diana resol. 134. tract. 1. tom. 6. nec potest nobilis, & ignobilis quis esse, quia ignobilitas, & nobilitas se opponunt, invicem que se excludunt. Garcia de Nobil. gloss. 18. num. 40. Escobar de Purit. 1. p. q. 4. §. 5. à num. 7. D. Larrea decis. 34. num. 54. ubi quod nobilitas matris non consideratur.*

<sup>132</sup> Hæc licet vera sint, in casu propo-

sito contraria sententia tenenda est, quod scilicet eodem jure quoad exclusionem censeatur conditio nobilitatis, ac puritatis in nuptijs apud successores desiderata; quia dubium non est illustrem magis esse nobilitatem, quæ à parentis linea, & materna provenit, quam ea quæ à patre tantum procedit; hanc enim vulgo vocamus *Hidalguia*, alteram vero nobilitatem, & qui ex patre nobilis, *Cavallero* nominatur *L. 6. ibi: De buen linage de padre, y de madre, L. 2. tit. 18 p. 2. & L. 3. tit. 21. ead. part. 1. vi: Que el menguasse en lo que los otros acrecentaron, casando con villana.* Quibus enixe hæc distinctio probatur inter nobiles ex utroque parente, & filios ex matre plebea, & patre nobili, & ita plures communiter observant.

Sed quando testator similem conditionem ducendi nobilem apponit <sup>133</sup> in maioratu aliorum, nobilitatis ex-  
plendorem requirit: ergo non sufficit quod nobilitas communis sit successoribus, si qualitas materna deficiat. Probatur, quia si conditio masculis apponatur ducendi uxorem nobilem, expressa est voluntas, quod testator qualitatem in uxore requirat nobilitatis. Si autem fæminis gravamen in-  
junctum sit matrimonium contra-  
hendi cum viro nobili, id clarius procedit; quia si ignobili nupserint, filios ignobiles procreant vitio paterno, nec quidquam eis proderit materna qualitas; D. Larrea ubi sup. Gomez in *L. 79. Taur. n. 6.* ergo majori ratione excludendi erunt: inde verissimum est conditionem puritatis, & nobilitatis non distingui; quodque eodem jure ex contraventione patris descendentes manent exclusi, quod & expresse docet Greg. in *d. L. 3. tit. 21. p. 2.* Escobar de *Pur. 1. p. q. 4. §. 7. à num. 17.* ubi etiam an impleatur conditio ducendi nobilem ex privilegio, D. Castillo *cap. 128. n. 1. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 34. n. 40.*

Num. 77. 78.

135 In terminis Matutzæ *Disquisit. Leg.* 35. num. 19. & Auct. 1. p. cap. 8. num. 32. & vide quæ dixi 1. p. cap. 1. à num. 51. ad 59. Fufar. q. 575. *Oping de Iur. m. sign. cap. 8. n. 440.*

Num. 80.

136 Vide 1. p. cap. 2. à num. 51. ad 59. ubi explicat Auct. Baltas. Thom. de *Primog. tit. 25. cap. 1. num. 6. & 7. & c. 8. per totum.*

Num. 81.

Baltas. Thom. n. 9. & 11. Conducit doctrina communis ex  
137 *L. Si viva matre, C. de bon. quæ liber. de qua alibi, & Giurba de Succes. feud. §. 2. gloss. 6. num. 83. ibi: Filium natum ex patre incapace, ita demum ipsum quoque esse incapacem, ut ipse vult admitti ad aliquid consequendum ex persona patris, tunc enim patre excluso ipse quoque exclusus censetur, remota enim radice removetur omne consequens; & num. 88. ibi: Ubi in feudo succedit filius ex persona patris, si pater excluditur, & filius quoque excluditur.*

138 An autem si utrius parentis contemplatione vocetur, & unus cōtraveniat, filius excludatur ex ijs natus, vide quæ dixi *Notabil. 6. supra, & vide Auctorem seq. num. 83. Peregrin. Zephal. Fufar. & alios quibus negative resolvit Baltas. Thom. de Primog. tit. 25. cap. 1. n. 13. & 10. ubi etiam limitat quando pater non erat possessor.*

Num. 82.

140 Ita Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 9. num. 58. *vers. Cæterum*, ubi utriusque sententiæ meminere, & quæ in maioratibus vera sint inquirunt, & pro contraria resolvunt: & latius disputo

p. 5. cap. 2. ad num. 60. *vers. Limitatur* 3. in addit. & vide Auct. p. 7. cap. 6. n. 23. & contra ibi dicta Olea in *No. viff. addit. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. numer. 3.*

Num. 83. &amp; 84.

Lancell. *Gallia cons. 93. num. 12. 141* & seqq. ubi late Baltasar Thom. de *Primogen. tit. 25. cap. 1. num. 22. Bart. in d. L. ubi animadvertit verum esse, posse testatorem hæreditatem, vel legatum dare sub conditione, quæ dependeat ex alterius facto, L. Si ita 13. in princ. ff. de manum. testam. sed non ex mera volūtate alterius, L. Nonnumquam 52. ff. de condit. & dem. L. Siquis 66. ff. de hæ. inst. L. Illa 32. ff. eod. L. 1. ff. de leg. 2. sed si semel data sit hæreditas pure, ita ut jus quæsitum sit successori, non poterit ademptio fieri in pœnam quæ alterius facti dependeat, Surd. hic; aliud enim est cōditio, aliud est pœna L. 2. ff. de his quæ pœna nom. & licet possit conditio alterius facto pendere d. L. Nonnumquam 52. de hæ. inst. non pœna, L. 1. & 2. C. de his quæ pœna nom. ubi Bald. in L. 1. n. 10. & num. 44. & præter relatos adde Fufar. de *Subst. q. 575. num. 15. Sesse decis. Aragon. 31. Peregrin. de Fideicommiss. art. 10. num. 89. Gratian. cap. 220. num. 3. tom. 2. discept. D. Castillo tom. 5. cap. 94. à num. 14. D. Crespi observat. 22. numer. 76. 77. & 78. D. Molin. lib. 2. cap. 12. num. 32. Azeved. cons. 4. num. 11. D. Covar. in 4. *Decret. 2. p. cap. 3. §. 3. Cyriac. controuv. 289. num. 7. Menochius cons. 954. n. 27. Surd. de Alm. tit. 9. q. 26. n. 31. Sim. de Prætis de interpret. ultim. vol. lib. 3. interp. 3. dub. 2. §. 1. 3. n. 23. fol. 302.***

Num. 85.

L. Cui fundus 54. ff. illo tit. de cond. & dem. L. Hujusmodi 81. §. Si ita legatum ff. de leg. 1. L. Qui duobus 22. ff. de

Num. 87.

Escobar de *Puritate 1. p. quæst. 4. §. 147.* 7. ubi loquitur de filijs natis ex eo, qui præcepto de nubendo cum pura, & nobili contravenit posterioribus nuptijs num. 8. ex quo absolute dictalem contraventionem filijs ex alio priori, vel posteriori matrimonio non nocere, cum juxta Legem maioratus ex matrimonio cum nobili sunt procreati.

Num. 88. &amp; 89.

Pluribus D. Etiff. Alvarez Pegas in *nova edit. Resolution. cap. 4. n. 97.* ubi Auct. hic, & 7. p. cap. 6. n. 19. laudat.

Vide num. 63. Auct. 2. p. cap. 6. & vide de relatos num. 65. & observa contra-ventionem realem in sua linea includi, & circumscribi, nec ad alias extendi, in quibus vitium non influit, quod eleganter proponit. Cyriac. *controuv. 289. num. 1.* ubi prohibita alienatione sub pœna privationis, ita quod in eventum in quem facerent alienationem, quod eos (vocatos) & eorum lineas privabat, non intelligitur privatio omnium, sed discretive ejus qui alienavit; & omnium de sua linea *decis. Rotæ 466. sub num. 2. apud Farinac. & decis. 473. num. 3. ibidem, & apud Seraphim. decis. 1023.*

Num. 89. Idem.

Add. ad Molin. lib. 1. cap. 12. n. 30. 149 in fin. videndi.

Sublimita, ut n. 82.

Num. 90. 91. &amp; 92.

De hac conditione agunt Menoch. lib. 4. *presumpt. 98. Covar. in cap. 18. de testam. §. 1. à numer. 10. Surd. & alij apud Guzman. de Evict. q. 42. à numer. 16. Fontanell. tom. 2. decis. 368. & seq. & hæc conditio intelli-*

Bb iij gitur

de cond. & dem. Antunez de *Donat. 1. p. præl. 2. §. 1. nam 38.* limita nisi per errorem pro parte impleverit *L. Quavis 31. ff. de cond. & dem. L. Qui putat 73. ff. de acquir. hæred.*

143 Limita secundo in eo qui solidum capere non potest, qui conditionem dandi pro ea parte, quam capit, & non amplius implere tenetur *L. Eiqui 20. ff. de mort. ca. d. mat. L. Plautius 42. §. Item secundum, & in princ. ff. de cond. & dem. & est bonus textus in L. Qui hæredi 43. §. Si pars ff. eod. ibi: Si pars rei legatæ usucapta sit, an in solidum parendum sit dubito? Et potest dici pro parte parendum ex sententia testatoris. Quibus congruit an bonis diminutis legati onus minuat?*

144 Quæ de re agit Doctiff. Olea de *Cess. jur. tit. 4. q. 5. à num. 27.* & in Capellanijs onus missarum minui debere

145 diminutis bonis tradunt ex Olea Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. For. cap. 4. à num. 237. Lara de Capell. lib. 1. cap. 15. Guzman de Evict. q. 30. numer. 93. Pascalig. tom. 2. de Legat. pro celebrat. miss. q. 1077. & seq. Diana tom. 1. tract. 1. resol. 12. & seqq. D. Salgad. Labyr. 1. p. cap. 25. n. 48. & latius noviter D. Joan. Milazo*

146 *Miscell. utr. jur. assertio. 31.* ubi inter alia id observa, Capellanum per se non posse reducere onus missarum in minorem numerum. Vide Diana ubi sup. resol. 1. & seqq.

Num. 86.

Pluries Auct. hoc advertit. Vi hic *num. 19. & p. 1. cap. 1. num. 34. & p. 2. cap. 1. num. 73. & cap. 6. num. 14. & 7. p. cap. 1. à num. 34. & p. 7. cap. 5. num. 100. & vide h. p. cap. 3. numer. 33 & 34.* ubi sibi cōtrarius dicitur ab Olea in posterioribus additionibus ad tract. de *Cess. jur. tit. 4. q. 8.* sed hic juridicam propositionem agnoscit, quam alibi rationabilem dicit.

gitur nisi iustam litem moveat, non verode solam, & malo animo. Bald. & alij apud Menoch. *conf.* 330. num. 16. Guzman. numer. 23. Ferentil. ad *Buratt. decis.* 899. numer. 14. & seqq. tom. 3. ibi: *In hac materia prohibitionis molestiarum notandum, quod prohibitus molestare sub pena privationis, illam nunquam incurrit, nisi molestie fiant dolose, & malo animo, non autem quando fit lege permittente.* Valeron de *Transact. tit.* 2. q. 2. numer. 45. Gratian. *cap.* 844. Tondut. *Civil. cap.* 149. p. 2. Altograd. *conf.* 84. numer. 102. Cenfallate de hac quaestione ad *Peregrin. art.* 35. numer. 5. & seq.

## Num. 93.

152 Auct. 7. p. cap. 6. numer. 19. & alibi pluries vulgarem conclusionem exornavi.

Cæterum si quid ad materiam capituli amplius decideres adi plenissimum locum Baltas. Thomasi tract. de *Primogenitura tit.* 25. cap. 1. per tot.

153 Et pro regula hic tradita adde *Giurba de Success. feud. §.* 1. gloss. 10. à num. 18. & gloss. 8. num. 57. & gloss. 7. num. 30. & gloss. 15. num. 24. Maldonad. ad *Molin. lib.* 1. cap. 1. num. 17. Doctiff. Alvarez Pegas ad *Ordin. Portug. tom.* 4. tit. 50. gloss. 1. cap. 2. num. 16. ubi doctissime agit.

## Num. 94.

Ad partem 4. cap. 1.



## AD PARTIS III.

## CAP. II.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Primogenitorum privilegia, remissive.
- 2 Hæretici successionis sunt incapaces.
- 3 Maioratus institutor si postea in hæresim incidat an revocetur maioratus, & 21. 24. & 23.
- 4 Reservata in donatione an veniant in confiscationem bonorum donatarij.
- 5 Maioratus bona non veniunt in confiscationem ex delicto possessoris.
- 6 Bona restitutioni subiecta non confiscantur in substituti præjudiciu. & 10.
- 7 Bona maioratus expresse alienari prohibita non confiscantur etiam pro tempore vitæ possessoris. Ibid.
- 8 Maioratus possessor indignus effectus non præjudicat successori, quia ex indignitate efficitur incapax, nec fisco locus est.
- 9 Indignitas & incapacitas si concurrant prævalet incapacitas ad exclusionem fisci.
- 10 Confiscatio non comprehendit bona ab indigno ad alios translata. ex voluntate testatoris.
- 11 Confiscatio an prohiberi possit à testatore.
- 12 Incapax nullum gradum constituit.
- 13 Indignitatis, & incapacitatis differentia, & 15.
- 14 Incapacitas post acquisitionem, an obstat.
- 15 Maioratus regia facultate institutus confiscari potest, & quando secus, & 17.
- 16 Ususfructus bonorum adventitiorum an extinguatur mortuo patre civiliter.

- 19 Maioratus à Monacho possessus si in hæresim incidat an confiscetur, vel apud Monasterium remaneat.
- 20 Resoluta Religione quoad personam Monachi, resolvitur quoad bona.
- 21 Creditores non habent recursum ad bona ante à debitore donata.
- 22 Filij ante delictum nati non comprehenduntur in penis patris hæretici.
- 23 Filij patris hæretici an possint succedere in maioratu ab ipso instituto ante crimen commissum vel ex bonis post confiscationem quaesitis, 28. 29. & 30.
- 24 Filij hæretici reconciliati an reddantur incapaces beneficiorum obtentorum.
- 25 Filij hæreticorum an sint incapaces succedendi.
- 26 Et an repellantur ab officijs publicis. Ibidem.
- 27 Filij hæreticorum patri succedere nequeunt in consequentiam confiscationis.
- 28 Filij rei criminis læsæ Maiestatis sunt incapaces succedendi.
- 29 Filij hæretici an possint succedere avis Catholicis, & 48.
- 30 Et an sint capaces acquirendi ex donatione, vel alio contractu.
- 31 Filius, & nepos hæretici in quo differant à filio, vel nepote hæreticæ.
- 32 Maioratus ex bonis Regiæ Coronæ omnino confiscantur.
- 33 Limita si maioratus non possidebatur ab delinquente.
- 34 Fiscus jus non delatum non aufert ab indigno.
- 35 Filius non privatur successione maioratus aviti ex patris delicto, & 47.
- 36 Maioratus ex bonis Regiæ Coronæ non confiscantur ex crimine hæresis.
- 37 Maioratus ex bonis Regiæ Coronæ in præjudicium transversalium non confiscatur.
- 38 Nisi primus successor in crimen Maiestatis incidere. Ibidem.
- 39 Vel nisi maioratus simpliciter institutus ex bonis Regiæ Coronæ absque

transversalium vocatione?

- 40 Restitutus à Principe an recuperet maioratum alteri delatum.
- 41 Filij aliquando ex delicto patrum pena afficiuntur.
- 42 Maioratus antiquus non confiscatur, & filij hæretici in eo succedere possunt non obstante delicto patris, 52. & 53. ubi limitatur.
- 43 Amplia etiam in maioratu habente dignitatem annexam.
- 44 Filij hæreticorum an sint infames.
- 45 Infames beneficia Ecclesiastica habere, vel retinere nequeunt. Ibid. 50.
- 46 Infames, dignitates in consequentiam successionis habere possunt.
- 47 De hæreticis, & Reis Maiestatis, remissive.

## Num. 1. &amp; seqq.

DE veterum primogeniti privilegij Basil. Ponz. *Var. disp.* q. 4. cap. 3. & 5. D. Salzed. in *Theatr. Hon.* gloss. 32. n. 99.

## Num. 6.

Adde Torreblanca de *Jur. Spirit. lib.* 13. cap. 1. & alij noviter per Dom. Castejon in *Alphab. verb. Hæreticus n.* 21. relati.

## Num. 7.

Secus dices si post institutum maioratum per viam contractus, etiam revocabilis, in hæresim incidat institutus, tunc enim non confiscatur, *L. Res uxoris C. de donat. inter. Mieres de Maior. l. p. q. 26. n. 132.* ubi ita in specie tenet Gaito de *Credito cap. 4. quaesit. II. à num. 1259.* ubi etiam in rebus donatis nondum traditis donatarium fisco esse preferendum. Vide *L. i. C. de jur. fisc.* ubi Amaya, & alij disputant. Episc. Fermosin. *Alleg. fiscal. 19. & alleg. 60. n. 25.* Carrasco ad *Leg. Recop. 3. p. cap. II. num. 211.* Sesse *decis. Arag. 405. num. 4.* Phæbo *decis. 84.* Addendi D. Molin. de *Primog. lib.*

lib. 4. cap. 2. num. 82. *vers. Si mulier etiam infertur*, Maldonad. *ad eum lib. 1. cap. 12. num. 10.* Antunez *de Donat. Reg. tom. 2. cap. 22. & seqq.* Gomez *in L. 40. Taur. num. 91.* D. Salgad. *in Labyr. 2. p. cap. 19. numer. 32.* Cavall. *casu 205.* Giurb. *cons. 55.* ubi an possit acceptari donatio post delictum.

- 4 Et an reservata donanti in donatione veniant in confiscationem? Negat Antunez *ubi sup. cap. 25. num. 49.* quod sine dubio procedit quando non quantitas certa, sed facultas disponendi reservatur, quia facultas non est ad fiscum transitoria. Sesse *dec. 48. p. 1.* comprobatur que ex traditis à Maldonado *ubi sup.*

## Num. 8.

- 5 Marinis, & alij relati à Maldonad. *ad Molin. lib. 4. cap. 11. numer. 5. ad 11.* Castro Palao *1. p. tract. 4. disp. 5. punct. 6. & 7.* Antunez *de Donat. 2. tom. cap. 22. num. 94. & cap. 31. à numer. 73.* Cavall. *cas. 222.* Cyriac. *controvers. 491. & 493.* Gomez *2. var. cap. 15. num. 18.*

## Num. 9. 10. &amp; 11.

- 6 Loquitur Auctor cum adest expressa alienandi prohibitio in maioratu, in quo casu verum est, nec pro vita possessoris confiscari maioratum, solummodo enim fiscus auferat ea quæ ad extraneos hæredes transferrentur si moreretur Reus; item quatenus apud eum remanet, aut remanere potest, nam illius delictum, nec substituto, neque quibus ex fideicomisso restituendum est, nocere oportet. *L. Papinianus 8. §. Meminisse ff. de inoffic. testam. Julius Paul. lib. 4. Sent. tit. 5. §. 9. & 10.* Nec obstant *L. Statius flor. §. fin. ff. de jur. fisc. L. Cum pater §. Hereditatem ff. de leg. 2. L. 77. §. 5. ff. ad Trebell.* loquuntur enim in rogato post mortem suam restituere,

quo in casu bona cum sua quodammodo causa in tempus vitæ fisco vindicanda, quia dies nondum restitutionis venit; sed quando adest fideicommissum in casu alienationis fiscus non admittitur, qui alienando per delictum dies fideicommissi venit. Ad dendi qui hanc distinctionem sequuntur, D. Molin. *lib. 1. cap. 20. n. 9.* hic citatus, Censal *ad Peregrin. art. 30. de Fideicommiss. fol. 203. vers. Secundo refelitur*, D. Valentia *Illustr. tract. tom. 3. ad L. 1. de leg. 1. cap. ultim. Marinis lib. 1. Resol. cap. 166. n. 12.* Fontanell. *de cis 9. tom. 1. à num. 14. & de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 25. à n. 44.* Sesse *decis. 55. num. 7.* & cum Bart. Menoch. *Jul. Clar. Farinac. Peregr. Surd. Marta, Molin. & alij Ripol. de Regal. cap. 18. à num. 78.* Vide similiter si adest prohibitio alienationis. Ferosin. *alleg. 15. n. 19. & alleg. 33. n. 1. & 38.* Antunez *citandus, Escacia de Judic. lib. 2. cap. 9. n. 1113. cum seqq.* Hæc doctrina ita distincte vera est in qualibet indignitate, qua fiscus auferat bona ab indigno, nam maioratus in fiscum non transivit pro vita indigni vi prohibita alienationis, quæ exclusionem fisci sicuti cujuslibet extranei operatur. Bart. Bald. Imol. & alij à Baltas. Thom. *de Indign. tract. 3. cap. 1. num. 26. & 27.* Ratio est, quia ex delicto non solum indignus efficitur, sed etiam incapax retinendi maioratum, quia indignitas efficit, ut ab eo auferatur, & inde ex oblatione efficitur, ut sequens successor admittatur.

Sed quoties indignitas, & incapacitas concurrat, prævalet incapacitas, & fiscus excluditur. Baltas. Thom. *tract. 3. de Indign. cap. 1. n. 79.* Giurba *de Success. feud. §. 2. gloss. 4. n. 9.* qui Ripam, Peregr. Thefaur. Farinac. Sozin. & alios referunt: ergo.

Item, quia fiscus excluditur à bonis indigni, quando testator tacite, vel expresse ad se revocasset, vel solemniter abstulisset, & alios vocasset, *L. fin. de his quib. ut indign. Thomas ubi sup. num.*

## Add. ad Roxas de Incomp. Maiori P. 3. C. 2. 299

num. 66. vel quando successor favore alterius sit indignus *L. 3. §. Amittente ff. illo tit. Thom. num. 68.* sed data prohibitione alienationis testator auferat, & alios consanguineos vocat, quorum interitu constitutus est maioratus: ergo.

- 10 Procedit etiam prædicta sententia Auctoris in qualibet substitutione fideicommissaria, quia licet fiscus admitti debeat durante vita indigni, nisi vulgaris sit substitutio, quia cum per additionem hæredis expiret *L. 3. ff. acq. hæredit. L. Post aditam 5. C. de impub. & alij subst.* omnino excluditur, fisco admisso tamquam in bonis rei, substitutus; tamen si ex conjectoris fideicommissum inducatur, etiam in casu alienationis fiscus omnino excluditur, nec pro vita delinquentis bona confiscavit, ut regulariter confiscare potest, Ripol. *de Regal. cap. 11. à n. 94.*

- 11 An autem testator prohibere possit ne bona ad fiscum perveniant? Dic quod si principaliter verba diriguntur ad exclusionem fisci, non valet dispositio, nec fiscus erit exclusus, ut tradit D. Molin. *lib. 4. cap. 11. numer. 13.* quia censetur facta in odium ipsius fisci, & non ratione conservationis hæreditatis, quod testatori non est permissum *L. Filius fam. 111. §. Divi ff. de leg. 1. ibi. Nec fisco fraudi esse;* & ut valeat dispositio, ita concipi debet, quod statim atque possessor deliquerit, sit privatus, maioratus que in alium transeat, quod ad familiæ conservationem fieri potest principaliter, & ita fiscus in consequentiam excluditur, quod fieri potest. D. Molin. *ubi sup. numer. 5. & 16.* Ripol. *de Regal. cap. 18. num. 86 & 87.* videndus Antunez *de Donat. Reg. lib. 1. 2. p. cap. 29. numer. 115.* ubi late exornat; & pro utraque sententia ab Auctore relata plures refert à numer. 104. & numer. 105. ejus sententiam veriorum judicat, licet in suo Regno

contrarium teneat ex dispositione *Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 15.* Adde Ferosin. *Alleg. fise. 15. num. 12 & 13.* ubi de prohibita confiscatione commeditatis. Baltas. Thom. *tract. 8. de Prim. tit. 9. num. 16. & tract. 9. de maior. tit. 7. num. 23.*

## Num. 12.

Idem Mieres *num. 95. & 96.* ubi eum uti incapacem nullum gradum constituere docet: sequitur Hermosinus *Alleg. 36. num. 9. p. 1. & num. 10. & seqq.* fortius firmat hæreticos à die commissi criminis esse incapaces acquirendi ex testamento legatum, vel fideicommissum, vel ex contractibus *numer. 12.* ubi Azor, Sanchez, Barbof. & alij quorum sententiam sequitur *numer. 16.* fiscus ergo admitti non potest. Pat. Sanchez *lib. 2. Summ. cap. 15. numer. 31.* ubi pro sententia Auctoris incapacitatem ponderat. Antunez *de Donat. Reg. 3. p. cap. 29.* ubi de differentia inter indignitatem, & incapacitatem, Giurba *de Successione feud. §. 2. gloss. 4. à numer. 7.* ubi de indignitate, incapacitate; & privatione, & *gloss. 6. num. 65. & seqq.* ubi an incapax post acquisitionem retinere possit, & ad rem *num. 72.* ibi: *Ampliat secundo in primogenituris, & maioratibus, quæ ab indigno non auferat fiscus cum illorum sit incapax, sed secundogenitus admittitur:* quibus innuit in maioratibus nullam dari differentiam inter indignos, & incapaces, quia fiscus ab indigno auferre non potest. Adde pro Auctoris dicto Baltas. Thom. *tract. 8. de Primog. tit. 25. cap. 9. de incapacibus,* ubi ampliat *num. 72.* etiam si foret expresse vocatus. Adde Escaccia *de Judic. lib. 2. cap. 9. n. 1085.* Giurba *de Success. feud. §. 1. gloss. 7. à num. 47.* ubi an ex morte Civili successio deferatur.

## Num. 13.

- 16 Itidem Molina *lib. 4. cap. 11. num. 63.* Mieres relatus cum alijs per Ad-dent. *dict. cap. 12. n. 57. hic.*
- 17 Et in maioratu Regia facultate in-stituto, quod præcise requiratur ex-pressa clausula privationis, ut posses-soris vita durante non confiscetur, Antunez *dict. cap. 29. num. 116.* ubi alij, Gomez in *L. 40. Taur. num. 91.* Otero *Divers. quæst. 12. Censal ad Peregr. de Fideicommiss. art. 30. fol. 203. vers. Ex his consulto, Fermosin. & alij supra n. 9. relati.*

## Num. 14. 15. &amp; 16.

- 18 Conducit Antunez de *Donat. Reg. tom. 2. cap. 23. num. 49.* ubi patre mor-tuo civiliter, usufructus in bonis filij extinguitur; ast Monasterium habetur loco filij, Giurba de *Success. feud. §. 1. gloss. 7. numer. 36. & 44. ergo.*
- 19 Sed retenta sententia, quod maio-ratus commoditas confiscetur, idem dices; quia licet cætera bona apud Monasterium maneant Fermosin. *alleg. 41. num. 16.* tamen cum ex perso-na Monachi capiat, si in hæresim incidat, amplius Monachus esse ne-quit, cum extra Ecclesiam sit Bel-larmin. *tom. 1. lib. 3. cap. 4. de Ec-cles. Milit. Gomez lib. 3. var. cap. 2. num. 1. & extincta videtur patria po-testas sicut in filio patris hæretici Fermosin. Alleg. 38. num. 46. & alleg. 47. num. 10.* Maioratus ergo statim in fuccefforem sequentem transivit, quia resoluta Religione quoad personam Monachi, resolutur quoad bona, *Cap. quod tē de Cleric. conjug. L. 1. C. de colleg. illic. Greg. in L. 17. gloss. Do-entraffe tit. 1. p. 6. Menoch. de Arbi-trar. cent. 5. cas. 436. Matutz Dis-quis. 33. n. 27.*

## Num. 22.

Dixi *sup. ad num. 7. & vide quæ di-co num. 27. infra, & tenet expresse Si-mancas relatus à Molin. lib. 4. cap. 11. num. 18. vers. E converso autem, & ratio est; quia filij privantur jure successionis obventuræ, non vero jure quæsito ante delictum, confiscatio enim non ultra bona patris delinquē-tis extenditur, Villadiego de *Hæretic. q. 23. Roxas singulari 66. Ancharran. in cap. Vergentis de hæretic. lib. 6. Fe-lin. num. 6. Laudensis de crim. l. 5. Ma-iest. q. 31. quod pluribus probatur in allegationibus Comitatus de Bailen. Adde Gomez in L. 40. Taur. num. 91. D. Salg. *Labyr. 2. p. cap. 19. num. 32.* Nec plus juris fiscus habere potest ad bona rei delicti, quam creditor quilibet pro debito suo *ad tit. C. pæn. fisc. credit. præf. at creditor non ha-bet jus ad bona per patrem donata ante contractam obligationem Gaij. de Credito cap. 4. quæsto 12. num. 1235. D. Pichard. in §. Quædam act. num. 70. inst. de act. Rodriguez de Concur. p. 2. à num. 1. D. Covar. *Var. lib. 1. cap. 16. vers. Licet privatus, probatur que L. Siquidem ff. de don. inter L. de rebus C. de don. ante nupt. & singulariter obser-vat Paschal. de Patr. potest. 1. p. cap. 4. num. 34. quem sequitur Marinis lib. 1. Resol. cap. 92. Hermosill. in L. 2. gloss. 12. & 6. tit. 4. p. 5. ergo.****

Et hæc sententia manifeste proba-tur ex *L. 1. C. de jur. fisc. L. Siquis 9. §. Si quid etiam C. de bon. præscript. L. 9. C. de bonis damnator. quidquid di-cat Fermosin. Alleg. 15. p. 1. ubi ea ratione maioratum ante delictum in-stitutum à parente confiscari defen-dit, quia in fraudem fisci factus præ-fumebatur ex fisci expressa exclusio-ne, ut evincit n. 17. quod subterfu-gium quærere coactus est, aliter fun-damenta contraria efugere nec po-terat.*

## Num. 24. &amp; seqq.

- 25 Sequuntur Basil. Ponzius *var. disp. q. 4. cap. 2. ad fin. & cap. 6.* ubi ita de-cisum refert in eadem causa Comitatus Torreblanca de *Jur. spirit. lib. 13. cap. 20. Marinis lib. 2. Resol. cap. 95. num. 3. & 4. Girona de Privi-leg. numer. 121. Faria ad Covar. var. lib. 2. cap. 8. num. 64. & seqq. Pater Caramuel *Theolog. fundam. tom. 2. num. 1673. Antunez de Donat. Reg. cap. 29. num. 129. lib. 1. ubi agnos-cit veriore esse hanc sententiam quamvis contraria extet dispositio Lusitana lib. 5. tit. 6. §. 9. Aillon. ad Gomez 3. variar. cap. 2. num. 17. Censal ad Peregrin. de Fideicommiss. art. 30. fol. 199. & 200. num. 55. vers. Secunda sit conclusio; & vide Aucto-rem 1. p. cap. 2. num. 60. & quæ dixi *supr. h. p. cap. 1. num. 62.***

## Num. 25. itidem.

- 26 Torreblanca *dict. cap. 19. num. 46. & lib. 3. de Magia, cap. 12. numer. 45. Fermosin. alleg. 83. num. 5. & 6.* om-nino videndus qui opinionem San-cheij in *Summa, lib. 2. cap. 27. à n. 6. ad 17.* filios ante delictum natos non comprehendi in pœnis patris hære-tici, veram esse profitetur, licet quo ad amissionem bonorum eam probet, non ob filiorum incapacitatem, sed ob confiscationem eorum bonorum, & alios refert *ibi n. 7.*

## Num. 27.

- 27 Supponendum est ante crimen hæresis à parente esse maioratum con-ditum, nam post crimen commissum,

cum bona patris fisco vindicentur, du-bium non est ex ijs maioratum insti-tui non posse ex traditis à Fermosin. *alleg. 18. p. 1. D. Bolero de Decoct. debit. fiscal. tit. 5. quæst. 24. & 25.* vel suppone maioratum esse institutum de bonis postea quæsitis post confis-cationem, quæ quidem ad ea non ex-tenditur, *L. Si mandavero, §. Is cu-jus ff. mandati, L. Ejus qui, §. 1. ff. de testam. L. 4. Cod. de jur. fisc. cap. Fe-licis, vers. Cum talis de pæn lib. 6. L. 2. Cod. de bon. damn. pro cujus intelle-ctu vide Fachineum lib. 9. Controv. cap. 51. D. Amaya in d. L. 4. Cod. de Jur. fisc. quam sententiam veriore esse pluribus comprobatur Episcop. Fermosin. *alleg. 30. numer. 1. & seqq. D. Bolero de Decoct. debitor. fisc. tit. 5. quæst. 25. numer. 7.* ubi de ijs te-stare posse firmat Mieres, Castillo, Escaecia *infra 2. casu referenda.**

In primo casu, quando maiora-tus à patre institutus est ante cri-men commissum in alium forsân filium antea natum cum vocatio-ne cæterorum filiorum, in qua & filius post delictum natus compre-henditur, dubitari potest an si ad-veniat casus ejus vocationis, filius postea natus succedere possit? In quo dubio affirmandum judico pos-se succedere, quia ante delictum est sibi jus quæsitum, quilibet enim maioratus successor admittitur in suo casu, nō prout ex nunc, sed pro-ut ex tunc, nec novum jus quærunt, sed quæsitum retinent *gloss. in cap. unic. de Feudi cognit. Curtius Senior conf. 50. numer. 17. Paris. conf. 23. numer. 130. lib. 1. Cephal. conf. 152. numer. 210. lib. 2. Hypol. Rimin. conf. 38. numer. 11. lib. 1. Tiraquel. de Primogen. quæst. 40. numer. 99. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 8. numer. 49. vers. Contrarium dixi; sed in jure quæsito pater præjudi-care non potest filijs ex delicto suo, Giurb. de Success. feud. §. 2. gloss. 8. numer. 38. & gloss. 4. numer. 54. vers.*

vers. Sed an si pater, & gloss. 87. num. 75. & seqq. maximè num. 87. facit L. 9. ff. de Senator. ibi: Nam quæsitâ dignitas filij propter crimen patris auferenda non est: ergo.

Ad secundum casum, quando ex bonis post condemnationem, & confiscationem quæsitus maioratus à patre est institutus: dixi posse hæreticum post condemnationem acquirere bona, & habere testamenti factionem, & probat Fermosin. allegat. 30. numer. 12. ubi satisfacit L. 2. Cod. de bon. proscriptor. Mieres de Maiorat. 1. part. quæst. 1. à numer. 2. 4. D. Castillo tom. 6. cap. 137. Etcacc. de Iudicijs, lib. 2. cap. 9. num. 1080. & supponendum est nos loqui de hæretico recedente ab hæresi; aliàs enim si duraret in illa, cremaretur ut impenitens, nec ei jam esset tempus acquirendi de novo sine confiscationis periculo, ut ait Sanchez, & ex eo Fermosin. ubi supr. num. 9. ubi reprobat Tello Fernandez in L. 4. Taur. numer. 48. qui in delinquente hæretico sentit contra Diana tom. 5. tract. 12. resol. 36. Barbof. in cap. 2. de Summ. Trinit. num. 3. Fermosin. allegat. 39. num. 25. & 26. ubi quid si sæculari Curia traditus convertatur.

Poterit igitur maioratum instituire, vel contractu inter vivos, vel ultima voluntate: an in filium est quæstio. Ratio dubitandi est succedendi incapacitas, de qua Auctor hic, qua non obstante affirmativè resolvendum, supponimus enim patrem non esse pertinacem, nec durasse in hæresi, in qua specie cessat incapacitas cap. Statutum, vers. Hoc sane de hæretic. lib. 6. ubi ad beneficia non reddi inhabiles, & latè Fermosin. allegat. 34. numer. 1. & part. 2. alleg. 9. num. 47. ubi Barbof. in dict. cap. Statutum; arque maior est incapacitas quoad beneficia, quam ad bona temporalia, Fermosin. allegat. 49. numer. 19. DD. in dict. cap. No-

bis de jur. patron.

Uterius certum est in crimine hæresis filios non reddi incapaces succedendi, quamvis reddantur incapaces cujuslibet officij publici, ex L. 3. & 4. eod. titul. 3. lib. 8. Recopil. citando Pat. Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 27. numer. 8. Torreblanca de Magia, lib. 3. cap. 12. numer. 48. Santarel. de Hæresi, cap. 34. dub. 1. num. 14. Suarez de Fide, disput. 24. Fermosin. allegat. 38. numer. 10. & seqq. sed ideo non successit, quia omnia bona parentum hæreticorum confiscantur ex Auth. Gazaros, Codic. de hæretic. quæ in Hispania observatur ex dispositione Iuris Canonici, cap. Vergentis de hæreticis, cap. Filij, cap. Quicumque, §. Hæretici, eod. titul. de hæret. lib. 6. Gothofred. in Novell. 115. cap. 3. §. 14. titul. 6. ibi: In Hispania omnia bona hæretici, etiam Clerici, vel beneficium Ecclesiasticum habentis fisco Regio cedunt, quantumvis hæretici parentis liberi sint orthodoxi, arg. Auth. Gazaros, Cod. de hæretic. Consonat Lex 1. titul. 3. lib. 8. Recopilat. ubi Azéved. notat numer. 215, & seqq. quamvis secus esset de jure Codicis ex L. Manichæos, L. Cognovimus, Cod. de hæreticis, & Legis Partitæ L. 2. & 3. titul. 26. part. 7. L. 7. titul. 7. part. 6. ubi D. Gregor. gloss. 2. notat, & Ordinam. L. 4. titul. 4. L. 4. titul. 19. lib. 8. quibus successio permittitur filijs orthodoxis in bonis patris hæretici, saltem media parte ex legibus Ordinamenti eis reservata.

Unde non obstante confiscatione, quia bona postea quæsitâ non confiscantur, dubium esse non videtur filios recte in eis posse succedere.

In crimine læsæ Maiestatis secus est dicendum, quia filij redduntur omnino incapaces successione, L. 2. titul. 1. part. 7. L. Quisquis, Cod. ad L. Iul. quam differentiam agnoscit Segura in L. Cohæredi, §. Cum filiæ,

num 73 ff. de vulg. alij relati in allegat. de Bulen, quam scripsit Licentiatu Veiarano, art. 1. Aillon. ad Gomez lib. 3. var. cap. 2. num. 14. vers. Quod mitius, Ant. Contius in L. 1. Cod. ad Leg. Iul. ubi ratio, pag. 4. aliam addit. Gomez cap. 2. supr. numer. 13. in fine, ubi satis respondetur Auth. Gazaros. Addendus etiam Fermosin. allegat. 37. numer. 8. ubi affirmat filios hæretici posse succedere avis, & alijs suis ascendentibus, & collateralibus, licet filij committentis crimen læsæ Maiestatis non possint numer. 7. Antunez de Donat. Reg. tom. 2. cap. 30. numer. 5. & 6. Aillon. dict. numer. 14. vers. Item, ubi quod filij non sunt incapaces acquirendi ex donatione, vel alio contractu.

#### Num. 28.

Aillon ad Gomez lib. 3. var. cap. 2. num. 5. Faria ad Covar. lib. 2. var. cap. 8. numer. 38. Antunez cap. 29. num. 130. lib. 1. de Donat. Reg. Vide Menoch. conf. 1128. ubi de filijs hæretici, & hæreticæ, & in quo differant.

#### Num. 29.

Adde Azéved. in L. 2. num. 10. tit. 18. lib. 8. Recopilat. Curtius in suo divers. feud. fol. 59. & 60. ubi in specie maioratum Hispaniæ, ita ait. Sequitur Censal ad Peregrin. art. 30. num. 35. fol. 202. Addent. ad Molin. loc. ab Auctore citat. ubi Mieres, Molina, & Sanchez: Antunez de Donat. Reg. 1. part. cap. 29. numer. 121. ubi alij, Fermosin. alleg. 33. numer. 12. & seqq. ubi de feudo, conducit Beroy conf. 155. num. 5. lib. 3. ubi officium patri, & filijs concessum non amittitur per delictum Maiestatis à parente

commisum, quod verum esse dubito.

Limita Auctoris sententiam: primo, quando maioratus ex bonis Regiæ Coronæ à parente non possidebatur, sed ab alio consanguineo, tunc enim etiam adveniente casu vocationis parentis, non debet confiscari ob crimen Maiestatis læsæ à patre commissum, quod dubium non est, & tradit Bart. in L. 3. num. 2. vers. Si non esset quæsitum, ff. de interd. & re-leg. ubi in feudo ait, quod si non erat apud patrem, non debet confiscari, cap. 1. An ille qui interfecit. domin. sui frat. in usib. feud. & alijs per quæ feudum devolvitur ad dominium ex delicto in eum commissum, Peregrin. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 9. num. 30. in fin. Zasius de Feud. quæst. 10. numer. 98. vers. Secundo fallit, Gail de Pace publ. lib. 2. cap. 13. numer. 25. Dueñas reg. 346. num. 5. alijque apud Menoch. & Brugnol in Alleg. Bailen, qui in hac specie loquente in crimine hæreseos filium posse succedere patri defendunt, quia ei ante patris delictum jus quæsitum est, secus in crimine læsæ Maiestatis dices ex incapacitate L. Quisquis, §. Filij vero, Cod. ad Leg. Iul. L. 2. titul. 2. p. 7. Conducit Balthaf. Thom. tract. 3. de Indign. cap. 1. n. 42. ubi fiscum ab indigno jus non delatū nō auferre, ut quia indignus obijt ante acquisitionem; at qui successor effectus incapax non obstat sequentibus in gradu, & paria sunt mortuum esse aliquem, & sic non extare, vel extare, & non posse succedere, L. Pater filium, ubi gloss. ff. de inoffic. testam. incapax enim habetur pro mortuo, L. 1. §. Sed si patronus, ff. de conjug. cum emancip. lib. ergo.

Vide Giurba de Success. feud. §. 2. gl. 6. n. 78. ubi hæc abundè probat, & ampliat, & si delicti tempore pater possideat n. 80. & 87. ibi: Patre delictum committente, quo inhabilis fieret, & si læsæ Maiestatis Divinæ, vel humanæ illud sit, ut successione privari debeat,



beat. filius tamen non privatur, imo seqq. in gradu ipse praefertur; quod an verum sit, & quo casu infer ex dictis h. cap. & ab eodem Giurb. §. 2. gl. 4. n. 54. vers. Infertur 2. & gl. 11. fere tot.

42 Limita secundo, in crimine Hæresis à parente commissio, in quo maioratus ex bonis Regiæ Coronæ, vel ex patrimonialibus non debet distinguui, Ferosinus Alleg. fiscal. 15. num. 27. ibi: Tamen quod in crimine hæresis non conficitur maioratus, quando institutus est non solum ex proprijs bonis sed etiam ex bonis à Rege donatis, dummodo in facultate Regia, qua fuit maioratus institutus, non caveatur quod transeat ad fiscum dixit Dian. tom. 4. p. 4. tract. 8. resol. 60.

43 Limita tertio quo ad transversales delinquentis in quorum præjudicium non confiscatur maioratus, Antunez de Don. Reg. tom. 1. cap. 29. à n. 137. quem vide. Sublimita quando primus maioratus successor committit crimen læsæ Maiestatis, quia tunc perpetuo confiscatur, Giurba de Success. feud. prælud. 5. num. 60. & seqq. & §. 1. gloss. 8. à num. 45. Antunez ubi supr. n. 147. quod exemplo Adami maximè roboratur.

44 Sed an restitutus successor maioratum recuperet, distinguit Giurba inter restitutionem Gratia, & Iustitiæ: si ex Iustitia in gratiam Principis restituitur, recuperat honores, & bona, & maioratum, L. 1. §. fin. ff. de quaestione. si ex gratia restituitur, distingue an ante sententiam restituatur, & tunc delicti pæna, bonorum confiscatio, & infamia remissa censetur, si post sententiam tunc sola criminis pæna remissa censetur, non bonorum, non infamiae, L. 2. L. fin. Codic. de gener. abolit. ita docet de Success. feud. §. 2. gloss. 6. n. 74. Adde Antunez dict. cap. 29. à n. 67. ubi latè tractat quaestionem.

45 Sublimita secundo prædictam limitationem 3. quando de bonis Regiæ Coronæ maioratus simpliciter est

institutus absque vocationibus, neque alienationis prohibitio expressa est, tunc enim delicto commissio ad Coronam revertitur agnatis exclusis, vide Antunez ubi supr. n. 150.

### Num. 30. & seqq.

46 Adde Ferosin. allegat. 20. fere per tot. Torreblanca de Iur. spir. lib. 13. cap. 19. num. 7. & seqq. Antunez de Donat. Reg. d. cap. 29. num. 126.

### Num. 33.

47 Azeved. in L. 2. sub num. 22. tit. 8. lib. 8. Recop. Faria ad Covar. lib. 2. var. cap. 8. num. 43. Grammat. dec. 6. num. 14. & dec. 115. à num. 19. & 31. Gama dec. 352. Oter divers. quaest. 19. sub num. 5. p. 2. Farinac. in Praxi, tit. de delict. q. 59. num. 22. tom. 1. Guaz. de Confiscat. limitat. 26. fol. 144. Pat. Molin. de Iust. disp. 588. num. 1. Barbof. in L. Si ab hostibus, §. fin. n. 25. ff. de solut. matr. Censal ad Peregrin. de Fideicom. art. 30. num. 35. fol. 202. qui est videndus. Mieres de Maioratus. 1. p. q. 1. n. 144. & 224. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. num. 80. 81. & 87. & gloss. 4. num. 54. vers. Infertur 2. quod si pater, & gloss. 8. num. 38. & conducit à num. 23. & gloss. 11. num. 40. & à num. 34. & n. 43.

48 Observa filios hæreticorum avis Catholicis succedere posse, vel alijs consanguineis, vel extraneis, Aillon ad Gomez lib. 3. var. cap. 2. numer. 13. vers. Quod mitius, Pat. Molin. disput. 658. num. 19. vers. Quod vero & num. 25. Pat. Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 29. num. 13. Menoch. conf. 805. num. 23. & seqq. & conf. 888. num. 24. & conf. 1128. Ferosin. alleg. 37. num. 6. & 7. p. 1. in hac igitur specie dicendum est filios hæreticorum posse succedere in maioratu avito, quod ampliacionis loco nota.

Am.

49 Amplia secund. Auctoris sententiam, & in maioratu habente iurisdictionem annexam, vel dignitatem, ut per Molin. & Addent. hic, quamvis enim dubium sit, an infamis possit succedere in maioratu dignitatis, ut Auct. supr. 1. p. cap. 12. à numer. 20. Magis tamen dubium est an ex patris hæresi filij efficiantur infames infamia juris de qua loquimur? Affirmat arg. L. Quisquis, §. Filij vero, C. ad L. Iul. & cum Covar. Simancas, & alijs Azeved. in L. 1. titul. 3. lib. 8. Recop. Ferosin. alleg. 38. n. 52.

Sed negant alij quos acriter defendit Menoch. in suo conf. causæ Comitatus de Bailen, non enim, ait, invenitur textus, qui filios notet infamia juris, quæ non incurritur nisi in casibus à jure expressis.

50 Adde communem opinionem quæ filios à beneficijs obtentis non arcet, Pat. Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 28. à num. 18. Ferosin. alleg. 33. à num. 40. at qui infames removentur à beneficijs non solum obtinendis, sed etiam obtentis, cap. Inter delictos de excess. Prælator. Abb. & alij in cap. Super eo de elect. & in cap. Quædam de iurejurand. quod licet attento jure Regio quo utimur dubitationem habeat, certum est tamen in consequentiam successionis posse infames succedere in dignitatibus, & iurisdictione, licet alias incapaces existant, arg. L. Is qui duos. ff. de liber. leg. D. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 13. Ricciol. de Iure person. extra gremium Eccles. lib. 15. cap. 14. num. 3. omnes qui in Comit. Bailen scripsere, ubi latè hæc probatur opinio Balthaf. Thom. tract. 8. de Primog. tit. 10. n. 20.

52 Limitatur primo Auctoris sententia in filijs rei criminis læsæ Maiestatis, vel nepotibus ex dictis supr. num. 29. & 27.

53 Limitatur secundo, vel extenditur limitatio præcedens in casu quo maioratus habeat dignitatem annexam, quia cum sit de bonis Regiæ

Coronæ, habent locum, quæ dixi cū Auctore supr. n. 29.

54 Adde ad materiam h. cap. Balthaf. Thom. tract. 2. de Incapacibus, cap. 8. de Rebellium, & Reorum læsæ Maiestatis incapacitate succedendi, & de filijs eorum, & nepotibus, & cap. 9. ubi de hæreticis, & tract. 10. de Maioratus. tit. 24. cap. 5. & tract. 8. de Primogen. tit. 25. c. 4.

## AD PARTIS III.

### CAP. III.

#### ADDITIO.

#### SVMMARIUM.

- 1 Matrimonium contrahere non potest Christianus cum infideli, hæretico, Iudæo, vel è contra.
- 2 Pæna concubitus cum infideli, quæ remissivè.
- 3 Conditio matrimonium contrahendi cum persona non maculata valide apponitur in maioratu, & 5.
- 4 Nec est contra libertatem matrimonij, & 7.
- 6 Ratio apponendi conditionem contrahendi cum persona non maculata refertur.
- 8 Maioratus cum conditione contrahendi cum nobili, vel puri sanguinis, an sit incompatibilis cum alio ab ignobili, vel impuro fundato, vel cum conditione contrahendi cū ignobili, vel maculato, & 13.
- 9 Conditio ducendi ignobili, vel maculata ex genere Iudæorum est turpis & contra bonos mores.
- 10 Conditio quæ honorem, & estimationem lædit ex dispositione rejicitur.
- 11 Limita nisi gravatus in eodem genere, & qualitate defectum patitur.

Cc iij

14 Ma.

- 14 *Maioratus successor qui ante delatam successionem nuptias contrahit contra præceptum fundatoris, solum excluditur quando tempore delatæ successionis adhuc est impeditus implere præceptum, & 15. & 18.*
- 16 *Conditio contrahendi matrimonium cum nobili, vel puri sanguinis, in primis, & ulterioribus nuptiis, impleri debet ab eo qui successit, secus si nondum successit.*
- 17 *Conditio legati an impleri debeat ante legati diem cesum si non obest conditio.*
- 18 *Officia Reipublicæ habentes non possunt Regios redditus locare, sed non à contra Arrēdatōres prohibentur esse officiales Reipublicæ.*
- 20 *Conditio habetur pro impleta quoties non stat per legatarium impleri, vel non.*  
*Nisi ex facto suo non possit impleri ibidem.*
- 21 *Vel nisi in tertij præjudicium.*
- 22 *Nupta extra familiam an possit succedere in maioratu cum conditione nubendi in familia. & n. 24.*
- 23 *Vocatus sub conditione sub contraria videtur exclusus.*
- 25 *Conditiones ab exclusione maximè defertunt.*
- 26 *Vocatus sub certa qualitate, ea deficiente excluditur.*
- 27 *Ignorantia conditionem quando excludat contravenientem.*
- 28 *Femina nupta contra præceptum testatoris de consensu patris, vel matris, an à successione excludatur.*
- 29 *Et an minor contra præceptum nupta excludatur.*
- 30 *Et an sponsalia contrahens.*
- 31 *Et an filij nuptæ ignobili contra conditionem exclusi maneant.*
- 32 *Cognomen ex privilegio habens non comprehenditur sub vocatione consanguineorum illius cognominis.*
- 33 *Verba à testatore prolata in suo naturali significato accipienda sunt.*
- 34 *L. fin. Cod. de his qui veniam etatis impetrasse interpretatur.*
- 35 *Minor à lege maior effectus non potest alienare immobilia, nec à beneficio restitutionis excluditur.*
- 36 *Nobilitas ex privilegio vera est, non ficta.*
- 37 *Nobilis ex privilegio an sub nobilis vocatione comprehendatur, & 38.*
- 39 *Et quid si privilegium sit exemptionis tributorum tantum.*
- 40 *Et quid si vocetur Nobilis sanguine.*
- 41 *Filius patris nobilis, spurius legitimatus, an possit succedere in maioratu tamquam nobilis.*
- 42 *Legitimatus an consequatur nobilitatem patris per legitimationem.*
- 43 *Nobilem Princeps declarans aliquè non facit eum nobilem ex privilegio.*
- 44 *Nobilitas sanguinis præjudicium non fit per impetrationem privilegij nobilitatis.*
- 45 *Filio exheredato in melioratione tertij nepos ex eo manet exclusus.*
- 46 *Maioratus successor qui duxerit uxorem ex sanguine Hebraico potest à Principe privari, licet expressa non sit in institutione exclusio.*
- 47 *Verosimile pro disposito habetur in maioratus institutione.*
- 48 *Conditio ad perpetuitatem necessaria censetur in maioratu apposita.*
- 49 *Matrimonium, vel sponsalia indigne, & cum dedecore contrahere volens potest à parentibus dissuaderi.*
- 50 *Pater an possit filium indigne nubentem exheredare.*
- 51 *Capacitas, vel incapacitas deficere, vel adesse debet ut quis ad maioratus successionem admittatur tempore delatæ successionis.*
- 53 *Expresse vocatus, & alijs consanguineis prælati, an avocare possit maioratum à successore qui eum occupavit, quia is non erat natus.*
- 54 *Maioratus successionem avocans à posteriori consanguineo qui ob ejus defectum admissus fuit, an avocet cum fructibus.*

55 *Successio maioratus quando impendenti stare possit.*

## A Num. 1. 2. 3. &amp; 4.

**M**atrimonium contrahere non potest Christiana cum Infideli, Pagano, Hæretico, vel Iudæo, vel è contra, *Can. 11. 16. 17. 61. 67. & 72. Concil. Eliberit. cap. 4. & 5. ubi Cujac. de secund. nupt. cap. 3. & penult. de divort. Belarmin. tom. 1. Controv. lib. 2. de Concil. auctorit. cap. 8. vers. decimo-tertio, & tom. 2. lib. 1. de Matrim. cap. 23. Covarr. in cap. 6. §. 11. de Matrim. Simancas de Catholic. inst. tit. 40. D. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 5. à num. 10. Tondut. lib. 1. Civil. quæst. 71. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 71. & seqq. Araujo de Stat. Civil. disp. 11. q. 6. Dian. tom. 2. tract. 6. resol. 118. & seqq. & tom. 3. tract. 1. resol. 86. Mattheu. de Re crim. contro. 56. & de pœna, Cavall. cas. 112. & an valeat ex Pontificis dispensatione, Dian. dict. resol. 86.*

## Num. 5.

2 *Gomez in L. 80. Taur. n. 26.*

## Num. 6.

3 *Adde Antunez de Donat. Reg. 1. p. præclud. 2. §. 2. à num. 146. ad 148. Ripol. in L. Titio centum. ff. de cond. & demonstr. num. 141. & seqq. Capyc. 4. Latro consultat. 72. & an sit contra libertatem similis conditio ducendi aliquam uxorem. D. Castillo lib. 4. cap. 25. & lib. 5. cap. 115. & 126. Gomez 1. var. cap. 12. num. 78. Barbof. vot. 126. num. 58. Marefcot. lib. 1. var. c. 73. Riccius part. 5. collect. 1568. & 1853. Marquez in Gubernat. lib. 1. c. 32. & cap. 30. fol. 191. & 200. & vide supr. num. 10. Adde Cyriac. contro. 491. Velasco de Privil. pauper. p. 2. in special. numer. 1. & 2. & in specie Balthaf. Thom. de primog. tract. 8. tit. 9*

num. 29. & tract. 9. de Maiorat. tit. 7. num. 16. Rosius de Contract. matrimon. cap. 11. §. 26. per tot. plenissimè, sed desideratur, nec facile invenies Mostazo de Caus. pijs, lib. 3. cap. 10. n. 25. & seqq. ubi Auctorem refert.

## Num. 7. 8. &amp; 9.

Pro exornatione vide Doctiff. 6 Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 1. tit. 5. per tot. fol. 160. & tom. 2. §. 1. gloss. 3. num. 6. Mieres de Maiorat. 1. p. quæst. 1. num. 48. & seqq. ubi quantum expediat, infecti sanguine Iudaico cū nobilibus, & puris se immisceant, Pat. Michael de Iesus Maria, de non contrahendo matrimonio cum alterius Religionis homine latè consuluit quando negatum Principi Galleffio Matrimonium, quod cum Infantissa Maria Philippi Tertij filia cōtrahere optabat. Et de Iudæorū perfidia aliqua observa apud Villar Maldonad. in Silva Respons. lib. 1. resp. 12. Mayol. Dier. canicular. tom. 3. D. Solorzan. tom. 1. de Indiar. Iur. cap. 27. à n. 49. Oping. de Iur. insign. cap. 2. §. 3. à n. 140. Adde Escobar de Puritate, 1. p. q. 3 §. 2. à num. 37. Mostazo ubi supr. à num. 26. videndus.

## Num. 10.

Antunez de Donat. Reg. ubi supr. 7 dict. §. 2. num. 147. latè Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Lusitan. tom. 4. tit. 62. gloss. 3. cap. 5. per tot. & quos retuli supra num. 6.

## Num. 11.

Hic ad materiam dubitari potest, 8 an maioratus sub conditione ne successor contrahat nuptias cum persona maculata sit omnino incompatibilis cum maioratu sub conditione quod successor eam ducere teneatur quæ ex turpi progeme, aut vilibus parentibus, aut descendentibus ex Iudæis, vel Sarracenis nata

quod quidem expresse disponi, & tacite subintelligi potest in maioratu à similis conditionis homine instituto, ij enim impense solent turpitudinem quasi claritatem inter suos conservare velle ex ratione textus divini *Deuter. cap. 7. Quia seducet filium tuum ne sequatur me, & ut magis serviat dijs alienis.* Quod manifestum erit, si notoriè maculatus maioratum instituat ( an possit dixi 1. part. cap. 12. ) & conditionem apponat quod filius, vel descendens teneatur uxorem ducere eam quæ ex familia institutoris sit.

9 Quando expresse apposita sit conditio, dic, quod non causat incompatibilitatem, quia est turpis conditio, & contra bonos mores, & ideo rejicienda est, nec eam successor implere tenetur, *L. 9. & L. 14. ff. de cond. inst.* Auct. *supr. cap. 1. notab. 2. & 3.* Antunez de *Donat. Reg. 1. part. prelud. 2. §. 1. num. 92. & 93. ex L. Sed ea de sponsal. maximè quia exi(t)imatione lædi & tamquam impossibilis judicatur, L. In ead. ff. ex q. caus. maior. L. Si filius 15. ff. de cond. inst. L. 3. titul. 4. part. 6. ibi: E generalmente son llamadas impossibles segun Derecho, todas las condiciones, que son contra honestidad de aquel a quien son puestas, ó contra buenas costumbres, L. 32. titul. 9. part. 6. ibi: O contra su fama, ó deshonra de los parientes del. Antunez ubi *supr.* & ex *L. Reprehēdenda 5. Cod. de inst. & subst.* docent Carleval in *cap. tanta qui fil. sint legit. quest. 16.* Sozin. *Iun. conf. 52. numer. 6. lib. 1.* Mieres de *Mayorat. 2. part. quest. 50. à numer. 1. & 91.* Sanchez de *Matrimon. lib. 1. disp. 33. num. 11.* Escobar de *Purit. 1. p. q. 4. §. 7. à n. 79. ad 93.**

11 Limitari solet hæc sententia quando similis qualitatis est, quia eudem patitur defectum, quia tunc non recte recusat similem maculam contrahere quam jam radicaliter in

se habet, *L. eum qui 14. §. Julianus, ff. de furis, eleg. text. in L. Eum mulier 47. ff. de sol. matrimon. L. In arenam 11. Cod. de inoffic. testam. Escobar ubi *supr.* numer. 104. & seqq. Auct. 1. part. cap. 6. numer. 120. & numer. 84. & cap. 12. numer. 22. & 23. & quia ex labe uxoris non plus gravatur, nec filios maculat magis, cum æque maculati dicantur ex una sicut ex pluribus maculis, D. Lara de *Capell. lib. 2. cap. 4. num. 73.* D. Valenzuel. *conf. 90. num. 43.* Escobar 1. part. *quest. 4. §. 2. à numer. 38.* nisi macula gravati non ita gravis, & certa sit, sicut ea quæ adest in persona sub conditione posita, cum ex graviore, seu nigriore labe onus iuste timeatur maius, quo in casu recte posse sperni, & rejici conditionem, docet Escobar ubi *supr.* §. 7. num. 107.*

13 Quibus consequens est similem conditionem rejectam efficere incompatibiles maioratus non posse: uno tamen casu potest, quando scilicet maioratus institutor maculatus sit, & conditionem apponat quod successor teneatur contrahere matrimonium cum consanguinea ex genere suo, tunc enim maioratus ille erit incompatibilis cum alio instituto sub eadem conditione ducendi consanguineo, vel nobili, & puri sanguinis, his enim casibus oritur incompatibilitas causalis, quo ad eos scilicet, qui sint priori institutori conjuncti ex ea parte pro qua est maculatus, vel si ex parte patris sint ignobiles; omnes autem qui ex alio sanguinem trahunt, licet primi institutoris consanguinei sint, & ejus maioratu successerint, non impediuntur in altero etiam succedere, quia casu à successione excluduntur.

#### Num. 13. & seqq.

In hac prima ampliatione enixius

xius distingues, quod si consanguineus tempore delatæ successione inveniatur impeditus ad implendam conditionem, ut quia jam cum alia contraxerit matrimonium, eaque adhuc vivat, nec sit nobilis, vel qualitates à testatore requisitas desideret, is consanguineus excludendus est, quia tempore delatæ successione est impeditus suo facto ad implendas conditiones maioratus, *L. In testamento 30. ibi: Quia ipsius facto conditio deficit nihil ex legato eum consequi, ff. de condit. & dem. & alij relati ab Auct. 1. p. c. 7. §. 97.*

15 Si vero tempore delatæ successione solutus sit, licet antea sit impeditus, in maioratu succedere non prohibetur, probat textus à Molina allatus *dict. lib. 2. cap. 13. numer. 16. in L. Interveniit, ff. deleg. præstand. ibi: Et placet in ea necessitudine tunc esse cum dies legati cessit: & ita ibidem Molina sentit: Si tempore delatæ successione jam illa mulier defuncta sit. Sequitur Balthaf. Thom. *traët. de Primogen. 9. tit. 9. n. 26.* & comprobatur hæc opinio ex *Consilio Menochi 413.**

16 Nec obstat quod Auctor docet infra *num. 29.* ubi quod hæc conditio implenda est, non solum in primis nuptijs, sed etiam in ulterioribus: idem docent Addentes ad *Molin. dict. cap. 13. num. 16.* ibi: *Gravatus sub conditione contrahendi cū certa persona, si ducat aliam, censetur defecisse conditio esto postea mortua prima uxore ducat illam, quam ducere tenebatur:* quod quidem verissimum est, ita tamen intelligendum, ut successor qui actualiter maioratū possidet, teneatur juxta voluntatē testatoris, sive posteriores, sive priores sint, aliàs maioratū amittet, nec ultra admittendus est; & si prima uxore defuncta cum alia velit parere testanti, cum eo ipso, ut docent Addentes, quo aliam uxorem duxit, successio maioratus in sequentem successorem transfertur, quæ in pendenti stare non potest ex addu-

ductis ab Auct. *infra p. 5. cap. 2. & Molin. lib. 3. cap. 10.* Secus autem si ante adeptum maioratum nuptias contraxerit, tunc enim stare voluntati fundatoris non tenetur, & ita cum hac distinctione intelliges sententiam Auct. *dict. numer. 29.* Mieres de *Mayorat. 1. part. quest. 51. num. 331. & seqq.* Nec obstat textus in *L. Conditionem 91. L. Si vir 61. L. Si ita 68. L. Publius 36. in princip. ff. de cond. & demonstr.* quibus probatur conditionem legati impleri posse ante adeptum legatum etiam in vita testatoris. Ratio enim dubitandi illarum legum regulam fundat in contrarium, conditionem scilicet, post mortem testatoris impleri debere, quando cederet legati dies, si conditio non esset impedimento, aliter conditio animo parēdi testatori non videtur impleta, & ideo an videri legatarium parere voluntati dubitatur, *L. Si jam facta ff. illo tit. ibi: Si hoc fiat ut testamento pareatur, L. 2. ff. eod. D. Greg. in L. 32. tit. 13. p. 5.*

Ad Auct. vide de *Matutæ disq. leg. gal. 36. per tot.*

#### Num. 15.

Ad assumptum ex *L. 3. tit. 5. lib. 7. Recop.* vide Gutierrez de *Gabel. q. 132. num. 36.* Girona eodem *traët. 3. p. num. 5.* qui ita docent ex *L. 2. ff. de excusat. tut. Azeved. in L. 4. titul. 10. lib. 9. Recopil.* qui male citatur, & bene probatur à Gutierrez ubi supra, qui alios refert, & pro dubitandi ratione vide *Balmased. de Collect. q. 114. per totam.*

#### Num. 16. & seqq.

Valasco Govea de *Success. Regn. §. 9. num. 35.* quia pro impleta habetur conditio cum per eum non stet, D. Molin. & Auctor *num. 15. supr.* proximè Pat. Molin. *disput. 206. & 207.* Do-

D. Ciff. Alvarez Pegastom. 4. ad Ord. Portug. tit. 62. gloss. 3. cap. 5. num. 37. quod non obstat, quia in specie propria negatur per eum non stetisse conditionem impleri ex *L. Intervent. ff. deleg. præst.*

21 Item quia, & si verum esset admitti limitationem, dummodo scilicet in solam eius utilitatem sit relictum, nam si alterius contemplatio sit, cui non impleta conditio nocet, impleta prodest, relictum deficit, quia in præjudicium tertij pro impleta non habetur, & si per eum non stet, probant textus expressi in *L. Scio 10. in pr. ff. de ann. leg. L. Uter 23. ff. de condit. inst. L. 2. §. Si quis ita. ff. de bon. poss. secund. tab. L. in testam. 30. ff. de cond. & dem. L. Legati 4. Cod. de condit. insert. L. Tales 10. ff. de cond. & dem.* atqui in maioratus institutione ea conditio in familiæ conservationem apposta est: ergo.

22 Quæ omnia eo maxime vera sunt in conditione puritatis, sed in conditione nubendi in familia sunt qui putent extra familiam nuptam non posse succedere, quia contravenit in præjudicium consanguineorum, qui in simili conditione contemplati sunt; conditio ergo deficiens eos excludit, & si ante delatam successione nupserint, & sub conditione vocati sub contraria videntur exclusi *L. Si legatum pure 10. ff. de adim. leg. L. Legata 14. eodem L. Quibus diebus 40. §. Quidam Titio, ff. de cond. & demonstr. Doct. Crespi observ. 20. numer. 54. & observ. 41. numer. 27.* Sed à Molina, & Auctoris distinctionibus propositis non est recedendum: proderit etiam advertere, an fæminis simili conditio nubendi in familia sit injuncta, vel masculis etiam sit apposta, nam in maioratu in quo sint exclusæ fæminæ, & vocatæ, dum in familia nubant, nequaquam poterunt admitti nisi in familia nuptæ, secus si masculis apponatur;

23 & ratio est; quia in masculis hæc proprie conditio non est, sed in vim modi onus injunctum; in fæminis autem, non solum videntur vocatæ sub hac cõditione, sed potius sub cõtraria exclusæ; inter conditionem autem, & exclusionem, maxima est differentia, ut in simili considerat Matutæ *disquisit. 36. num. 42. ex L. 4. §. 7. ff. de stat. liber. fæminæ enim quæ eam qualitatem desiderant, pro se non habent vocationem quæ ad succedendum requiritur; qualitate autem deficiente sub qua est vocatus quis admitti non potest, L. 45. Tau. ibi: Que segun; D. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 5. Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 8. num. 21. & §. 2. gloss. 13. num. 96. vers. Certi ergo, D. Castillo lib. 5. cap. 93. à num. 20.*

25

Num. 22.

Matutæ *disquisit. 33. à num. 11. cum seqq.* & intellige juxta doctrinam Escobar hic citati à num. 28. usque ad numer. 45. qui bene docet, & limitat. Balthaf. Thom. *tract. 9. de Maiorat. tit. 7. num. 18.* qui contra sentit: vide Escobar *de Ratiocin. cap. 19. num. 46.*

Num. 23. & 24.

28 Intellige cum Escobar à numer. 40. ad 45. ubi limitat, & intelligit; & quod filia non amittat legatum si alij nubat de consensu patris, docet Sanchez *de Matrimon. lib. 1. disput. 33. numer. 13.* Ioan. Franc. Marcian. *disput. 77. numer. 25. & 26.* ubi idem in matre nutrice resolvit D. Molin. *lib. 2. cap. 13. numer. 22.* & ibi Add. Mantic. *de Conject. lib. 11. tit. 18. numer. fin.* D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 25. à numer. 48.* D. Larrea *decis. Granat. 59. num. 1.*

&

& probant ex textu in *cap. Honorantur 31. quest. 2. ibi: Illa enim iudicium spectat parentum, non est enim virginalis pudoris eligere maritum.*

Num. 26. & 27.

29 Balthaf. Thom. *de Maiorat. tract. 9. tit. 7. numer. 15. & dixi sup. cap. 1. hac parte, notab. 9.*

Num. 28.

30 Balthafar Thom. *de Maiorat. tit. 7. numer. 16.*

Num. 29. & 30.

Dixi ad num. 13.

Num. 31.

31 Contrarium sentit Matutæ *disquisit. 36. à num. 45.* ubi de filijs fæminæ nuptæ ignobili contra præceptum testatoris.

Num. 32.

32 Qui ex privilegio cognomen familiæ habet non comprehenditur sub vocatione consanguineorum illius cognominis Bald. Zin. & Angel. in *L. Filius, Cod. de bonis damn. Ruin. conf. 200. numer. 19. lib. 2.* Alciat. *resp. 200. Bursat. conf. 8. numer. 29.* Roch. *de lur. patron. verb. Ipse vel ij à quo, numer. 75.* Lambertin. *co tract. lib. 1. part. 2. quest. 2. art. 9. à num. 1.* Prætis *de Interpret. ult. volunt. lib. 4. dub. 1. num. 6.* Menoch. *conf. 30. n. 1. & conf. 233. n. 32.*

33 Conducunt etiam tradita à nobis *supr. 1. part. cap. 6. §. 6. & 10.* semperque verba à testatore prolata simpliciter intelligenda sunt, juxta communem intelligentiam in suo significato, naturaliterque *L. fin. Cod. de his qui veniam ætat. impr. quæ ad rem communiter adduci solet; nec potest cavillari; eam autem conatur*

intelligere Cyriac. *controv. 207. num. 58.* ut non procedat quando privilegium facit quem vere, & proprie talem, secus quando improprie, & fictè, ut in minori lege, vel rescripto maiore effecto, quia lex defectus minoritatis supplere non potest, unde ei restitutio non denegatur, nec alienare immobilia potest, licet lege pro maiore habetur comprobatur ex pluribus quos refert *num. 59.* & notant Regnicolæ ad *L. 14. tit. 1. lib. 5. Recop. D. Vela disert. 5. à num. 20.* Guzman *Verit. jur. verit. 11.* quibus adde Giurb. *de Success. feud. præ lud. 3. n. 27.* D. Larrea *de Vir. hom. cap. 24.*

36 Privilegium autem vere nobilem efficit, cum nobilitas à civili jure introducta sit, nec quid naturale habeat, quia jure naturali nulla distinctio est inter nobilem, & ignobilem, *L. Manumissiones, ff. de iust. & iur. L. 5. ff. eod. Bald. in L. 1. in 3. lect. sub n. 3. & alij relati à Cyriac. contr. 208. n. 97. & 98.* & nobilitas verà à Principe provenit qui potest nobilem creare, cum omnibus privilegijs, & dignitatibus nobilium. Idem *contr. 21. à n. 19.* & ubi supra *dict. contr. 208. n. 91. & 92.* Adde Antunez *de Don. Reg. to. 1. c. 17.* Iul. Capon. *Disceptat. tom. 1. discept. 52. cap. 2. & 3.* qui hujus sententiæ contra Auctorem accerrimus est defensor: Mostazo statim citandus, qui eum sequitur *n. 17.*

37 Hac ratione plures contrariam sequuntur sententiam: Vide Gironda *de Privileg. q. 151. n. 823.* Cyriac. *contr. 21. & 208.* ubi loquitur in legitimo à Principe an admittatur ad fideicommissum nobilium virtute legitimationis, qua ad nobilitatem restitutus est parentum? & affirmative resolvit, & pro hac sententia alios refert *n. 101.* Iul. Capon. qui latè eam tuetur *d. 52. discept. & pro ea refert D. Greg. in L. 3. tit. 21. p. 2. verb. Con Villana, Mohedan. decis. 2. de Privileg. Arism. tep. var. tom. 2. tit. de Honor. & Dignit. Coler. decis. 203. n. 26.* Mieres, Escob. Vazquez,

- quez. M. nchac. & alios, Merolla tom. 3 de Privileg. disp. 6. dub. 8. Fontanel. dec. 211. n. 26. Balthaf. Thom. de maiorat. tit. 7. n. 17.
- 38 Sed non est ab Auctoris sententia recedendum, & pro ea videndi D. Castillo tom. 6. Contr. c. 118. n. 13. D. Lara de Capell. lib. 2. c. 4. n. 106. & seqq. Garcia de Nobil. gl. 6. n. 41. vers. Ad 13. argumentum, & gl. 1. n. 45. Aimon, Cravet. conf. 830. Mantio. de Conjectur. lib. 8. tit. 17. n. 9. Valasc. Govean. de Success. Regn. Portug. §. 9. n. 25. Addent. ad Molin. lib. 2. c. 13. n. 29. & videndi Otalora. de Nobil. 2. p. c. 13. n. 3. Azeved. in L. 11. tit. 6. l. 5. Recop. Sanchez de Matrim. disp. 34. n. 40. Paschal de Patr. pot. 4. p. cap. 2. n. 43.
- 39 Adde, quod Capon. disceptat. 52 sup. citat. c. 3. n. 20. hanc eadem sententiam videtur admittere quando privilegio quis exceptus est à tributis, secus quando simpliciter nobilis efficitur, distinguendo inter privilegia nobilitatis, & exemptionis: vide Garcia de Nobil. gl. 7. n. 11. Gutier. Praet. l. 4. q. 5. n. 14.
- 40 Secundo admittit hanc sententiam quando nobilitas sanguinis specificè requiritur, Garcia de Nobil. gloss. 12. n. 47. Sesse dec. 4. Barbof. de Potest. Epist. alleg. 1. num. 21. & de Appellativ. appel. 164. Mostazo de Caus. pijs, lib. 3. c. 10. à num. 16. ubi latè.
- 41 Limitari autem debet hæc sententia primo, in casu quem supra Cyriac. contrav. 207. & 208. refert, quâdo scilicet spurio ex parentibus nobilibus procreatus, vel quilibet descendens ex tali spurio legitimatus est, & natalibus restitutus ex privilegio Principis, quia successione maioratus, veluti ignobilis non excludetur, imo tamquam nobilis simili conditione comprehenditur, ut defendit Cyriac. ubi supr. & D. Lara. de Capellan. d. lib. 2. cap. 4. num. 111. dummodo tamen expressè concedatur in rescripto exemptio, & nobilitas, nam jure nostro ex legitimatione non videtur prærogativa, & immunitas ex nobi-

litate, concessa legitimatione, licet ex parente nobili procreatus sit, L. 20. tit. 11. lib. 2. Recop. L. 12. tit. 2. lib. 6. quo in casu limitata est dispositio generalis *Legis Tauri* 12. quando tamen ijs legibus expressè derogatum est, filij legitimati nobilitate paterna gaudent, aliàs, nisi naturales sint, verior est negativa sententia, & ita decisum extrat *dict. Leg. & in Ordin. Chancell. Granatensis*, lib. 4. tit. 1. num. 5. D. Gregor. in L. 4. gloss. 11. tit. 15. part. 4. & ita intelliges diversas DD. opiniones cum hac distinctione concordas, & affirmativam de jure communi certam, negativam vero de jure Regio. Adde Ruinum conf. 76. numer. 13. Menoch. lib. 4. de Præsumpt. præsumpt. 79. num. 10. & cum Catreus. Paris. Peregrin. & alijs Balthaf. Thom. de Legitim. tract. 1. tit. 14. cap. 12. num. 354. & tit. 15. cap. 38. num. 904. Oping. de Jur. insign. cap. 7. num. 161. Melch. Phæb. decis. 97. num. 8. Antunez de Don. Reg. tom. 1. cap. 17. num. 72. Doctiss. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 2. tit. 5. §. 1. gloss. 4. cap. 19. numer. 147. & qap. 18. Carvalho de Una & alter. quart. 1. part. numer. 258. Covar. de Sponsal. 2. p. cap. 8. numer. 4. vers. de legitimatis, Cevallos Comm. quæst. 2. à num. 43. ad 50. D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 22. numer. 152. Jul. Capon. tom. 1. discept. 52. à n. 19. adde Mostazo ad rem de Caus. pijs, lib. 3. cap. 10. n. 23.

Limitatur secundo, quâdo Princeps declarat quem nobilem, tunc enim cū declaratio nihil denuo tribuat, nobilis ex privilegio dici non potest. Opime Matutæ disquis. 46. per totam, ubi docet nobilem ex privilegio non esse cui Rex privilegium exemptionis concesserit his adjectis verbis, *Porque me consta es hijo dalgo.*

Limitatur tertio, quando nobilitas sanguinis, & privilegij concurrunt, tunc enim privilegium non debet atten-

tendi, & tamquam nobilis admittendus est, quod accidere potest si nobilis sanguine privilegium à Principe impetraverit, sive enim privilegium simpliciter impetraverit, sibi non præjudicat, Escobar de Purit. 1. p. q. 4. §. 5. à num. 33 & q. 8. §. 2. n. 44. D. Olea de Cess. jur. tit. 6. q. 7. num. 7. sive nobilitatem generis impetravit à Rege, ut in legitimatione diximus: de qua impetratione agit Escobar ubi sup. Mierès de Maior. 3. p. q. 16. à num. 33. an autem doctor tamquam nobilis admittatur in simili maioratu? Affirmat Mostazo de Caus. pijs lib. 3. c. 10. n. 19.

#### Num. 33. & seqq. ad 37.

- 45 In hac quæstione Auctoris sententiam observa quoad descendentes filij exhæredati ob præceptum non impletum, tunc enim exhæredato patre manent exclusi, L. 9. §. Si filium ff. de liber. & posth. L. 6. ff. de injust. rupt. Aillon ad Gomez lib. 1. var. cap. 9. num. 13. vers. Explicatione, & cap. 11. num. 21. Robert. Rer. judicat. lib. 2. cap. 9. Gomez *dict.* cap. 9. n. 13.

Et his conducit Antunez de Donat. Reg. lib. 1. 2. parte cap. 11. à n. 82. ubi defendit posse à primogenito auferri maioratum si uxorem duxerit ex sanguine Hebræorum, & in alterum secundo, vel tertio genitum transferri, & si conditio ab institutore non sit apposita, quæ omnia juris licet rigorem continere videantur, ea tamen sustinenda esse docet, quia utilitatem publicam in conservanda familiarum illustrium puritate respiciunt, cujus causa multa sunt contra regulas juris constituta D. Solorzano de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 9. à num. 15. arg. L. 3. C. de primip. lib. 12.

47 Et verisimiliter credendum testatorem ita velle, & ideo dispositum censetur L. Cum res 47. ff. de leg. 1. L. 79. ff. de leg. 3. Gama decis. 206. n. 12. & decis. 224. num. 13. Spino de Testam. in rub. 1. p. gloss. num. 48. Valasc. conf. 193. num. 5. Cyriac. contrav. 415.

num. 13. Sanfelicius decis. 193. num. 4. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 6. num. 2. Cassian. conf. 4. num. 16. D. Valenz. cap. 119. num. 714. D. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 9. Matutæ disquis. 22. num. 5. & facit elegans ad rem textus in L. Hoc modo §. 1. & fin. ff. de cond. & dem. ibi: *Legem enim utilem Reipublicæ, sobolis scilicet procreandæ causa lata, adjuvandam interpretatione.*

48 Quod etiam ea ratione probari potest, quia conditiones ad perpetuitatem necessariæ, semper appositæ, & repetitæ censentur D. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 1. & cap. 4. num. 24. & lib. 2. cap. 14. num. 46. Oping. de Jur. insign. cap. 8. num. 367. nihil autem tam contrarium est perpetuitati atque familiarum, quam matrimonia hujusmodi, quæ non solum ex eo sobolem inficiunt, sed & maiorem claritatem præobscurant, & quamvis in alijs conditionibus numquam privatio inducatur nisi expressa sit, Oping. ubi sup. n. 368. ad 370. in hac tamen aliter dicendum esse iudicamus vers. Imo etiam n. 33.

49 Quod filia, vel filius indigne nubere volens, possit à parentibus dissuaderi videndus Julius Capon. tom. 3. disceptat. 159. cap. 1. Boss. de Contract. matrim. cap. 11. num. 70. ubi alios refert, Marinis lib. 2. Resol. cap. 132. à n. 1. ubi de intellectu Concilii Tridentini. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. agit, & ita docet omnino videndus, maxime num. 7. ibi: *Quibus sic consideratis, putarunt aliqui quod si malis artibus sponsalia essent contracta, illa omnino dirimenda esse, si exinde inimicitia graves, & odia inter consanguineos sponsi, & sponse oriri possent.* Ita Bonacin. q. 2. punct. 2. tract. de magn. matrim. sacram. & Navar. eod. tit. cap. 22. num. 27. circa fin. Ratio assignatur, nam *justitia ad malum faciendum non obligat, quod autem malum sit matrimonium cum aliorum scandalo celebrare exclamant Pat. Sanchez lib. 1. de Ma-*

*trim. disp. 14. num. 2. Emanfa Verb. restitutio num. 24. Vazquez de Restitutio. cap. 3. §. 1. dub. 2. num. 17. Reginald. lib. 3. num. 255. & 264. Coninch. disp. 23. num. 68. dub. 8. Azor. Inst. moral. 3. p. lib. 5. q. 3. & alij penes Joan. Gutierrez de Matrim. cap. 4. numer. 4. qui loquitur etiam ubi virginis defloratio sub matrimonij spe sequuta esset, & quod inter contrahentes nulla sit disparitas.*

50 Et an pater possit exhæredare filium indigne nubentem Bossius de Contract. Matrim. cap. 11. num. 159. & seqq. & à num. 201. ubi late disputat in utroque jure Civili, & Canonico. Vide Aug. Barbof. in Collect. ad Concil. Trident. dict. cap. 1. num. 3. Diana resol. 343. tract. 2. tom. 9. & circa L. 27. Taur. Vide Lara de Vita hom. cap. 30. num. 121. & quæ dixit Auctor. h. p. cap. 1. num. 86. ubi contrarium docet, quod & jure probat, & agnoscit D. Olea in posterioribus Addit. ad tract. de cess. jur. tit. 4. quæst. 8.

Num. 38. & seqq.

Vide supra num. 88.

Num. 40.

51 Dixi sup. num. 13. & seqq. Cyriac. controu. 206. num. 27. & melius facit textus in L. Non oportet ff. de leg. 2 de qua D. Pichard. Inst. de hered. qualit. §. Ceteri n. 13. D. Retes de Interdict. & Releg. lib. 3. excurs. 3. num. 30. Oroz. de Apic. jur. lib. 1. cap. 2. à num. 3. & confirmat Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Portug. tom. 2. gloss. 96. §. 36. cap. 4. num. 42. ubi quod incapacitas quælibet, vel defectus cujuslibet qualitatis non nocet si tempore delatæ successione deficiat incapacitas, vel qualitas adfit Menoch. cons. 116. Valenzuel. cons. 23. num. 161. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 37. lib. 3. cap. 2. num. 16. D. Castillo lib. 3. cap. 12. num. 103. & lib. 5. cap. 90. num. 1. itidem Doctiff.

Alvarez Pegas ad Ordin. tom. 1. gloss. 53. num. 19. Garcia de Benefic. tom. 2. p. 7. cap. 4. n. 85.

52 Ex qua doctrina decidit speciem propositam à Molin. lib. 3. cap. 2. n. 20. ubi de exclusione Equitis Militaris Ordinis, quod juxta Ordinis statuta contrahere nequeat matrimoniū, an si ex dispensatione possit, & tempore delatæ successione sit habilis, succedat? Quod affirmative resolvit ipse Doctiff. Pegas cum Escaño de Ordin. Milit. dec. 9. cap. 8. licet Molin. indecisum relinquat.

Num. 42. & seqq.

Vide sup. num. 23.

Num. 45.

Vide Antunez quem sup. retuli in n. 33. & seqq.

Num. 46.

Dixi late i. p. cap. 6. §. de Filijs naturalibus.

Num. 47.

Dixi h. p. cap. 1. num. 87. & vide hic Auctorem num. 29.

Num. 48. & seqq.

53 Repetenda hic erunt quæ diximus infra p. 5. cap. 2. num. 60. & pro negativa sententia videndus Matutz Disquisit. leg. 24. à num. 27. ubi de expresse vocato, qui nondum natus tempore delatæ successione, non potest avocare maioratum à posteriori vocato, qui occupavit successione, quia is non fuisset in rerum natura, quod resolvit ex pluribus usque ad num. 39.

Sed pro sententia Auctoris ipsissimis rationibus videndus Cyriac. controu. 206. per totum.

Num.

Num. 50. & 54.

Satisfit ita à Cyriac. num. 6. & 33. cum seqq.

Num. 53.

54 Cyriac. num. 14. dict. controu. & controu. 205. à num. 226. ubi an fructus medio tempore percepti veniant restituendi ei, qui postea natus est. Ratio dub. quia is qui admittitur ad possessionem bonorum, donec adest spes quod alter vocatus nascatur, vel fiat capax, est utilis administrator, qui eveniente casu reddere tenetur rationem de administratis ex dictis ab eo controu. ead. n. 88. & 89. Contrarium tenet Borquin. Cavalcâm decis. 36 sub n. 31. p. 1. Vide quid dico dict. 5. p. cap. 2. num. 69. & seqq.

Num. 55. & 56.

55 Cyriac. controu. 206. num. 9. & controu. 205. n. 74. 75. 77. 78. & 79.

## AD PARTIS III.

### CAP. IV.

#### ADDITIO.

#### SUMMARIUM.

- 1 Fæmina ejusdem lineæ, & gradus cum masculo redigitur ad instar 2. gradus.
- 2 Limitatur si maior dierum vocatur, vel maior, licet fæmina sit.
- 3 Limitatur 2. in fæmina illius matrimonij cujus contemplatione est institutus maioratus, quæ excludit masculum ex alio, 4. 5. & 6.
- 7 Fæmina, deficientibus masculis, in maioratu agnationis succedunt.

8 Fæmina proximior non excluditur à masculo remotiori in maioratu regulari, & 10.

9 Masculus cognatus, agnatis deficientibus, non excludit fæminam proximior in maioratu agnationis.

11 Fæmina proximioris lineæ, deficientibus agnatis, an excludat fæminam lineæ anterioris.

12 Fæmina semel exclusa an perpetuo exclusa censeatur, & 13.

14 Et quid in maioratu agnationis.

15 Maioratus successio dum intraverit in unam lineam, non potest fieri transitus ad aliam, & 21.

16 Maioratus successio defertur proximiori ultimi possessoris.

17 Regni Navarræ successione exemplum refertur, & 19.

18 Renuntiatio Regni ab infantibus facta an valeat.

20 Fæmina ex lineâ anteriori præferri an debeat fæminæ ex lineâ ultimi possessoris.

22 Soror ultimi possessoris an præferatur fæminæ ex lineâ anteriori, & 23.

24 Fæmina ex lineâ anteriori agnata an præferatur fæminæ ex lineâ ultimi possessoris cognatæ.

25 Specialità ad jhs unversum, finita specialitatis causa revertuntur.

26 Specialiter nominati præferuntur.

Num. 1. & seqq. usque ad 7.

Fæmina eodem gradu cum masculo, & eadem lineâ existens redigitur ad instar secundi gradus Auct. sup. parte 1. cap. 8. n. 53. Lud. Vell. cons. 1. à num. 37.

2 Dantur tamen speciales casus in quibus fæmina masculo ejusdem lineæ, & gradus præfertur. Primus est, quando maior dierum, vel maior ætate, quamvis sit fæmina, præferatur Salazar. de Usu, & Consuetud. cap. 12. cujus opinio in hoc casu vera est, quamvis in vocatione filij, aut filie maioris simpliciter facta, communiter ejus probetur sententia ex Gamæ decis. 51.

Dd ij cum

cum alij per Add. ad Molin. lib. 3. cap. 4. num. 4. & ita decisum scio in Granatenfi Prætorio; videadi tamen Matutæ *Disquis. Leg. 7 per tot.* ubi ex vocatione *Maiores dierum* docet materteram excluso filio sororis esse præferendam; Mieres de *Maiores. 2. p. q. 6. à num. 125.* maxime num. 128. *vers. Ex istis.*

3 Similiter etiam quamvis masculus minor natu ex secunda, vel tertia uxore progeatus, fæminæ minori ex prima uxore præferatur in maioratu ex linea patris proveniente Fontanel. de *Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 3. num. 12. 13. & 21.* Spino de *Testam. gloss. 19. n. 84.* Intigriol. de *Feud. cent. 2. art. 41. n. 16.* Giurba de *Succes. feud. §. 1. gloss. 8. num. 11.* tamen si maioratus primi illius matrimonij causa sit institutus, fæmina ex illo procedens præferenda est masculo ex viro, vel uxore ex altero matrimonio progenito, Cap. *mulier si de feud. defunct. controu. sit.* Censal ad *Peregrin. de fideicom. art. 29. fol. 174. vers. Tertius est casus,* Mar. Cutell. de *Donat. contemp. matrimon. tom. 2. tract. 2. disc. 1. special. 36. sub num. 22.* Pereyr. *decis. 122.* adde Mieres de *Maiores. 1. p. q. 39. num. 120.* ubi in hanc inclinatur, & q. 51. n. 343. ad 345. & num. 347. ad 366. & pro ea decisum refert Fontanel. de *Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 1. à num. 19. & claus. 10. gloss. unic. 1. p. num. 14. in fin.* ubi decisum, Rovit. *cons. 94.* Anell. *Amato cons. 74.*

4 Ratio hujus sententiæ manifesta est, cum enim contemplatione illius matrimonij maioratus sit institutus, sequitur filios ex eo procreatos esse præferendos, siue masculi sint, siue fæminæ, alijs ex secundo, vel tertio procreatis. Matutæ *Disquisit. Leg. 42. n. 11. vers. Quinto.*

5 Quod si non extent ex eo matrimonio filij, tunc per extentionem alij ex altero matrimonio possunt admitti, ut docent Bald. *cons. 13. num. 3. lib. 5.* Boer. *decis. 141. num. 1.* Dec. *cons.*

236. num. 6. Menoch. *cons. 40.* Tiraquel. de *Primog. q. 83.* D. Greg. in *L. 2. tit. 15. p. 2. gloss. Sino el hijo maior, col. 1. in fin. & col. 2.* Alvarad. de *Conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 2. à num. 7.* Cutel. de *Donat. contemp. matrim. tom. 2. tract. 2. disc. 1. special. 36.* Balmased. de *Collect. q. 47. n. 20. & seqq.* Capyc. *Latro decis. 182.* Censal ad *Peregrin. art. 29. fol. 173.* ubi septem casibus quæstionem scindit: Matutæ *disquisit. 6. 142.* ubi non obstante clausula vocationis filiorum, dummodo filius amborum sit, ita docet: quam intelligit n. 11. Noguero. *alleg. 23. num. 168.* D. Latrea *decis. 33.* Granatenf.

### Num. 7. & seqq.

Quæ opinio verissima est, & eam sequitur D. Salgado in *Labyr. credit. p. 4. novissima cap. 10. num. 2.* licet ex antiquis dissentiant Gabr. *cons. 132. q. 4.* Decius *cons. 182. col. fin.* Gratian. *Disceptat. cap. 491. num. 1.* Menoch. *cons. 277. num. 11. & 13.* Curtius Jun. de *Feud. 3. p. q. 27.* Paris. *cons. 16. n. 6. & 72. num. 79. lib. 4.* Addendi D. Castillo *cap. 92.* Riccius *p. 4. collect. 861. & 505.* Cyriac. *controu. 174. & 223. & 400.* Jul. Capon *discept. 164. num. 22. & seqq. tom. 3.* Menoch. *cons. 197.* Capycus *Latro decis. 103.* Carrera *resol. 237. num. 10. & Aug. Barbof. & alij infra num. 21.* referendi: vide Farinac. *p. 2. decis. 203. in posth.* Bapt. Thoro in *Supplemento verb. fideicom. fol. 225. ad 228. & vot. 84. p. 2. & vot. 86.* Rovito *cons. 30. tom. 1.* Contrarium defendit Jul. Capon *tom. 3. disceptat. 164. à num. 16.* ubi defendit fæminam semel exclusam, semper exclusam manere, nec posse admitti, & si deficient masculi, sed bona in ultimo libera manere; & idem prosequitur *disceptat. 165. à num. 50.* ubi pro hac sententia refert Bertrand *cons. 46. n. 8. lib. 1.* Jason *cons. 164. lib. 4.* Bartholom. Sozin. *cons. 63. à num. 12. lib. 3.* Menoch. *cons. 940. n. 52.* Thesaur. *decis. 63. num.*

num. 5. Peregrin. de *Fideicom. art. 27. num. 20. & 16.* Sesse *dec. 308. tom. 3. num. 9.* Molin. *lib. 3. cap. 6. num. 22. vers. Octavo Reg. Rovit. cons. 94. n. 16. & seqq.* Mieres de *Maiores. 2. p. q. 6. num. 44. & 4. p. q. 29.* & pro contraria citat Castillo *cap. 92. num. 12.* Peguera *decis. 117.* D. Greg. Lopez in *L. 3. tit. 13. p. 6.*

### Num. 13. & seqq.

8 Cyriac. *controu. 476.* Barbof. *vot. 126. num. 227. & 236.* Addent. ad *Molin. lib. 3. cap. 5. num. 71.* Jul. Capon *tom. 1. disceptat. 57. & tom. 4. discept. 263.* D. Ferdin. Matutæ *disquisit. 29. per tot.* noviter D. Franc. Mogreto in *Observat. ad Pragm. Ducis. Sermonetæ §. 12. observat. 8. & seqq.* ubi latissime alij infra referendi n. 17.

### Num. 16. & 17. & seqq.

9 Vide quæ dixi 1. p. cap. 6. num. 313. & 314. cum seqq. Maldonado ad *Molin. lib. 3. cap. 5. num. 32.* & Auctoris sententia verissima est, licet contrariam valide tueatur Matutæ *disquisit. 25. à num. 13. usque in finem;* sed hodie non obtinet, maxime ex *L. 14. tit. 7. lib. 5.* finita enim agnatione si à testatore expresse cautum non sit, nec agnatio ficta potest induci, quod & ante legem probabilius erat, vide Parlador. de *Fideic. 1. p. cap. 9.* Marinis *lib. 2. Resol. cap. 126.*

### Num. 21. & seqq.

10 Vide sup. relatos num. 7. Cyriac. *controu. 174. 223. & 400.* Barbof. *vot. 126. num. 141.* Riccius ibidem *relatus.*

### Num. 22.

11 Pro hac opinione est etiam Sesse (licet pro contraria relatus) *dec. 308.* ubi cogitandum reliquit, & *dec. 310.*

ubi refert decisionem Cathalonix, & Fontanelam, & duram nimis ait ejus sententiam, & decisionem num. 9. Adde Censal & alios relatos à Caponio *discept. 164. n. 17. tom. 2.*

### Num. 25.

Vide Molin. *lib. 1. cap. 5. à num. 37. 12.* Vela *dissert. 49. à num. 56. & 70.* Cyriac. *controu. 174.* Jul. Capon *tom. 3. disceptat. 164.* Ant. Fab. de *Error. dec. 28. error. 1. & 2. & 3. & vide numer. 31. infra.*

Alij volunt opinionem hic relatam 13 veriore esse in successione maioratus, licet contraria Auctori placere videatur *sup. num. 44.* & tradant Bald. Paul. *Castr. cons. 164. num. 11. lib. 2.* Bolognin. *cons. 62. col. pen.* Alex. *cons. 53. num. 11. & 12. lib. 7.* Paris. *cons. 72. à num. 100. lib. 4.* & alij à Molin. *dict. lib. 1. cap. 6. num. 22. vers. Hæc autem regula, ubi Addentes in princ. & vers. Cæterum.* Surd. *cons. 370. num. 17. & cons. 384. num. 36.* Avendaño in *L. 40. Taur. gloss. 9. num. 76.* Bursat. *cons. 63. à num. 17. & cons. 80. lib. 1.* Sfortia *cons. 13. num. 11.* Menoch. *cons. 585. à num. 35. & cons. 85. à num. 44. & cons. 172. à num. 31. & cons. 318.* Raudens. *cons. 142. à num. 22. p. 2.* *Consiliorum, Zileti Chacheran. decis. 33. num. 52.* Gribel *decis. 135. num. 72.* Flores de Mena in *Gam. decis. 17.* Mieres de *Maiores. 2. p. q. 6. à num. 77.* D. Castillo *cap. 91. num. 88. in fin. & cap. 92. num. 12. & cap. 143. §. unic. num. 4. 6. & 15.* Giurba de *Succes. feud. §. 2. gloss. 6. num. 8. & 53. & gloss. 8. n. 53.*

14 Quod procedit licet absolute excludantur. Mieres de *Maiores. 1. p. q. 2. num. 16. & 2. p. q. 6. num. 42.* Ruin. *cons. 154. num. 3. lib. 2.* Molin. de *Ritu nupt. lib. 3. cap. 24. num. 216.* D. Valenzuel. *cons. 40. num. 30.* D. Castillo *sup. & in terminis jur. comm. ad Textum in cap. 1. §. Quin etiam Epus.* Vide Peregr. de *Fideicom. art. 27. num. 24. vers. Nec obstat, & ad L. 1. §. Sed videndum ff.*

*de success. edict. Fabr. de Error. deced. 28. error. 4. num. 18. & eqq. Altograd. conf. 48. tom. 2. Jul. Capon dict. discept. 164. num. 19. & 20. Jul. Capon discept. 165. ubi contra.*

Num. 26. & 27.

- 15 Giurba *de Success. feud. § 2. gloss. 10. num. 21. & seqq. ubi plus quam 50. DD. refert pro hac regula, & vide n. seq.*

Num. 28.

- 16 Giurba *§ 2. gloss. 8. à n. 37. de Success. feud. ubi centum DD. pro hac opinione refert.*

Num. 29. 30. & 31.

Giurba *dict. gloss. 8. num. 37. col. 3.*

Num. 32. ad 35.

- 17 Aliud pro contraria sententia extat exemplum in successione Regni Navarrae refert Garibai *lib. 3. cap. 2. per obitum namque Caroli primi absque descendentibus, super successione litigarunt Infantissa Joanna filia Regis Ludovici Utim, fratris senioris, & prædecessoris in Regno ejusdem Caroli, & Eduardus Angliæ Rex, filius Reginae Isabellæ sororis ejusdem Caroli, cum autem ejusdem Regni Ordines in Comitibus convenissent, decisum est pro Joanna contra Eduardum, ut refert Garibai *lib. 26. cap. 16. quod exemplum maxime adaptatur ad quæstionem an masculus ex fæmina præferatur fæminæ ex masculo, licet pro hac specie aliqui adducant.**

- 18 Ad Auctoris exemplum nota, Violantæ exclusionem substituisse, maxime ex renuntiatione ab ea facta de successione Regni, dum nuptui traderetur Ludovico Duci de Angou Franciæ Regiæ stirpis Hier. Blancas

*Comment. Reg. Aragoniæ in Ferdinando Primo. Fernan Perez de Guzman Chronic. Reg. Ioannis II. cap. 109. 136. & 163. Laurent. Balla de Feder. Reg. lib. 1. & 2. Paul. Emil. in Carol. 6. lib. 10. Spondan. Pott. Baron tom. 6. ann. 1410. num. 9. Petr. Herod. lib. 5. Rer. Judic. tit. 14. cap. 6. Re. at. Coppin. de Doman. Franc. lib. 3. tit. 1. num. 6. Fontanel. decis. 184. tom. 2. num. 2. Ancharran. conf. 339. Jacob Ciflan. lib. 1. de ca. Recherche cap. 2. quorum renuntiationum vis approbatà diu est in nuptialibus pactis Regiæ Hispaniæ stirpis si nubant extero.*

Referunt ita præter relatos ab Auct. hic num. 35. *Chronic. Regis Ioannis II. Castellæ anno 12. cap. 163. Garibai lib. 32. cap. 17. Marian. de Reb. Hisp. lib. 20. cap. 2. 3. & 4. Curita Annual. Aragon. lib. 11. cap. 83. & 87. Diag. Histor. Fratr. Minor. Prædicator Regni Aragon. lib. 2. cap. 60. & 61. Just. Lips. in Monit. Politic. cap. 3. §. 10. & cap. 4. monit. 3.*

Num. 36. & 37.

Paul. Castr. conf. 198. lib. 2. Corneus *in idem conf. 304. sub num. 16. lib. 3. vers. Nec dicta interpretatio, Sozin. conf. 10. lib. 3. senior. Sim. de Prædis conf. 22. in idem Ancharranus conf. 339. num. 8. vers. Superest discutere, ubi pro hac sententia citari debet Peregrin. de Fideicom. art. 20. num. 5. & decis. 132. per tot. Auct. 1. p. cap. 6. num. 150. & 151.*

Num. 49. & 50.

Limitatur, quando maioratus intravit in lineam revocabiliter, non simpliciter, non absolute, sed conditionaliter, quandiu extent masculi, unde his cessantibus non datur prærogativa lineæ D. Molin. *lib. 3. cap. 10. num. 36. Marta Success. legal. 1. p. q. 22. art. 3. num. fin. Reta Divers. p. 2. decis. 100. Mantio. de Conject. lib. 8. tit. 18. num. 7. Gratian. Disceptat. cap. 218. num.*

*num. 74. & à num. 82 sed cave ne hæc sublimitari debeant, & intelligi cum Auctore extincta agnatione, tunc enim linea in qua est maioratus præferentia esse videtur. Sed vide Auct. h. p. cap. 3. à num. 48.*

Num. 51.

Vide Gratian. *cap. 456. à num. 32. & seqq. Fular. de Subst. quæst. 484. numer. 21.*

Num. 53.

- 22 Et in hoc casu dubia magis est Ad dentium sententia, & contra sororem ultimi possessoris tenent Lecivier *de Primog. lib. 2. q. 4. art. 6. fol. 65. Alex. Raudens. conf. 142. à num. 103. vers. Secunda est diversitatis ratio, quem sequitur Rovitius conf. 1. num. 27. & idem Raudens. conf. 18. num. 19. & 160. cum seqq. vol. 11. Sozin. conj. 68. num. 24. vol. 1. ubi ita distinguit inter sororem, & filiam ad textum in cap. unic. §. inter filiam si de feud. defunct. ibi: Præterea ille textus loquitur in filia, pro qua jura sunt promptiora, & eis favent magis quoniam habent præsumptionem pro se, nos autem loquimur in sorore Philip. Dec. conf. 518. num. 28. per textum in L. 3. §. liberis ff. delegat. præstandis. Adde Peregr. dec. 7. num. 7. Prædis conf. 22. Hector Felic. alleg. 25. num. 4. p. 3. D. Castillo tom. 5. cap. 91. num. 71. in fin. col. 1. vers. Ego sane, & col. 2. vers. Præterea, licet cap. 92. contrariam sequi videatur, tamen dubium esse articulum, & maturius deliberandum existimat num. 48. quod quidem & nos profiteamur, cum Auctoris ratio præcipua continuat: lineæ in hoc casu deficere videatur, cum frater non sit de linea fratris Menoch. *conf. 326. n. 70. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 7. n. 54. sed ab Auctoris sententia recedi in maioratibus non oportet, & eam sequitur noviter Jul. Capon. tom. 3. Discept. c. 164. n. 17.**

Num. 54. & seqq.

Pro Auct. stat Mieres, qui ita licet succinte docet *de Maior. 2. p. q. 6. num. 206. ibi: Est tamen animadvertendum, quod fæmina semel exclusæ propter masculum, admitti debet ad successionem maioratus, non extantibus filiis, vel filiabus ultimi possessoris (de linea effectiva) & ubi non extat alia proximior consanguinea (de linea contentiva) stant omnes tamen supra relati contra ejus sententiam, ut pote in fortioribus terminis loquentes.*

24 Quid autem si fæmina proximior de linea ultimi possessoris sit cognata, an etiam contra fæminam exclusam, sed agnatam, licet remotiorem præferatur? Affirmat idem Mieres *dict. q. 6. num. 275.*

Num. 60.

25 *Specialia ad jus univ. sum finita specialitatis causa revertuntur. Ita cum Auctore Dom. Castejon in Alphab. specialia num. 9.*

Num. 56.

Vide *sup. num. 25. Addentes ad Molinam lib. 1. cap. 6. n. 22.*

Num. 57. & 58.

Baltas. Thom. *de Primog. 10. cap. 4. num. 552.*

Num. 64.

Alibi ita comprobavi ex D. Ca. *26. fillo cap. 93. n. 17. & cap. 91. n. 60. & cap. 92. n. 18. & alijs.*





## AD PARTIS III.

## CAP. V.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 *Conditio nubendi in familia licita est.*
- 2 *Conditio nubendi cum consanguinea intra 4 gradum an sit licita, & n. 2. & seqq.*
- 7 *Conditio contrahendi matrimonium cum consanguinea intra secundum gradum, an rejici debeat tamquam impossibilis de jure, & 8.*
- 9 *Conditio nubendi cum consanguinea in 1. vel 2. gradu rejicienda est.*
- 10 *Frater cum sorore matrimonium an contrahere possit ex Papæ dispensatione.*
- 11 *Ratio decidendi ad L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.*
- 12 *Maioratus incompatibilis tempore habili acquisitus an possit retineri si deveniat ad casum a quo incipere non possit, & 20.*
- Gama decis. 27. explicatur, Ibid.*
- 14 *Primogeniti exclusio ultra casus expressos non extenditur.*
- 15 *Successor admissus tempore habili an excludatur ex supervenienti incompatitate, & 19.*
- 16 *Famina statuto a successione exclusa, si forensi nubat, non excluditur a successione si posteaquam successerit nupta sit.*
- 17 *Feminae legatum relictum si nubat, an postea divortio facto legatum acquisitum amittat.*
- 18 *Retentio facilius conceditur, quam de novo acquisitio.*
- 21 *Negativa conditio perseverantiam requirit, & 23.*
- 22 *Regula L. Boves §. hoc sermone ff. de verb. sign. non habet locum in*

*conditione negativa.*

- 24 *Conditiones quæ per severantiam requirunt quandoque deficiant retro defectæ esse videntur, & 29.*
- 25 *Successoris verbu quid comprehendat? quomodo intelligatur? & 26.*
- 27 *Spes ad alium maioratum an excludat successorem ab alio maioratu incompatibili.*
- 28 *Exclusio personalis non afficit lineam successoris, nec efficit ut filius absolute excludatur.*
- 30 *Interpretatio in ratione dispositionis comprehensa non dicitur dispositionem extendere.*
- 31 *Reg. L. Patre furioso ff. de his qui sui non procedit in maioratibus incompatibilibus.*

## Num. 1. &amp; seqq.

**C**onditio nubendi in familia licita est, & approbata de jure divino, ut ex textu hic ab Auctore relato *Num. cap. 36. Tobia cap. 7. vers. 14. Josue cap. 17. vers. 3. D. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 1.* ne in alienam familiam maioratus transeat, uti ex gloss. Abulens. & alijs in *d. cap. 36.* tenet Pat. Molin. *disput. 625. tom. 3. Selden. de Success. Hebraic. cap. 18. D. Thom. Aquin. 1. 2. q. 105. art. 2. vers. ad 2. ibi: Adhibuit tamen lex cautelam debitam, præcipiens, ut mulieres succedentes in hereditate paterna nubent, suæ tribus hominibus, ad hoc ut sortes tribuum non confunderentur. Joseph. Antiq. Jud. lib. 4. cap. 7. ad finem, ibi: Si in domum tribulis nuptum darentur sortem dotalem fore, sin male in alienam tribum elocari, sortem in sua tribu relinquerent, atque hac occasione instituit, ut cuique tribui suæ sortes perpetuo manerent.*

Jacob. Trin. *Num. d. cap. 36. ibi: Nam quo casu nupissent alienis, & si postea sublatis fratribus, & propinquis devolveretur ad ipsas hereditas, non succedebant tamen in hereditate, quia matrimonio suo cum extraneis censebatur juri*

*juri suo renuntiare, & tunc hereditas illa ad alios propinquos ejusdem tribus, & familiae transibat, perinde ac si tales nulla puella superessent.*

Et de Jure Civili probatur hæc conditio *L. pen. ff. de opt. leg. L. 101. L. Cum fuerit ff. de cond. & demonstr. L. 23. & 24. ff. de cond. instit. L. 2. §. Si quis ita ff. de bon. poss. sec. tab. L. Quoties 9. §. Si quis ita ff. de hæc. instit. L. 2. C. de inst. & subst. Simach. epist. 14. ubi de Matrim. cum filia fratris ait: Dignare igitur effectum juvare pij desiderij. Comprobant que, & explicant D. Greg. Lopez in *L. 3. tit. 13. p. 6. gloss. 2. q. 11. D. Molin. lib. 2. cap. 13. n. 26. & in Annotat. num. 13. & utrobique Addent. Barbof. vot. 126. num. 56. Pat. Molin. disp. 613. D. Castillo lib. 3. cap. 7. Antunez de Donat. Reg. 1. p. prælud. 2. §. 1. num. 94. & seq. C. pyc. Latro consult. 72. tom. 1.**

2 Et quid si præceptum sit nubendi cum consanguinea intra quartum gradum, nec adjectum sit si Pontifex dispensaverit?

3 In hac specie de Jure Civili, & Canonico est aliqua differentia, talis enim conditio jure communi probata est *L. 2. C. de cond. inst. L. Celebrandis C. de secund. nupt. L. Uter ex fratribus ff. de cond. instit. §. Duorum fratrum inst. de nupt. Jure Canonico reprobatum Cap. non debet de consang. & affin. & ita docet gloss. in *d. L. 2. C. de cond. inst. verb. Voluerit, & in L. Uter ex fratribus verb. Consobrinam, Mant. de Conjectur. ult. vol. lib. 11. tit. 18. num. 6. D. Molin. lib. 2. cap. 13. n. 6. D. Castillo lib. 3. cap. 7. n. 32.**

4 De jure Regio est textus in *L. 14. tit. 4. p. 6. ibi: I si la muger no queriendo cumplir la condicion, no casare co aquel con quien le mandava el testador, no avra el heredamiento, ni la manda, fuerasende si aquel con quien le mandava que casasse, fuesse pariente della. Cujus textus difficultatem agnoscunt idem Greg. Lopez gloss. ult. D. Molin. ubi sup. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 50. n. 2.*

Sanchez de Matrim. lib. 5. q. 3. num. 26. ubi intelligit quando in præcepto nubendi cum consanguinea intra quartum gradum non exprimitur conditio si Papa dispensaverit, de quo vide Molin. ubi sup. & Annot. n. 11. Barbof. vot. 126. num. 56. & alij ubi sup. relati.

Alij strictius intelligunt, conditionem nubendi cum consanguinea intelligi extra quartum gradum, in quo sine dispensatione contrahi possit, aliter esse invalidam, & rejici tamquam impossibilem de jure: pro quibus verba legis faciunt, & gloss. in *d. L. Uter ex fratribus verb. Consobrinam ff. de condition. & dem. Abbas conf. 65. num. 3. lib. 2. Plot. conf. 89. n. 10. Simon de Præcis de Interp. ult. vol. lib. 4. dub. 1. num. 7. Ludov. Morot. resp. 97. n. 21. & 22. Mant. dict. lib. 11. tit. 18. numer. 6.*

6 Sed aliorum vera sententia est talem conditionem rejiciendam non esse, & subintelligendam esse conditionem si Papa dispensaverit, quando scilicet de facile obtineri potest dispensatio, & ita docent D. Molin. lib. 2. cap. 13. num. 7. & in Annotat. n. 11. Gutierrez conf. 18. num. 9. Sanchez de Matrim. lib. 5. disp. 5. num. 20. vers. Sed verius, Molles. conf. 12. ubi tamen contrarium decisum esse fatetur in conditione nubendi in secundo consanguinitatis gradu, Paschal. de Vir. patr. pot. 3. p. cap. 2. num. 18. Giurba in Consuet. Messan. 1. p. cap. 3. gloss. 4. numer. 44. Galganet. de Cond. & Dem. 1. p. cap. 8. num. 46. Antunez de Donat. 1. p. præ-lud. 2. §. 1. n. 94.

7 Quid autem si conditio sit contrahendi cum consanguinea intra secundum gradum, dubium maius esse videtur: dispensatio in hac specie de jure novo Concilij Trident. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. videtur prohibita, nisi inter magnos Principes, atque ob publicam causam, & ideo similis conditio nondum de facto, sed etiam de jure impossibilis judicari debet.

debet, & uti similes, à dispositione rejicienda & ita decisum refert Mol-fesius ubi sup. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 3. p. 4. num. 58. & ideo utriusque Molinæ sententia est, ne si-milis conditio maioratus institutioni apponatur unius lib. 2. de Primog. cap. 13. num. 12. & 13. alter de Inst. tom. 3. disp. 613. num. 3. vers. Illud cum Molina.

Sed quod simpliciter admitti de-beat hæc conditio, sive faciliter, sive cum difficultate judicetur posse dis-pensationem impetrari, docent idem Fontanel. ubi sup. à num. 54. Molin. d. num. 12. vers. Quæ distinctio, ubi Ad-dent. vers. Si vero in secundo, Pat. San-chez, Gutierrez, Mieres, D. Castillo sup. relati, qui etiã in hoc casu aiunt, præcise subintelligi adjectum si Pa-pa dispensaverit; Maxime D. Castillo dect. cap. 7. num. 48. in fin. Ratio hujus sententiæ est, quod si conditio est præambula, & necessaria ad validita-tem actus, numquam rejicitur, & si summe difficilius sit, sed ejus even-tus expectatur Bald. in L. i. C. de inst. & subst. & in hoc casu observanda est Molinæ sententia ubi sup. num. 2. vers. Cæterum, quam sequuntur Costa Se-lect. lib. 1. cap. 8. num. 13. Capyc. Latro consultat. 72. n. 7. 8. & 9.

Illud certum est conditionem nu-9 bendi cum ea quæ in primo cum se-cundo gradu mihi conjungitur, sem-per, & omnino esse rejiciendam, de quo vide Rota Decis. 3. p. divers. lib. 3. decis. 746. & vide declarat. Cardinal. S. C. Tridentin. sess. 24. de Ref. Matrim. verb. in secundo gradu, & text. in cap. quod dilecto de cons. & affinit. Sanchez lib. 5. disp. 5. n. 2.

10 Et de matrimonio inter fratrem, & sororem an possit dispensari affirmant Leander p. 2. tract. 9. disp. 12. quæst. 9. Caramuel tom. 3. Theolog. fundam. à n. 3762. cum seqq. Diana referendus, & probant ex consuetudine Persarum, & Ægyptiorum, & in facris litteris Genes. cap. 20. & Reg. 2. cap. 13. &

exemplo Martini Quinti. Negant Bel-larm. cap. 28. tract. de Matrimon. Va-lentia, Sanchez, Rebell. & alij quos refert Caramuel ubi sup. D. Pichard. in Inst. lib. 3. tit. 6. de grad. cognat. in princ. num. 19.

Quibus propositis, quæstionis ma-teriam resolves cum ampliacionibus, & limitationibus traditis ab Auctore cap. 3. h. p. ubi ego dixi.

### A Num. 9. & seqq.

Vide 1. p. cap. 8. à n. 35. & p. 8. cap. 1. ubi hæ causæ itidem illustrantur.

### Num. 11.

Vide quæ dico in Apendice cap. fin. quod est partis 8. cap. 10.

### Num. 16.

D. Franc. Mogreto obs. in Pragma-11 tic. Duc. Sermonetæ §. 9. obs. 1. num. 1. & 2. vers. Ex hac ratione, ubi de leg. 7. meminit Cabed. decis. 44. num. 4. p. 2. Anna cons. 3. num. 29. Robert. lib. 2. Rer. Judic. cap. 4.

### Num. 18.

Auct. infr. p. 6. cap. 4. & disputant 12 DD. an duobus salarijs perfrui quis possit si duo officia gerat, vide Ricc. p. 5. collect. 2007. Bobadilla lib. 2. Po-litic. cap. 21. num. 246. D. Solorzan. lib. 5. Politic. cap. 3. fol. 772. vers. Solo.

### Num. 25. & seqq.

Exornat D. Ramos in doct. tract. Respuesta de España a Francia à num. 172. ad 178.

### Num. 32. & seqq.

Vide 1. p. cap. 8. & infr. p. 4. cap. 1. & quæ infra dico.

Num.

Num. 35.

13 Conferunt Mastrillo decis. 263. Mieres dict. q. 6. num. 48. in edit. antiq. & num. 507. in noviss. ubi Gamæ de-cisionem reprobare videtur. Vide etiam Matutæ Disquisit leg. 21. D. Ca-stillo relato capite 15. num. 3 12. & seqq. Cevallos Commun. quæst. 828. n. 253. in fin. qui intentum Gamæ probant, & Mieres relato docet D. Ca-stillo tom. 5. cap. 91. num. 59. Melchior Phæbo decis. 151. p. 2. à num. 31. & 32. & pro Gamæ decis. facit, quod pri-mogeniti exclusio, cum sit odiosa, ul-tra específicos casus non extenditur. Mieres ubi sup. dict. q. 6. num. 103. & 499. & à num. 500. D. Castillo dict. cap. 15. lib. 3. à num. 21. & dict. cap. 91. & num. 59. Cevallos q. 828. n. 128. itidem D. Castillo cap. 128. num. 126. & maxime vers. Hactenus Roderic. D. Molina fol. 438. num. 117. & cap. 181. num. 23. col. 3. vers. Ex quorum re-solutione infertur, fol. 468. Mastrillo de-cision. 266. num. 45. & 46. & num. 32. & 33. & 34. tom. 2. & num. 3. vers. His non obstantibus, ubi ait exclusionem primogeniti in favorem secundoge-niti solum intelligi in casu expresso, nec ultra eum extendi, sed quando mortuo primogenito, secundogenitus succedit in maioratu ejus tamquam primogenitus, cum jam in primo ma-ioratu ut vere secundogenitus suc-cessisset, hic casus non est à testato-re provifus: ergo: hoc proposuit Ga-ma n. 3. ibi: Quandoquidem Reus ac-quisito jam maioratu Salinarum ( qui habebat clausulam incompatibilita-tis ) succedit in primo Sancti Joannis, quod expresse prohibitum à testatore non reperitur; & postmodum propo-sitam quæstionem specificat magis, & resolvit delatum maioratum non efficere ut jus jam in alio quæsitum amittatur, quia est casus diversus, quam is qui à testatore consideratus est. Adde Ancharran. cons. 150. & Ce-

vallos q. 828. num. 258. qui in casu in-compatibilitatis loquitur.

Nam cum tempore quo alium non 15 habebat maioratum succederet tem-pore habili, quo capacitas inspici de-buit, L. Si mihi, & tibi §. Regula ff. de leg. 1. L. Servus ejus ff. de acq. hæred. L. Si cognatis ff. de reb. dub. L. Si de-portati servo ff. de leg. 3. L. 1. tit. 9. p. 3. L. 22. tit. 3. ead. p. D. Molin. lib. 3. c. 10. num. 26. & seqq. ex incapacitate su-pervenienti non debet excludi, quia effectus est consummatus, L. pen. §. & si placeat ff. de V. O. Cōducit Bald. in L. Si matre 11. num. 2. C. de suis, & legit. ubi de statuto excludente 16 fæminam extra territorium nuptam, ait, quod si posteaquam successerit nupta sit, ea non excluditur: sequitur Cuman. Imol. Aretin. in L. Hæres per servum ff. de acq. hæred. itidem Cu-man. in L. 1. §. Veteres num. 3 & 4. ff. de acq. poss. ubi Jason à num. 27. Ro-man. cons. 40. num. 3. & cons. 442. n. 1. Cremen. sing. 128. & filia cui relictū 17 fuit legatum si nubat, si conditioni paruerit, non amittit legatum, quam-vis postea divertat, L. Siquis hære-dem C. de inst. & substit. sub cond. Ga-ma decis. sup. relata num. 4. & conducit Auct. sup. h. p. cap. 3. n. 15.

Et facilius datur retentio, quam 18 actio; imo cum denegatur petitio, re-tentio conceditur, L. Si debitori C. de pact. Giurba decis. 6. num. 7. & de suc-cess. feud. §. 2. gloss. 6. num. 71. ubi plura adducit, & gloss. 4. num. 6. ideo semel admissus durat perpetuo, licet causa emergat, quæ admitti eum de novo impediret, L. Post mortem §. 1. L. Non putavit ff. de contrat. Giurba ubi 19 sup. ubi Mutus, Surdus, vel aliter in-habilis effectus post successionem, non excluditur. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 3. num. 124. usque ad 137. Marcian. cons. 60. num. 11. lib. 1. Cæsar de Affi-cto contro. jur. 29. num. 30. & 31. ubi idem tenent in Clerico, vel Monacho post successionem effecto; & Pat. Thom. Sanchez sibi contrarius lib. 4. cap.

cap. 1. dub. 26 num. 5. Mieres 2. p. q. 3. à n. 188.

- 20 Hæc fundamēta non ita, licet à Gama proposita, fortiora sunt cōtrariæ sententiæ tela, sed ijs non obstantibus Auctoris sententia verissima est, & pro ea vidi decisum in maioratu de *los Escobares de Trusillo*, in hac regali Chancelleria Granatensi, ubi cum mihi pro munere advocacionis in iunctum esset de ea lite disquirere, opinione potius vincebar quam re, semper enim iudicavi verissimam Auctoris sententiam, & pro ea decidi, & mea sententia iudicatæ rei auctoritate gravissimorum Senatorum iudicio lata confirmata est. Pro qua decisione facit primo, quod vocatus ad successionem maioratus, si alium maioratum non habeat, sub conditione negativa est vocatus, quæ quidem ex sui natura perseverantiam requirit, & quoties maioratus cum alio jungatur, defecta videtur, *L. Hoc genus 106. ff. de cond. & dem. ubi gloss. verb. Nubendo in fin. ait regulam, L. Boves §. Hoc sermone ff. de verb. sign. non habere locum in cōditione negativa: sequitur Bart. Paul. Castr. & alij apud Tiraq. in d. §. Hoc serm. limit. 7. Gofred. in d. L. Hoc genus sub num. 14. Galganet. de Condit. p. 2. cap. 4. q. 42 num. 4. vers. Quod procedit, & q. 88. num. 2. vers. Item, & q. 106. num. 6. & 7. Nam in conditionibus negativis non sufficit capacitas, vel aptitudo tempore legati cessionis, vel delatæ successionis, sed requiritur quod perseveret, ex textu formali in *Auth. cui relictum C. de indict. Viduit. ubi in conditione, ne secundas ineat nuptias, contractis nuptijs res data vindicari potest, cuius meminit ad propositum D. Molin. lib. 2. cap. 12. num. 20. & 25. in conditionibus enim quæ perseverantiam requirunt quandoque deficient, retro defectæ esse videntur: notatur in *L. Qui Concubinam 29. §. Uxori ff. de leg. 3. ubi Cuman. Cattrenf. & Zozinus in L. Siquis ita legaverit ff. de condit. &***

*dem. Eman. Costa lib. 2. Selectar. cap. 18. Peregrin. de Fideic. art. 11. numer. 121. D. Molina lib. 1. cap. 6. num. 18. & 19.*

Deinde facit, quod exclusio successoris alterius maioratus ex sui natura comprehendit non tantum actuale successorem, sed etiam habituale, verbum enim *Successor* eum qui jam successit, vel qui est successoris comprehendit *D. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 36. & sic vulgari significatione uterque comprehenditur quando dicimus: Pedro es successor de un mayorazgo, quibus eum immediatum successorem, vel actuale significamus Cassanat. conf. 45. num. 155. & 10. vers. Deinde verbum succedat: ergo ex verbis institutoris: Con tanto que eu este mayorazgo no suceda el que fuere successor de otro, o el que succedere otro, o el que tuviere otro, non tantum actualis successor, sed qui est successoris comprehenditur, licet enim spectantur alterius maioratus non habeat excludi, sed requiratur adeptio *L. 3. §. Siquis ita ff. de hered. inst. L. 2. §. Sed si sint ff. ad Tertul. ne nomen sui heredis noceat: Bart. Imol. & alij in d. §. Siquis ita, Alex. conf. 1. num. 5. lib. 1. Cephal. conf. 322. num. 75. Hondedeus conf. 49. num. 29. lib. 2. Roland. conf. 58. num. 51. vol. 3. post acquisitum maioratum excludendus est, non enim conditionis implementum durat, & ideo nec successionis effectus.**

Nec obstat *Gamæ decis. 27. quæ quidem suo casu sustineri aliquantulum potuit, quia ibi exclusio fuit respectu personæ, quæ quidem possideret maioratum de San Juan, non vero respectu lineæ: quando manifeste evincitur quia ex verbis clausulæ ibi relatæ: Figue a mi nieto Diego Faria, y falleciendo este, succeda el otro su hermano varon, el maior que ubiere, que no sea el del mayorazgo, salvo sino ubiere otro; la qual herencia siempre anda en mi generacion: ecce exclusionem respectivam directam ad personam ejus qui*

- qui maioratus possessor fit: quibus apparet exclusionem esse personalem, non lineam, & ideo cum in persona Emmanuelis, qui post quæsitam huius maioratus successionem, alterius delata est etiam successio, eo mortuo cum filijs fuit dubitatum an ad filios, vel ad Franciscum patrum successio devenire deberet? & licet *Gamæ* conjudex contra filios iudicaret, quia ut ibi dicitur: *In conditionibus prohibitis, quæ in futurum porriguntur, quodcumque deficiunt, deficit relictum, L. Cum ita, L. Hoc modo ff. de cond. & dem. & quamvis Emmanuel obtinisset prædictum Salinarum tempore habili, tamen obtinuisse videtur cum suo onere; Gama tamen contrarium sensit, & obtinuit. At vero quando primogeniti exclusio realis est, & secundogeniti vocatio, secus dicendum est, etiam quoad primogeniti filios: quæ ratione Flores de Mena in ea decisione contra Gamam satis clare iudicat.*

- 30 Nec obstat secundo, quod exclusio non debet intelligi in casu omisso à testatore, nec ultra provisum extendi; nam respondeo, quod in his quæ sub ratione comprehenduntur, non dicitur interpretatio extensiva, sed comprehensiva, ut ait Bald. quem sequuntur Decius *conf. 227. Decian. conf. 144. lib. 1. Peregrin. de Fideicommiss. art. 11. num. 54. videndus*

*Molin. lib. 1. cap. 5. à num. 5. probant L. per diversas ff. C. mandat. L. His solis C. de revoc. Don. L. Quoties §. Si non in corpore ff. de hæc. instit. L. Mulier in princ. 22. ff. ad Trebel. L. 3. C. de inst. & subst. Jul. Capon late, & noviter tom. 3. discept. 205. cap. 2. à n. 14. & seqq.*

Nec obstat secundo regula legis *Patre furioso ff. de his qui sui*, quia in maioratibus incompatilibus non procedit ex sententia *Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 176. quia limitatur ex gloss. verb. Retinere in ea, quando causa prohibitiva, vel impeditiva fuit finalis dispositionis, L. Generaliter C. de Episc. & Cler. L. 3. §. ad eo 5. ff. de lib. agn. & ideo cum maioratum conjunctio prohibita sit, & hæc sit causa finalis exclusionis conservandæ memoriæ, & ne confundatur familia: sequitur esse excludendum successorem licet postea causa supervenerit, quia eadem causa, quæ impedit acquirere, impedit retinere, *L. Post susceptam ff. de suspectis tutor. L. Sive §. Quia 1. ff. de lib. agn. Petr. Pechius de Reg. jur. in reg. factum legitime num. 4.**


## Num. 39.

Itidem Auctor refert. 5. p. cap. 6. numer. 115.



Ec

AD-



**ADDITIONVM,**  
**ET**  
**OBSERVATIONVM**  
**AD**  
**PARTEM IV.**  
**DE INCOMPATIBILITATE**

**C A P. I.**

**SUMMARIUM.**

- 1 Maioratum institutio an sit de iure gentium.
- 2 Sequens in gradu quis sit ad succedendum in maioratu incompatibili, & distinguitur inter incompatibilitatem realem, & personalem.
- 3 Sequens in gradu est qui secundum voluntatem testatoris debet succedere.
- 4 Sequens in gradu ad succedendum in maioratu incompatibili est filius exclusi, quando est personalis incompatibilitas.
- 5 Linea primogeniti an possit habere jus ad maioratus incompatibiles.
- 6 Incompatibilitas non datur in habitu, & potentia, sed in actu, & 7. L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. explicatur. Ibid. 7.
- 8 Exclusio à successione an auferat successione, & spem succedendi.
- 9 Exclusus habetur pro mortuo.

- 10 Primogenito excluso censentur omnes ex eo provenientes exclusi.
- 11 Sequens in gradu ad succedendum in maioratu incompatibili, is est qui tempore incompatibilitatis capax invenitur succedendi, quod late, & enixe explicatur, 12. & seqq.
- 15 Filiorum lineæ non distinguuntur donec deficiat successio in persona patris, quia adhuc de successione non curatur.
- 16 Exclusio absoluta, & causalis limitata in quo differant, & Giurba doctrina refertur, 17. 18. & 19.
- 20 Refertur decisio Senatus Granatensis circa maioratum incompatibilitatem.
- 21 Proximior ultimi possessoris, & fundatoris simul, præferri debet alijs proximioribus ultimo possessori, vel fundatori tantum.
- 22 Vocatus à testatore, & lege, præferatur ei qui solum à lege, vel testatore vocatus est.
- 23 Representatio non excluditur ex vocatione proximioris consanguinei.

Num,

Num. 1. & seqq.

1 D Om. Salzedo in *Theatro honoris gloss.* 32. n. 74. & gl. 11. n. 1. &

2. Num. 5. & 6.

2 Circa quæstionem vide Auctorem 7 p. infr. cap. 6. à num. 4. & p. 8. cap. 7. à numer. 14. ex cuius sensu ad eam observandum est, in summa id maxime attendi debere, an incompatibilitas sit linealis, ita ut totam lineam afficiat primogeniti, vel alterius qui ob alium maioratum exclusus est, an tantum personalis sit prohibitus que concursus utriusque maioratus, non apud eandem lineam, sed apud unum successorem? ad quod vide tradita infr. 1. p. cap. 8. & cap. 5. supra proxime part. 3 & sequent. cap. 2. h. partis, & d. p. 3. cap. 1.

3 In primo casu primogenitus, & cæteri ejus descendentes, ut pote exclusi, non possunt comprehendere sub vocatione sequentis in gradu, sequens enim gradu is est tantum, qui secundum dispositionem testatoris in maioratu debet succedere immediate post successorem præcedentem: ita verbum restringit Lex 45. Tauri illis verbis: *passé luego, &c. en el siguiente en grado, que segun la disposicion del maiorazgo debiere succeder en el.* Unde sequens in gradu is dicitur non respectu consanguinei præcedentis, sed respectu ordinis succedendi, explicat doctè D. Christophorus de Paz tract. de Tenut. cap. 33 à n. 37. & seqq. & Auctor hic n. 53.

4 In secundo casu comprehenduntur ex linea primogeniti omnes ex linea, sub ea tamen conditione, si alterum maioratum non habeant, ideoque, & ipse primogenitus in vita patris, ut ejus filij sub vocatione sequentis in gradu comprehendere possunt, ut ipse probatur ex decisione relata ab Auctore hic numer. 94. imo


quod plus est, potest dici, primogenitum, & ejus lineam habere spem ad unum, & alterum maioratum incompatibiles, sub ea conditione, ut si in altero successerit ejus resolvatur ad alium, ac si numquam ad eum admittus, vel vocatus esset, ex traditis ab Auctore hic numer. 76. 77. & 78. & p. 7. cap. fin. numer. 41. & 42. & ex Paul. Castrenf. in L. *is potest ff. de acq. hered.* ibi: *Nam possibile est, quod quis habeat potentiam ad eundem, & tamen non potest adire.* Item ex eo, quia incompatibilitas non datur habitui, & potentia, sed in actu D. Molina lib. 2. cap. 14. n. 27. & ibi Add. n. 30. & lib. 3. cap. 2. n. 29. D. Paz de Tenut. cap. 57. numer. 212. D. Larrea decis. 52. numer. 13. & 14. & Bart. l. in d. L. *is potest ff. de acq. hered.* cum alijs à nobis infr. p. 7. cap. 4. numer. 39. adversus explicata, & probat Lex 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. ibi: *El hijo maior que en las dichas dos casas assi juntas por via de matrimonio podia succeder succedá en uno de los dichos mayorazgos, &c.* Quibus verbis manifeste innuitur incompatibilitatem non dari in succedendi potentia, sed in successionis actu, imo incompatibilitatem supponere jus succedendi, quod in legali incompatibilitate maioratum certissimum est, & in dispositione hominis observandum; quando primogenitus simpliciter non excluditur, si enim simpliciter excludatur, eo quod alium maioratum habeat, non potest jus ad utrumque maioratum habere, hoc enim casu solum expectatur, an aliquo casu succedere possit in alio, argumento textus in L. *Pater filio 54. ff. de her. inst. L. Cum in secundo 16. ff. de injust. rupt. §. Posteriore inst. quib. mod. testam. infirm.* & exhereditatio non tantum excludit à successione, sed etiam ab spe successionis. Ant. Faber. lib. 9. *Conject. cap. 9.* & in hoc casu verum est, paria esse non extare, & non succedere D. Castillo lib. 3. cap. 18. n. 46. & exclusum haberi pro mortuo.

Ee ij

cuo,

tuo, atque si in rerum natura non esset D. Molin. *lib. 1. cap. 9. num. 28.* & ibi Add. Menoch. *cons. 206. num. 46.* & 406. *num. 43.* Tiraquel. *de Primog. q. 53. num. 16.* Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. num. 15.* & 16. *tom. 1.* & excluso primogenito ceteri exclusos omnes, qui ex illo volunt succedere, Menoch. Pereyra, Molin. Surd. Cyriac. Mieres, Peregrin. Marta, Mantic. Robles, D. Cresp. D. Castillo, D. Larrea, & alij apud Doctiff. Alvarez Pegas *sup. num. 17.* & *seqq. arg. textus in L. Titio usufr. ibi: Nec initium accepit ff. de cond. & dem. L. Seya 42 ff. de don. caus. mort. ibi: Quæ nondum in persona filiorum initium accepit, D. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 37.* D. Castillo *cap. 15. n. 58. lib. 3.* D. Larrea *decis. 51. n. 42.* & late dico *q. 8. cap. 7. ad n. 20.* & 25.

Item observandum est, quod si in casu divisionis vocatus sit ita: *Succedat sequens in gradu, vel ita: Proximus consanguineus, vel alter consanguineus, nihil refert, dummodo semper, & ante omnia inspicatur persona per cujus obitum conjunctio maioratum evenerit, & tempus incompatibilitatis, delata scilicet successionis, quo tempore attendi debet quis sit sequens in gradu, vel proximior consanguineus, ut succedere debeat alijs exclusis. Pone enim, quod sint Pater, & Patruus ejus frater, item ex Patre filij Primogenitus, & alij, & ex primogenito nepos primus, & secundus, ita.*



Pater si maioratus unius possessor sit, & alterius maioratus successio deferatur per mortem avi, dicendum est *Patruum* tantum esse comprehensum sub vocatione sequentis in gradu, *non patrem*, nec ejus filios, vel nepotes; quia pater invenitur impeditus propter alium maioratum incompatibilem, quem possidet, & consequenter ipse, & linea ejus exclusenda censenda est, quia eo tempore, delatae successionis scilicet, solum capax, & absque impedimento invenitur patruus, ut tradit Auct. *num. 62.* & *seqq.* & ideo is tamquam proximior sequens in gradu judicari debet.

Si per mortem *Patris* successio deferatur, *Patruo* excluso dubium erit, quis ex filijs succedere debeat, & eadem ratione resolvendum est, non ad primogenitum, nec ejus filios successionem deferendam esse, quia cum ipse alium possideat maioratum, invenitur exclusus, & ideo secundogenitus admittendus. Quæ omnia probantur *ex d. L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* ubi expresse dispositum est, quod quando incompatibilitas in persona patris evenit primogenito excluso, secundus filius admittendus est, ibi: *El hijo, o hija segundo suceda en el otro mayorazgo, & considerat lex tempus delatae successionis, quando scilicet eorum maioratum filio maiori successio deferatur, & tunc, si filius maior solus sine fratre sit, maioratus non transit ad Patruos, vel alios transversales, hi enim nullum jus habent tempore delatae successionis, acquisito jam à patre maioratu, sed separatur divisio in nepotibus ex primogenito, quia nullus fuit sequens in gradu respectu avi, cui lex providere voluisset contra lineam præoccupatam jus successionis ex testatoris voluntate; quæ quidem etiam in maioratu incompatibili ex dispositione hominis observanda sunt; tum quia tempore delatae successionis attendi debet capacitas, vel*

vel incapacitas ad succedendum Auct. *infr. 7. p. cap. 6. num. 28.* quæ regula sicut in cæteris casibus, in hoc maxime observanda est, consequenter que ex ea dicendum, eum tantum in maioratu successurum, qui eotempore quo successio defertur, sit in linea, quæ alio maioratu non invenitur impedita, & sit proximior, & cum qualitate à testatore requisita, nec in linea postergata invenitur, sicut exemplo declaratum est; quando enim maioratus defertur per mortem avi, patruus in linea ejus est, & proximior, quod secus est si per mortem patris deferatur, quia tunc patruus extra lineam est, & hoc est quod dicitur fratrum unum quem constituit diversam lineam à linea alterius fratris, cum tamen omnes dicantur esse sub eadem linea, quando scilicet pater possidet; sed postquam maioratus intravit in linea fratris, distinguuntur, & postergantur omnium fratrum lineæ à linea fratris successoris, & ideo patruus excluditur, quod non sit in linea, licet proximior videatur, attenda successione respectu avi, sed non respectu patris: quibus non multo *Legem 7. consonare Legi 40. Tauri* vides, licet alio se opponere videantur, ut docet Auctor *hic n. 49.* & 50. & 8. *p. cap. 7. n. 20.*

Quibus observatis sic, maxime conveniunt doctrinæ in hanc rem à doctoribus traditæ, & decis. ab Auctore relatæ, & D. Solorzan. cum alijs *p. 7. cap. 6.* & probatur ex doctrina Mieres *de Maior. 2. p. q. 6. num. 150.* & vide eum *2. p. q. 4. illat. 8. à num. 302. 312.* & 319.

Num. 15.

Vide quæ dico *ad 8. p. cap. 7. n. 20.*

Num. 16.

Idem supponitur *infr. num. 28.*

Num. 17. & seqq. ad 27.

Vide *num. 87.* ubi dicam, & alibi hæc specialiter discussa invenies per discursum tractatus.

Num. 46. & seqq.

Donec ille qui possidet maioratum vivit, ceteri ex eo descendentes sunt in ejus habituali linea: patruus ergo, tamquam filius, non tamquam transversalis vocatur, adhuc enim filiorum lineæ non distinguuntur, quia de eorum successione adhuc non curatur. Mieres *2. p. de Maior. q. 6. n. 150.* ex quo vides *Legem 7.* non transferre maioratum de linea in lineam, sed de persona in personam ejusdem lineæ, sed & id, caute scilicet quanto minus primogenito præjudicari queat, ne se *Legi Tauri* omnino opponat, & *L. 2. tit. 15. p. 2.* sed quando maioratus deferatur patruo, tamquam patruo, transit de linea in lineam: ergo *Lex 7.* pro patruo, & transversalibus non est adducenda.

Num. 58. & seqq.

Ad Auctorem *1. p. cap. 6. num. 54.* & *5. p. cap. 2. à numer. 15.* & alibi pluries.

Num. 62. & seqq.

Vide Giurbam *relatum n. 87.*

Num. 66.

De quo dicam *infra cum Auctore cap. 3.*

Num. 72. ad 79.

Vide *supra cap. 6. part. 1. Molinæ* locus extat *lib. 3. cap. 4. num. 13.* & *seqq.*

Ee iij

Ef

Et ad num. 78. dixi sup. n. 9. adde D. Valenz. *cons.* 83. à n. 7. D. Solorzano *lib. 2. de Iur. Ind. cap. 19. n. 44. tom. 2. D. Olea in add. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 3.* ubi Auctorem refert; quæ etiam vide *infra p. 8. cap. 7. n. 25.*

## A Num. 81. ad 85.

Antunez de Donat. *Reg. lib. 1. cap. 3. num. 59. D. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. n. 102.*

## Num. 87.

16 Altera similis distinctio videnda apud Giurbam de *Successione feud. §. 2. gloss. 6. numer. 81.* ibi: *Si pater ad succedendum inhabilis sit, vel succedere non possit, filius adhuc succedet, & non transuersalis, vel alius alterius lineæ, licet clausulæ sint, aut vocationes similes, hoc est, quod succedit sequens in gradu.* Et numer. 82. declarat. 1. *Patre simpliciter excluso, ita quod semper, & absolute incapax fuerit, & ad succedendum omnino inhabilis, ut nullo modo, aut tempore succedere potuit, ejus filij, & descendentes omnes inhabiles judicantur, & exclusi.* Tiraquel. & cæteri qui *seq. tunc nec ex propria persona filij possunt admitti, quia radix est infecta.*

18 *At simpliciter, & absolute exclusus non sit pater, sed potius ad successionem vocatus, licet in aliquem casum, aut eventum à successione exclusus, aut non omnino incapax, sed aliquando incapax fuerit, tunc descendentes ab eo non inhabiles, nec exclusi censentur, sed eo ipso quod pater eorum vocatus fuit, ubi si non vocatus, saltem aliquo tempore, vel aliquo casu habilis esse poterit, descendentes ejus habilitantur, & capaces sunt.*

19 Adde D. Molin. *lib. 1. cap. 13. à num. 35. & lib. 3. cap. 2. à num. 31.* ubi Addent. *& cap. 7. num. 4. & cap. 10. numer. 44.* & itidem Addent. *lib. 1.*

*cap. 9. numer. 58. & cap. 12. numer. 30. in fin. Robles de Repræs. lib. 2. cap. 6. num. 4. Escobar de Puritate 1. p. q. 4. §. 4. à num. 155. Cyriac. controu. 206. & 289. Larrea, Castillo, Solorzan. & alij ab Auct. re relati hic, & p. 6. cap. 6.*

## Num. 97. &amp; seqq.

Vide Auct. *hic num. 30.* sed contra Auctorem expresse distinguit inter vocationem sequentis in gradu, ac proximioris D. Olea *in post. Add. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. à num. 5.* ubi Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. n. 121. & seqq.*

Quid autem si vocatio sit de filio secundo? Supra resolutum manet, & juxta ea vidi decisum in simili clausula: *I mando, y declaro, que si acaeciere, que alguno de los sucesores dexare dos hijos varones, y el tal poseedor tuviere el maiorazgo, y casa de Alvaro de Escobar en el qual ha de succeder su hijo maior, en este caso todas las vezes que conuiniere en ambas casas, mando que no se junten, sino que el hijo segundo llebe este dicho vinculo, y el maior se quede, &c.* quæ dispositio consonat, maxime cum *L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. & juxta eam* decisum est cum Auctore *hic n. 87.* quia exclusionis ratio eadem in secundogenito viget, quæ in primogenito ex linea exclusi, ut contra D. Solorzan. *tom. 2. lib. 2. cap. 19. n. 51.* laudato Auctore *7. p. cap. 6. n. 46.* considerat Olea *in Addit. ubi supra n. 7.*

## Num. 103.

Paulus Melius ad D. Castillo de *Alim. cap. 70. §. 6. n. 10.* Auct. *sup. 1. p. cap. 6. n. 237.* conducit Mieres de *Maior. 2. p. q. 7. n. 10.* ibi: *Debet ille in successione præferri, qui secundum jura, & dispositionem testatoris vocatus apparet, & est anteposendus ei, qui solummodo ex testatoris dispositione vocatus est.*

Num.

## Num. 104.

Ad quod adde itidem Robles de *Repræs. lib. 3. cap. 19. num. 302.* D. Molin. *lib. 3. cap. 8. numer. 11.* Castillo *lib. 2. Controu. cap. 20.* Giurba de *Succ. ff. feud. §. 2. gloss. 7. à num. 56. & §. 1. gloss. 1. à num. 2.* Matutæ *Disquis. leg. 29. num. 23.* qui contra sentit, nec bene.

## AD PARTIS IV.

## CAP. II.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 *Qualitatis, vel conditionis repetitio quando in dispensatione inducatur, vel excludatur, & 2.*
- 3 *Agnationis qualitas an de persona ad personam, vel de casu ad casum extendatur.*
- 4 *Repetitio an possit induci ex tacita voluntate fundatoris.*
- 5 *Incompatibilitatis conditio an sit odiosa, vel favorabilis.*
- 6 *Fæminarum exclusio an sit odiosa, vel favorabilis, distinguitur.*

## A Num. 1.

Qualitatis, vel conditionis repetitio an, & quando inducatur est vulgaris, & trita quæstio de qua addendi D. Vela *dissert. 49. num. 107. & seq. Cyriac. controu. 400.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 17. & seqq. & præsumpt. 181.* Giurba de *Succ. ff. feud. §. 2. gloss. 13. num. 96.* Baltaf. Thom. de *Legitimat. tract. 1. tit. 14. n. 310.* ubi de legitimitatis qualitate, Fufar. de *Subst. q. 450. num. 12.* D. Castillo *tom. 5. cap. 93. §. 21. & c. 117. col. 128.*

& 181. à num. 10. & 24. tom. 6. D. Molin. *lib. 1. cap. 6. num. 23.* Fontanel. *decis. 44. & seqq. itidem Cyriac. controu. 51.* Mieres *latissime de Maior. 2. p. q. 4. illat. 8. à num. 203. 214. 131. & seqq. & q. 6. à num. 308.* ubi de exclusione primogeniti, & à num. 211. & videndus Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ord. Portug. tom. 4. tit. 50. gloss. 1. cap. 1. num. 5.* ubi laudat, refert, & sequitur Auctorem *in h. cap. itidem Cyriac. controuers. 400.*

Observanda est tamen Baldi doctrina *cons. 153. num. 3. vol. 5.* quem sequitur Garcia de *Nobil. in divis. tract. num. 23.* ubi ait tres esse causas inducendæ repetitionis: *Copula: eadem ratio: eadem ratio: tres etiam, quæ repetitionem excludunt his contrariæ: Disjunctiva: diversa Oratio, diversa ratio: L. in repetendis ff. de leg. 3. cap. 2. requiris de Appell.*

## Num. 12.

Vide Mieres de *Maior. 2. p. q. 6. n. 320. & seqq. & à n. 272.* D. Vela *d. dissertat. 49. n. 69.* Maldonad. *ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 17. & lib. 1. cap. 6. n. 18.* & ibi Molin. *n. 26.* D. Castillo *cap. 92. num. 59. vers. Nec etiam in fine, & cap. 93. §. 21.* D. Larrea *de cas. Granat. 44. num. 10.* Cyriac. *controu. 143. 169. 281. & 400.* Fontanel. *dict. decis. 44.* Gomez *1. lib. Var. cap. 12. n. 23.* & conducit Giurba de *Succ. ff. feud. §. 2. gloss. 13. n. 96.*

## Num. 15.

*Vers. Ergo regula.* Aug. Barbof. *vat. 126.*

## A Num. 17.

Vide Auct. *sup. 1. p. cap. 8. à num. 35. & 3. p. cap. 5.*

## Num. 21.

Vide supra relatos *num. 10.*

Ee iij Num.

## Num.22.

4 Faciunt etiam textus in *L. Scire §. Aliud ff. de excusat. tut. L. 2. §. Si mater ad Tertyl. Tiraquel. in L. Si unquam verb. Libertis n. 47. C. de revoc. donat. Menoch. cons. 95. n. 28. & alij antiquiores ab ijs relati, Jul. Capon tom. 3. discept. cap. 2. discept. 205.*

## Num.32.

5 Stat pro hac sententia Mieres de Maior. 2. p. 9. 6. num. 507. ubi in maioratu secundogenituræ: ita docet contra proposita ab eo num. 499. D. Castillo lib. 3. cap. 15. à num. 21. & in hanc rem maxime conducit doctrina, & sensus doctorum, quos refert Feloaga in *Enchirid. Controv. cap. 21.* ubi an exclusio fæminarum sit odiosa, vel favorabilis, quoad materiam fundamenta præstat, & certe si tibi nimis rigida Auctoris opinio videatur, potes distinguere, quod quando incompatibilitatis conditio excluderet descendentes fundatoris, non debet extendi de casu ad casum, nec transversalis admitti, exclusis eis, quia in hac specie odiosa est, sicut fæminæ proximioris exclusio, & remotioris masculi vocatio in maioratu D. Molin. lib. 3. cap. 4. n. 15. quem sequuntur Fragos. de Regim. tom. 3. lib. 9. disp. 20. §. 5. n. 55. D. Valenz. cons. 97. num. 111. & 122. Feloag. ubi sup. n. 19. at vero incompatibilitas inter ipsos descendentes favorabilis est, & extendenda, quoties ob transversales non excluduntur, sed ob alios descendentes; item etiam est favorabilis, & extendi debet in maioratu in transversalibus instituto ad favorem conservandæ familiæ fundatoris, ut maioratus agnationis eadem causa est favorabilis, & extenditur fæminarum exclusio in eo apposita, ut docet Feloag. ubi sup. n. 23. vide quæ dico ad p. 7. cap. 1. limit. 3.

## AD PARTIS IV.

## CAP. III.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Incompatibilitas non datur quando utriusque maioratus successio apud eundem jure proprio non conjungitur.
- 2 Maioratus in dotem marito traditus an sit incompatibilis cum alio jure proprio à marito possesso.
- 3 Maioratus bona omnino prohibentur alienari. Ibid.
- 4 Maioratus extra dotem marito traditus non est incompatibilis cum alio à marito possesso.
- 5 Maritus est legitimus administrator bonorum uxoris. Ibid.
- 6 Bona dotalia, & paraphernalia in quo differant quoad administrationem, dominium, & hypothecam, 5. 6. & 60.
- 7 Maioratus uxori delatus, non est incompatibilis cum alio à marito possesso, & 17.
- 8 Acquisita à conjugate ex successione, legato, vel donatione, non communicantur in societate conjugali, 8. & 9.
- 9 Acquisita à conjugate ex donatione remuneratoria an communicentur, 11. & 12.
- 10 Fructus rerum quæ non communicantur inter conjuges, communes fiunt in societate, & 14.
- 11 Fructus Commendæ Ordinum Militarium communes sunt in societate conjugali.
- 12 Salaria, & provectus officij, vel dignitatis communes fiunt inter conjuges.
- 13 Maioratus contemplatione matrimonij institutus, an sit incompatibilis cum alio à viro vel uxore illius matrimonij possesso.

19 Pro-

- 19 Proponitur exemplum in terminis L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. & negative resolvitur 20. & 21.
- 20 Filia ratione dotis meliorari non potest ex L. 1. tit. 2. lib. 5.
- 21 Maioratus ob causam matrimonij institutus non est incompatibilis cum alio à viro, vel uxore possesso.
- 22 Maioratus ob causam incerti matrimonij institutus, eo contracto manet irrevocabilis.
- 23 Maioratus ob causam matrimonij institutus, ei acquiritur cui donatio facta est, licet conjux habeat aliquod interesse in observantia donationis, & 29.
- 24 Donatarius ob causam matrimonij an possit in præjudicium conjugis bona donata alienare.
- 25 An retrocedere donatori, & seqq. Escrituras de resguardo, an sint nullæ à filijs parentum favore in uxoris contrahendis præjudicium. Ibid. numer. 27.
- 26 Bona donata contemplatione matrimonij an maritus in præjudicium uxoris alienare possit, & 30.
- 27 Donatio contemplatione matrimonij viro, & uxori facta, utrique pro dimidia acquiritur.
- 28 Et an tunc maioratus ex ea donatione institutus sit incompatibilis cum alio à conjugate possesso.
- 29 Capacitas ex persona conjugis an prosit ad retinendos duos incompatibiles maioratus.
- 30 Donatio uxori facta à consanguineis viri, an viro acquiratur.
- 31 Donatio ambasiatoribus facta an Principi acquiratur.
- 32 Donatio filio patri contemplatione facta, an patri acquiratur. Ibid.
- 33 Donatione alicui alterius contemplatione facta, is maxime attenditur cujus contemplatione facta est.
- 34 Maioratus ex donatione uxori à consanguineis viri factus, an sit incompatibilis cum alio apud virum, vel apud uxorem & 38.
- 35 Donatio alicui alterius contempla-

- 36 tione facta, ei acquiritur cui sit, quasi à contemplato donatio fieret.
- 37 L. Sed si plures §. in arrogato ff. de vulg.
- 38 Donatio filio contemplatione patris facta profectitia reputatur.
- 39 Limitatur in donatione à Principe filio contemplatione patris facta.
- 40 Officium à Principe donatum filio patris contemplatione non est profectivum. Ibid.
- 41 Nisi pecunia emptum sit à patre.
- 42 Dos, vel donatio ab avo in nephem collata an ei imputetur in legitimam à patre debitam, & 45. distinguitur, 46. 48. & 56.
- 43 L. Avus 82. ff. de jur. dot. intelligitur cum L. Dotem 6. ff. de coll. bon.
- 44 Dos nepti data an ei imputetur in legitimam de jure Regni & 50.
- 45 Donatio contemplatione neptis ipsi facta non imputatur in legitimam patris.
- 46 Donatione nepti factam an & quando filius imputet in legitimam, & 55.
- 47 Distinguitur.
- 48 Quid si adhuc à nepte possideatur.
- 49 Uxor an mariti nobilitate gaudeat, vel mariti insignibus utatur, & quid in vidua, & 59.
- 50 Officia, & dignitates uxoris an viis exerceat.
- 51 Maritus Regine Rex nominatur.
- 52 Maritus an habeat jus presentandi in patronatu uxoris, & 64.
- 53 Patronatus jus an in dotem dari possit.
- 54 Maioratus an in dotem dari possit, 67. & 83.
- 55 Societatis conjugalis specialia, remissive. L. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. remissive exornatur, & quæ bona communicentur inter conjuges, remissive.
- 56 Patrimonium uxoris viro non prod. st. nec nocet ad tributa.
- 57 Equites quantiosi que sint, remissive. Ibid.
- 58 Alimenta an teneatur præstare pater filio si habeat uxorem divitem.

Ex-

- Expensas litis, quando Reus auctori, vel e contra prestare teneatur. Ibid.*
- 84 *Filius est eadem persona cum patre.*
- 85 *Dum est in patria potestate Collectas solvere non tenetur.*
- 86 *Filius emancipatus Collectas solve- re an teneatur.*
- 87 *Filius personalia onera subit dum in patris est potestate.*
- 88 *L. fin. tit. 1. lib. 5. Recop. explica- tur.*
- 89 *Et an praxi ejus dispositio habeat locum.*
- 90 *Patris, & filij idem est patrimonium, & possessio eadem.*
- 91 *Pater habet usumfructum in bonis maioratus filij.*
- 92 *Pater non habet usumfructum in maioratu filij ex donatione Regia.*
- 93 *Et quid si donatio Regia non jure maioratus facta sit.*
- 94 *Et quid si donatio facta sit sine alie- nationis prohibitione.*
- 95 *Pater an habeat usumfructum in Commendis filij.*
- 96 *An in feudo.*
- 97 *Lis super bonis maioratus quorum ususfructus est apud patrem, cum pa- tre, & in foro patris agitanda est.*
- 98 *Filius familias non potest stare in ju- dicio nisi quoad castrensis.*
- 99 *Limita quando pater non est usus- fructuarius.*
- 100 *Et an debeat citari in lite de ad- ventitijs cum patre agitata.*
- 101 *Officia duo apud unum esse possunt si alterum eorum habeat in Comendam.*
- 102 *Filius conventus hæres patris non presumitur, sed probari debet ab A- ctore.*
- 103 *Filius vivente patre dominus bo- norum reputatur.*
- 104 *Pater vivente filio dominus bono- rum reputatur, etiam castrensum.*

## A Num. 1.

Vide infra p. 8. cap. 6. ubi dixi.  
Circa principalem quaestionem re-

solvendum est cum Auct. re non dari incompatibilitatem inter maioratus à marito possessos, alteri jure proprio, alterum ex capite uxoris, quia ad hoc ut detur incompatibilitas requiritur cumlatio utriusque maioratus apud unum successorem jure proprio, non ex persona alterius, dixi *infra* p. 8. cap. *ad finem*; sed maritus quamvis possideat maioratum uxoris, non possidet jure proprio, arg. *L. Debitor. 82. § Servo 2. ff. de leg. 2. ibi: Cæterum ex persona servi constituit legatum: ergo.*

Cæterum plures distingues casus, ut enixe Auctoris doctrinam percal- leas, maioratus enim si deferatur uxori ante matrimonium, & tradat in dotem marito, intelligendum est quoad fructus, & commoditates traditum esse, remanente jure successionis aoud mulierem, maioratus enim possessor omnino, bona maioratus alienare pro- hibetur *D. Molin. lib. 1. cap. 3. n. 17. & cap. 6. n. 31. & 36. & cap. 12. à n. 30. & lib. 4. cap. 1. Mieres de Maior. 4. p. 9. 1. D. Vela diff. 38. à n. 94. & diff. 49. à n. 43.* fructus autem commoditatesque maioratus in alium pro tempore vite suæ transferre potest *D. Molin. lib. 1. cap. 2. n. 25. Gomez in L. 40. Taur. n. 74. vers. Quod, D. Castillo de Alim. lib. 8. cap. 60. D. Salgado in Labyr. 3. p. cap. 15.*

Si autem uxor extra dotem habeat maioratum alia ratione, non datur incompatibilitas, quia scilicet ea bona in dominio, & possessione uxoris manent, sola enim administratio ma- rito concessa est ex *Lege enim 2. tit. 3. lib. 5.* uxor sine licentia mariti nullum contractum celebrare potest, & fru- ctuum bonorum dispositio libera, si- ne fraude tamen marito relicta est, *L. 1. tit. 9. lib. 5. Recopil. de quo Greg. Lopez in L. 6. tit. 11. p. 6. gloss. 4. q. 5. Gomez in L. 50. Taur. n. 11. Gutierrez de Juram. confirmat. 1. p. cap. 1. n. 53. Azevedo in L. 2. tit. 3. lib. 5. n. 62. & in L. 3. tit. 9. lib. 5. n. 22. Barbof. in L. 1. p. 1. n. 31. ff. solut. matr. D. Castillo lib. 1. de*

*de usufr. cap. 4. n. 16. & 17. & lib. 4. cap. 26. n. 22. & 23. & cap. 40. num. 46. & seqq. Ne guerol. alleg. 30. num. 29. & 30. Carrasco ad L. Recop. cap. 11. 2. p. n. 111. D. Didac. Bolcro de Decot. debit. fiscal. tit. 5. q. 4. num. 20. & 21. do- minium tamen eorum bonorum apud mulierem manet *L. Si ego §. Dotis ff. de jur. dot. L. ultim. C. de pactis conven- tis*, ex quo plures differentias ag- noscunt inter dotales, & parapherna- lia bona Galganet. *de Differ. individ. utr. jur. lit. D. num. 61. & Parlador. differ. 124. à n. 1. Gutier. de Juram. 1. p. cap. 46. à n. 8.* & an pro eis mulier habeat hypothecam cū prælatione si- cut pro dote variant DD. Bolero, & alij supra relati, quibus adde Faria ad Covarruvias *lib. 1. var. cap. 7. num. 20.* ubi negat prælationem cum pluribus; & de administratione bonorum para- phernalium adde D. Larrea *decis. 7. num. 12. D. Olea tit. 1. q. 3. n. 23. Mor- quecho de Divis. bonor. lib. 2. cap. 17. n. 6. & lib. 4. cap. 11. num. 8.* & infra dico ad num. 7.*

In maioratu autem uxori delato post matrimonium alia ratione incō- patibilitas non procedit, quæ ex na- tura conjugalis societatis desumenda est, cum enim nostro Regio Hispano jure acquisita à conjugibus extra lu- crum, & acquisitum sine industria conjugis non comunicentur, sicut le- gatum, hæreditas, donatio à parenti- bus, amicis, vel cognatis uxori, vel marito relicta *L. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. Palac. Rub. de don. inter §. 65. n. 11. Se- gura in Repetit. L. 1. §. Si vir. n. 20. ff. de acq. poss. & in L. 3. §. fin. n. 115. ff. de liber. & posth. Roderic. Suar. in L. 1. lib. 3. for. tit. de las Ganancias nu- mer. 46. Gomez in L. 532. Taur. nu- mer. 72. vers. Tertius est, Matienzo in d. L. 3. gloss. 1. 2. & ibi Azeved. num. 1. Garcia de Conjugal. acq. n. 127. & quidquid venit alteri conjugi ex testamento, vel abintestato, non per- tinet ad societatem, nisi sit omnium bonorum, *L. Nec adjecit ff. pro socio**

*L. Societatem ff. eod.* sed ea lucra so- lum communicantur, quæ obveniunt ex industria hominis, opera, & artifi- cio, vel contemplatione societatis tamquam à causa proxima proveni- unt, & ideo non comprehenduntur lu- cra obvenientia titulo lucrativo. gloss. Bart. Bald. in *L. Socium §. Socius ff. pro socio, Ancharran. cons. 65. numer. 1. lib. 1. Angel. cons. 112. num. 1. Alex. cons. 76. num. 9. Gomez 2. var. cap. 5. num. 4. Roder. Suar. ubi supr. limit. 3. ubi Baldes num. 32. lit. B. Palac. Rub. dict. §. 65. num. 64. Carrozius de Remed. except. 25. num. 69. & 70. Burgos de Paz *Quæst. Civil. 11. nu- mer. 43. Mantic. de Tacitis lib. 6. tit. 16. num. 7. Gutierrez lib. 2. q. 119. n. 3. & 120. num. 6. Filucius de Societ. cap. 13. num. 2. Garcia de Conjug. acq. n. 173. & 132. D. Castillo lib. 4. cap. 5. n. 48. vers. Quarto facit.**

Quod in donatione simplici nul- lam habet difficultatem ex *L. fin. tit. 4. lib. 5. Ordin. & L. 2. 3. & 5. tit. 9. lib. 5. Recop. Gutier. Palac. Rub. Gar- cia, & alij supra relati: Matienzo in d. L. 3. gloss. 6. num. 1. Azeved. in L. 2. verb. Donatio del Rey, & in L. 3. n. 4. & 5. Pinel. in L. 1. C. de bon. ma- tern. 3. p. illat. 23. num. 62. Cassaneus in Consuetud. Burgund. rub. 4. §. 2. Covarr. in cap. cum in officijs de testa- mentis.*

Sed in donatione remuneratoria docent aliter DD. aliqui, asserentes eam uni ex conjugibus factam cū al- tero communicari: Covar. Palac. Rub. Cassaneus, Matienzo ubi supra, Go- mez in *L. 53. Taur. n. 75. D. Molin. lib. 4. de Primog. cap. 11. n. 49. & lib. 2. cap. 8. n. 17.* ubi limitat in eo, quod merita excedit Baldes in *Addit. ad Suarez dict. lim. 3. n. 32. Morquecho de Divis. bonor. lib. 2. cap. 11. n. 38. Re- bell. de Oblig. Jusit. 2. p. lib. 6. de Socie- tat. inter conjug. quæst. 1. sect. 2. num. 16. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 26. n. 7. in fin. Contra tamen sentire videtur Montalvo in *L. 2. verb. Si el marido,**



12 *tit. 3. lib. 3. for. Pinel. in dict. L. 1. illat. 13. num. 62. Matienzo ubi sup. num. 7. Burgos de Paz Quest. Civill. 11. num. 29. Gomez in L. 50. Taur. num. 72. vers. Secundus casus, Azeved. in d. L. 3. & 4. num. 14. Gutierrez q. 119. sup. relata n. 7. sed priorem sententiam veriorum iudico, quia donatio remuneratoria non est verè, & proprie donatio, sed quodammodo debitum potest nuncupari, L. Aquilius regulus ff. de don. Valdes ubi sup. lit. E. D. Greg. in L. 10. tit. 4. gloss. 1. p. 5. Morquecho dict. n. 38. D. Retes de Donat. cap. 3. à n. 5. Cyriac. Controv. tom. 2. controu. 270. ferè per tot. maxime n. 4. de quo adde Diana tom. 6. tract. 7. resol. 15. D. Solorzano in Politic. lib. 3. cap. 11. fol. 324. vers. Pero si, & cap. 12. fol. 329. vers. I que, Paz de Tenut. c. 57. à n. 136. & alij cum Garcia de Donat. remuner.*

13 Cum igitur ea quæ aliunde obveniunt conjugibus in societate conjugali non computentur, sequitur maioratum uxori delatum non comunicari, sed ei permanere cuius fuit, licet fructus cõmunes fiant, etiam earum rerum, quæ non comunicantur, Garcia de Conjug. ac quest. n. 174. & 200. & 134. & 97. ut sunt dotalia, paraphernalia, castrensia, vel quasi maioratus, feudi, aut primogenituræ, L. fin. tit. 3. lib. 3. for. L. 4. & 5. tit. 9. lib. 5. Recop. L. Societas §. Societas ff. pro socio, L. 1. C. de eod. L. fin. ubi Montalvo gl. 1. tit. 3. l. 3. fori. Palac. Rubios in Rub. de donat. §. 62. n. 10. Roder. Suarez in d. L. For. limit. 3. Baeza de Decim. tutor. cap. 22. n. 13. & cap. 24. num. 13 & 15. Ant. Gomez in L. 52. Taur. num. 11. & 33. Matienzo in L. 4. gloss. 1. n. 1. & in L. 5. n. 2. ubi, & si fructus sint ex Indorũ, vel D. Jacobi, aut alterius Ordinis Comenda esse cõmunes ait Morquecho de Divis. bon. lib. 11. cap. 11. n. 17. Burgos de Paz q. civil. 11. n. 38. Azeved. in d. L. 4. n. 22. & in L. 5. n. 5. Ayor. de Partit. 1. p. cap. 8. n. 20. & 21. Inde male Garcia ubi sup. n. 124. contra Gutierrez lib. 2. pract. q. 119. n. 7. scribit sala-

ria advocatorum, vel alia ex industria, vel arte, aut peritia à marito acquisita non comunicari, certum est enim officia, dignitates, vel alia ex donatione Regia, vel amicorum, aut consanguineorum non comunicari ex L. 5. tit. 9. lib. 5. Recop. nec hoc dubitari potest: salaria autem, & proventus ex ipsis donationibus, officijs, vel dignitatibus, acquisiti, tamquã fructus comunicari recte Gutierrez defendit. Et his consequitur maioratum uxori delatum marito non acquiri, nisi quoad fructuum commoditates, quæ fiunt utriusque, & ideo incompatibilitatẽ non dari inter maioratus viri, & uxoris, ab ijs separatim acquisitos.

14 Quid autem dicendum sit in maioratu contemplatione matrimonij instituto, non leve dubium est, quia si utrique viro, & uxori quæritur, videtur incompatibilitatem dari inter illum maioratum, & alium ab uxore, vel viro possessum, cumulatim enim utriusque possessio apud unum eundem que successorem, quod quidem ut diximus veram efficit incompatibilitatem.

19 Sed ut in hac re, quæ certe difficilis est, clarius procedas, diversifusus considerandi sunt, ex quibus verior contraria opinio apparebit. Primum circa Legem Regiam 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. dubitari potest, an si quis maioratum possidens de dos quentos de renta, si matrimonium contrahat cum muliere, quæ in dotẽ aliũ maioratum in ejus persona noviter institutum ob causam illius matrimonij secum ferat, hi duo maioratus sint ita juxta Legem incompatibiles, ut primogenitus illius matrimonij nequeat in illis simul succedere?

20 In hac quæstione, quæ à nemine discussa est, breviter, & resolute dico, non dari incompatibilitatem inter hos maioratus, & ideo primogenitũ posse in eis succedere, nisi aliter à contrahentibus, vel donatarijs provisum sit, & probatur hæc sententia, quia

lex hunc casum, nec in dispositione, nec in ratione cõprehendit, & consequenter de eo juxta jus cõmune judicandum est. Quod autẽ in dispositione non cõprehendatur cõstat ex ipsa Lege 7. quæ loquitur in maioratibus qui per viam matrimonij jungantur, ibi: *De poco tiempo a esta parte por via de casamiento*; & ibi: *Cada, y quando que por via de casamiento se vinieren a juntar dos casas de mayorazgo*. Auct. infra, p. 8. cap. 2 à num. 31. sed in specie proposita non conjungitur unus, & alter maioratus per viam matrimonij, sed ob causam illius, quod diversũ est, nam tũc maioratus per viam matrimonij jungitur quãdo ex matrimonio contracto lucrativè defertur, quod diversum est si ob causam matrimonij maioratus sit institutus, tunc enim ex vero contractu oneroso acquiritur, lex autem hunc casum quasi magis odiosum non comprehendit, quia acquirere ex contractibus non prohibuit, maximè cum sint juris gentium, & dotium constitutio jure publico constituta everti non debuit, aliàs vel nulla dote nobiliores fæminas nubere esset necessarium, vel in bonis liberis dotem tradere præcisè cogerentur, cum tamen maioratum institutio, & conservatio maximè interfit, & vassallos magis divites durare, quam pauperes; cum ergo hæc ipsa contra legem sint, sequitur legem ipsam in hoc casu locũ non habere.

21 Ex quibus constat nec in ratione legis comprehendi eam speciem, imo contra jus rationem futurum si ad eam legem adaptari velimus, ratio namque legis, ne memoria fundatorum ex commixtione familiarum eveniat, potius favet opinioni nostræ, aliàs enim non solum eveniret familiarum commixtio, sed etiam annihilatio, & destructio, prohibiti enim testatores essent, vel donantes maioratus fundare, & ideo potius nullam quam cõmixtam memoriam relinquere prohiberentur; sed maior

22 esset hæc prohibitio: ergo majori ratione hoc casu legem non loqui dicendum est. Alijs autem legibus hæc dotis constitutio maioratus jure relicta relinquenda est, ea quasi debet ideo conformari cum L. 1. tit. 2. de las dotes, lib. 5. Recopil. L. 2. & 5. eod. & Baeza de non meliorandis ratione dotis filiabus.

23 Alter casus est, an detur incompatibilitas in dispositione hominis inter maioratum viri, vel uxoris, cum maioratu ob causam illius matrimonij instituto? Et dicendum est, neque in hoc casu dari incompatibilitatem, five viro vel uxori, vel viro acquiratur maioratus noviter institutus, five utriusque, dum tamen non quærat eum, qui alterum incompatibilem possidet; quando vero utriusque, vel uni eorum acquiratur? plures casus distinguens: primus est, in donatione per viam maioratus in filium collata ob causam incerti matrimonij; nam licet matrimonio cum aliqua contracto maneat irrevocabilis, quia illius intuitu contrahitur, ut docent propter interesse contrahendis D. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 17. & ibi Add. Tello Fern. in L. 17. Taur. num. 72. Matienzo in L. 1. gloss. 8. num. 4. tit. 6. lib. 5. Recopil. Pat. Sanchez lib. 6. de Matrim. disp. 32. Hermosill. in L. 3. tit. 4. p. 5. gloss. 1. num. 43. Mieres de Maiorat. 1. p. quest. 22. num. 229. & 232. Anna conf. 78. num. 3. Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 7. n. 9. in noviss.

25 Tamen ei solum donatio acquiratur, licet uxor habeat aliquod interesse in observantia donationis cuius ratione possit agere pro ipsius implimento, ut docet Ponte conf. 80. n. 15. & 16. Noguero. alleg. 37. n. 26.

26 Nec ideo maritus prohibetur bona donata alienare, & retrocedere, vel in alium transferre, nisi aliunde ex vinculo, & conditione apposita prohibeatur, Molfesius conf. 11. tom. 1. & in addit. ad conf. 9 cum seq. tom. 2. & ideo non potest dari incompatibilitas

inter maioratum ex donatione filio, vel alij quæsitum, & maioratum uxoris.

27 Idem dicendum est in altero casu, quando scilicet donatio alicui fit ob causam certi matrimonij cum certa persona contrahendi, tunc etiam ei solum donationis emolumentum quæritur cui donatio fit, licet in uxoris præjudicium, vel filiorum ex illo matrimonio, quibus jus est ad donata bona quæsitum, cedere retro donationem, donatarius nequeat. Mieres de *Maiorat. dict.* 1. p. q. 22. num. 232. & seqq. & 246. ubi ex hoc ait retrocessiones, vel antapochas, vulgo *Escrituras de resguardo*, in favorem parentum à filijs factas, esse nullas, & invalidas Fontanell. de *Pact. nupt. claus. 4. gloss.* 1. à numer. 71. Giurba in *Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 8. à numer. 72. ad 84. Andreol. controuv. 127. numer. 2. Marcian. controuv. 33. à num. 1. & alij apud Oleam dict. q. 7. num. 45. ibi: Et quod in præjudicium uxoris non possit maritus retrocedere maioratum, vel donationem factam contemplatione matrimonij, ex alijs probat Barbof. lib. 3. vot. 126. num. 164. itidem Mieres 1. p. q. 39. à num. 80. & 116. D. Olea in *addit. ubi supr. n. 13.**

28 Alienare tamen maritus an possit bona donata, salva filiorum legitima, & dote uxoris (in cujus favorem ea bona hypothecæ subiecta videtur. Covar. lib. 3. var. cap. 6. n. 10. Thefaur. *decis.* 32. num. 10. Roch. *Respons. legal.* 64. num. 4. tom. 1.) in quo fundatur posse vxorem ad observantiam donationis agere, ut supr. ex Noguerol. dixi, & tradit Mar. Cutell. de *Donat. contemplat. tract. 1. disc. 2. part. 15. num. 8.* & alienare posse, sive titulo oneroso, vel lucrativo, quando filij in legitima non gravantur, & bona sufficient, & supersint ad filios, & uxorem alendos, docet Olea *ubi supr. num. 48.* Noguerol. *dict. allegat.* 37. num. 26. Rochus *dict. resp.* 64. num. 4. Menoch. *conf.* 286. Thefaur. *Quæst.*

*for. lib. 4. q. 2. Hodierna ad Surdum decis.* 232. num. 35. Tondut. *Quæst. civil. cap. 55. per tot.* Cancr. Thor. Dexart. & alij relati ab Olea num. 37. *ubi supr.* Hermosill. in *L. 7. tit. 4. p. 5. num. 51.* Limitant autem quando filijs jus est quæsitum uti filijs, & non uti hæredibus D. Olea cum pluribus n. 36.

31 Si autem maioratus contemplatione certi matrimonij institutus sit per viam donationis, & nominatim donatio viro, & uxori facta sit, pro parte viro, & pro parte uxori acquiri tenent Molin. de *Rit. nupt. lib. 3. q. 12. n. fin.* Hodiern. *ad Surd. dec.* 322. n. 21. Dexarte *dec.* 7. n. 20. Massin. de *Confiscat. dict.* q. 47. num. 134. D. Olea *ubi supr. num. 44.*

32 Sed neque in hoc casu pro ea parte pro qua acquiritur, erit maioratus incompatibilis cum alio à conjugate possessio, quia maioratus individuitas efficit, ut ab altero conjugate videatur in solidum acquisitus, nec ex alterius incapacitate alter omnino privetur maioratu toto, & ideo potius ex persona conjugis capax redditur, *L. Si quis qui duos 29 ff. de lib. leg. L. 10. ff. quem admod. servit. L. 3. ff. quæ resping. L. 7. §. 3. ff. de jur. dot. L. 55. ff. de acq. hæred. L. 10. ff. de bon. poss. contra tabulas, L. 21. ff. de precar.* Mieres de *maior. 1. p. q. 2. à num. 137.* Menoch. *conf.* 1140. num. 19. & 1210. num. 27. Altograd. *conf.* 3. num. 30. Cyriac. *controuv.* 529. num. 49. Peregrin. *conf.* 120. num. 6. vol. 5. Giurba in *Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 6. n. 25. p. 1.*

34 Idem dubitari potest in donationibus factis jure maioratus à consanguineis viri uxori, vel à consanguineis uxoris viro, in cujus specie ex veriori sententia donationis emolumentum ei quæritur cujus contemplatione donatio fit; de quo D. Castillo lib. 4. *Controuv. cap. 5. numer. 48. per tot.* ubi ita decisum refert in Senatu Hispalensi, ex textu in *L. Sed si plures, §. In arrogato ff. de vulgar. L. Si*

35 *Si quid eorum in princ. vers. In quibus, ff. de leg. 3. L. Additio. ff. de acq. hæred. & plures pro hac refert opiniones D. Castill. vers. Septimo denique, d. num. 48. Gomez in L. 48. Taur. numer. 4. Antunez de Donat. Reg. 1. p. cap. 3. n. 63. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 8. à num. 73. Gutierrez lib. 2. Pract. q. 20. num. 5. Cevallos quæst. comm. 35. Franchis *decis.* 17. num. 9. & *decis.* 33. D. Vela *dissert.* 38. à num. 90. itidem D. Solorzano in *Politic. lib. 3. cap. 16. fol. 352. vers. Pero, & fol. 354. vers. Lo tercero: Iul. Capon. tom. 4. discept. 311. & itidem Solorzano tom. 2. lib. 2. cap. 15. à numer. 2. & Matienz. in L. 9. gloss. 2. num. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. qui latius quætionem resolvunt in donationibus à Principe, vel ab alio in filium factis contemplatione patris, vel in legatum contemplatione Principis: & cum alijs noviter Antunez de *Donat. Reg. tom. 2. cap. 26. à num. 14. ubi Azevedo in L. 11. n. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. Sanchez de Matrimonio lib. 6. disp. 26. Gomez in L. 14. Taur. numer. 6. Barbof. in L. Quæ dotis à num. 24. ff. solut. matrim. Gratian. cap. 189. tom. 1. numer. 3. Mascard. de Probat. conclus. 563. à num. 5. idque certissimum est in similibus donationibus eam personam attendi, cujus intuitu, & contemplatione donatio facta est ad juris effectus, ex textu in *L. Si plures, §. In arrogato, ff. de vulg. & alijs supra relatis, L. 3. §. penult. ff. de liber. legat. L. Profectitia, §. 1. ff. de jure dot. L. Si vero, §. Item, ff. solut. matrim. L. Facta, §. Si hæres, ff. ad Trebel. L. Sed si, ff. de usufr. L. Ex morte, Cod. de pact. dotal. L. Qui tutelam, Cod. de testam.****

37 Ex quibus dicendum videbatur apud eum esse incompatibilem maioratum cum alio, cujus contemplatione donatio facta est: unde si maritus possidens maioratum, alium ex donatione uxori facta à consanguineis suis acquirat, ambos retinere non poterit, quia in ejus persona conjunguntur jure proprio.

38 Sed contrarium dicendum est, & sic, quod maioratus ex donatione acquisitus erit incompatibilis apud eum cui donatio fit, non vero apud eum cujus contemplatione donatio facta est; & ideoque si à consanguineis uxoris, viro donatio per viam maioratus acquiratur, in persona viri erit incompatibilis ille maioratus, si alium cum clausula incompatibilitatis possideat; non vero erit talis maioratus incompatibilis cum maioratu uxoris, licet ejus contemplatione donatio facta sit, quod quidem verum est, quia donatio alicui, alterius contemplatione facta, ei acquiri, & non alij cujus contemplatione donatur certissimum est, contemplatio enim tantum efficit, ut bona donata considerentur prius data ei, qui contéplatus est, & postea ab eo in donatarium translata fictione juris, non vero ut acquirantur ei cujus contemplatione fit donatio, ut ita probat textus in *L. Dotem, ff. de collat. bon.* ibi: *Occurrit equitas rei, ut quod pater meus propter me, filie meæ nomine dedit, perinde sit, atque si ipse dederim, L. Profectitia, §. 1. ff. de jur. dot. & ita procedit etiam textus in d. L. Sed si plures, §. In arrogato, ff. de vulg.* ubi ideo pater filio arrogato substituire pupillariter potest in bonis ejus contemplatione filio donatis, quia ea bona videntur ab ipso, filio data. Et ideo donata filio contemplatione patris, profectitia reputantur, quasi ex ejus substantia quæsitæ, gloss. Iason, & alij, quos sequitur Petr. Barbof. in *d. L. Sed si plures, §. In arrogato, ff. de vulg. à num. 62.* in opere posthumo: & probat præterea ex textu in *L. Additio 45. ad fin. ff. de acquir. hæred. L. Ex morte 9. Codic. de pact. convent.* Bart. Baldus, Paul. & alij in *L. Cum oportet, Cod. de bon. quæ liber. ubi Mendez de Castro 1. p. cap. de bon. profectitij à numer. 1.* alios refert Morquecho de *Divis. bonor. lib. 4. cap. 13. num. 15. & 16.* Ioan. Angel. Boff. *tract. de Patr. potest. cap. 4. à num. 15.*

ubi latè prosequitur, & explicat, & in tract. de Dote, cap. 3. num. 11. Sanchez *Cons. mor. tom. 1. lib. 1. cap. 2. dub. 7.* Fontan. l. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 7 p. 3. num. 6. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 17. & 28. Paschal. de Vir. patr. pot. 1. part. cap. 3. D. Larrea decis. 33. numer. 39. Gama decis. 114. num. 2. ubi rectè limitat in donatione à Principe in filium patris cōtemplatione facta, & propter ejus merita, & quod ideo filius ita concessum à Rege officium conferre non tenetur: sequitur Gomez in L. 48. Taur. num. 4. Cald. in L. Si Curatorē, verb. Læsis, num. 107. & de Nomin. emph. q. 28. num. 7. & alij apud Barbof. in dict. §. In arrogato, numer. 74. ubi intelligit, nisi officiū pecunia emptum sit, quia tunc saltem pretium venit conferendum, Gama decis. 29. num. 5. Caldas ubi supr. D. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 15. fol. 350. vers. Pero, & seqq. Gomez in L. 29. Taur. n. 21. & vide Bobadill. in Polit. lib. 3. cap. 8. num. 291. D. Valenz. Velazq. conf. 155. Ricc. collect. 609. p. 3. Dian. tom. 6. tract. 7. resol. 13. Cevallos q. 152. comm. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 27. num. 2. & cap. 20. numer. 32. Morquecho lib. 4. cap. 13. num. 10. de divis.

44 Et ex hoc principio resolvenda est quæstio practicabilis de dote, vel donatione, ab avo nepoti, vel nepti data contemplatione patris, in qua primum dubitatur, an si avus dotaverit neptem contemplatione filij, neptis succedens patri teneatur eam cōferre, ac si ab eo illam accepisset? In quo dubio communis distinctio est, quod si filius sit inops, ita ut non possit dotare neptem, quia tunc onus dotandi trāsfunditur in avum, qui propter filium dotare neptem dicitur, & ideo hæc dos propter filium data perinde habetur, ac si à filio data esset, textus in L. Dotem 6. ff. de collat. honor. & consequenter conferenda venit à nepte, Alex. Aretin. Rip. & alij apud

Barbof. in dict. §. In arrogato, n. 79. Si autem filius sit dives, & avus simpliciter dotaverit neptem, contemplatione ipsius neptis dotem dedisse videtur, quia tunc ita præsumitur ex gloss. in L. Qui in aliena, §. Interdum, verb. Faciet in fin. ff. de acquir. hered. communiter recepta, ut asserit Iason ibi num. 17. Alex. conf. 89. num. 4. & 6. lib. 4. Sozino conf. 77. num. 4. lib. 2. & ita procedit textus in L. Avus 82. ff. de jure dot. aliàs contrarius d. L. Dotem 6. ff. de collat. & ideo hoc casu neptis dotem avi conferre non tenetur, Barbof. ubi supr. Morquecho de Divis. bon. lib. 4. cap. 13. numer. 32. & 33. ubi rectè defendit, quod quoties patris contemplatione dotem nepti datam esse constat, quasi ab eo profecta conferenda est, secus si contemplatione neptis data sit ex origin. doctrina Bartol. quam sequuntur DD. ab eo relati, vers. Nam est; & juxta ejus sententiam vera est hæc distinctio, quidquid dicat D. Gregor. in L. 3. tit. 15. p. 3. vers. Contar: & cum eo Lara in L. Si quis alib. §. Si mater 40. ff. de lib. agnosc. Azeved. in L. 3. à n. 3. tit. 8. lib. 5. Recop. qui docent hodie in Regno non procedere, quia filius per matrimonium exit è potestate patris, ideoque neptis non incidit in potestatem avi, & ideo obligatio eam dotandi in avo cessat, & semper ejus libertati tribuenda est, nec à nepte conferri debet, quod non est verum ex traditis à Morquecho, & quia sive ex emancipato filio, sive non emancipato, neptis sit, dotem conferre tenetur quoties filij contemplatione ab avo accepit, ut docet Barbof. in d. §. In arrogato, num. 83. ibi: *Et intellige prædicta, etiam quando filius est emancipatus, nam prout pater tenetur filias emancipatas dotare, L. fin. Cod. de dot. promissione, ita & neptes, si filius emancipatus sit inops, quia avus in ejus obligatione subrogatur, D. Gregor. in L. 8. tit. 11. p. 4. verb. El abuelo in fin. Baeza de non melior. filiabus, cap. 7. à num.*

## Add. ad Roxas de Incomp. Maior. P. 4. C. 3. 341

num. 23. quidquid contrarium tentaverit Palac. Rub. in Repet. cap. per vestras 3. Notab. §. 24. col. 3. vers. Sed cave, fol. 229. & Crot. in L. 1. num. 81. sol. matrim.

51 Si autem nepotum contemplatione, ipsis in legitima patris imputari non debet Mangil. de Imput. q. 10. n. 10. vers. Sed an hujusmodi dot. & cum alijs Cyriac. controuv. 264. à num. 15. tom. 2. Gomez in L. 29. num. fin. Parlador. differ. 150. §. 3. à n. 5. Valasc. de Partit. c. 13. à n. 24.

51 Ex quibus circa prædicta facile resolves alteram quæstionem: Utrum scilicet filius cujus contemplatione dos data est nepti, teneatur eam in legitimam imputare, si patri qui dotavit succedat? Quod affirmandum est, quoties ejus contemplatione dos data est. Baeza cum alijs de non melior. cap. 27. numer. 28. Item quoties filius dives est, præsumitur neptis dotata, non patris, sed ipsiusmet contemplatione; unde quod neque vere, neque fide filio datum est, non tenebitur conferre; si autem constiterit verè, vel præsumptivè contemplatione filij dotasse, tunc quia prius ei videtur datum, tenebitur imputare juxta communem DD. resolutionem: de qua per Decium cōf. 81. numer. 5. Barbof. in d. §. In arrogato, n. 3.

53 Si filius inops sit, idem dicendum est, cum enim obligatio tunc apud avum, neptem dotandi, residet, videtur obligationi suæ satisfecisse dotem constituendo, & quasi æs alienum solvisse; & ex actu necessitate facto non potest resultare donatio, quia unus & idem actus non potest producere contrarios effectus, L. Qui hominem 34. §. fin. ff. de sol. unde filio nulla est donatio, quæ imputetur ab eo in legitimam, cum à patre nihil acceperit, neque vere, neque fide sibi donatum sit, & hujus sententiæ sunt Bald. in L. fin. num. 14. Cod. de dot. promiss. &

alij quos sequitur Barbof. ubi supr. à num. 94. ubi respondet Legi dedit dotem 6 ff. de collat. honor.

54 Sed dubitatur, an quādo filij contemplatione dos nepti ab avo data est, is eam conferre teneatur, etiam si adhuc à nepte possideatur? Negant Gloss. in dict. cap. dotem 6. ff. de coll. honor. Aretin. in L. Qui in aliena, §. Interdum, ff. de acquir. hered. col. fin. post princip. Paul. de Montepico in L. In quartam, numer. 249. ff. ad L. Falcid. Bald. in Auth. ex testam. Cod. de collat. num. 14. Contra docent Alex. Alciat. Crot. Ripa, & sequitur eos Barbof. ubi sup. num. 103. & seqq. sed prior sententia æquior est, & probari potest ex L. Filium 4. ff. de coll. bon. L. Si pater 71. ff. de evict. & eam sequuntur Peregrin. de Fideicommiss. art. 37. num. 3. & 4. Laderchius conf. 119. num. 3. vers. Quartus, Mangil. de Imput. quest. 20. numer. 21. Balthaf. Thom. post hæc scripta visus, tract. 4. de Legitim. titul. 15. cap. 2. num. 102. & de quæstione principali agit à num. 95. ubi docet datum nepoti, vel nepti tam ex causa dotis, quam extra causam dotis, non imputari in legitimam debitam filio, quia adventitium dicitur, nisi contemplatione patris datum sit, & numer. 197. & seqq. plures pro affirmativa, & negativa sententia refert: inter quos vide Menoch. conf. 183. numer. 10. 14. & 32. Gratian. Disceptat. cap. 50. numer. 6. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 2. quest. 8. Mangil. de Imput. quest. 19. & 20. & 21. num. 20. Surd. 361. num. 31. & quod nepos, vel neptis non imputet in legitimam patris dotem avi, nisi patris contemplatione dederit, docet ipse Balthaf. Thom. num. 221. & seqq. & quod si filius dives sit, tunc ex quo avus neptem dotare non tenetur, neptis contemplatione dotare censeatur, & ideo filius non teneatur conferre eam liberalem dotationem, docet num. 226. ubi se-

57 cus si pauper esset, & limitat n. 228. quando constaret expressè, vel conjecturis, quod avus neptem dotavit cōtemplatione sui, vel nepotis, non autem filij, nam tunc filius, vel neptis non imputant in legitimam. Cum Alex. Mascard. Menoch. Peregrin. Grass. Cephal. Onded. Mangil. Merlin. & alij.

## Num. 4. 19. &amp; 20.

58 Uxor an viri nobilitate gaudeat? videndi Petr. Greg. lib. 1. de Rescript. c. 29. num. 11. Garcia de Nobil. gl. 1. §. 1. num. 44. Gomez in L. 9. Taur. num. 6. Riccius p. 2. collect. 251. D. Olea de Cess. jur. tit. 3. q. 3. à num. 29. D. Salzedo in Theatr. honor. gloss. 12. num. 51. & 53. Oping. de Jur. insign. cap. 7. à n. 338. ubi an mariti insignibus utatur? & num. 328. videndus confert Pareja de Instrum. edit. tit. 2. resol. 6. specie 6. D. Amaya in L. ultim. à num. 4. Cod. de pæn. Tiraquel. de Nobil. cap. 18. & in L. Connubial. gloss. 1. p. 1. à numer. 18. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 13. num. 91. vers. Ex his: & quid in vidua? ad textum in L. Filij 22. §. Vidua, ff. de municipal. vide Dian. tom. 9. tract. 2. resol. 154. & 156. latè Balmased. de Collect. q. 41.

## Num. 5. 6. &amp; 7.

60 L. 5. tit. 2. p. 3. Gomez in L. 50. Taur. num. 20. & de bonis paraphernalibus an in viri dominium ( potestatem ) & administratione transeat? Addedi Bobadill. lib. 2. Politic. cap. 17. num. 150. P. Barbof. in L. 1. p. 1. à n. 29. & 38. ff. de solut. matrim. Gomez lib. 2. var. c. 3. n. 8. P. Molin. de Inst. & Jur. tract. 2. disp. 430. D. Ioseph. Vela dissert. 9. à n. 27.

61 Quid autem de uxoris officijs, & dignitatibus, an vir exercent? Addet. ad Molin. de Primog. lib. 1. cap. 13. n. 14. Marquez in Gubernator. lib. 1. cap. 30. ubi de marito Reginæ: de quo etiam D. Petro Frasso de Reg. patronat.

Ind. tom. 1. cap. 5. num. 6. D. Solorz. de tur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 20. num. 15 & lib. 3. Politic. cap. 22. fol. 324. vers. Y esto, D. Vela dissert. 4. Suarez de Legib. lib. 3. cap. 9. num. 10. & seqq. Giurba de Succ. feud. §. 2. gloss. 13. à n. 91.

63 Et quid de jure patronatus adhaerentibus dotalibus? Vide D. Molin. lib. 1. cap. 24. num. 32. ubi ait jus presentandi ad maritum non transire: sequitur Giurba in Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 2. num. 43. Contrariam tamen veriore esse docet Spino in Specul. gloss. 4. num. 112. Gutierrez de Tut. 3. part. cap. 29. num. 3. Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 29. Parlador differentia 120. numer. 22. D. Castillo de Usufruct. cap. 36. num. 36. Garcia de Benefic. 5. part. cap. 9. §. 1. à num. 117. Intellige quando 64 ratione rei competit jus patronatus, secus quando ratione personæ: ita componit Frasso de Regio Patron. Ind. tom. 1. cap. 4. numer. 54. ubi affert Doct. Molin. & Add. ubi supr. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. part. 3. in princ. & numer. 13. & 12. quia in priori casu cum bonis transit in maritum ipsum jus patronatus, ita ut ipse solus presentandi jus habeat, non autem uxor, ut cum Spino, & alijs tenet idem Frass. ubi supr. à numer. 49. ad 52. de quo adi Tiraquel. in L. Connub. gloss. 9. à num. 5. Hermosill. in L. 15. gloss. 5. tit. 5. p. 5.

65 Patronatus autem jus per se in dotem an dari possit? dubitari potest: quod resolves ex traditis ab Olea de Cess. jur. tit. 3. quæst. 8. à numer. 26. Frasso de Reg. patron. cap. 5. & dict. cap. 4. Concil. Trident. sess. 25. de Reform. c. 9.

66 De maioratu autem dicendum videtur ipsum in dotem dari non posse, nisi ad dotandas descendentes, ut per Molin. lib. 4. cap. 6. Boss. latissime tom. 2. de Effect. matrim. c. 12. §. 13. & c. 16. de Dote, n. 165.

& sic docuit, brevi licet calamo, D. Molin. lib. 1. cap. 23. numer. 32. ibi: Cum enim bona maioratus in dotem dari non valeant: maioratus enim bona omnino prohibentur alienari D. Retes de Prohibit. alienat. rer. min. numer. 35. & in M. S. de fideic. famil. cap. 2. num. 17. nisi quoad fructus, & comoditates pro tempore vitæ possessoris D. Molin. lib. 1. cap. 21. num. 24. D. Castill. lib. 8. de Alim. cap. 60. D. Salgad. in Labyr. 3. p. c. 15. quoad fructus igitur, & comoditates maritus in bonis maioratus uxoris jus habet administrandi; sicut de filij maioratu circa patris ususfructus acquisitionem infra dicemus. Sed contraria sententia verior est, quam vide infra ad num. Auct. 21.

## Num. 7. &amp; 8.

68 D. Petr. Frasso de Reg. patron. Indiar. tom. 1. c. 18. n. 39. D. Molin. lib. 1. c. 28. à num. 1. Gomez in L. 50. Taur. à num. 39. & 43. & 44. vers. Quod tamen, Pater Molin. de Inst. & Jur. disp. 426. Barbof. in L. 1. p. 1. num. 28. & p. 5. num. 1. ff. sol. matrim. Antunez de Don. Reg. 3. p. c. 13. Giurb. in Consuet. Messan. c. 10. gl. 7. n. 4. D. Vela dissert. 1. n. 39. D. Castillo de Usufr. c. 4.

69 Maritus rerum dotalium dominus censetur juris subtilitate, quia earum exercitium habet, L. Si prædium 23. C. de jure dot. L. Doce 9. Cod. de rei vindicat. Gonçales in cap. 1. de Donat. inter. n. 12. & in cap. Mulieres de jur. jur. Galban. de Usufr. c. 22. n. 10.

70 Ideo mulier constante matrimonio pro re dotali non habet actionem, & si à marito alienata sit, d. L. Doce 9. Cod. de rei vind. de quo Hermosill. in L. 22. tit. 5. p. 5. gl. 5. n. 9. ubi limitat marito consentiente, vel si maritus actionem in re propria uxori mandaverit, L. Qui absente, Cod. de probat. Gutierrez de Juram. 1. p. c. 1. numer. 107. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 7. p. 13. gloss. 3. n. 18. tom. 2. potest enim

ipse alienatam rem vindicare matrimonio constante. Hermosill. ubi supr. n. 6. vide Guzman de Evidet. q. 26. à n. 69. Petr. Barbof. in L. 1. p. 5. n. 15. ff. de sol. matrim.

73 Adde D. Olea de Cess. jur. tit. 5. q. 12. num. 11. ubi de rebus æstimatis agit; & quod potest mulier à tertio possessore vindicare, quando maritus non est solvendo, quasi eo casu æstimatione non fecerit emptionem, L. In rebus, C. de jur. dot. & tertius possessor restitutionem evitet offerendo æstimationem, Galeota controuv. 40. num. 9. D. Covar. c. 28. n. 8. in fin.

75 Item prædicta intellige in dote, nam in bonis extra dotē aliter dices, ea enim mulier, etiam matrimonio constante, potest vindicare. Galganet. Differ. jur. verb. Dos ibi, num. 60. vers. Quinto differunt; quia bona dotalia constāte matrimonio repeti non possunt, L. Si constante, ff. sol. matrim. paraphernalia vero adhuc matrimonio constante possunt repeti, Bald. in L. Ubi adhuc, col. pen. C. de jur. dot. & L. ultim. Cod. de pact. conv. Jason conf. 197. col. 1. vers. Secundo quod ista, lib. 2. Giurb. in Consuet. Mess. c. 1. gl. 5. n. 37. ubi de bonis lucratis dubirat idem. 76

## Num. 10.

77 Vide infra p. 6. c. 4. ad finem, ubi ago de Commendis.

## Num. 13. 14. &amp; 15.

78 Vide Giurba in Consuet. Messan. c. 1. gloss. 6. n. 7. & 8. ubi de specialibus hujus societatis conjugalis ad rem agit.

## Num. 14. itidem:

79 Ad L. 3. tit. 9. l. 5. Recop. vide Garcia de Conjug. ac quæst. Fragos. de Regim. 3. p. lib. 2. disp. 5. §. 4. num. 56. Giurba in Consuet. Messan. cap. 1. gl. 2. ubi latissime quæ communicentur, an

bona fide possessa à num. 11. an census num. 12. & quid de Vitalitio? à num. 13. an emphyteusis? à num. 17. & an ejus fructus? à num. 23. an ejus patronatus? à numer. 37. an feudum, vita militia, vel feudi fructus? à num. 86. an bona fideicommissi, vel eorum fructus? à num. 98. an ususfructus? à num. 107. an ejus commoditas? à num. 108. an officia publica? num. 115. an id quod alteri conjugii acquiri non potest? gloss. 3. seq. n. 12. an partus ancillæ? num. 15. an salaria, & stipendia? num. 17. an capta inventa? num. 18. an thesauri partem? n. 19. an per servos, vel filios patri quaesita? à numer. 32. an ex injuria illata quaesitum? à n. 24. Addendus Mieres de Maiorat. 1. p. q. 23. numer. 139. D. Gregor. in L. 3. tit. 10. p. 5. gl. Igualemente, D. Covarr. in cap. Cum in officijs de testam. Matienzo in dict. Leg. gloss. 6. Burgos de Paz quest. 11. n. 12. & 13. Gutierrez Pract. lib. 2. quest. 119. & 120. Valasc. consult. 1. p. 2.

## Num. 16. &amp; seqq.

81 Facit L. Ei qui 3. §. Liberti, ff. de muner. & honor. & tradit Mieres de Maiorat. 4. p. quest. 19. numer. 84. Merill. Obj. lib. 2. cap. 28. & de his Equitibus de quantia vide D. Solorzan. tom. 1. de Iur. Indiar. lib. 3. cap. 26. Narbon. & alij in nova Recop. in d. LL. ubi D. Ant. de Morales plures refert, Moreno de Vargas discurs. 8. n. 9. de Nobil. Hisp.

## Num. 18.

82 Agit Merenda lib. 5. Controv. cap. 30. numer. 4. Joan. Angel. Bossius de Effect. matrim. tom. 2. de Alim. oblig. cap. 17. §. 9. à num. 1034. ubi late, & de materia alimentorum, quæ reo, vel actori pauperi litiganti cum bono jure solent præstari, vide per totum cap. 18. & præsid. Covar. Pract.

cap. 6. num. 5. Bobadill. lib. 5. Politic. cap. 2. num. 29. Riccium collect. 99. p. 1. & p. 4. collect. 853. & p. 7. collect. 2674. & 3117. Garcia de Expens. cap. 13. à num. 50. D. Castillo Controv. lib. 3. cap. 27. August. Barbof. Voto decis. 18. D. Vela dissert. 39. num. 41. vers. Ad minorem, Velasco de Privileg. pauper. 1. p. q. 39. Menoch. lib. 1. de Præsumpt. q. 35.

## Num. 19.

L. 6. tit. 33. part. 7. Giurb. conf. 36. à num. 25.

## Num. 21.

83 Vide Larriategui filium in L. Con tractus, ff. de reg. jur. tract. de Præstatione culpæ, sect. 17. num. 4. Bossium tract. de Dote, cap. 1. §. 4. & cap. 8. n. 68. fol. 278. col. 2. & cap. 16. num. 76. qui latè probat uxorem constâte matrimonio retinere dominium rerum dotialium, L. Pomponius Philadelphus, ff. famil. Herciscund. qua sententia retenta verius esse dico, maioratum à muliere possessum rectè in dotem dari posse, dummodo det in æstimatum quod in feudo probat textus in cap. 1. de Investitura, quam accepit Titius Bossius tract. de Dote, cap. 16. §. 5. ubi latè agit, an feudum in dotem dari possit, ad textum in c. 1. §. Donare, qualiter olim feud. poter. alien. Ratio est; quia mulier dâdo maioratum in dotem, alienare non videtur, cum apud se retineat dominium bonorum, ut sup. cum Auct. relati: ita docet Mieres de Maior. 4. p. q. 19. n. 87.

## Num. 22.

Infra 6. p. c. 4. ad finem addit.

## Num. 23.

Vide infra p. 8. cap. 6. ubi dixi, & quæ supra de mariti, & uxoris maioratu dicta sunt.

Num.

Num. 24. 25. & 26.

84 Adde latissimè regulam exornantes, Feloaga Enchirid. Iur. in Appendice ante cap. 26. & seqq. capp. late, sed utilius Boss. de Patr. potest. cap. 3. à n. 251. ubi plura infert, D. Salzed. in Theatr. honor. gloss. 50. à num. 1. Balmased. de Collect. q. 47. num. 39. ubi quod, ideo filius Collectas solvere dū est in potestate patris non tenetur, quia unum patrimonium, unam domum cum patre efficit, Flores de Mena var. lib. 1. q. 1. num. 10. & lib. 2. q. 21. num. 88. Bobadill. Politic. lib. 5. cap. 5. num. 29. Paschal. de Patr. potest. p. 4. cap. 1. num. 1. & 4. Bayo in Prax. lib. 2. q. 154. num. 72. & in id quod ad Collectas belli spectat, quod pater, & filius pro una persona reputantur docet ex Bobadill. d. lib. 5. cap. 5. num. 28. idem Balmased. ibi n. 40. & idem docent, sive filius sit in potestate, sive emancipatus, Cancr. var. resol. 3. p. cap. 3. num. 129. Paschal. de Vir. patr. pot. 4. p. cap. 1. num. 4. contra Flores de Mena dict. lib. 2. q. 21. num. 88. sequitur Bossius dict. cap. 3. num. 218. qui limitat cum eisdem in onere personali, seu inposito quo ad ea quæ respiciunt personam, quia revera alia est patris, alia filij persona: Platea, & Lucas de Penna in L. Licet Cod. de decur. lib. 10. & hodie probat textus in L. fin. tit. 1. lib. 5. Recopil. 88 ibi: *T que a los que teniendo 25. años cumplidos estubieren por casar, se les puedan echar dichas cargas, y officios cõsejiles, y ellos tengan obligacion a admitirlos aunque esten en la potestad, y casa de sus padres: quod est contra Legem 1. Cod. de muner. & honor. inter patrem, & filium non contin. lib. 10. ibi ratio: Cum ex eadem familia ac domo duos ad ista obsequia destinari per iniquum videatur. Notarunt D. Ioseph. Fern. de Retes lib. 7. Opusc. in dict. L. q. 4. Balmased. de Collect. quest. 47. 89 num. 38. & juxta novam legem etiam*

in officijs nobilium practicari multoties vidi, & in Villa Caravacensi ego, & pater meus pluries in fortes intravimus ad officia nobilium, vulgo, Alcaldes de la Hermandad, por el estado noble; & denique hoc anno 1680. quo hæc scribo, ut ex actis Concilij illius Caravacensis apparebit. Noviter D. Lagunes in tract. de Fructib. p. 1. c. 30. §. 3. per tot. ubi ad plura de materia hujus cap. & citato Authore vide num. 55. 56. & 57. ubi quod non detur incompatibilitas inter maioratus patris, & filij.

## Num. 27.

Bossius de Patr. potest. dict. c. 3. n. 218.

## Num. 28. &amp; 29.

80 Adde Garcia de Nobil. gloss. 12. n. 18. & gloss. 40. num. 6. Mieres de Maiorat. 3. p. q. 17. Valasc. consultat. 126.

## Vers.

Et sic Paterfamilias.

81 Bossius de Eff. patr. potestat. c. 5. num. 47. Garcia de Expens. c. 10. num. 45. itidem Sclorzan. in Politic. lib. 3. c. 15. fol. 353. vers. A los, P. Sanchez lib. 1. Consil. c. 2. dub. 24. & 28.

82 Limitant in rebus à Principe donatis, & quando Princeps donat alicui Castrum, Villam, aut Comitatum, ita ut ipse, & ejus successores ea bona possideant jure maioratus, nec eis liceat alienare, nam in hujusmodi donationibus pater non habebit usufructum L. 7. in fin. tit. 17. p. 4. & ibi Greg. Paz concil. civil. 9. num. 38. ubi declarat quando Rex facit talem 93 donationem jure maioratus, sed nihil interest quod jure maioratus, aut nõ, faciat, si prohibeat alienationem: Suarez in quest. Maioricatus num. 17. & 18. Gomez in L. 48. Taur. numer. 4. Mieres hic, Matienzo in L. 9. gloss. 2. tit. 1.

- 94 *tit.1. numer. 4. & 5. lib. 5. Recop.* ubi contrarium tradit si non prohibuerit alienationem, quia tunc solum quoad primum censentur bona castrensia, non vero quoad successores, sequuntur Pat. Sanchez *Conf. mor. lib.1. cap.2. dubio 24. num. 5.* D. Molin. *cap. 19. num. 24. lib. 1. de Primogen.* Boffius *d. cap. 5. num. 47. & vide eundem cap. 4. num. 9. & cap. 2. à num. 50. & d. cap. 5. à num. 98.* ubi late D. Solorzano *in Politic. lib. 3. cap. 15. fol. 353. supr.* ubi an pater habeat usufructum in Cōmendis, & negat cum pluribus: idem docet Matienzo *ubi supr. num. 6.* Alvarado *de Conjectur. defunct. lib. 2. c. 3. num. 107.* Fragos. *de Regim. 3. p. disp. 3. num. 136.* Antunez *de Donat. Reg. lib. 1. cap. 3. numer. 65. & 68. & 3. p. tom. 2. cap. 23. num. 43.* & an idem sit in bonis feudalibus, vide Boff. *d. c. 5. à num. 51.*

- 97 Et observa, quod licet in foro patris filius conveniatur, & si super bonis maioratus filio competentis lis sit, nam cum durante patria potestate illorum fructus ad patrem pertineant in foro paterno agendum est de re maioratus filio competētis, non enim consideratur filij persona quæ in iudicio stare non potest, sed patris, docent cum Gomez, Molin. Pinel. & alijs D. Mieres *de Maiorat. 4. p. q. 3.* D. Castillo *de Usufr. cap. 3.* Giurb. *in Conf. Messan. 1. p. cap. 6. gloss. 2. n. 9. & 10.* D. Solorzan. *de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 15. à num. 1..* Addent. *ad Molin. lib. 1. cap. 19. à num. 18.* D. Olea *tit. 2. q. 6. à num. 27.* D. Salgad. *in Labyr. 1. p. cap. 27. à num. 9.* Capyc. *Letr. dec. 124. num. 11.* D. Salzed. *in Theatr. honor. gloss. 50. à n. 85. & seqq.*

- 99 Id camen cessat, quando Pater non acquirit usufructum, ut in castrensiibus, quia tunc quoad ea in proprio foro conveniendus est, quia legitimam personam standi in iudicio habet, *L. Filiusfamil. ff. de oblig. & act.* D. Castillo *dict. cap. 3. numer. 14.* & alij supr. quos cumulat Salzed. *n.*

78. & à num. 39. ubi late explicat, quod quādo patri non quæritur usufructus ex legis, vel hominis prohibitione, filius in proprio foro conveniendus est, si sit maior absque patris consensu, si sit minor curatore ad litem per Iudicem nominato sine patris consensu, & quod patri non est neganda administratio quando à lege prohibetur esse usufructuarius, secus si ab homine. Vide eum à num. 97. D. Salgad. *dict. p. 1. cap. 27. num. 34.* Gratian. *Discept. cap. 365.* D. Castillo *dict. cap. 3. num. 62.* aliosque ibi relatos, quibus adde Antunez *de Donat. Reg. 3. p. cap. 23. num. 22.* & an sit necessaria citatio filij patre de bonis filij peculij adventitij convento? Vide Oleam *dict. tit. 2. q. 6. numer. 34. & seq.* Pereyr. *dec. 19. & 124.*

## Num. 30.

Adde Cancer. *lib. 3. var. cap. 8. num. 101. 34.* Mastrill. *de Magistr. lib. 2. cap. 11. num. 24.* D. Laur. Matheu. *de Regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 4. num. 20.* Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 50. cap. 10.* Alvaradus autem hic relatus addit in his casibus tutius esse Regis facultatem accedere, sed male.

## Num. 31.

Et idem probat *L. 7. titul. 7. lib. 5. Recopil.*

## Num. 32. &amp; seqq.

Late Feloag. *Enchirid. Iur. cap. 28. & seqq.* Boffius *de Patr. pot. d. cap. 3. à num. 218.*

## Num. 35. &amp; 36.

Boffius *dict. cap. 3. à num. 224.* ubi ex eo aliqua utilia infert, & vide Feloaga *cap. 39.* ubi an filius conventus præsumatur hæres patris ad illud filius

*lius ergo hæres;* quod affirmat quando agit filius, negat quando convenitur, quoniam ab actore debet probari filium se immiscuisse hæreditati paternæ: sequitur Leoncill. *decif. 53. à n. 1.* Chartar. *decif. 54. numer. 20.* Gratian. *Discept. cap. 330. num. 11.* Surd. *conf. 359. num. 17. lib. 3.* Cyriac. *contro. 344. num. 24.* Menoch. *lib. 4. de Præsumpt. præf. 76. num. 17.* Mascard. *de Prob. conclus. 804. num. 1.* Intigriol. *de Subst. cent. 3. quæst. 26. num. 25. & seqq.* Ciardin. *Controvers. lib. 1. cap. 66. num. 13.* itidem Cyriac. *contro. 181. num. 12.* Parlador. *Rer. cotid. lib. 2. cap. fin. p. 4. §. 1. num. 2. & 3.* ubi intelligit nisi filius sponte iudicium subeat, & offerat se liti, nam tunc videtur se hæreditati immiscere. Add. de Aillon *ad Gomez lib. 1. var. cap. 1. num. 7. & cap. 9. num. 25.* D. Vela *diss. 11. à n. 42. 48. & 109.*

103 Ad Auctorem: an scilicet vivo patre filius sit dominus bonorum, adde Gomez *in L. 22. Taur. numer. 2. & lib. 1. var. cap. 9. num. 7. & 17.* D. Castillo *lib. 3. Controv. cap. 22.* Marquez *in Gubernat. lib. 2. c. 2. fol. 210.* Giurba *de Success. feud. §. 1. gl. 7. à n. 7.*

24 Et eadem ratione quo ad patrem est correlativa dominij bonorum filij continuatio, quia vivo filio dominus reputatur, etiam eorum quæ castrensia sunt, ut sunt enixi text. *in L. 2. ff. de pecul. castrens. L. Filiusfamil. 18. ff. ad L. Falcid. ad quam Oroz. de Apic. jur. lib. 1. cap. 9. num. 9. & lib. 5. cap. 12. L. Servum 44. ff. de leg. 1. ad eam D. Pichard. in §. Non solum. num. 15. insl. de legatis, D. Ios. de Retes Opusc. lib. 5. cap. 6. n. 15.*



## AD PARTIS IV.

## CAP. IV.

## ADDITIO.

## SYMMARIVM.

- 1 *Dignitas Regalis incompatibilis est cum alio maioratu, quando jure maioratus defertur.*
- 2 *L. 11. tit. 7. lib. 5. interpretatio, remissivè.*
- 3 *Et de simili Statuto Mediolanensi, & Lege Lusitana quæ Mentalis vocatur, & 4.*
- 5 *Maioratus ex donatione Regis Henrici juxta L. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. an si cum alio sit incompatibilis, & in secundogenitum possit transire, & 11.*
- 6 *Maioratus ex donatione Henriqueña deficiente linea primogeniti extinguitur, & ad coronam revertitur.*
- 7 *Et an idem sit dicendum quando primogenitus est incapax, ac si mortuus esset.*
- 8 *Maioratus ex donatione Regis Henrici non extēditur ultra lineam primogeniti, etiam ex voluntate testatoris ante legem fundantis.*
- 9 *Primogenitus cui duorum maioratum successio competit, tunc eligere debet juxta L. 7. titul. 7. lib. 5. Recop. quando utriusque defertur successio.*
- 10 *Secundogenitus tempore delatæ successionis non potest dici ob incompatibilitatem primogenitus, ut succedat in maioratu ex donatione Henrici.*
- 11 *Primogenitus ob incompatibilitatem exclusus non facit maioratum donationis Henrici vacare, & ad coronam reverti, & si alium elegerit, & seqq.*

- 15 *Dignitatum Regalium origo, remissive.*
- 16 *De dignitate Magnatis Principum.*
- 17 *Ducum.*
- 18 *Comitum.*
- 19 *Marchionum.*
- 20 *Vice-Comitum.*
- 21 *Baronum.*
- 22 *Domini vassallorum quid possint in suo territorio, & 23.*
- 24 *Dignitas, quid sit? Remissive.*
- 25 *Maioratus an sit dignitas.*
- 26 *Et quid si habeat vassallos.*
- 27 *Domini vassallorum habent sedem cum Advocatis in Chancellarijs, petita venia.*
- 28 *Nobiles antiquitus sedebant in Chancellarijs cum Advocatis, petita venia, quam avo, & proavo meo concessam invenies.*
- 30 *Donatio dignitatis, an sit realis, vel personalis, & an semper intelligi debeat facta jure maioratus, & 45.*
- 31 *Donatio Regis Villæ, vel Jurisdictionis sine dignitate non intelligitur jure maioratus, 32. & 33.*
- 34 *Dignitas Regia semper intelligitur concessa jure maioratus.*
- 35 *Decis. Granatens. refertur.*
- 36 *Dignitas concessa super Oppido, vel Villa quæ est maioratus, realis est, & transitoria ad successores.*
- 37 *Et sequitur naturam illius maioratus, & seqq.*
- 42 *Dignitas concessa super Oppido, vel Villa liberis an sit libera, vel vinculo maioratus ex sua natura cum Oppido.*
- 41 *Distinctio D. Molinæ refertur.*
- 43 *Dignitas super uno ex Oppidis concessa id tantum maioratus efficit, nisi in unitis, & 44.*
- 45 *Dignitas à Rege concessa quando sit Realis, vel personalis.*
- 46 *Dignitas maioratus unita non potest cum eo esse incompatibilis.*
- 46 *Casus litis Marchionis de Hacia*
- Alcazar proponitur.*
- 47 *Decretum Regium circa dignitates refertur, & 48. 49. 50. 51. & 52.*
- 53 *Dignitas an separetur à bonis vinculis quando diversas vocationes habet? distinguitur, & 54.*
- 55 *Dignitatis concessio contemplatione maioratus facta possessori, maioratus acquiritur.*
- 56 *Feudum patri concessum filiorum contemplatione in eorum præjudicium alienari non potest.*
- 57 *Dignitas Regia feudo ex pacto similis est.*
- 58 *Dignitas possessori maioratus concessa, an acquiratur maioratus?*
- 59 *Maioratus possessor quando videatur contrahere nomine maioratus?*
- 60 *Maioratus possessor quod occasione maioratus acquirat an sibi acquirat? & n. 81. & seqq. & n. 61.*
- 61 *Bart. sententia in L. Qui Romæ, §. Flavius, ff. de verb. obligat. proponitur, rejicitur num. 87.*
- 62 *Pactum in donatione appositum favore tertij, sed causa donatarij, an ab ipso revocari possit.*
- 63 *Feudum, vel emphyteusis acceptata pro se, & filijs in eorum præjudicium à primo acquirente quando possit alienari, & n. 87. & 91.*
- 64 *Maioratus ex donatione Regia institutus, an ex delicto primi acquirentis confiscari possit, & n. 90.*
- 65 *Dignitas pro se, & successoribus concessa, videtur solum comprehendere successores maioratus, qui tunc ab acquirente possidentur.*
- 66 *Dignitas jure maioratus concessa intelligitur, & n. 79.*
- 67 *Fontanelæ sententia refertur, & intelligitur n. 99. & 101.*
- 68 *Dignitatis concessio, & petitio, contractus naturam habet inter Principem, & vassallum.*
- 69 *Dignitate concessa jure maioratus, irrevocabile jus acquiratur omnibus de familia acquirentis acceptatione primi.*

- 70 *Jus quæsitum consanguineis acquirentis dignitatem ex liberalitate Principis, ab eis auferrè non potest, & n. 91.*
- 71 *Donatio jure maioratus irrevocabiler facta, ex post facto non potest revocari à donante, nec donatario, & n. 98.*
- 72 *Dignitatis concessio in præjudicium successoris non potest revocari à primo acquirente nisi de consensu Principis, & ratio, n. 27.*
- 73 *Dignitate simpliciter concessa realiter comprehenduntur omnes consanguinei de familia acquirentis.*
- 74 *In concessione dignitatis tot censentur vocationes, quot personæ comprehensæ.*
- 75 *Successor dignitatis eam immediate recipere dicitur à Principe, non ab ultimo possessore, & n. 76. & 102.*
- 77 *Maioratus, vel dignitatis possessor successoribus nequit prædicare alienando, vel testando de dignitate.*
- 78 *Successor generaliter comprehensus fortius jus habet, quam si specialiter esset vocatus ad successionem dignitatis.*
- 79 *Dignitas à Principe donata in præjudicium successorum revocari nequit.*
- 80 *Maioratus possessor censum redimēs, quando sibi acquiratur.*
- 86 *Dignitatis natura variari non potest, nec mutari, nec esse in suspensio.*
- 90 *Jus quæsitum occasione contractus alicui tertio ex Legis dispositione non est revocabile.*
- 93 *Provisio hominis quando faciat cessare provisiōem Legis, & n. 101.*
- 94 *Traditione rei sue potest quis apponere legem, quam velit, sed postea mutare non potest, & n. 95. & seqq.*
- 96 *Patronatus rite institutus postea alterari, aut mutari nequit.*
- 97 *Leg. 17. & 44. adducuntur.*
- 103 *Intelligitur Gomez in L. 40. Taur.*
- 104 *Peguera.*
- 105 *D. Solorzano.*
- 106 *D. Castillo refertur.*
- 107 *Facultate ad maioratum impetrata, liberum est de ea uti, vel non, si alias non sit obligatio instituendi.*
- 108 *Dignitatem impetrans, an sit similis ei, qui facultatem ad maioratum impetravit?*
- 109 *Peir. Per alta locus refertur.*
- 110 *D. Salzedo refertur.*
- 111 *D. Crespi adducitur.*

## A Num. 1.

IN hac quæstione, quando dignitas jure maioratus transit ad successores sanguinis, vel ex sua natura, vel quia maioratus est annexa, & incorporata, affirmativa Auctoris sententia sine dubio procedere videtur. Sed dubium est ad interpretationem L. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil. quæ loquitur de donationibus à Rege Henrico factis de bonis Regiæ Coronæ, & ejus legis intellectum, & materiam late tractant Molin. lib. 1. de Primog. cap. 6. num. 21. & ibi adde Parlador. different. 13. §. 2. num. 7. Flores de Men. lib. 1. q. 19. §. 2. num. 20. Mieres de Maior. 2. p. 9. 4. illat. 3. num. 4. D. Castillo tom. 5. Controv. cap. 89. à num. 77. D. Paz de Tenut. cap. 5. 7. Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 9. & seqq. Gutierrez lib. 2. Practicar. quæst. 92. Matienzo, Azeved. in ea idem Molin. dict. lib. 1. cap. 5. num. 21. & 22. & lib. 3. cap. 7. num. 12. & lib. 4. cap. 4. à n. 39. Robles de Represent. lib. 3. cap. 16. n. 20. D. Amaya in Leg. unic. C. si liberalit. socius num. 50. Retes de Donat. cap. 16. num. 17. Robles ibidem d. lib. 3. cap. 14. & de simili statuto Mediolanensi lib. 3. tit. de feudis. Vide Bossiū antiquum tit. de Principe num. 332. in practic. & Barreta conf. 43. Noguero. alleg. 29. num. 191. & 193. & apud Lufitanos est Lex in Ord. lib. 2. tit. 17. §. 1. de qua late agit Costa de Patro, & nepot. 1. p. fere per totum: Emmanuel Barbof. in Ord. ubi sup. & plures refert Doctissimus D. Ant. de Morales & Noroña, Lusitaniæ decus. Granatensis Advocantiæ Splendor, in Collect.

ad LL. Recopilat. in d. Leg. quod quidem opus utilissimum jam in dies publicum facere parat.

5 Circa hanc Legem dubiū, inquam, est, supposita Auctoris verissima, quam hic defendit, sententia, an maioratus dignitatis Regis Henrici donatione procedens, an si apud successorem sit incompatibilis cum alio ratione quotæ juxta Legem 7. tit. 7. lib. 5. vel ratione incompatibilitatis ex dispositione hominis inductæ, possit à successore primogenito derelinqui, alio maioratu electo? Dubium facit dispositio L. 11. illis verbis: Pero todavia que las ayan por maiorazgo, y fiquen al hijo legitimo maior de cada uno dellos y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus bienes del que assi muriere a la Corona de los nuestros Reynos.

6 Ex quibus illud communiter receptum est, quod mortuo ultimo possessore primogenito absque liberis, bona ex donatione Regia, & maioratus extinguitur, & ad Coronam Regiam revertitur, nec frater, vel alius ultimi possessoris transversalis potest admitti, & ita decisum refert D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 21. D. Castillo d. cap. 89. à n. 79. ubi alios refert, & contra Molinam, & Parlador. & hanc tuetur sententiam.

7 Sed juxta Legem 7. filius maior unum ex duobus maioratibus eligere debet ibi: El mejor, y mas principal, qual el quisiere escoger. Unde si eligat alterum maioratum, & hunc ex donatione Regia Henrici derelinquat, potest dici filium secundum in eo succedere non posse, quia linea primogeniti deficit; ergo bona ad Coronam reverti debent juxta Leg. 1. ac si linea primogeniti eo defuncto sine filijs esset extincta, paria enim sunt filium legitimum non extare, vel extare, sed incapacem. Mieres de Maior. 1. p. 2. n. 70. & seqq.

8 Nec obest etiam, si ex ea donatione ex accidenti maioratus sit institutus à donatario, diversis factis voca-

tionibus, & non se conformando cum clausula Regis Henrici, quia adhuc deficiente linea primogeniti effectiva maioratus extinguetur, nec se ultra extendet, licet ante legis dispositionem sit institutus. D. Castillo dicto cap. 89. num. 144. & seqq. ubi late disputat, & ita tenet num. 162. D. Christophor. de Paz de Tenuta cap. 59. num. 156. usque ad 238. lex enim ad limitandas similes donationes, & profusas liberalitates fuit promulgata, ut aliquo tempore res donatæ revertentur ad Coronam Regiam, unde dismembratæ fuerunt, quapropter donationes anteriores potius comprehendit, quam futuras respicit.

Cum ergo certissimum sit maioratum ad Coronam reverti quoties deficit primogenitus, sequitur in hoc casu filium secundum non posse in eo succedere si à filio maiore relictus sit.

Et quod maioratus in persona primogeniti deficiat nulli dubium est, tunc enim eligere debet cum utriusque maioratus successio delata est Auctor infra p. 8. cap. 6. num. 2. filius ergo secundogenitus non potest occupare primogeniti jus, quod actualiter alius habet. Ideoque non obest, quod secundogenitus, deficiente primo in cuius locum subintret, habeatur pro primogenito, quoties is incapax est, Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 5. num. 56. Auctor infra p. 8. cap. 7. à num. 2. nam cum tempore delatæ successiois attento, is primogenitus sit cui utriusque maioratus successio defertur, alius eodem tempore primogenitus esse non potest, quia id tempus debet attendi Auct. dict. cap. 7. num. 4. & 5. p. 8. cum ergo in persona filij maioris maioratus deficiat, non in persona patris, non potest retrocedere ad lineam transversalem alterius filij contra dispositionem Legis in præjudicium Coronæ.

Sed his non obstantibus, cōtrarium dicendum esse videtur, imo quod in hoc

hoc casu maioratus ex donatione Regia Henrici, non revertatur ad coronam, quia casus reversionis non evenit, licet primogenitus alium elegerit, & talem maioratum secundogenito dereliquerit; (forte quia alius maior, vel principalis sit, non vero fraude elegerit, quia tunc potest cogi ad illum eligendum si maior sit, ut docet Paz, & refert Auctor, dict. p. 8. cap. 6. num. 31.) loquitur enim Lex Henrici, quando per mortem primogeniti vacat maioratus, quia sine filijs decesserit ibi: Del que assi muriere; sed in hoc casu non vacat per mortem, imo non deficit linea primogeniti, cum enim ob primogeniti incapacitatem maioratus deferatur secundogenito, ac si ille in rerum natura non fuisset, is filius secundus patris lineam primogenituræ continuat sine intermissione, nec retrocedit, sed progreditur, nec dum nomen primogeniti obstarè ei potest, nec momentanea delatio L. 2. §. Sed si non ff. ad Tertyl. ubi nudum sui hæredis nomen non obest, nec impedit matris successionem, quamvis suo hærede abstinente, adhuc superfint fuitatis reliquæ, quæ semiplena fuitas appellatur. DD. in L. Si filius ff. de liber. & posth. Giurba de Success. feud. §. 2. gl. 5. n. 57.

12 Et quia intenta persona patris, dici non potest eum sine filio decessisse, & ideo Legis verba: Del que assi muriere, non verificantur L. 4. §. Toties ff. de damn. infect. L. Quod constitutum ff. de milit. testam. L. Mævia ff. de manum. testam. L. Ita autem in princ. ff. de administrat. tutor. L. Hos accusare §. omnibus ff. de accusat. L. 1. §. Loquitur ff. de aqua. quotid. L. Si ancillas omnes ff. de leg. 1. L. Adigere §. Quamvis ff. de jur. patron.

13 Hæc quia attigisse sufficit alijs relinquenda iudicavi, frequentiora enim non sunt, nec audivi an similis species iudicio sit controversa.

Dignitatum Regalium originem Auctor ad elucidationem latius pertractavit, noviterque D. Salzed. in Theatro honor. fere per tot. tractatum quem sub eo titulo edidit ad explanationem textus in L. 16. tit. 1. lib. 4. Recopilation. de quibus etiam agit Doctiss. Alvarez Pegas ad Ord. Portug. tom. 2. tit. 3. §. 1. cap. 32. Bolero de Decret. debit. j. sc. tit. 5. q. 35. num. 1. & q. 12. & in specie de dignitate Magnatis Giurba in Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 7. à num. 39. & de success. feud. §. 2. gl. ff. 13. à num. 50. Salzedo in Theatr. gloss. 33. Lara de Vit. hom. cap. 16. num. 16. de dignitate Principum, Giurba dicta gloss. 13. à num. 4. ubi alios refert.

De Ducibus vide Pancirol. lib. 1. Var. cap. 5. Garcia de Nobil. gloss. 48. §. 3. à num. 67. B. badill. lib. 2. Polit. cap. 16. à n. 25. D. Olea de Ciss. jur. tit. 3. q. 3. à num. 18. D. Salzed. gloss. 30. & seqq. Antunez de Don. Reg. lib. 1. p. 2. cap. 6. Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 3. à num. 28. Jul. Capon tom. 5. discept. 330.

De Comitibus Garcia, Pancirol. sup. Bobadill. lib. 2. cap. 14. à num. 28. D. Olea sup. Jul. Capon. disceptat. 101. tom. 3. Petr. Barbof. in L. 12. §. final. n. 267. & 215. ff. de judic. Escalon Gazophylac. Regn. Peru. lib. 2. p. 2. cap. 36 à num. 58. in margine, Antunez ubi sup. à num. 51. ubi Auct. laudat.

De Marchionibus Antunez à n. 46. & sup. omnes relati.

De Vice Comitum dignitate, vide ex relatis supra Bobadill. Salzed. Antunez. D. Olea.

De Baronibus vide Amendol. ad Franchis decis. 1. à num. 88. & plures tractatus Italos, & alios refert Auctor num. 33. Giurba dict. gloss. 13. num. 25. Ripol. de Regal. cap. 5. ubi de omnibus agit Balmaseda de Collect. q. 40. ubi late de d. omnis vassallorum, & eorum



23 jure agit, & q. 43. à num. 46. ubi an possint habere in territorio suo Judices appellationum? & stylo Chancelleriaz firmat negativam, quia eorum sententia semper revocantur ex defectu jurisdictionis.

Num. 14. & 15.

24 Ricc. collect. 2516 p. 7. Giurb. de Success. feud. §. 1. gloss. 3. & §. 2. gloss. 13. à num. 6. D. Molin. lib. 1. cap. 11. num. 22. Antunez de Donat. Reg. 2. p. lib. 1. cap. 6. & 7.

Num. 17.

25 Dixi cum Auctore 1. p. cap. 12. num. 24. vide D. Lara de Vit. hom. cap. 4. n. 42. ibi contrarium probat ex L. 1. ff. de vepn. inspic. ibi: Ut familiarum dignitas salva sit, & lib. 1. de amiv. vers. cap. 5. num. 43. & quid in maioratu ha-

M. P. S.

**F**rancisco Ximenez del Aquila vezino de la Ciudad de Murcia, digo que yo tengo Pleitos a que acudir en esta Real Audiencia, y soi Cavallero notorio. Suplico a V. A. se me dé licencia para sentarme en estrados, como se suele dar a los demas Cavalleros, pido, &c.

Francisco Ximenez del Aquila  
Beaumont.

Que acuda a la Sala.

Rubrica del Señor Oidor, que haze officio  
de Secretario en el Acuerdo.

En Granada a primero de Agosto de mil y quinientos y ochenta Años salio  
proveyda esta petition del Acuerdo. Gumiel.  
Et sequens.

M. P. S.

**F**ernando Ximenez del Aquila vezino de esta Ciudad, digo que yo tengo Pleitos a que acudir en esta Real Chancilleria, y concurren en mi las calidades de nobleza de sangre, que se requieren para que V. A. mande darme licencia para que asistiendo a ellos me sienta en Estrados, como se le dió a Francisco Ximenez del Aquila mi padre. A V. A. suplico mande darme la dicha licencia. Y para ello, &c.

Fernando Ximenez del Aquila  
Beaumont.

Acuda a la Sala.  
Rubrica.

En

En la Ciudad de Granada, a onze dias del mez de Maio de mil y seiscientos y diez y nueve años, en acuerdo general se mandò acuda a la Sala despues del auto general. Suarez.

Num. 19. 20. & 27.

30 Vide Antunez de Donat. Reg. lib. 1. p. 2. cap. 7. num. 2. & 3. ubi alij, Rovit. in Pragm. 1. de titulorum abusu à num. 64. fol. 529. Joan. Franc. de Ponte conf. 1. num. 56. vol. 1. & lect. feudal. 6. à n. 45. Rovit. itidem conf. 14. num. 8. lib. 1. Picarro post. tract. de los Varones Illustr. in alleg. pro D. Franc. Picarro fol. 14. vers. Esta proposicion: Maldonad. ad Molin. lib. 1. cap. 11. num. 10. Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 3. à num. 29. & §. 2. gloss. 13. à num. 24. & 90. D. Olea de Cess. jurium tit. 3. q. 1. à n. 21. & vide quæ dixi ad P. 1. cap. 6. n. 357. in additis vers. Et in donatione Regia 438. cum seqq.

31 Et in donati ne simplici absque dignitate, & titulo, licet sit bonorum Regiæ Coronæ, jurisdictionis, Castri, Villæ, vel Civitatis, sine dubio procedit, quod quamvis realis sit, & ad hæredes transeat, non tamen vinculo maioratus obnoxia est, nec indivisibilis, ut probant L. 44. tit. 5. p. 5. gloss. 2. L. 1. & 2. tit. 10. lib. 5. Recop. & apud Lusitanos in Ordinam. lib. 2. tit. 39. §. 19. ubi cavetur, quod bona regalia alicui concessa pro se, & liberis possunt alienari. Pereyra de Castro Pinheiro, & alij apud Doctiss. Alvarez Pegas Resol. cap. 10. num. 61. & supponunt omnes infra referendi, quidquid dicat Alvarado de Conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 4. num. 52 ubi ait, quod donatio Regis ex bonis Regiæ Coronæ semper intelligitur jure maioratus.

Num. 22. & seqq.

Vide quæ dixi 1. p. cap. 6. vers. 255. & seqq.

34 Et contra Suarez communititer docent ex Abb. in cap. licet di. vot. Benedict. in cap. Raynut. verb. in eod. vesta n.

el 1. à num. 50. Bart. conf. 72. Decio conf. 389. Cephal. conf. 3. in 2. & 5. dub. à num. 42. vers. Aggredior igitur, & n. 66. vers. Qua conclusione defensata: Cravet. conf. 6. & 24. sub num. 19. vers. Tertia dub. Guid. Pap. decis. 476. Tiraquel. de Primogenijs q. 40. num. 20. & cap. 37. de nobil. num. 58. expresse post relatos Pinel. in L. 1. p. 3. n. 17. C. de bon. matern. Ant. Quesada Quæst. cap. 6. num. 21. D. Solorzano tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 30. num. 42. & lib. 3. Politic. cap. 32. col. 1. in med. litt. Et noviter Balmased. de Collect. quæst. 40. num. 8. D. Salzedo in Teatro honor. gloss. 32. ubi latissime profequitur Avendaño in L. 40. Faur. gloss. 2. n. 69. Mieres de Maior. 1. p. q. 12. numer. 104. Matienzo in L. 11. gloss. 7. à numer. 2. tit. 7. lib. 5. Recop. Menoch. conf. 401. n. 18. & 19. & conf. 504. num. 9. & 10. Minadois consil. 1. num. 24. 25. & 60. Hier. Leo decis. 209. num. 16. & 26. Cyriac. contro. 312. num. 16. 17. & 73. Raudens. Var. Resol. cap. 44. D. Alphons. Carrillo Orig. de la dignidad de Grande disc. 8. fol. 38. ibi: Por ser las dignidades de Duque, Marques, y Conde, y las grandezas agregadas, y incorporadas en ellas, de maiorazgo, aunque procedan de la gracia, y liberalidad de los Reyes; & ita pluries decisum est, & in Granatensi Pratorio obtentum vidi in causa Marchionatus de Alcantara del Cuervo; & in supremo Consilio in Tenuta Marchionatus de Alalcazar, & in lite Comitatus de Cifuentes, & Comitatus de Alava de Liste & in Marchionatu de Miranda de Asta.

36 Et sine dubio procedit quando ei qui oppida jure maioratus possidet, super eis, vel uno eorum, titulus Ducis, Comitatus, vel Marchionatus à Rege cõceditur, quia tunc ad omnes maioratus successores transitorius erit, quia

Gg iij maio

- maioratui additus, & unitus viderur. Bobadilla hic relatus *num. 6. Fontanel. de Pact. claus. 5. gloss. 10. p. 1. num. 52.* Mastrillo *de Magistratib. lib. 4. cap. 10. num. 11* Cyriac. *controv. 312. n. 72.* Rovit. *in Pragm. de titul. abus. num. 78.* D. Castillo *Controv. cap. 159. num. 7.* D. Molin. *lib. 1. cap. 26. num. 6.* D. Larrea *alleg. 30. num. 3.* qui eo casu maioratus vinculis dignitatem non allegari affirmant, quando titulus de per se independenter à maioratu ipsi possessori conceditur, nec is expresse maioratui aggregat, aliter enim successio dignitatis regulari debet, aliter successio maioratus: hæc juxta provisionem fundatoris, illa secundum legis communis dispositionem; quod
- 38 secus erit si ipsis bonis maioratus dignitas constituatur ex textu *in L. 3. §. Rebus L. 4. §. Quamquam ff. de cens. Nogueroi. alleg. 38. num. 9.* Olea *tit. 3. q. 1. num. 22.* Antunez *de Donat. Reg. lib. 1. cap. 7. num. 10.* Giurb. *de Success. feud. §. 1. gloss. 11. à num. 10.* vide Gonzales *in Reg. Chancell. gloss. 12. à num. 15. 9. & 72.* Covar. *in cap. 15. de Testam. & C. quamvis pactum de pact. lib. 6. l. 2. §. 5. à num. 10.* & quod tunc maioratus naturam sequatur D. Castillo *dict. cap. 159. n. 8. vers. in suum.* Bobadilla *sup. Barboi. in L. Cum prætor. 12. §. fin. num. 209. & seqq. de Iudic. & quod si diverse sunt vocationes,*
- 40 à jure communi attendatur dispositio maioratus Giurb. *de Success. feudi §. 2. gloss. 13. num. 47. vers. Amplia 2.* Carrillo *ubi sup. discurs. 8. fol. 38. at ergo ibi: Se estila: D. Salzedo gloss. 32. sup. cit. num. 68. & seqq. vers. Cum unomnis: addendus Ripol. de Regal. cap. 5. num. 27.*
- 41 Limitat tamen D. Molina suam sententiam loco hic citato, & *lib. 2. cap. 2. num. 4. relatum:* Primo, si dignitas alicui habenti oppida concedatur ad vitam solum precise, & expresse, quod in dubium est ex concessionis natura.
- 42 Secundo, quando alicui opera ha-

benti libera superius titulus Ducis, Comitum, vel Marchionis conceditur, tunc enim antiquam non mutant qualitatem, sed libera manent, & divisibilia. Gomez *in L. 40. Taur. num. 13.* Matienzo *in L. 11. gloss. 7. num. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. Pat. Molina disp. 581. num. 6.* Contrarium contra Molinam expresse sustinendum ait Maldonado *in Addit. ad eum lib. 1. cap. 11. num. 26. & 27. & 28. Sacca cons. 50. n. 46. & 49.* Montaner. *de Feud. §. Præterea Ducatus num. 16.* Mastrillo *de Magistratib. lib. 4. cap. 12. num. 26.* Cyriac. *controv. 312. num. 73. & seqq.* Raudens. *Var. cap. 44. Cephal. cons. 3. in 2. & 5. dub. num. 42. & seqq.* Molinæ sententiam contra Parlador defendit Castillo *tom. 6. cap. 159. num. 7.* sed verior, & communis tenenda est, quam post Parlador supra relati sequuntur.

Tertio, quando in uno ex oppidis indiguitas constituitur, tunc enim cætera vinculo maioratus obnoxia non manere docet Molin. sed Add. contra sentiunt. & pro eis præter ibi citatos vide Horat. Montan. *in Repet. cap. Imperialem §. Præterea Ducatus num. 17.* cujus verba refert Maldonado *ubi supra;* Molinæ tamen sententia sustineri potest, quando ei qui plura habet oppida separata, nec unita, in uno ex ijs dignitas à Principe constituitur, quare cætera separata libera manebunt, & inter liberos dividi debent, ut Molin. sentit, & verum est.

## Num. 27. &amp; seqq.

Idem docent Matienzo *in L. 11. gloss. 7. num. 2. 3. & 4. tit. 7. lib. 5. Recop. & magis expresse Ripol. de Regal. cap. 5. num. 27.* apud Lusitanos in quacumque donatione quæ à Rege fit de terra Regiæ Coronæ, solus descendens maior succedit, nec ulla unquam divisio admittitur notat Matienzo *n. 4. in fin. ubi sup. ex Ord. lib. 2. tit. 17. §. 3.*

Num.

## Num. 28.

46 Dignitas autem unita maioratui non potest cum eo esse incompatibilis, quia idem corpus efficitur cum eo: vide sup. cap. sequenti, & de simili unione, & aggregatiōe, & quando dignitas à possessore quæsitæ aggregata videatur maioratui, vide præter supra relatos cum D. Castillo *tom. 6. cap. 159. Cyriac. controv. 312. & 402. D. Crespi Observat. novissim. 117. D. Salzed. Giurba ubi sup. Vela dissert. 4. num. 21.*

46 Et an quando dignitas à possessore maioratus de novo adquiratur, & conceditur simpliciter, *para el, y sus sucesores,* ita maioratui unita intelligatur, ut ab ipso possessore nequeat separari? Quæstio est non parum controversa in maioratu Marchionatus *de Hacia Alcaçar,* quæ adhuc pendet in Granatensi Senatu remissa lite in proprietate. Proponitur possessorem maioratus *de la Gorbarana,* sub commemoratione, quod esset possessor prædicti maioratus, consequutum fuisse à Regis munificentia dignitatem Regiam Marchionis super oppidolibero *de Hacia Alcaçar,* quodque tot redditus possideret, quod sufficeret ad onera dignitatis, concessio que facta fuit simpliciter, *para el, y sus sucesores,* quod pluries repetitur: *Que aian, y tengan. llaxen, y intitulen al dicho Marquez, y a los sucesores en su Casa, Marqueses de la Villa de Hacia Alcaçar.*

Dubium est, an dignitas concessa sit possessori, tamquam possessori maioratus, ita ut nequeat ab eo separari, vel si maioratui unita non sit, an videatur concessa, jure maioratus, successione regulari, ut nequeat, qui adquisivit formam successioneis, prævertere, vel immutare?

47 Dominus Crespi *obs. 117. num. 35.* transcripsit quamdam Regiam declarationem circa has dignitates, & ea-

rum successionem, quam anno 1665. rescripsisse Principem Patētissimum Aragoniæ Regnis constat: quæ ita ait.

Por la estimacion, que se deve a los Titulos de Duques, Marqueses, y Condes, y Biscondes, y lo que conviene, que no descaescan de su lustre, sino que se executen estas gracias en la forma, que es de mi Real intencion;

48 La qual ha sido, y es, que se conserven en las familias, que las an merecido, succediendose por via de maiorazgo del Tenero, que estuvieren fundados sobre los lugares, en que se an puesto, o por el legal, que les pertenece, que es regular:

49 Y goze de ellos, y de sus preeminencias cada successor, despues de los dias del otro, sin poderle anticipar, como oy se practica, y se debe platicar en los Reynos de la Corona.

50 Y assi mismo, que no se de lugar a que ninguno de los que los poseieren pueda venderlos, renunciarlos, ni transferirlos voluntariamēte en otros, sin preceder licencia mia, y quando de hecho se haga alguna voluntaria translacion sin este requisito, no se les de el tratamiento, que corresponde a estas dignidades respectivamente.

51 Y si se pretendiere passar a familia diferente, que no tubiere derecho de sangre a la successio, y maiorazgo, por linea de varon, o hembra, no puedan executarlos los poseedores por contrato, ni ultima voluntad, sin preceder a ello el dar me quenta de la familia, en quien voluntariamente se quieren transferir, esperando mi Real aprobacion, porque assi conviene a la autoridad, y luzimiento, que deben tener estos honores.

52 He resuelto encargar, y mandaros esteis advertidos de ello, para que se execute en esta conformidad, por lo que toca a esse Reyno, teniendo entendido,

Gg iij tendido,

tendido, que por el despacho de estas aprobaciones, si me pareciere en sus Casas concederlas, no se an de llebar derechos de media Annata, ni de fello, ni otros algunos; y hareis, que se registre esta orden en el libro de las generales, porque se observe en todos tiempos, que assi es mi voluntad. Dada en buen Retiro a 9. de Julio de 1663.

53 Vides in §. 2. hujus decreti necessario induci legalem successionem maioratus in similibus dignitatibus, quoties sunt concessæ super oppido libero, & in quo non invenitur status ordo aliquis successionis maioratus, tunc enim dignitas regulatur juxta ordinem succedendi præstitutum, quod verissimum de jure judicamus, quidquid in contrarium inclinari videatur D. Salzed. in *Theat. Honor. gl. 32. num. 66.* illis verbis: *Nam si bona vinculo subjecta sunt, constituta que vocationes, ex quo illis bonis dignitas conferatur, non mutatur successio, sed separatur à bonis, dignitas si unaquæque de per se diversas vocationes, ac jus independens habeat.* Vide quæ diximus n. 38. & seqq. supra, & contra probat late D. Crespi *obs. 117.* pro explicacione d. §. 2.

54 Quapropter in quaestione proposita distinguendum est, an dignitas concessa sit possessori contemplatione maioratus, an simpliciter pro se, & successoribus?

55 In priori casu certissimum est, dignitatis concessionem potius factam censendam ipsi maiorati, quam ejus possessori, ut in individuo docet Giurb. de *Success. feud. §. 2. gloss. 13. à n. 105.* ideo semel quaesita dignitas ex facto, vel possessoris voluntate à maioratu avelli non potest, Giurb. *ibid. & præludio §. num. 44. 45. & seqq. & §. 1. gloss. 10. à num. 18. & §. 2. gloss. 3. num. 31. & 94.* ubi late probat feudum ex pacto, & providentia novum, à Principe concessum patri contemplatione filiorum, in eorum præ-

judicium, non posse alienari, & item si meritis patris, & filiorum sit concessum. feuda autem ex pacto, & providentia, licet non sint dignitates, ijs tamen esse similes compertum est, & posse de ijs argumentum trahi affirmant D. Mol. *lib. 1. cap. 13. num. 47.* D. Crespi *obs. 117. num. 157.* Antunez de *Donat. tom. 1. cap. 29. n. 145.*

58 Ex quo dubia redditur altera distinctionis pars, quando scilicet possessori maioratus dignitas super oppido libero conceditur simpliciter pro se, & successoribus, an ex post facto ipse acquirens possit de ea maioratum ad libitum instituere regularem, sive irregularem, & cum oppositis conditionibus, & contrarijs antiquo maiorati à se possesso; licet enim ex quo possessor talis maioratus in supplicatione, & petitione nominatur, videatur agere tamquam possessor illius representando personam fundatoris, & non ex persona propria, ex traditis à Mol. *lib. 1. cap. 21. n. 14.* ubi quando possessor maioratus, si in principio contractus appellet se talis maioratus possessorem, videtur contrahere tamquam possessorem ad text. in *L. Siquis domum §. 1. ff. locati*, latissime D. Salgado de *Regia protectione 4. p. cap. 8. ex num. 259. usque 290. & de retent. 2. p. cap. 15. num. 25. & 2. p. labyrinth. cap. 9.* taliter enim quis contrahere videtur, qualiter per nomen appellativum profertur; hoc tamen non debet esse tantæ efficacitæ, ut necessario inducatur concessio maiorati facta potius, quam possessori ex sua persona, cum & is dignitatem acquirat, & in suo oppido libero; ideo licet ipsius maioratus occasione concessio fiat, cum tamen favore petentis facta sit, non est deneganda facultas ad libitum disponendi de dignitate, etiam in præjudicium maioratus ex traditis à Mol. *lib. 1. cap. 26. num. 8.* Cassanat. *conf. 10. numer. 140.* Valeron de *Transact. tit. 5. q. 6. num. 70.* Garcia de *Expensis cap. 22. numer. 3.* Amat.

Amat. *resol. 14. num. 27.* convincitur, docent enim, quod occasione maioratus possessor acquirit, sibi acquirere.

61 Et probatur ex doctrina Bart. in *L. qui Roma §. flavius ff. de verb. oblig.* ubi cujus alteri quaesitum ex facto acquirentis rem potest ipse remittere. Sequuntur Bart. Sazon. Socin. & alij antiquiores relati à Peregrino de *Fideicommissis art. 6. num. 21.* ex quo observat Censal. *adem art. §. 1. vers.*

62 *Decimo sexto observo*, quod vinculum appositum in donatione favore donatarij, potest revocari in vocatorum præjudicium, ex quo primus acquirens potest nocere omnibus vocatis in donatione facta ejus causa, & allegat Cancr. *Var. lib. 3. cap. 8. post num. 55. & 56.* ubi etiam Flores de Men. ad *Gam. dec. 5. ante fin.* & in emphyteusi accepta à patre, pro se, & filijs, vel in feudo sequuntur Bart. Alex. Aflict. Jul. Clar. & alij quos sequitur Peregrin. *dict. art. §. 1. num. 58.* & est opinio Andr. de Hern. in *cap. 1. de Alien. feud. patern.* quem sequuntur Gratian. *Discept. cap. 511. tom. 3. Bellis tract. Var. in 1. de feud. 3. p. cap. 4. numer. 3.* Vivian. de *lure par. rom. lib. 4. cap. 2. n. 21.* D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 5. num. 33. & 34.* Piñero de *Cens. & emphy. 2. p. disp. 5. sect. 3. §. 2. num. 55.* Barbol. in *cap. potuit num. 154. de locat. & in claus. usuf. eq. claus. 110. n. 7. & 8.* Doctiss. Alvarez Pegas *Resol. cap. 10. num. 58. & 62.* ubi plures refert: Giurb. de *Success. feud. prælud. 5. n. 40. & §. 2. gloss. 8. à num. 22. & gloss. 3. n. 89. & §. 1. gloss. 12. à numer. 11.* ubi plures refert, & absolute defendit feudi primum acquirentem posse ad libitum præjudicare comprehensis in investitura, etiam in feudo ex pacto, & providentia. Vide Pinel. in *L. 1. p. 4. num. 97. C. de bon. matern.* Garcia de *Nobilitat. gloss. 6. num. 38. & 41.* Cyriac. *controv. 113.* D. Vela. *dissert. 15. à num. 100.* & hoc argumento ductus idem docet in maioratu bonorum Re-

gia Coronæ, cum dignitate, vel jurisdictionis (apud Lusitanos enim nulla est distinctio) Antunez de *Donat. Regijs 1. p. cap. 29. à num. 5.* in maxime *num. 142. & 150.* ubi de maioratu simpliciter instituto, per quem acquirentem posse comprehensis præjudicare, vel delinquendo, vel contrahendo, & loquitur in donatione bonorum Regiæ Coronæ facta per viam maioratus, cum expressa descendendum vocatione; nam in maioratu simpliciter instituto, si vocatione descendendum, neque expressa prohibitione alienandi facilius induci confiscationem, etiam si antiquus sit, docet n. 150. sequenti.

65 Quæ si vera sunt, ex ijs necessario consequitur in specie proposita possessorem, cui facta est dignitatis concessio, ad libitum disponere etiam in præjudicium successorum, qui juxta regularem successionem debent succedere; ideoque licet verba concessionis, & tituli, pro se, & successoribus limitentur, ut comprehendant successores tantum illius maioratus, qui tunc possidebatur ab eo, qui dignitatem acquisivit (Doctiss. Pegas ad *Ordin. Portug. tom. 4. tit. 50. gloss. 1. n. 13.* uti decisum audio in Statu de Villa Franca, & in Marchionatu de Campotexar) adhuc tamen cum illis sit quaesitum jus ex facto possessoris, utique ipse poterit adimere, ex Bart. & traditis supra; quod si dignitas expressè non consideretur concessa pro successoribus maioratus, id proculdubio sine difficultate procedit, licet enim semper jure maioratus concessa intelligatur, ut probavimus supra, & eleganter defendit doctissimus D. Crespi de *Valdaura obs. 117. ubi supra*, per hoc tamen non aufertur acquirenti libera dispositio, ita ut in sua familia ad libitum jure maioratus in eavocationes regulares, sive irregulares instituere possit, quod eleganter observavit Fontanela de *Pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. p. 1. num. 52. fol. 234.* ubi de his

his dignitatibus, & maioratu consuetudinis in ijs inducto ait: *Succedit enim in eo primogenitus jure sanguinis in vim dictæ consuetudinis de qua testatur, &c. Verum si super hoc adesset provisio hominis qui maioratum instituit, alium succedendi ordinem ei præfigendo, tunc non statur consuetudini, sed imò hominis provisioni prout pulchre probat noster Peguera disc. 115. &c.*

68 Sed in contrarium plura movent, quæ propositam affirmativam sententiam minus veridicam, & improbabilem reddere videntur; in primis enim certissimum est ex petitione, & concessione dignitatis resultare contractum inter Principem, & vassallum favore familiæ, ut ea dignitate condecoretur, & ut ea juxta naturam legalis regularis successionis deferatur ordine primogenituræ de uno in alium, ut confiderat D. Crespi d. obs. 117. à n. 62.

69 Ex hoc autem contractu, vel donatione Principis acquiritur jus omnibus de familia ordinem prædictæ successionis regularis, quod quidem irrevocabile est acceptatione primi investiti, quæ efficax est ad irrevocabilitatem quoad omnes comprehensos in investitura, ut docent Mol. lib. 4. cap. 2. num. 74. & seqq. D. Castillo lib. 4. cap. 5. à num. 15. Hermosilla in L. 7. gloss. 4. à num. 16. tit. 4. part. 5. D. Vela dissert. 38. à num. 94. Doctiff. Alvarez Pegas Resol. cap. 4. à num. 153. & bene ad rem Faria ad Covar. lib. 1. var. cap. 14. à num. 23. ergo primus dignitatis quæsitore, non potest alterare, vel mutare prædictum ordinem succedendi in præjudicium successorum, quibus ex donatione Principis jus est quæsitum, quod sine eorum facto auferri nequit ex reg. textus in L. Filius familias 28. ff. de testam. milit. quia hæreditati quidem suæ miles quam vellet substitutionem facere potest, alienum vero jus minuire non potest. Cap. 1. de succ. feud. L. Unum ex familia in prim-

cipio & S. sed si fundum ff. de leg. 2. L. Perfecta donatio C. de Donat. quæ sub mod. D. Mol. lib. 1. cap. 8. num. 21. & lib. 4. cap. 7. num. 18. Add. d. numer. 21. Mieres de Maior. 1. p. 26. numer. 29. D. Cast. lib. 3. cap. 10. num. 6. & cap. 128. num. 22. D. Valenzuel. conf. 69. n. 1. Surd. conf. 419. Ramon. conf. 100. num. 502. Intigriol. de Feud. cent. 1. q. 9. ex num. 167. d. q. 10. num. 58. Cyriac. controu. 128. num. 82. & 83. Novar. de Gravam. vassall. tom. 2. prælud. 4. n. 13. & 14. Fragos. de Regim. Rep. 3. p. lib. 9. disp. 19. §. 1. n. 32. Giurb. de Feud. prælud. 5. n. 31. & 32.

71 Qua ratione verum est donationem alicui factam jure maioratus, ex post facto non posse revocari per donatarium, nec donatorem, ut tenent Hermos. ubi sup. num. 15. ibi: *Si donatio facta esset jure maioratus, ut perpetuo maneret in familia, & à primo fuerit acceptata, nam respectu sequentium, non poterit revocari etiam de consensu primi vocati.* D. Mol. ubi sup. num. 75. vers. In secundo casu, Cevallos q. 249. Comm. num. 2. 3. & 4. & q. 383. n. 10. & 11. Gutierrez. Pract. q. 52. num. 4. lib. 2. Gomez in L. 40. Taur. num. 29. D. Castill. d. lib. 4. cap. 5. num. 15. & alij sup. relati, maxime Faria dict. loco.

72 Cum ergo primus dignitatem acquirens non possit cæteris comprehensis præjudicare, sequitur nullam ejus dispositionem contra formam primæ investituræ valere posse, quia forma stipulationis, & contractus mutari non potest, L. Si post mortem §. ult. ff. de bon. poss. contr. tab. L. vero procuratori vers. alia causa est. ff. de solut. atqui forma stipulationis qua dignitas ei concessa est, composita fuit voluntate Principis, & ipsius recipientis, pro se, & successoribus: ergo ab ipso recipiente non potest mutari, quin etiam Principis concedentis voluntas: ita Menoch. in feudo arguit conf. 161. num. 26. qua ratione certissimum est, quod licet feudi primus acquiritor possit de eo ad libitum dispo-

disponere, hoc tamen intelligendum est dummodo domini consensus accedat, quo enim modo jus illud stabilitum fuerat, contrario quoque modo tolli debet ad textum in L. Quod dicitur 1. off. de verb. oblig. L. ab emptione ff. de pact. Peregrin. conf. 102. lib. 4. num. 15. & lib. 3. conf. 1. num. 24. Rovit. conf. 39. lib. 2. Becc. conf. 6. n. 12. Marrin. Frecc. de sub in feud. lib. 2. q. 38. num. 4. Manent. dec. 1. num. 19. Petr. Greg. de Concess. feud. 3. p. q. 6. Giurba de Feud. prælud. 5. à num. 47. ad 51. Imò, nec Principis consensus efficere poterat, ut præjudicium inferretur ijs, quibus jus ex investitura quæsitum esset, quia consensus Principis solum operatur, quatenus de ejus præjudicio agitur, non vero de præjudicio tertij, quod salvum semper maneat jus tertij, ut bene in specie notat Rovitus dict. conf. 39. n. 3.

74 Nec impedit dignitatem esse concessam simpliciter pro se, & successoribus, nulla expressa vocatione consanguineorum per regularem successionem, cum enim indubium sit concessa dignitate intelligi maioratum regularem constitutum. D. Salzedo in Theatr. gloss. 32. num. 67. & 70. D. Crespi obj. 117. à num. 5. Picarro Varon illustr. fund. 2. fol. 14. Peguer. dec. 115. & probatur ex L. Exempto ff. de act. empti. Crespi. sup. num. 53. Solorzano de Jur. Ind. lib. 2. cap. 11. numer. 4. sequitur omnes consanguineos ex consequentia necessaria esse comprehensos, & re ipsa censentur subjectæ omnes clausulæ, & vocationes necessariae ad perpetuitatē maioratus, prout optime scribit D. Mol. lib. 1. cap. 3. num. 1. & cap. 1. a num. 15. & cap. 2. & cap. 4. num. 13. 14. & 39. Flores de Mena lib. 1. Var. quæst. 17. numer. 32. Azeved. in Rub. tit. 7. lib. 5. Recop. n. 6. & 7. Mieres de Maior. 1. p. q. 48. num. 67. & 70. P. Mol. disp. 588. à num. 2. & 589. num. 3. tract. 2. de just. & jur. D. Valenc. conf. 112. num. 65. D. Vela dissert. 49. num. 38. Hermosilla in L.

44. gloss. 5. num. 15. tit. 5. p. 5. Noguerol. Alleg. 9. num. 14. & 59. & alleg. 25. num. 104. D. Castillo lib. 2. cap. 22. à n. 3. & 75. & lib. 5. cap. 65. à num. 27. & cap. 93. §. 6. à num. 1. Addent. ad Mol. lib. 1. cap. 4. num. 13. D. Larrea decif. 56. num. 8. & 9. Antunez de Don. Reg. 2. p. cap. 29. num. 103. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ord. Lusitan. tom. 2. gloss. 9. n. 119. & 120. & in specie Maldonado ad Mol. lib. 3. cap. 4. ex n. 10.

75 Ex quo etiam inferitur, quemlibet ex successoribus habere vocationem de per se, & independentem ab alio, quasi ipse sit specialiter, & expresse comprehensus in investitura, tunc enim judicantur donationes, quot successores. Giurb. de Succ. feud. §. 1. gloss. 10. à num. 18. & gloss. 15. num. 24. & gloss. 7. num. 30. & gloss. 8. num. 57. D. Molin. lib. 4. cap. 11. num. 48. ubi in dignitatibus loquitur ibi: *Unusquisque ex ejusdem (dignitatis regalis) possessoribus censetur esse Regis donatarium, & donationem immediate ab ipso Rege accipere.* Giurb. d. gloss. 10. n. 22. ubi ait: *Adeo ut post mortem illius intelligatur feudum Domino apertum, & sibi retro datum, ab eoque postea concessum, ac sequenti traditum.* Eleganter ad rem Menoch. conf. 1153. à num. 1. Gratian. Disceptat. cap. 751. num. 23. & cap. 247. num. 10. D. Salgad in Labyrinth. 3. p. cap. 15. num. 37. Giurb. dec. 1. 8. num. 12. Fontanel. dec. 55. n. 15. D. Valenzuela conf. 23. num. 9. D. Larrea dec. 33. D. Castill. tom. 5. cap. 89. n. 152. itidem D. Valenzuel. conf. 69. n. 5. & Gratian. cap. 332. num. 5. unde provenit consuetudo Hispaniæ observata de qua testatur D. Mol. lib. 1. cap. 11. num. 21. ut quilibet novus successor teneatur Regem certiore facere de obitu ultimi possessoris, antequam titulo dignitatis denominetur. Vide etiam Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 10. n. 20. D. Crespi obs. 117. num. 22. & 23. ubi varias rationes affert: cum ergo apud primum acquirentem dignitas consistat tamquam apud

apud quemlibet ex successoribus regularibus, ita ut possessio, & dominium, quale habet, sit revocabile, quod ejus morte resolvitur, & dignitas retro Principi traditur, & sequenti successori de novo conceditur, ut dicunt DD. supra relati: D.Mol. lib. 1. cap. 8. num. 9. D.Solorzano lib. 2. cap. 16. n. 20. & in Politic. lib. 3. cap. 17. fol. 361. sequitur inde eum non posse in præjudicium successorum de ea dispo- nere, vel actu inter vivos, vel ultima voluntate, hoc enim in quolibet maioratus successore regulare est, ut non possit aliquo modo successoribus in e. præjudicare. D.Mol. lib. 1. cap. 3. n. 17. & cap. 9. num. fin. D. Covar. in cap. 6. de testam. num. 56. Garcia de Nobil. gloss. 6. num. 38. vers. Nono id magis: D. Castillo cap. 161. tom. 6. D. Vela dis- fert. 48. num. 13. Cyriac. contrav. 402. Giurb. de Feud. §. 2. gloss. 12. numer. 5. 78 five hi specialiter, vel generaliter sint vocati, eadem enim efficacia jus ac- quiritur successoribus generaliter cõ- prehensis, quam specialiter, & nomi- natim vocatis, argumentò textus in L. 2. qui potiores. L. Generaliter 6. C. eod. solum enim tribuit præcedentiam spe. i. lis vocatio; L. Cum ita §. in fi- deicommissò de leg. 2. Ruin. cons. 134. num. 23. lib. 2. & cons. 136. num. 12. lib. 3. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33. Faber. de Error. dec. 53. error. 1. & seqq. & dec. 54. error. 7. Non ergo potest in eorum præjudicium novas conditio- nes, aut gravamina adjicere primus donatarius, nec alterare regiam do- nationem. D.Solorzano lib. 2. cap. 14. num. 64. & 65. quæ licet simpliciter facta sit, semper intelligitur jure ma- ioratus, ut ad primogenitos transfe- ratur. Peguera in Relect. feud. vers. 6. num. 99. & dec. 115. num. 4. D. Molin. lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 2. num. 4. & 18. Rod. Suarez Alleg. 8. num. 2. Add. ad Mol. sup. Pinel. in Rub. C. de resc. vend. 1. p. num. 18. Burgos de Paz cons. 25. num. 46. & cons. 58. num. 13. ex L. Venditor §. Si constat ff. comm. præd. L.

Quicumque C. de fund. patrimon. lib. 11. & ibi Bart. & in L. Quæcumque C. de fid. & jur. hast. fiscal. lib. 10. & cap. Abbate de rejudic. lib. 6. Mieres de Ma- ior. p. q. 26. n. m. 29. ad 35. & q. 44. n. 84. & q. 60. num. 34. & p. 2. q. 4. illat. 8. num. 229. & 231. Sord. cons. 419. Gratian. Discept. cap. 294. numer. 12. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 4. num. 4. & dec. 46. num. 1. & 2. & dec. 161. num. ultim. Ramon. cons. 100. num. 502. D. Valenz. cons. 69. à num. 1. D. Castillo lib. 3. cap. 10. à num. 6. & lib. 4. cap. 35. num. 6. Giurba de Success. feud. prælud. 5. n. 31. Cyriac. contrav. 128. num. 182. tom. 2. Novar. de Gravam. vassall. tom. 2. prælud. 4. num. 13. Fra- goi. de Regim. p. 3. lib. 9. disp. 19. §. 1. num. 32.

Et in terminis hanc sustinet sen- tentiam, & comprobatur latissime Mie- res de Maior. 1. p. dist. q. 26. per totam, ubi absolute defendit donationem à Principe alicui factam, ut in ea pri- mogenitus succedat, ex post facto non admittere revocati. nem, nec pos- se patrem derogare juri primogeni- turæ, quia primogenitus non habet primogenituram ex concessione pa- tris acquirentis, sed ex regali benefi- cio, ita num. 21. & quia ex Regia do- natione dominium est translatum, tam in patrem primum donatarium, quam in filium primogenitum, quod sine ejus facto ab eo tolli non potest n. 15. ex quibus infert, Quod sicut pater non potest in totum filium privare hoc jure primogenituræ ex donatione Regia competenti, ita non licet illi aliquas sub- jungere conditiones ultra eas, quæ à Re- ge, qui donationem fecit, præscriptæ sunt, ex L. perfecta donatio C. de don. & alijs ibidem relatis.

Nec obstant, quæ à nobis contra hanc sententiam proposita sunt: non quidem primum, quod licet contra- ctus à maioratus possessore sub hac denominatione celebrati, videantur nomine maioratus facti, hoc tamen non debet esse tantæ efficacix, ut quid-

quidquid possessor maioratus acqui- rit, maioratus acquirat, ut probatur ex eo, quod maioratus possessor, licet occasione maioratus acquirat, libere sibi, & non maioratus acquirat, D. Mol. lib. 1. cap. 26. à num. 8. & Cassanat. cons. 10. num. 140. Garcia de Expensis cap. 22. num. 3. Amat. resol. 14. num. 27. Valeron de Transact. tit. 5. q. 6. n. 70. ibidem relati.

82 Ad quod facile respondetur, quæ- stionem de qua agimus, non esse vo- luntatis, sed potestatis, dubitatur enim, an ex post facto maioratus pos- sessor dignitatem regalem de novo acquirens, possit contra regularem successionem novas vocationes, & gravamina instituire, non vero, an ex acquisitione inducatur additio, vel aggregatio facta maioratus? Ad quod debet notari maioratus possessorem in acquisitis occasione maioratus, ali- quando posse, aliquando non, de eis disponere, quando non potest, indu- citur necessaria aggregatio, vel acqui- sitio maioratus, ut in casu Molin. dist. cap. 26. num. 8. quoties enim ex pro- pria causa, vel sua industria acquirat possessor, licet propter maioratum ac- quirat, sibi acquirat, L. Item veniunt 20. §. 1. ff. de pet. hæredit. ibi: Sed ea, quæ post additam hæreditatem accedunt siquidem ex ipsa hæreditate, puto hære- ditati accedere, sed si extrinsecus, non, quia personæ possessoris accedunt. L. Paulus respondit 29. ff. de Pignor. & fac. L. Venditor 21. ff. de hæred. vel act. vend. ibi: Pretium enim hominis venditi, non ex re, sed propter negotia- tionem percipitur, L. Pupillus 24. ff. quæ in fraud. L. Socium 60. §. Socius ff. pro socio, ibi: Quia id non in socie- tatem, quamvis propter societatem im- pensum sit, & inferius: nam nec compen- dium, quod propter societatem ei conti- gisset, veniret in medium, & docet præ- ter relatos in speciali casu, Hermosilla in L. 56. gloss. 7. num. 27. tit. 5. p. 5. ubi maioratus possessor, qui ex novo ti- tulo transactionis acquirat terras ma-

ioratus: antiqui ab eo possessi, sibi ac- quirat, & non maioratus, quoties titu- lus antiquus nullus erat, vel invalidus ex quo maioratus possidebat, & ita de- cimum refert in hoc Granatensi Con- silio, ad favorem possessoris, qui ex compositione facta cum Rege recu- peravit terras herbidas (Valdías) ma- ioratus, amissas ob nullitatem tituli. Si vero compositio habuit effectum, quia antiquus titulus erat, terræ ma- ioratus manent, & non possessori, qui solum habet actionem ad expensas recuperandas, ideoque decimum re- fert in favorem hæredum recuperan- tis, successorem gravatum esse solve- re interesse ad rationem census, in- terim quod non satisfecerit expen- sas. Videndus etiam Mieres de Maio- rat. 3. p. q. 5. num. 32. ibi: Ex quibus 84 decimum fuit, quod cum quidem vincu- lum fecisset cujusdam decurionatus, quod officium postea amissum fuit, quia decu- rio id non renuntiavit in tempore debi- to, & ideo Rex fecit gratiam novam il- lius officij, quod tale officium remansit liberum, & non restitutioni subjectum, & ita obtentum fuit per duas sententias conformes. Sequitur D. Salgad. in La- byr. cred. p. 2. cap. 27. à n. 37. cum seqq. & num. 47.

85 Necessaria aggregatio inducitur à jure juxta terminos Legis 46. Tauri, de qua alibi late actum à nobis est; nunc vide D. Molin. lib. 4. cap. 4. à n. 36. & lib. 1. cap. 26. à num. 17. D. Ca- stillo cap. 165. à num. 61. Censal ad Peregrin articul. 50. Item etiam quo- ties maioratus possessor censum su- per bonis maioratus impositum re- demerit, si in actu redemptionis ces- sionem non sit consequutus contra suum maioratum, ipso jure maioratus liberatio acquiratur, nec potest ultra pro redditibus conveniri, licet ipse possessor postea declaraverit se velle ad suos hæredes pertinere censum ex- cessione ex intervallo postulata, quia inutiliter disponit extincto jure cen- sus, ut late dico ad Auct. p. 8. cap. 4. in

obs. num. 26. Vide etiam D. Olea de Cess. jur. tit. 4. q. 1. n. 34.

86

His igitur casibus in quibus maioratus possessor habet facultatem de acquisitis intuitu maioratus disponendi, quæstio erit de voluntate; si vero disponere nequeat, quia ipso jure maioratus res quæritur, non cadit dispositio de voluntate, sed tantum potest controversari, an ipse possit de re acquisita disponere? hic enim tantum poterit esse difficultas, cujus farina est quæstio de dignitate à nobis proposita; licet enim dignitas expresse non sit concessa maioratus, cum præcisa intelligatur facta concessio secundum naturam Regni, & legem ejus successione, quando perpetua est concessio, quia similes dignitates, quæ sunt membra Regni, ab eo, tamquam à capite formam accipiunt, tamen intelligenda est concessio facta ipsi maioratus, cujus successione formam desumere debet; aliàs juxta regularem deferatur necesse est, nec poterit ex post facto formam novam recipere; ad hoc enim necesse est, ut excludatur forma antiqua, quam initio in limine acquisitionis dignitas recepit, quod est impossibile; quia id quod est perfectum, non recipit novam formam; ut dixi ad part. 5. c. 3. n. 1. & ibi Auctor plura ad rem; nec potest in suspenso esse modus succedendi in dignitate; sicut nec ipsa successio, quia implicat, ut dignitatis concessio perfecta, quæ pendet ab actu viventium, suspendatur. Vide Auctorem sup. 5. p. cap. 2. à n. 1.

87

Nec obstat doctrina Bart. in L. Qui Romæ §. Flavius ff. de verb. oblig. ubi defendit jus quæsitum ex facto, vel favore donatarii, posse ab ipso remitti in præjudicium tertij, cui fuit jus quæsitum. In primis enim Bart. communiter reprobavit, docent Covarr. lib. 1. var. cap. 14. num. 7. Gomez in L. 40. Taur. num. 29. D. Rod. Suarez in L. Quoniam in prioribus questione 8. & alleg. 29. Gutierr. Pract. lib. 2. q. 5. n. 5.

D. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 73. D. Castillo lib. 4. cap. 5. num. 21. D. Larrea decis. 91. à num. 4. & decis. 65. n. 7. Gam. decis. 8. num. 2. ubi Flores de Mena; & decis. 233. num. 16. & decis. 338. n. 2. Gratian. Discept. cap. 45. num. 2. Giurb. in Consuetudine Mensium cap. 1. gloss. 7. num. 5. 1. & seqq. Peregrin. de Fideicom. articul. 51. num. 43. Cancer. lib. 3. Var. cap. 7. num. 258. Tondut. Civil. cap. 55. num. 5. & 9. Fachineus Controv. lib. 8. cap. 89. Amat. resol. 30. num. 11. & 13. & 14. Pereyra Recept. sent. lib. 1. q. 1. num. 12. Antunez de Donat. Reg. lib. 1. p. 1. §. 1. num. 154. Fontanel. ubi decisum refert claus. 4. gloss. 9. p. 1. num. 7. de Pact. nupt. & verum rem hanc sententiam de jure esse, maxime juxta leges Hispaniæ doctissimus Retes de D. mat. cap. 14. num. 7. ubi reprobatur Fariam, & alios.

Quæ sententia maiori ratione tenenda est in feudali concessione, ut tenet Rosenthal. de Feud. cap. 9. memb. 2. conclus. 65. num. 14. quia concessio non pendet à libera voluntate primi fundatarii, sed potius ex Regis munificentia, ideoque in feudo ex pacto, & providentia non posse primum acquirentem in præjudicium successorum formam successione mutare, latissime defendunt, cum Afflictis in Const. Neap. lib. 3. rub. 5. de revoc. alien. num. 5. & 6. Menoch. conf. 161. à num. 15. ubi plures alios refert, & conf. 801. à num. 40. Peregr. de Fideicom. articul. 6. à num. 19. & conf. 5. num. 24. lib. 3. Costa de Re integr. distinct. 80. num. 10. ubi alij; & receptiorem opinionem dicit Pinel. in L. 1. de bon. matern. 3. p. n. 97. vers. Sed receptor, Marinis Resol. lib. 2. cap. 29. Antunez de Donat. lib. 1. p. 2. cap. 20. num. 82. qui loquitur in emphyteusi, Morquecho de Divis. bon. lib. 1. cap. 7. num. 30. & in maioratibus, postquam primus acceptavit, non est locus revocationi in præjudicium vocatorum, quamvis donator, ac donatarius consentiant, si irrevocabiles aliàs sint, ex L. 4. Taur. Faria ad Covarruv.

varruv. lib. 1. var. cap. 14. num. 45. vers. Tertio apparet, ideoque cum concessio dignitatis sit irrevocabilis, Giurb. de Feud. §. 1. gloss. 3. num. 16. non poterit ex facto primi acquirentis sequentibus præjudicari, licet ejus occasione sit jus quæsitum successoribus, uti eleganter probat D. Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 7. num. 23. & seqq. ubi maioratus ex causa matrimonij contracti à primo vocato irrevocabilis, & si is deficiat nulla prole relicta, in præjudicium transverfalium revocari nequit: pro qua sententia decisum in specie affirmat in addit. ad dictam quæstionem 7.

90

Idque sine dubio procedit in nostra specie, ubi fortius est jus, quod acquiritur consanguineis, quam si expresse, & specialiter essent vocati, quia dignitate concessa simpliciter, vocationem, quam habent legalem, revocare non possunt contrahentes, licet occasione contractus proveniat, quod si expresse essent comprehensi forsitan Bartoli doctrina sustineri posset ex ratione supra proposita: ergo jus quæsitum occasione contractus ob factum unius, vel alterius ex contrahentibus ex dispositione Legis, contrario facto hominis tolli non potest, ut docent Peregrin. de Fideicom. art. 51. num. 48. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 7. num. 53. & alij, & ab ijs relati, & probant ex text. in L. Si constante §. Exceptis, ubi Bald. C. de donat. ante nupt. ideoque ex concessione dignitatis jure maioratus in consanguineos gradatim, cū jus sit quæsitum ex dispositione Legis, non potest ex facto alterius avelli. Qua ratione sententia Dominici Antunez de Donat. Reg. tom. 1. cap. 29. num. 142. in nostra specie sustinenda non est, loquitur enim juxta speciales sui Regni leges de confiscatione bonorum maioratus Regiæ Coronæ loquentes, ideoque adaptari non potest ad præsentem quæstionem; ex traditis que à Mol. lib. 4. cap. 11. num. 48. Ratio di-

91

versitatis apparet. Nec assumptum quo suam probat sententiam caret difficultate; sunt enim permulti alij, qui in terminis feudi ex pacto, & providentia negant primum acquirentem posse præjudicare sequentibus ex natura feudi comprehensis, maxime in feudo dignitatis, quod intelligitur concessum juxta propriam naturam, dum aliud ex investitura non apparet. Rosenthal. de Feud. cap. 2. conclus. 54. num. 1. & cap. 6. conclus. 25. D. Paz de Tenet. cap. 34. num. 117. in fin. probat textus in L. Exempto ff. de act. empt. Bald. conf. 330. num. 2. lib. 3. ex que ijs, D. Crespi, qui in specie loquitur dict. obs. 117. num. 53. D. Solorzan. qui in Commendis, loquitur lib. 2. cap. 11. num. 4. tom. 2. de Jur. Indiar. ideoque servato ordine primogenituræ, succedere debent tam masculi, quam fæminæ. Giurb. de Feud. §. 2. gloss. 3. num. 57. D. Salgad. in Theatr. gloss. 32. num. 101. & 104. nec potest aliquid operari revocatio superveniens, alienatio, aut postergatio. Giurb. ubi sup. num. 10. & 57. Docent præter supra relatos Rosenthal. de Feud. cap. 7. conclus. 7. num. 5. litt. C. & D. plures quos cumulat Giurb. de Feud. prælud. 5. num. 60. D. Castillo lib. 4. cap. 5. num. 24. Bellif. de Feud. p. 2. cap. 1. §. 5. num. 4. & 5. Capyc. Lattro consult. 23. num. 25. & conf. 24. num. 12. Cyriac. controv. 324. videndus, & controv. 2. num. 55. ibi: Et prædicta procedunt, quamvis aliàs feudum relinquatur uni ex comprehensis, non tamen immediate successoribus, vel soli, nam adhuc præjudicium feret successoribus.

Nec obstat etiam Fontanela dicta 93 claus. 5. gloss. 10. p. 1. num. 25. & quæ supra cum eo adduximus, verum est enim dignitatis successione regulari juxta dispositionem primi acquirentis, quando adest ejus provisio circa ordinem succedendi, & tunc legis providentiam cessare, ex regul. vulg. L. fin. C. de dot. promiss. de qua dixi ad 8. p. c. 5. in princ. & vide Emman. Hh ij Barbof.

Barbof. *Axiom. lit. P. num. 234. & seqq.*  
 94 *& lit. H. num. 46.* & ratio est; quia in rei suæ traditione, potest quis apponere legem, quam velit, *L. Legem 10. C. de pact. L. Sed si lege 25. §. Consuluit 11. L. Siquid 31. §. Sic autem ff. de petitione hæred.* Barbof. *Axiom. lit. R. num. 51.* Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. à num. 1. ad textum in L. Non usque adeo 2. ibi: Quia iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem ff. si à parente quis fuer. manum.*

95 Ex post facto tamen post dignitatem simpliciter concessam, & acquisitam, novam succedendi regulam, quam legalem eadem ratione, ipse qui acquisivit inducere nequit, quod enim initio contractus potuit, ex post facto non potest. *D. L. Legem C. de pact. L. Legem C. de donat. L. Sicut ab initio C. de obligat. & act. L. In commodato §. sicut ff. commod. L. de contract. C. de rescind. vendit. L. Quamvis C. de transact. L. Non idcirco in fin. ff. de contrab. empt. L. Eo quod, C. si cert. pet. L. Si mandavero §. Sicut ff. mandat.* Barbof. *Axiom. lit. C. Castejon Alphabet. lit. C. verb. Contractus numer. 11.* bonus textus in *L. Jurisgentium 7. §. Quinimo ff. de pact. ibi: Sed hoc ita accipiendum est, ut siquidem in continentia pacta subsequuta sunt, etiam ex parte Actoris insint, ex intervallo non inerunt, nec valebunt. L. in traditionibus 48 ff. eodem, & pluribus ad rem ita docent, Giurb. de Feud. §. 2. gloss. 8. n. 26. vers. Amplia 1. ibi: Hæc tamen facultas intelligi debet de mutatione. & revocatione personarum in actu ordinationis, & constructionis ipsius primogenij, non autem, ut possit impetrans primogenium suppressere ex post. Et vide gloss. 3. n. 10. Riccius *Collectan. 1681. p. 5.* ubi quod licet à principio possit fundator remittere jus patronatus, vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto, & perfecto auctoritate Ordinarij, non potest revocare, aut mutare; docet etiam Mieres*

de Maior. 1. p. q. 26. num. 39. & 135. & in Commendis D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 11. num. 7. ibi: *Tempore concessionis, & num. 56. ibi: Intelligenda quidem sunt, ubi in actu ipso donandi, & conferendi Commendæ gratiam adjiciuntur, etenim, si semel ab initio libere concedatur, postea nullo colore, aut pretextu gravari, aut modificari poterit: item idem repetit in Politic. Indiana lib. 3. cap. 12. fol. 331. vers. Pero todo, & jur. Ind. ubi sup. cap. 16. à num. 37. conducit etiam D. Crespi *obsero. noviss. 117. num. 163. & seq. & in feudo etiam confert Mantie. de Tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 23. num. 5. ibi: Porro dominus his contentus esse debet, quæ in pactum deducta sunt, & ideo non potest imponere onera, quæ non sunt expressa ab initio: idem Fontanel. de Pact. nupt. ubi sup. dict. gloss. 10. p. 1. num. 5. Et non male in hanc sententiam possunt adduci de jure Regio celeberrimæ Taurinæ Leges 17. & 44. cum enim ex petitione & concessione dignitatis inducatur certe contractus quidam inter Principem, & vassallum, ut probatum est supra, & eleganter docet Crespi *dict. obs. 117. num. 66.* vel saltem quædam Principis donatio simpliciter facta vassallo, utique non potuit postea revocari, nisi reservata ad id facultas inveniatur ex d. L. 17. ibi: *No se puede revocar sino reservasse el que lo hizo en el mismo contrato el poder para lo revocar; & in L. 44. ibi: Salvo, si en el poder de la licencia, que el Rey le dió estuviere clausula, para que despues de hecho lo pudiesse revocar, o q. en el tiempo que lo hizo el que lo instituyó, reservasse en la misma escritura, que hizo del mismo mayorazgo, el poder para lo revocar.* Tradit Hermosill. in L. 8. tit. 4. gloss. 1. p. 5. num. 1. Faria ad Covarr. lib. 1. var. cap. 14. numer. 1. & 3. Fontanela *claus. 4. gloss. 5. à numer. 4.* Gomez in d. L. 17. numer. 3. Mieres 2. p. q. 26. numer. 30. Angulo in L. 11. gloss. 1. num. 2. Matienzo in L. 1. tit.**

1. tit. 6. gloss. 10. à num. 1. 2. & 3. lib. Recop.

99 Ex quibus verissime judico Fontanelæ sententiam in suo casu non esse rejiciendam; quoties enim in actu acquisitionis adesset provisio specialis de succedendo ab acquirente apposita, utique legalis successio non obtineret, sed omnino cessaret ex dictis supra.

100 Sed quando nulla est circa successionem providentia, tunc dignitas videtur, imo realiter conceditur juxta naturam successionis Regni, quæ est regularis, & legalis ex L. *Exempto de act. empt. & alijs: D. Crespi obs. 117. num. 53. & ex reg. L. fin. C. de pact. convent. Noguero. alleg. 22. n. 30.*

101 Ratio apud Auct. 5. p. cap. 6. n. 112. est; quia provisio hominis non tollit dispositionem Legis jam factam, seu natam, sed tantum faciendam, & nascituram Dom. Solorzano tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 11. num. 9. & cap. 8. num. 6. cum ergo dignitas concessa simpliciter, se habeat cum natura maioratus regularis, quam assumit ex ipsa concessione, non potest eam postea mutare, nisi dicamus dignitatis successionem pendere, & in suspense esse ex voluntate acquirentis, quod absurdum est ex regula *Legis si ususfructus 26. ff. de ususfruct. Leg. fin. ff. commun. præd. cum Auct. supra dicta part. 5. cap. 2. num. 21.* maxime quia

102 Regalis concessio non ab ipso procedit, sed à Principe potius ad omnes successores profluit. D. Mol. lib. 4. cap. 11. n. 48. Giurba de Feud. §. 1. gloss. 10. num. 22.

103 Et cum prædicta observatione in hanc sententiam trahi debent Gomez in Leg. 40. Taur. num. 12. illis verbis: *Licet aliter maioratus non probetur ex constitutione Domini possessoris, quæ innuere videntur à contrario, potestatem disponendi in acquirente dignitatem.* Peguera *decis. 115. num. 7. ibi: Præter primum dignitatis seu maioratus institutorem; ubi etiam inducit*

posse primum dignitatem acquirentem, gravamina, & conditiones adjicere in præjudicium successorum; sed vide in *Relezione de feudis vers. 6. à n. 98. 106. & 117.* ubi intelligit quando ab initio id efficit, non vero ex post facto, quia primus acquirens post acquisitam dignitatem perfecte sine ullo gravamine, aut conditione, se habet tamquam possessor quilibet ulterior dignitatis, ideoque facultatem disponendi non habet, cum amisisset, dignitate simpliciter concessa, ad quam omnes de familia censentur invitati ad successionem, ut diximus supra, & probat ipse Peguera d. n. 106.

Item etiam Dom. Solorzano de Jur. Indiarum tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 41. & seqq. & in Politic. lib. 32. vers. *Lo tercero, item D. Castillo Controv. tom. 6. cap. 159. num. 7. vers. Addiderim, ibi: Lo ipso Princeps facultatem Regiam concedere videtur donatario, ut de eis maioratum instituere possit, quod si verum esset, sequeretur impetrantem dignitatem posse libere de ea maioratum instituere, vel eam relinquere cū natura maioratus regularis, vel legalis; impetrans enim facultatem ad maioratum instituendum eum, instituendi facultatem non amittit, quomodo volui erit, regularem, vel irregularem, vel potest non instituere, nisi aliunde obligatus sit ad maioratum certo modo, vel simpliciter instituendum, tunc enim obtenta facultate pro facto habetur ex obligatione, & promissione faciendi, non ex facultate. Docent ita Mieres de Maior. 1. p. quest. 24. num. 72. & quest. 66. Flores de Mena ad Gam. decis. 13. num. 4. vers. Vera, August. Barbof. vol. 126. n. 309. Velasco *conf. 157. num. 8.* Arias de Mesa *Variar. lib. 2. cap. 26.* Merlin. *Forcentur. 1. controuv. 4. num. 19.* Noguero. *Alleg. 31. num. 27. & 129.* D. Olea *tit. 1. de Cess. jur. quest. 6. num. 8.* ubi cum Castillo unam, & elegantem proponit exceptionem, quam etiam sequitur Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordina.*

Lufitan.tom.2. cap.4. §.39. num. 109. quibus jungenda ſunt, quæ doctè proſequitur D.Salgado in *Labyrinth.* 1.p. cap.31.num.28. & 29. & 2.part. cap. 9.num.72.verſ. Et quia, & cap. 10. à num. 4.

108 Hæc tamen non obſtant, diverſa enim ſunt, nec conſequentiam eamdem habere poſſunt, facultatem enim impetrans ad inſtituendum maiorum ſolum id agit, ut impedimenta, quæ ſibi obſtant, à Principe tollantur, Princeps vero nihil de ſuo ponit in eſſe, & impetrando facultatem ſolum agitur, ut intentio explicetur, non executio; ſecus eſt in dignitatem impetrante, qui quidem à Principe petit quod à ſe habere non poteſt, & de actu loquitur, non de potentia: ergo de uno ad alium conſequentia non tenet, quæ conſideratio vulg. text. probatur in *Leg. Si unum ex familia* 69. in princ. ff. de legat. 2.

109 Præterea contra prædicta celeberrimi ſcriptoris locus, quæ ita extollit Alvaradus: is eſt Petrus de Peralta, quem etiam Mexia omnium ſui temporis Jurisconſultorum ſubtiliſſimum Principem, atque erudiſſimum Doctorem vocat: is, inquam, in *Leg. 3. §. Qui fideicommiſſum* ff. de hered. inſt. num. 123. & ſeq. expreſſe tenet impetrationem facultatis ſemel conceſſæ efficere quemdam quaſi contractum inter Principem, & vaſſallum, & conſequenter eſſe irrevocabilem; quod licet maxime difficile videatur, ad noſtrum tamen intentum comprobandum multum verba urgere videntur; ita enim ait: *Talis, inquam, impetratio ad conſtituendum maiorum, item & conceſſio una cum acceptatione impetrantis ſubſequuta, videtur quidam quaſi contractus geſtus cum Principe, & Republica, & conſequenter non eſt revocabilis, quia impetrans acceptavit facultatem utendo illa. Nam videmus in fortioribus terminis, quod ſtatutæ ſoli conſeſſioni emiſſæ per impetrantem in libello precum, ut in *Leg. 2. Cod. de in-**

ſtit. & ſubſt. ubi notant Bart. & DD. præſertim *Alex. & Dec. ad quod etiam eſt Leg. Cum precum.* Cod. de lib. caut. qui omnes Doctores dicunt, quod talis conceſſio eſt irrevocabilis per gloſſ. *Ordinariam* in *Leg. Rura ubi Bald. Cod. de omn. apro. deſert. lib. 12. & probatur eadem Leg. 2. ubi Decius 3. Notab. congerit in idem plures remiſſiones: cum itaque in propoſito, ut ad illud regrediar, pars impetrans licentiam ad maiorum conſtituendum, & profertens aſſentire ( prout DD. loquuntur ) ſe velle facere, & ſe facturum maiorum ſi concedatur ſibi licentia, & ad ipſius ſupplicationem ſuit ſibi conceſſa, & ſuit uſus; illa ergo non eſt in poteſtate ipſius revocare vel diſſolvere præ dictum maiorum, & vinculum à ſe creatum inter vivos in præjudicium ab eo vocatorum, etiam ſi Regia facultate diceretur, quod id poſſet facere, niſi amplius declararetur, quod poſſet ſupprimere, & reducere bona ad libertatem priſtinam ſemoto omni vinculo: & in effectu idem docet in hoc caſu *Giurba de Succesſ. feud. §. 2. gloſſ. 8. num. 26. verſ. Amplia* 1. quem ſupra relatū invenies. Similiter ita juxta prædicta intelligendus eſt. *Dom. Salzedo in Theatr. honor. gloſſ. 32. num. 66. ibi: Niſi aliud ex in-veſtitura, aut conceſſione appareat, & ſi id judicatum in Ducatu de Villa Hermoſa, refert Leo deciſ. Valent. 209. numer. 20.**

110 *Dom. Creſpi obſervat. 117. num. 43.* ubi ait in fin. quod ſi dignitatis poſſeſſor, qui gratiam obtinuit, poſſet libere de ea diſponere, quod ſi non faciat, cenſetur velle ſubjicere maiorum regulari, quod velle probari poſteſt ex *Leg. 8. ff. de jur. codicillor. in §. 1. quoniam ait D. Paul. creditur pater familias ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem.* Id ſonant verba Doctiſſimi Chriſtophori Creſpi. Si vero poſſeſſor qui gratiam obtinet, de eo potuit ad liberæ ædes diſponere: cenſetur ( ut poteſt ) ſubjicere maiorum regulari, ex acceptatione, & im-

& impoſitione dignitatis. Hæc à nobis dicta ſufficiant in quaſitione propoſita, iudicium tamen interponere ſuperſedeo, quia in lite, quæ adhuc pendet, rectiſſimum ſperamus iudicium, & Senatorum cenſura digniſſima, qua per undecim iudices contrarium iudicatum in primo gradu viſionis, anno 1685. menſe Februario.

Budæus *Annot. ad Pandect. in L. fin. ff. de ædilit. edit. Cujac. Obſerv. lib. 8. cap. 9.*

Num. 10.

*L. Cum verum C. de fideic. Aſiæ. 2. deciſ. 44. num. 16. Simon de Præſis de Interpret. ultim. vol. lib. 2. fol. 3. num. 33. fol. 121. Surd. deciſ. 232. num. 7. Gama deciſ. 378. num. 7. qui aiunt teſtatoris voluntatem duobus teſtibus probari ex gloſſ. & DD. in L. Hæredes palam §. Si quid poſt. ff. de teſtam. Montic. de Conjectur. ult. vol. lib. 6. tit. 3. num. 2. & lib. 12. tit. 16. num. 2. Mieres de Maior. inſtit. 2. p. num. 441. & ſeqq. & 454. & 1 p. q. 43. num. 50. Cancer. Var. lib. 3. cap. 20. num. 407. Eſcaño de Teſtam. cap. 17. 22. & ſeqq. Gomez, & Aillon lib. 1. ar. cap. 5. num. 24. D. Caſtill. lib. 4. Controv. cap. 19. & ſeqq. 3 quod intellige quando ultima voluntas in eſſe deducta jam ſit: quid autem ſi ſine ſolemnitate de novo eam 4 inducere velimus? maius eſt dubium. Aliqui docent valere talem ultimam voluntatem, non tamquam teſtamentum, qui ſolemnitate caret, ſed tamquam ultima voluntas defuncti, veluti ſi in privata ſchedula quis hæredem fecerit, dum manu teſtatoris ſcripta ſit. Gratian. Diſcept. cap. 973. Ant. Fabr. de Error. decad. 69. error 4. Merenda Controv. lib. 3. cap. ultim. & 5 duobus teſtibus comprobatur de viſu, & auditu proprio Marta de Succesſ. 4 6 p. q. 7. art. 4. num. 2. Cyriac. controv. 444. Jul. Capon tom. 3. diſcept. 212. ubi num. 5. ait, quod ſaltem per duos teſtes de viſu debet eſſe ſubſcripta, & manu teſtatoris ſcripta num. 4. & vide eundem Caponium tom. 2. diſcept. 131. ubi diſtinctionem elegantem inducit 7 inter ultimam voluntatem nominatam, & inominatam, regularem, & irregularem, & hinc defendit contra hæredes abinteſtato; hæredem univerſaliter inſtitutum ex verbis enuntiativis, teſtibus, prolatis à teſtatore in*

AD PARTIS IV.

CAP. V.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

- 1 Antinomia in jure, & legum contrarietas non datur.
- 2 Voluntas teſtatoris in eſſe deducta duobus teſtibus probari poteſt & 3.
- 4 Hæreditas an poſſit auferri ab hæredibus abinteſtato ex voluntate, in ſchedula comprobata in favorem extranei duobus teſtibus 5. & 6.
- 7 An ex verbis enuntiativis à teſtatore prolatis, duobus teſtibus probatis, quis hæreditatem capere poſſit, & 8.
- 9 An ex declaratione quod quis velit teſtari & poſſit inſtituere, poſſit is probata voluntate obtinere hæreditatem.
- 10 Voluntas verbis contraria potius quam verba debet attendi.
- 11 Niſi verba ſint clara.
- 12 Tutor an poſſit emere bona minoris, & quomodo.
- 13 Poſteriora derogant prioribus in ultima voluntate quando ſunt contraria, 14. & 15.
- 16 Aggregatio maiorum remiſſive, & 17.

Num. 1.

1 MOrla Empor. Jur. q. 11. num. 30. Laur. Vela elegant. lib. 6. c. 39.



vita sua, & singulariter adducit Raudens. decis. 46. Bruno cons. 87. num. 33. Sforzia cons. 64. Cardin. Tusch. lit. T. conclus. 102. num. 1. Bald. cons. 179. vol. 4. nec obest, quod hæredes ab intestato inæqualiter vocati sint (ut in facto supponit) quo casu non valet testamentum imperfectum etiam inter liberos: de quo vide Amato p. 2. resol. 90. Fabr. de Error. decad. 5 error. 3. ubi &c. Nec item obest L. fin. ff. de testam. ut ibi Bart. quia iactantia causa verba prolata, ideo non tenet voluntas, arg. §. 2. & L. Divus 25 inst. & ff. de nil. test. Item quod ex declaratione, quod quis volebat testare & A. hæredem instituire, probetur voluntas, taliter, quod contraria dispositio erronea præsumatur, L. Quoties 9. §. Tantumdem ff. de hæred. inst. Caldas Pereyra cons. 24. num. 31. Cyriac. controu. 407 num. 316. tom. 3. quæ omnia singularia sunt, & in praxi non facile obtineri possunt.

## Num. 11.

Petr. Greg. de Art. Iur. cap. 21.

## Num. 13.

30 Si aliud verba, aliud voluntas testatoris significet, hoc est, si verba voluntati contraria sint, voluntas potius quam verba attendenda, L. 3. in fin. C. de lib. præter, L. Cum delationis 18. §. Optimum ff. de instruct. leg. L. in conventionibus 219. ff. de V. S. L. in Ambiguo 96. ff. de R. Iur. L. Non aliter 67. §. 1. ff. de leg. 3.

31 Nisi verba perspicua sint, & dubia voluntas, L. 1. §. Sed si sciente vers. In eo igitur ff. de exercit. act. d. L. Non aliter in princ. L. Ille aut ille 28. §. Idem quæsit ff. illo tit. de Leg. 3. L. Titia 35. ff. de leg. 2. vide Nicol. Vigel. in Meth. Civil lib. 13. cap. 9. reg. 8. & in controu. lib. 4. cap. 9. reg. 117. & in Pontif. lib. 5. cap. 5. reg. 20.

## Num. 17.

Adde L. 2. L. 110 ff. de R. Iur. L. Cum inter C. de fideicommiss. libert. L. 70. ff. de jur. dot. L. Non sine ratione C. de bon. quæ liber.

## Num. 18. &amp; seqq.

Dixi p. 1. cap. 9 ad num. 12. & alibi latius in possessore maioratus dicemus.

## Vers. Veluti si tutor.

L. Cum ipse C. de contrab. empt. L. Non existimo 53. in fin. ff. de adm. tutor. Cevallos q. com. 234. Bobadill. lib. 3. Polit. cap. 8. num. 89. 1). Valenzuel. cons. 109. Herm. sill. in L. 4. hic cit. gloss 9. & 10. & vide L. 23. tit. 11. lib. 5. Recop. Aillon ad Gom. 2. var. cap. cap. 14. num. 24. vers. Denique D. Salignid. 1. p. Labyrinth. cap. 13. §. 2. D. Olea de Cess. tit. 5. q. 13. num. 7. Menoch. lib. 3. præsumpt. 80.

## Num. 24.

Posteriora derogant prioribus in ultimis voluntatibus L. Si mihi 12 §. in legatis ff. de leg. 1. L. 6. §. fin. ff. de adimend. leg. L. 17. ff. eod. L. Siquis 14. in princ. ff. de vulg. subst. L. Cum proponatis 3. C. de codicill. L. Clari 19. C. de fideicommiss. Excepe casus L. Si ita 14. in pr. ff. de leg. 1. & L. 12. §. fin. ff. eod. intelligendæ cum L. Siquis 22. ff. de leg. 3. in princ.

Intellige quando cum prioribus posteriora sunt contraria, L. 3. C. de codicill. L. Paula 27. in princ. ff. de leg. 1. L. Servo 110. §. Siquis à primo ff. eod. quod in eodem testamento non præsumitur L. Nam ad ea hic, cujus exemplum proponitur in L. Si testamento 27. in princip. ff. de hæred. inst. Plenior tamen si sit scriptura posterior, priori derogat, licet in continen-

ti scripta sit, L. Si ita 65. ff. de hæred. inst.

15 Ex quo adde aliam declarationem ad 13. traditas ab Auctore: ut si in eadem dispositione contrarietas inveniatur, tunc ei potissimum scripturæ standum, ubi plenius testator dixit.

## Num. 27.

16 Adde Decret. Alvarez Pegas ad Ord. Portugal. lib. 1. tit. 50. gl. ff. 1. num. 15. & 17. usque ad fin. ubi Auctorem laudat, & refert: vide etiam Noguerol. alleg. 16. num. 36. Valenzuel. cons. 33. num. 16. & quæ dixi cap. 7. p. 1. à n. 27. ad Auct. Mieres de Maior. 1. p. q. 10. num. 188.

17 An autem dignitate aucta maioratus antiquo à Principe possit immutari maioratus natura? Vide Maldonad. ad Molin. lib. 1. cap. 11. num. 26. & 27. vers. Nota quod Princeps, ubi negat.

\*\*\*\*\*

## AD PARTIS IV.

## CAP. VI.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Omissus in vocationibus maioratus an censeatur exclusus.
- 2 Quando ad successionem admittatur, 3. & 4.
- 5 Decisio in maioratu de los Vilches refertur.
- 6 Omissus ut admittatur debet habere eas qualitates quas in expressis testator requisivit.
- 7 Exclusio à successione maioratus de persona ad personam non extenditur.
- 8 Masculus ex femina quando admittatur exclusus.

9 Specialiter exclusus sub generali vocatione non comprehenditur, nec è contra.

10 Prohiberi & admitti sunt contraria.

11 Linea successibilis & exclusa in eadem persona concurrentes. an excludant vel admitti possint & 12.

13 Utile per inutile quando vitietur, & 16.

14 Et quid in usucapione.

15 In individuis, & 17.

18 In usurarum promissione.

19 In census constitutione & 20.

21 Tributorum immunitate.

22 In donatione ultra 500 Solidos.

23 In locatione ultra tempus permissum.

24 In testibus.

25 Fideiussione & 29.

26 Maioratu & 27.

30 Immunitate ædis.

31 Qualitas nociva, vel permissiva an, & quæ attendatur quando concurrunt.

32 In legatis mixtum sub simplicibus continetur.

33 Legitimus & illegitimus liber, & servus quis esse non potest.

34 Testamentum ad pias causas an sustineatur, etiam quoad legata profana? distinguitur & 35.

36 Voluntas testatoris non recipit divisionem.

37 Legatum duobus relictum si in una persona concurrat, an pro parte rejudicari possit.

38 Legatum ab institutore repudiatum, an à substituto possit agnosci.

39 Mortem quis sibi conscivit, in dubio Ecclesiastica sepultura non privatur.

40 Appellari an possit in causa quæ pro parte est appellabilis, & pro parte inappellabilis.

41 Merces permissæ si cum illicitis asportentur, an in commissum incidant omnes?

42 Exclusionis causa in successione an attendatur si alio vexatus invenitur, & admissus.

43 Indignitas quando noceat alij vel alterius capacitas profit inter socios.

44 Bonum ex integra causa, malum ex quo-

quocunque defectu, debet intelligi de bono totali.

45 Lex 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. an etiam locum habeat quando ad utrumque maioratum inveniuntur vocati reciproce vir, & uxor.

46 Et an habeat locum in maioratibus ab eodem institutore fundatis.

47 Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 100. §. 5. adducitur.

### A Num. 1. & seqq.

1 **H**Ujus cap. quæstio utilissima ac frequentissima est, & clavis omnis ferme successionis maioratum; & ut perfecte de Auctoris sensu non dubites, observandum est primo, quem non censeris exclusum ad maioratum ex eo solo, quod non sit vocatus ad successionem. Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 480. D. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 52. vers. Hoc autem, Cassanate cons. 6. num. 31. D. Castillo tom. 6. Controv. cap. 133. num. 11. Giurba decis. 32. à num. 16.

2 Ita tamen debet admitti ad successionem, ut nominatis postponatur ex L. Cum ita §. in fideicommissio ff. de leg. 2. L. Qui liberis §. Hæc verba ff. de vulg. L. Liberorum §. Toties ff. de V. S. Horat. Barbat. 1. p. de fideicommiss. cap. 4. inspect. 4. ubi late defendit filiū fratris expresse vocatum prius esse admittendum, quam ipsum fratrem, quia vocatus expresse præfertur ei, qui linea, gradu, sexu, vel ætate antecellit. D. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33.

4 ibi: Nominatio namque, atque specificatio personarum solum tribuit nominatis præcedentiam successionis, non autem aliorum exclusionem operatur, Add. h. L. num. 38. idem Molin. lib. 3. cap. 6. num. 29. Gomez in L. 40. Taur. num. 58. vers. Tertio, D. Castillo lib. 3. cap. 2. 2. & lib. 5. cap. 143. §. unic. num. 2. & cap. 166 num. 26. Pat. Molin. de iust. & iur. disp. 588. tract. 2. tom. 3. & juxta prædicta vidi decisum in quodam maioratu instituto à D. Petro de

Vilches, vicino hujus Civitatis Granatensis, qui post factas aliquorum vocationes, ita disposuit: *I despues succeda el Cavallero notorio del Apellido de Vilches natural de Baeza*: deficientibus prius nominatis, consanguineus quidam successionem optavit, iudiciumque vertebatur cum eo; & ex alia parte D. Laurentius de Vilches, & Cabrera, præferri se contendebat, quia, & nobilior ex eo cognomine, & naturalis illius Civitatis erat, ut ex actis, ex quo nobilitatis executoria constabat, & ideo tamquam expresse vocatus obtinuit contra dictum consanguineum, qui se in tacita consanguineorum vocatione fundabat.

Secundo observandum, quod ubi non expressi admittuntur ad successionem, debent eas qualitates habere, quas in expressis testator requisivit. D. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 61. vers. Illud, quod si eas non habeant exclusi censentur, & hoc est, quod dicitur, eum qui expresse vocatus non est, se comprehensum probare teneri Cyriac. controv. 621. num. 2. D. Molin. vidend. ubi sup. & ibi tradita ab Add.

7 Tertio observandum, exclusionem expressam alicujus regulariter ad alios non extendi, sed personalem esse, nec alium comprehendere, nisi eadem ratio exclusionis in eo detur, ad textum in L. Licet Imperator ff. de leg. 1. D. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 41. Baltasar Thomas tract. 8. de Primog. tit. 10. cap. 4. num. 501. Doctiss. Alvarez Pegas Resol. cap. 4. à num. 17. tom. 1. Menochius cons. 1229. num. 70. Aguirre de Succ. Regn. 3. p. num. 32. Marinis Obs. ad Reverter. decis. 345. & lib. 2. Resol. cap. 126 à num. 28. Ant. Faber. in Cod. lib. 6. tit. 19. de V. S. diffin. 1. Guid. Pap. q. 133. & lib. 12. Auct. sup. 1. p. cap. 6. n. 150.

8 Ideo in maioratu simplici exclusa femina admittitur masculus ex ea, at in maioratu agnationis excluditur, quia ratio eadem militat. Sup. relati, & Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 220.

& filijs

& filijs naturalibus exclusis filij ex ijs non admittuntur Auct. sup. p. 1. cap. 6. num. 110. & p. 3. cap. 1. num. 73. horum enim, & similibus exclusio in eo fundatur, quia non habent eam qualitatem, quam testator desideravit, eademque ratio eos excludit.

9 Quarto observa, exclusionem specialem, generali vocationi prævalere, ideoque specialiter exclusus in generali consanguineorum vocatione dicitur non comprehendi Auct. 1. p. cap. 2. num. 45 & ibi à me tradita, & alibi econtra dixi specialiter vocatum non posse dici comprehensum in generali exclusionem, ne detur repugnantia in voluntate testatoris, quia prohiberi, & admitti sunt contraria, & se invicem excludunt L. Pomponius 408. §. Quid enim ff. de procurat. L. 15. ff. de recept. rei jud. L. 1. C. de furt. cap. cum quid una 84. extra de reg. jur. Surd. cons. 230. num. 13. & cons. 435. num. 15. Gratianus Discept. cap. 891. num. 18. Sesse decis. 28. num. 11. Carol. de Tapia decis. 16. D. Petr. Frasso de Reg. patron. tom. 1. cap. 20. n. 52. ad quod videndus Mieres de Maior. 1. p. q. 6. à num. 460. & seqq. usque ad fin.

11 Quibus observatis, secure cum Auctore quæstionem resolves, data, scilicet, in eadem persona, ex una linea succedendi capacitate, ex qua alia succedendi impotentia, eam esse admittendam, quando, licet sit ex linea infucceffibili, non tamen ratio eadem militat exclusionis in ea persona, quæ militabat in capite lineæ, hoc enim casu potius dicendum, capacitatem adesse omnino, quæ negari debet supposita inhabilitate in persona; at si vere supponi possit incapacitas, ea potentior erit ad excludendum, quam capacitas ad succedendum, & ideo omnino excludi debet persona ita inhabilis.

12 Item etiam resolves capacitatem, vel incapacitatem fortiolem esse in persona, quam in linea, vel econtra,

debiliorem esse in linea, quam in persona: V. g. in casu à nobis controverso supra ad Auct. p. 1. cap. 6. §. 21. n. 316. ubi an in maioratu agnationis masculus ex femina agnata, quæ agnato remotiori familiæ nupsit, agnato remotiori præferatur?

Item ad Auctoris resolutionem, vide L. Qui concubinam 19. §. Si fundum ff. de leg. 3. L. Si duobus 41. ff. de leg. 2. L. Simili pure 61. ff. de leg. 3.

### Num. 6.

Vide num. 48. & 51.

### Num. 9. 12. 13. 49. 50.

- 7 Impeditus non dicitur qui potest tollere impedimentum.
- 8 Successor maioratus incompatible non excluditur ex eo, quod alterius maioratus incompatible successorem declarari in vita possessoris prætenderit, & seqq. & 22.
- 9 Potentia posita, non intelligitur positus actus.
- 10 Titulus beneficij sine facultate percipiendi fructus non facit vacare primum beneficium incompatible.
- 11 Actio de maioratus successione an, & quando possit intentari vivente possessore, 12. 13. 14. 15. & 16.
- 17 Maioratus possessor an agere possit, ut alius declaratur non successor.

- 19 L. Si is qui 31. §. Quid ergo ff. de inofficioso testamento, explicatur.
- 20 Filius qui legatum in testamento sibi relictum agnovit, idem testamentum tamquam inofficiosum dicere non potest, nec capere ex testamento, quod impugnavit, 21. & 23.
- 24 L. Papinianus 8. §. Si conditione 10. ff. de inofficioso testamento explicatur, & 25.
- 26 Maioratus successor non excluditur à maioratu incompatible ante acquisitionem alterius.
- 27 L. Qui habebat ff. de vulgari explicatur.
- 28 Debitor an possit in creditorum præjudicium repudiare maioratū sibi delatum.
- 29 Marius Cutellus refertur.
- 30 Actionem qui habet ad rem, an ipsam rem habere videatur.
- 31 Potentia quando habeatur pro actu.
- 32 Beneficium, vel Capellania Sacerdotalis an possit concedi ei qui actu non est Sacerdos, & 33.
- 34 Distinguitur.
- 35 Possessio ex L. 45. Tauri transfertur in furiosum, impuberem, & ignorantē.
- 36 Possessio ex L. 45. Tauri an transferatur in invitum, ac repudiantem.
- 37 Legis 45. Tauri remedium in favorem successoris immediati, & aliorum post se successorum favore introductum est, nec in eorum odium potest retorqueri, & 38.
- 39 Maioratus delatus si repudietur retrofringitur non esse acquisitum, 41. 42. & 43.
- 40 Legatum repudiatum fingitur retro non acquisitum.
- 44 Incompatibilitas non causatur ex sola delatione, vel acquisitione, sed ex retentione maioratus incompatible.
- 45 Possessio ex L. 45. Taur. ipso jure transfertur in successorē quoad juris effectus, secus quoad effectus facti.
- 46 Maioratus successor etiam si non acceptaverit habetur pro vero successore, & ab eo successio regulatur, & per ejus mortē Tenetæ judicium proponitur.

Kk ij

47 Ma

- 47 Maioratus fructus à quo tempore acquiruntur successori.
- 48 Legati fructus acquiruntur legato ab adita hereditate, & quid jure Regio, & 49.
- 50 Fideicommissi fructus acquiruntur fideicommissario à die purificati fideicommissi.
- 51 Maioratus successor si repudiaverit maioratum fructus ad sequentem successorem pertinent, secus si renuntiaverit, & 52.
- 53 Possessio ex L. 45. Taur. an amittatur per longi temporis silentiū, & 64.
- 54 Tacita fideicommissi renuntiatio idem operatur quam expressa.
- 55 Successor maioratus decennio negligens possessionem amittit.
- 56 Legati vel fideicommissi præscriptio an currat contra legatarios, & quando.
- 57 Possessio ex L. 45. Tauri solis triginta annis præscribitur, & 59.
- 58 Præscriptio sine possessione Civili, & naturali non procedit.
- 60 L. 8. C. de iure deliberandi refertur, & an habeat locum in maioratibus, & 61.
- 62 L. 45. Taur. ibi: Aunque aia otro tomado la posesion, explicatur remissive.
- 63 Maioratus bona præscribi non possunt.
- 65 Possessio naturalis ab alio occupata efficit, ut Civilis admittatur.
- 66 L. 3. tit. 5. lib. 4. Recop. an habeat locum in bonis maioratus.
- 67 Annale tempus habet vim refutationis in feudo.
- 68 Tenutæ remediū sex mensibus præscribitur.
- 69 Tenutæ remediū elapsis sex mensibus potest intentari quando nullus est in possessione maioratus.
- 70 Tenutæ remediū intentari potest, quando extraneus quilibet possidet maioratus, & non jure successionis.
- 71 Tertius oppositor an admittatur post sex menses in iudicio Tenutæ.
- 72 Decisio Senatus Regij refertur.
- 73 Successor maioratus quando possit

- proponere iudicium possessorium, & si Tenutæ iudicium non possit proponere.
- 74 Successor maioratus iudicium possessorium super maioratus bonis quando proponere possit, & si ab extraneo possideantur.
- 75 Præscriptio maioratus in successoris præiudicium non currit.
- 76 Præscriptio contra successorem maioratus impeditus non currit.
- 77 Legatū sub conditione nuptiarū non debetur nisi impleta conditione, & an vivo testatore nuptæ.
- 78 L. Libertas 26. ff. de bonis libertorum explicatur.
- 79 Debitor qui hereditatem in creditorum præiudicium repudiare potest, si non repudiaverit, hæredi ejus eamdem facultatem non relinquit.
- 80 Actus requirit voluntatem, solemnitatem, & potestatem.
- 81 Laicus de proximo clericandus potest præsentari ad beneficium juris patronatus.
- 82 Argumentum de possibili ad esse an validum.

## Num. i. &amp; seqq.

**D**Educes ad textum in L. Possideri 3. §. ex pluribus ff. de acq. poss. L. Et an 14. §. Actiones ff. de except. L. Non ut ex pluribus ff. de reg. jur. §. Si rem. inst. de legat. L. Maccius 66. in fin. §. fund. ff. de leg. 2. L. Cum quis 35. ff. de leg. 3. L. Proprias 13. C. de legatis, L. Nec pignus 45. ff. de reg. jur. L. Si duo 37. ff. de acquir. rer. domin. L. 2. C. locati L. ad probationem C. eod. Quibus inferes dominiū non nisi ex una causa nobis acquiri posse; consequenterque potentiam physicam excludi ab actu, qui enim actu habet, potentia habere non potest, quia id quod est jam perfectū formā novam non recipit, L. in bello 12. §. Siquis servum ff. de captivis §. ex his itaque, Inst. lib. 2. tit. 9. L. Si aqueductus 74. ff. de contrah. empt. L. Sequitur 4. §. Lana Oviū vers. Si vero ff. de usucap. Videbis Donel.

Donel. & Ossuald. lib. 12. Coment. cap. 20. & conferunt Gonzales in Reg. Chancell. gloss. 13. an. 70. Giurba dec. 116. n. 38. ubi an cumulari possint plures causæ domini ad cautelam in rei vindicatione, cum ex pluribus causis domini quæri non possit, L. Siquis 10. ff. de acq. poss. de quo vide Donel. in L. 31. & 82. de verb. oblig. Gomez in L. 45. Taur. n. 97. D. Pich. in §. 14. n. 82. & 84. cum seqq. Inst. de action.

## Num. 5.

Circa hanc quæstionem, vide quæ dixi ad p. 3. cap. 1. Notabil. 10. & in p. 4. cap. 1. in princ. ad n. 6. & Auct. infra p. 6. cap. 2. & p. 7. cap. 4. per tot. ex quibus observabis unum eundemque successorem posse habere propter incertitudinem, jus ad unum, & alterum maioratum incompatibilem, & eventu ab uno excludi, arg. text. in L. 4. in pr. ff. de excusat. iur. scilicet si in alio irrevocabilem, & actualem possessionem nactus fuerit, L. Non quocūque 79. in princ. ff. de leg. 1. & in beneficijs probant textus in Cap. Siquis jam translatus 2. i. q. 2. cap. commissa de elect. ibi: Possessionem cuius pacificam habuisti, textus in cap. cum in cunctis 7. §. Cum vero, ubi gloss. magna de collect. Ojed. de Incomp. 1. p. cap. 4. n. 15. & cap. 13. n. 49. in fin. etenim non potest dici successorem contravenisse voluntati instituētis maioratum cum simili conditione alium non habendi, ex eo solum, quod alter delatus sit: ergo ante acquisitum maioratum contra eum agi non potest, ex gloss. in L. Quoties ab omnibus verb. petitionem C. de fideicommiss. Salicet. ibi, n. 4. Greg. in L. 34. tit. 9. p. 3. verb. Señorío, Mieres de Maior. 3. p. 9. n. 1. Ratio est; quia potest nolle successionem delatam: Atque ita non potest dici impeditus is qui potest tollere impedimentum. Verba sunt Bart. in L. Sed si prætoriam §. 1. ff. ex quib. caus. maior. & facit

Lex is potest repudiare qui, & acquirere potest 18. ff. de acq. her. L. 3. eod. vide Larrea deo 5. 2. n. 410. & 14. tom. 2.

Quod si in maioratibus delatis vera hæc sunt, multo magis obtinere debent quando non sunt delati, veluti si possessore maioratus vivente, actum sit de iure immediati post eum successuri, & declaratus sit quis immediate successor, nam adhuc ab alio maioratu ob incompatibilitatem, non excludetur, quia licet petitione unius ex maioratibus incompatibilibus, ab alio exclusus maneat successor juxta quæ cum Auctore dicemus d. cap. 2. p. 6. id tamen diversum est, quia in iudicio petitorio, vel possessorio maioratus agitur ad actualem ejus acquisitionem, in hoc vero proponitur iudicio, tantum potentia ad succedendum, hoc est, ut declaratur successurum immediate post eum qui actu habet maioratum; cum ergo non inferatur de potentia ad actum, sequitur posse, nihilominus, successorem declaratum alium petere, & obtinere maioratum, argum. L. Grege §. Si sub conditione ad fin. ff. de pign. dec. Pedamont. 177. n. 3. & ad hoc facit, quod titulus, vel beneficij possessio sine facultate percipiendi fructus non facit vacare primum beneficium, nec efficit incompatibilitatem, Cap. Si tibi concesso de præbend. in 6. ubi gloss. verb. Vacare, & ibi notant Dominic. Ancharran. & Franc. Capra Reg. 90. n. 64. Ojed. de Incompatib. 1. p. cap. 13. n. 48.

Quando autem quis possit agere, ut successor maioratus vivente possessore declaratur, vulgaris quæstio est, & cum causa agere posse vulgo obtinetur. Vide D. Greg. in L. 1. gl. 2. tit. 2. p. 3. D. Mol. lib. 3. c. 14. Garcia de Nobilit. gl. 47. à n. 13. Barb. in L. 23. à n. 16. ff. de iudic. D. Castell. lib. 5. Controv. cap. 93. §. 14. Fontanel. dec. 155. & seqq. Pareja de Instr. edit. tit. 5. resol. 11. n. 4. & 12. Gomez in L. 40. Taur. n. 78. Surd. dec. 242. Pat. Mol. disp. 639. tom. 3. Giurba de Success. §. 2. gl. 11. à n. 66. qui

- videadus est, Horat. Barbarus de *Fideicom. tit. 1. p. cap. 4. inspect.* 7. & 8. Mieres de *Maior. 2. p. mitto à n. 571. usque ad n. 591.* Cenfal ad *Peregrin. de fideicom. art. 32. n. 69.* Mastrillo *dec. 118. Capyc. Latro dec. 151. à num. 12.* Tondut. *Civil. cap. 139. à n. 13.* Sanfellic. *decif. 165. à num. 1.* noviter. Antunez de *Donat. Reg. 1. p. præhud. 2. §. 2. à num. 30.* ubi negativam limitat 1. si successor bona dilapidaverit. 2. si aliū tamquam immediatum successorem possessor maioratus elegerit in ejus qui agere vult præjudicium. 3. si bona maioratus libera esse jactaverit. 4. si successor, ut melius uxorem ducat, se talem velit declarari. 5. si possessor effectus sit mente captus, qui non possit bona administrare, tunc possessor uti immediatus potest administrationē petere: quibus casibus agi posse judicio declaratorio de successione jure possessore vivente observat. An autem econtra possessor maioratus agere possit, ut alius non successor declaratur, est D. Larrea *dec. 38. Granat. omnino videndus.*
- His igitur casibus sive successor agat, sive conveniatur, ut declaretur non successor, vel ut pronuntietur successurum se post mortem possessoris in maioratu; non ideo ab alio incompatibili exclusus esse videtur; quod quidem præter supra allata evidenter probatur ex eleganti textus decisione in *L. Si is qui 31. §. Quid ergo ff. de inoffic. testam.* ubi Paulus docet, filium qui judicium patris agnovit, voluntatem que ejus ante mortem probaverit, non repelli ab inofficiosi testamenti querela; cum tamen si post mortem patris voluntatem ejus approbet, ab ea querela repellendus sit, quia non potest comprobare eandē, & reprobare voluntatem; hæc enim implicat: ideoque filius, qui legatum in testamento sibi relictum agnovit, idem testamentum tamquam inofficiosum impugnare non potest. *L. & §. fin. L. Post legatum 5. in princ.*

*ff. de his q. ut indign. L. 10. §. fin. ff. de inoffic. testam. L. Papinian. 8. §. Si conditioni 10. L. Nihil 12. L. Si penas 23. §. Si hæreditatem 1. ff. eod. sicut nec approbare, vel capere ex eo testamento filius potest, quod impugnavit, d. L. Papin. 8. §. Meminisse ff. d. tit. L. edito 13. §. pen ff. jur. fisc. L. sub condition. 18. §. 1. ff. de contr. tabul. L. 5. §. 3. ff. de legat. præstand. L. In servitutem 16. §. 5. & seqq. de bonis libert. L. Is qui 22. ff. de vulg. subst.*

Nihilominus tamen filius qui ante mortem agnovit legatum, vel comprobaverit patris voluntatem ab inofficiosi querela non excluditur, ut ex dict. *L. Si is qui 31. §. fin. de inoffic. testam. docent gloss. & DD.* & ita eam intelligit Vigel. *Digest. Jur. Civil. lib. 31. cap. 4. exception. 34.* & ratio est; quia ex agnitione legati, vel approbatione testamenti, non potest induci hæreditatis nondum delatæ repudiatio, & ideo intempestiva renuntiatio non prohibet hæreditatis postea delatæ acquisitionem, *L. Qui super Titij 93. ff. de acq. hæred. L. Nec is 17. §. fin. L. In plurimum. 69. ff. eodem tit.*

Cum ergo agnitio intempestiva renuntiationem non inducat, sequitur maioratus successorem, qui possessore vivente egit, ut declaretur successor, ab alio maioratu non excludi, & si cum alio incompatibilis sit.

Quæ etiam ad principalem questionem pro Auctore adduci quis poterit. Nam sicut in querela inofficiosi testamenti, si filius à patre præteritus, vel male exhæredatus, & cui eodem testamento legatum est, quamvis à tempore mortis, & ante ejus agnitionem, legatum, & actionem ad id petendum habere videatur, *L. A Titio ff. de sur. L. Quæsitum 91. §. pen. ff. de leg. 1.* tamen id ita procedit, si legatum agnovit filius: unde ab agnationis tempore cum effectu actionem habere videtur, & statim repellitur à querela, *L. Nihil interest 12. ff. de inoffic. testam.*

*ff. de his q. ut indign. L. 10. §. fin. ff. de inoffic. testam. L. Papinian. 8. §. Si conditioni 10. L. Nihil 12. L. Si penas 23. §. Si hæreditatem 1. ff. eod. sicut nec approbare, vel capere ex eo testamento filius potest, quod impugnavit, d. L. Papin. 8. §. Meminisse ff. d. tit. L. edito 13. §. pen ff. jur. fisc. L. sub condition. 18. §. 1. ff. de contr. tabul. L. 5. §. 3. ff. de legat. præstand. L. In servitutem 16. §. 5. & seqq. de bonis libert. L. Is qui 22. ff. de vulg. subst.*

flam. ergo eodem tempore legatum delatū, & querela inofficiosi testamenti nata est; & si filius legatum agnovit, à querela exclusus manet, si querelam intenderit à legato; & sic similiter, si uni ex consanguineis deferantur duo maioratus incompatibiles, non ante excludendus est, quam alterum eorum cum effectu obtinuerit, sicut, nec excluditur quis à comodo ex testamento, quod impugnaverit, nisi cum effectu, hoc est usque ad sententiam perseveraverit, *L. 14. §. Accussasse 8. ff. de bon. libert. L. 8. C. de his quib. ut indignis, L. Servitutem 16. §. Perisse ff. de bon. libert.*

In quam rem potest expendi textus in *d. L. Papinianus 8. §. Si conditioni 10. ff. de inoffic. testam.* ubi expressus conceptus noster firmatur illis verbis: *Ego autem puto sequendum in hac re: proponitur enim alicui legatum, vel hæreditatē esse relictam sub conditione dandi filio præterito, vel exhæredato, certam quantitatem; & dubitatur, an si oblata filius accipiat, à querela excludatur, quasi idem sit id quod implendæ conditionis causa datur eum accipere, ac legatum agnoscere.* In qua specie Consultus homino judicio distinguit, nam si hæres sub conditione dandi decem, v. g. sit hæres institutus, facilius à querela filius excludetur, si decem receperit, quia ante aditam hæreditatem querela non est nata, *L. Scimus 36. §. Præterea C. de inoffic. testam.* & facilius impeditur actio quæ nondum competit, quam jam nata extinguatur. *Gloss. in d. §. 10. verb. Querela.*

Si autem legatum sub ea conditione relinquatur, an si filio decem oblata sint, & is cum effectu ea accipiat, excludatur à querela quæ jam adita hæreditate nata est? & ait Papinianus, quod si antequam judicium inofficium moveatur oblatio fiat, filius eventu excludetur à querela, si decem accepit, quasi ex voluntate testatoris oblato eo satis ei factum videatur, arg.

*L. 5. §. Omnibus ff. de legat. præstand.*

Quibus manifestum est, quod licet unus maioratus consanguineo delatus sit, & si *Lex 45.* effectus suos quoad translationem possessoris operetur, non tamen ab alio incompatibili excludendus est, antequam oblata delati maioratus successionem agnoscat. Imo nec unius, nec alterius successione privari debet quousque unum ex eis actualiter possideat, quia ante acquisitionem unius, ita ut nulla exceptione possit removeri, ab alio non debet excludi, arg. text. in *L. Nihil interest 12. §. Si cum filius 2 ff. de inoffic. testam. L. Si quando 36. §. & generaliter L. de inoff. testam. L. 10. §. 3. ff. de contr. tabul. L. 6. §. fin. & L. 8. & 9. ff. de bon. libert. L. 4. §. 3. ff. de contra tabul. ibi: Quia iniquum est, neque quasi scriptum petere posse bonorum possessionem, quandiu contra tabulas peti potest, neque contra tabulas, quandiu non nocetur præteritis.*

Num. 6. & 32.

Explicat Doctiss. D. Melch. de Valent. *Illustr. lib. 3. tract. 1. cap. 6. n. 11. & 12. D. Larrea decif. 67. num. 104. & 26. Fufar. de Subst. loquens cons. 64.* ubi pariter explicat.

Num. 7. & 8. & num. 33.

Vide D. Salgad. statim *n. 9.* citandum: An autem delatum maioratum in creditorum suorum præjudicium repudiare quis possit? Affirmativa sententia communis est, & verissima, eamque late comprobat D. Castillo *C. ntrov. tom. 6. cap. 112.* D. Larrea *decif. 55.* ubi hæc limitata est sententia, quando maioratus successor jam agnovisset, ut observat D. Olea de *Cess. jur. tit. 2. q. 3. n. 18.* ex eod. Larrea *ubi sup. n. 12. & 14.* ubi ex quibus actibus agnitio inducatur explicat D. Olea ibidem, qui eleganter materiam explicat per tot. quæst. omnino videndus, & cum Mieres, Flores de Mena, & Matienzo, eandem resolutionem

nem fundat D. Salgad. in *Labyr. credit. p. 2. cap. 14. num. 12. & seqq. ubi Leg. 45. Tauri* satisfacit Didac. Bolter. de *Decoet debit. fiscal. tit. 5. q. 37.* in quo generalis, & vera observanda est Mar. Cutel. de *Donat. contemplat. matrim. tom. 1. tract. 2. disc. 2. pari. 9. & 10. doctrina, ut ea, quæ absque nostro facto nobis acquiruntur, quæ que nostram declarationem requirunt, possint in præjudicium creditorum repudiari, & non acquiri, ea vero, quæ ex facto nostro, & propria conventionione nobis debentur in creditorum præjudicium, remitti, & refutari non possent, quod ita proponit, & extollit D. Olea dict. q. 3. num. 31. & in hoc sensu accipit Cypic. Laro decif. 34. ubi refert decisum, quod ubi dos ex pacto patri restitui debet, is in creditorum præjudicium donationi per filiam alij factæ consentire non potest, secus si nullum pactum sit interpositum. Quæ omnia ad explicationem *L. Quoties C. de don. quæ sub mod. & maioratus juxta eam instituti observanda sunt, ad materiam, & L. 45. Tauri* intellectum, de quo infra agendum est.*

Num. 9. & 10. & 34. & 35.

30 D. Salgad. *Labyr. cred. 1. p. cap. 24. num. 122. & seqq. ubi plures refert, & p. 2. cap. 28. num. 4.* D. Jos. de Vela *disfert. 48. num. 59.* Narbon. in *L. 35. gl. 1. num. 4. & 5. tit. 3. lib. 1. Recop. ad Auctoris intentum videndus D. Larrea decif. 57. fere per tot. maxime n. 4. 10. & 14.*

Num. 11. & 36.

31 Vide *L. Julius Paulus 79. §. fin. ff. de cond. & dem. L. Testam. 91. §. Fideicommissi ff. de leg. 2. L. Cui ususfruct. 39. ff. de usufr. leg. L. Fideicommissa 51. §. Cum esset ff. de leg. 3. L. Servus 34. §. Si hæres ff. de stat. lib. L. Siquis 11. ff. de cond. inst. L. 3. ff. de cond. & dem. L. 1. C. de inst. & subst. L. 1. C. de*

*his quæ sub mod. Cyriac. controu. 167. Bafil. Ponz. de Matrim. lib. 3. cap. 17. Modernus Menefes in L. In omnibus 39. ff. de reg. jur. Donelus lib. 8. comm. cap. 24. Anaya Observat. lib. 2. cap. 12. Vigel. Method. civil. lib. 14. cap. 2. except. 21. vers. Est & aliud.*

Num. 12.

Vide Num. 50.

Num. 13. & 37.

Costa de *Retrotract. cap. 8. cas. 30. ad fin. Mieres de Maiorat. 1. p. q. 23. n. 104. & 2. p. q. 6. n. 158.* Cevall. *quest. 693. D. Castillo lib. 5. cap. 90.* Gonzales in *Reg. Chancell. 8. gloss. 5. num. 72.* Merescot. *lib. Var. cap. 83. Fondur. lib. 1. Quest. can. q. 31. & 118.* qui disputant, an ad beneficium presbyterale possit presentari qui intra annu possit fieri presbyter, Riccius *6. p. collect. 2488. Diana tom. 3. tract. 3. resol. 113.* Barb. de *Potest. Episc. alleg. 24. & tom. 2. voto decif. 111. & 113.* ubi an ex onere dicendi missam sit Sacerdotalis Capellania? Sanchez *Cens. moralium lib. 7. cap. 1. dub. 48.* & de quaestione adde Garcia de *Benef. 7. p. cap. 1. a. n. 79.* Vivian. de *jur. patron. p. 2. lib. 6. c. 6. a. n. 24.* Gratian. *Discept. cap. 133.* Diana *ide tract. 4. resol. 237. p. 4.* Castro Palao *tract. 13. disp. 1. punct. 6. n. 11. & 12.* Girona de *Privil. a. n. 1172. & seqq. q. 127.* videndus Marinis *lib. 2. Resol. jur. cap. 40.* ubi sententias refert, & tandem distinguit, an verba apposita sint ad significandam obligationem, & onus a testatore impositum? veluti si dicat: *Celebrentur tot missæ a Capellano;* & hoc casu Capellania potest obrineri ab eo qui non sit actu Sacerdos. At vero si Sacerdotalis qualitas in ipso actu presentationis in presentato requiratur a testatore, tunc actu Sacerdos requiritur: ait ergo, quod si verba in personam dirigantur, & præcise qualitatem Sacerdotis requirant, non suffi-

sufficere aptitudinem, secus si non requirant, vel in rem prolata sint. Cum pluribus Mostazo de *Caus. p. lib. 3. cap. 5. n. 23. & 33.* ubi Auctor. refert, & late agit de quaestione.

Num. 14. ad 17. & 41. ad 47.

35 Videndi *Surd. conf. 491. lib. 4. sub n. 3. vers. 5. Pacificus de Salvian. inter d. inspect. 3. cap. 2. maxime numer. 351. & seq. Posthius de Manuten. obs. 55. a. num. 70. & maxime n. 84.* D. Castillo *tom. 6. cap. 135. n. 30. & cap. 112.* D. Salgad. in *Labyr. 2. p. cap. 14. num. 27. & 28.* & alij referendi, & quod possessio ex *Leg. Tauri 45.* transeat in successorem prorsus ignorantem, nec ejus requiratur acceptatio scilicet Giurba de *Succ. feud. §. 2. gloss. 12. num. 69.* ubi Molin. Pinel. Thomas Gomez, Mieres, & alij, & prosequitur ibi: *Nihil enim interest ad hanc continuandam possessionem an minor quis sit, infans, absens, furiosus, prorsus ignorans, vel in utero existens, — potens enim est Lex ad transferendam possessionem sine ulla apprehensione, — nec dum ad pupilli beneficium, — sed alterius etiam cujuslibet hæreditatem sibi delatam ignorantis; — Lex enim hoc operatur; ministerium itaque, & scientia hominis non desideratur, — & ubi aliquid consistit in voluntate conferentis, non est opus acceptatione, voluntate, & scientia illius, in quem confertur. Quæ omnia pluribus comprobatur, & num. 70. nullo actu hominis, vel ministerio, sed vi legis tantum possessionem transferri sine aliqua agnitione, aut declaratione itidem probatur.*

36 An autem in invitum, & repudiantem possessio transferatur? hic congrue dubitari potest. De quo etiam Giurba *ubi sup. n. 68.* ubi resolvit affirmative, quatenus ex simili repudiatione successoris sequentis jus læditur. Ratio est, quia licet invitum legis beneficium non conferatur, *L. Invito ff. de reg. jur.* & favori suo quisq. renuntiare

possit, *L. Siquis in conscribendo C. de pactis,* ac proinde successor posse renuntiare huic legis beneficio videatur *L. Licet C. de acquir. poss. Ant. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 7. diff. 5.* D. Paz de *Tenuita cap. 48. n. 12.* Milanens. *dec. 3. n. 218. p. 1.* hæc tamen non obstant, quia *Lex 45.* non solum in successoris immediati favorem, sed & ejus, qui post se est successurus, introducta est, in quorum præjudicium repudiatio, vel renuntiatio nulla est, nec jus ex eo quoad lineæ constituendæ rationem læditur, & ab repudiante proximitas regulatur *Sesse dec. 66. n. 20.* Paz *ubi sup. n. 12.* unde solum quoad fructus renuntiatio effectum operatur. Bart. in *L. Qui superstis n. 2. de acq. hæred.* Paz *d. n. 12.* Alex. Bald. & alij a Giurba relati *d. n. 68. vers. Lex enim.*

Ex quibus pro Auctore satisfacies dubio proposito *ex d. L. 45. Tauri.* sed quia utilis admodum materia est, quæ ex intellectu dictæ legis prodit, & alix solutiones aptæ sunt, eas distincte separatas proponimus.

#### 1. Solutio.

38 Sequitur Auctoris solutionem D. Salgad. *d. 2. p. cap. 14. n. 27. & 28.* ubi summe laudat Mieres hic ab Auct. relatum *n. 44.* quod scilicet translatio possessoris intelligitur in favorem successoris, non vero in ejus præjudicium, ideoque solus is eo favore uti potest, non vero alij adversus eum. Sequitur D. Castillo *cap. 112. a. num. 45.* D. Larrea *dec. 55. n. 14.*

#### 2. Solutio.

39 Altera est D. Salg. *ubi sup. n. 19. & seqq.* ubi quod maioratus delati acquisitio ante acceptationem dicitur jus quoddam informe, variabile, & resolubile, cum sequuta repudiatione, fingatur retro nihil acquisitum fuisse successoris, quod ex eplo legati delati bellissime probatur *a. n. 20. ad 25.* sicut enim legat-

legati dominium in legatarium transfertur à morte testatoris *L. A Titio ff. de furtis*, & tamen si legatum repudiaverit legatarius, consideratur retro nihil ei fuisse acquisitum *L. 1. §. Utrū ff. si quid in fraud patron.* quod præter alios relatos à Salgado doctè exornat D. Melchior de Valent. *Illustr. tom. 3. tract. 3. ad L. 1. ff. de leg. 1. cap. ultim. num. 3.* ubi rectè ait ex facto agnitionis, vel repudiationis retro à morte testatoris dominium legatarij fuisse, aut non fuisse credendum, arg. text. in *L. de hæredit. 19. §. Quid autem ff. de castrens. pecul.* Si ergo delato maioratu absolute dici non potest successorem eum acquisisse ante agnitionem, nec non quæsisse ante repudiationem. Idè affirmat Costa de *Retrotractione cap. 8. cas. 2. maxime n. 25. & seqq.* ubi stante simili statuto de continuanda possessione in hæredem defuncti, docet aditionem hæreditatis etiam respectu possessoris retrotrahi ad punctum mortis illius de cuius bonis agitur, saltem quoad utilitatem; & sic similiter ait de repudiatione *seq. cas. 3. num. 7. & seqq.* ubi sicut in legato, ita in hæreditate dici, eam repudiatam retrotrahi, & operari, quod nunquam dicatur acquisita hæreditas, etiam respectu possessionis; & n. 3 & 4. ibi: *Quare sicuti aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis de cuius hæreditate agitur, ut proxime diserebamus, ita quoque repudiatio hæreditatis ad illud idem tempus retrotrahitur tamquam causa reducta ad non causam.* Unde rectè idem Costa de *Fact. scientia inspect. 93. n. 1.* ait hanc acquisitionem legati esse revocabilem, & legatarium acquirere legatum à morte testatoris revocabiliter, hoc est, *inceptive*, & ideo hæc momentanea acquisitio nocere legatario non debet. D. Olea in posterioribus additionibus ad suum *tract. de Cess. jur. tit. 4. q. 11. n. 4.* ubi inter legatum parum, & sub conditione si volet, theoricè distinguit.

## 3. Solutio.

Non multum dissimilis loquitur D. Larrea *decis. Granat. 52. numer. 34. tom. 2.* sed loquitur in propria materia incompatibilitatis, & in specie de maioratu delato an ex vi Legis 45. causet incompatibilitatem. Denique (ait) *ultimum argumentum de quo sup. numer. 6. ut cum ex L. 45. Tauri, ipso jure in successorem maioratus transferatur possessio, si electio solum facienda, postquam maioratus successio delata, daretur concursus maioratum incompatibilium in eadem persona contra dispositionem testantis, & dict. Leg. 7. Quia id facile diluitur si memineris, quod ex Rotæ decis. (774.) apud Seraphinum notari numer. 25. non causare incompatibilitatem acquisitionem, sed retentionem, idque respicit prohibitio concursus maioratum, tum eo ipso quod eligit possessor maioratum unum, & alium omittit, idem causetur ac si nunquam, & retro ab initio non acquireretur exemplo legati, &c. Ita in maioratu dicendum, ut quasi non delatus censeatur, eo quod repudiatur, & alius eligatur, & absurdum foret considerari incompatibilitatem ex momentanea acquisitione, postquam maioratum à se abdicavit, & solum ex delatione successiois induci imaginem incompatibilitatis, ut aliàs dicitur in L. 1. in pr. C. de latin. libert. tol. ibi: Satis absurdum est ipsa origine resublatam ejus imaginem derelinqui.*

## 4. Solutio.

Quarto denique Doctiff. Paz de *Tenut. cap. 35. ubi numer. 7.* refert Mieres, & cum eo affirmat acceptance non esse necessariam, ut transferatur possessio ex *L. 45. Taur. & n. 28. cum seqq.* tenet, quoad juris effectus

etis possessionem à Lege transferri sine aliquo actu, vel acceptance successoris; secus vero quoad effectus facti, qui quoad agnitionem, & acceptance suspenduntur. *Hæc itaque (inquit num. 30.) acceptatio, & animi declaratio, in maioratus successore, hoc operatur, ut ipsius fructus, & emolumenta consequatur; facti itaque effectus usque ad sententiam suspenduntur; quoad juris tamen effectus nulla suspensio fit, nec possessio vacare potuit, sed statim translata in sequentem fuit, eo itaque mortuo, in verum successorem possessio iterum transfertur.* Quæ verba notanda sunt, ex que ijs Auctoris sententia declaranda est: nec Tiracueli doctrina obstat, respondet enim D. Paz *num. 29.* & ita intelligendum asserit *n. 31. & seqq.* Matienzum hic relatum *n. 45.*

46 Ex quibus observa maioratus successorem, etiam dum non acceptaverit successionem, pro possessore haberi, in eumque transferri possessionem à Lege. Ideoque si is ante acceptance mortuus fuerit, ab eo proximitas regulanda est, non vero ab antiquo maioratus ultimo possessore; idque expresse sentit D. Paz *ubi sup.* Giurba de *Success. feud. d. §. 2. gloss. 12. num. 68.* & etiam tenet D. Paz, per ejus mortem Tenutæ judicium proponi posse, nove enim defertur successio; quod late fundat *n. 31. & seqq.* Mieres de *Maior. 1. p. q. 24. num. 95.*

47 An autem fructibus maioratus, successer privetur, dum delatam successionem non agnoverit, possessionemque apprehenderit? dicendum est, non privari nisi maioratum repudiet, quo casu fructibus, vel comoditatibus carebit, & perinde haberi debet, ac si delata successio ei non fuisset, sicut de legatario docetur Consultus in *L. 1. §. Utrum 6. ff. si quid in fraud. patron. L. 8. in fin. ff. si cert. pet. L. Quædam ff. de reb. dub. L. Legatarius 38. §. 1. ff. de leg. 1. L. 46. §. 1. ff. eod. L. c. 8. §.*

*Cum servus ff. eod. L. 82. ff. de leg. 2. Larrea dec. Granat. 55. n. 13. tom. 2. D. Salgad. 2. p. Labyr. d. cap. 14. D. Castell. cap. 112. Merlin. Controv. cent. 2. cap. 63. n. 25.* fructus ergo medio tempore percepti à morte ultimi possessoris, usque ad realem acquisitionem, ad eum pertinent, quasi ex necessaria consequentia ex possessione à Lege translata D. Paz de *Tenuta c. 13. maxime n. fin. D. Castell. cap. 135. à n. 30. tom. 6.* lic enim & legatarius certæ speciei, quæ in dominio testatoris sit, cum ejus dominium retro à morte testatoris, adita hæreditate acquirat quando legatum pure ei relictum est sine cõditione, & dilatione, fructus acquirit à morte testatoris juxta Gomezij sententiam *Variar. tom. 2. c. 11. n. 5. & 22.* Balmafed. de *Collect. q. 78. n. 8.* O'Quald. ad *Donel. Comment. lib. 8. cap. 36. lit. C* ubi refert eum, & sequitur in probata Ant. Fabr. sententia qui *lib. de error. pragmat. dec. 11. error. 2. & in L. 99. ff. de reg. jur.* Petr. Fabr. judicat à tempore litis contestatæ fructus legatorum deberi, vel à tempore moræ, ut certius judicat Ant. Fabr. Sequitur ejus sententiam alijs relatis Horat. Barbat. de *Divis. fruct. p. 2. cap. 2. n. 7. cum seqq.* ubi late limitat, intelligit, & declarat Faria ad *Covarr. lib. 1. Var. cap. 15. n. 67. & seqq.* item Covarr. *lib. 1. Var. cap. 9. n. 5. vers. Illud,* ubi à die dictæ hæreditatis fructus legatario deberi affirmat, & eo relato cum Bald. Juson. S. zin. Ruin. & alijs docet Marefcot. *lib. 2. Var. cap. 96. n. 5.* & Lege partitæ h. rû sententia obtinuit *L. 37. tit. 9. p. 6.* Ad de Pat. Mol. de *Iust. & Jur. tract. 2. d. sp. 204.* Gutierrez *lib. 2. pract. q. 33.* Cevallos *Comm. q. 29. Vela disertat. 33. n. 5. & dissert. 35. à n. 47.* D. Crespi *obs. 42.* Lectard. de *Usur. q. 19.* Sanchez *Cony. l. Moral. lib. 4. cap. 2. dub. 16.* Olea de *Cess. jur. tit. 6. q. 6. n. 14.* apud quos plura invenies de quæstione, & an hodie stante *L. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.* qua sine hæreditatis aditione sustinetur testamentum, legati fructus à die mortis debeantur,

anfer, quod affirmant D. Castillo de *Ufuf. cap. 8. n. 21. & 22.* Faria *ad Covarr. dict. cap. 15. n. 69.* cum alijs, & vide D. Castillo *cap. 80. de ufuf.*

50 Id tamen, quid quid in legato dubitat an sit, in fideicommissio admittitur certius, fructus deberi à die purificantis fideicommissi, de quo videndus ad rem Marinis *lib. 2. Var. cap. 104. maxime n. 6.* ubi sine dubio esse ait, itante statuto, quo ipso jure devolvuntur bona in substitutos, quo casu fideicommissio gravatus non potest pretendere fructus ex negligentia fideicommissarij non petentis restitutionem. Fufar. *conf. 161. n. 7. & de substitutione q. 626. n. 53.* Marefcot. *lib. 2. Var. cap. 112. n. 49.* Peregrin. *de Fideicom. art. 49. n. 84.* Pacific. *de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 440.* Surd. *de cis. 25. n. 11.* & eodem modo in maioratus successore dicendum est.

51 Si tamen maioratum repudiet, fructus ad sequentem successorem pertinebunt, nisi alius bona fide perceperit eos, & consumperit ad textum *L. 4. §. Fructu ff. de usuc.* fructus enim sunt alienabiles Mieres *de Maiorat. 3. p. q. 9. num. 106.* nisi adhuc à solo separati non sint Mieres *4. p. q. 24. numer. 4. & 5. & seqq.* Gomez *in L. 40. Taur. num. 74. vers. Quod.* D. Valez.

52 Velazquez *conf. 59. D. Salg. in Labyr. 3. p. cap. 15.* sed & si ipse successor maioratus eos perceperit, licet postea repudiet, fructus perceptos non restituet, quia tunc ad tempus mortis ultimi possessoris non retrotrahitur repudiatio, sed ex nunc valet, ut vera renuntiatio maioratus jam acquisitis arg. *L. Si partem 19. §. fin. ff. quemadmodum tervit amittit.* D. Larrea *dec. 55. n. 17.* D. Salgad. *2. p. Labyr. cap. 14. n. 125.* & ad id quod ex Marinis *de Fideicommissio dixi* adde Merlin. *Controv. cent. 2. cap. 61. n. 2.* Mieres *de Maiorat. 3. p. q. 9. n. 13. 34. 106. & seqq.*

Quid autem si successor per longum tempus tacuerit, an amittat possessionem per legem translata? quaestio-

nis est, & in primis successorem maioratus possessionem amittere, si per longum tempus negligens eam actualiter quaerere deserit, probatur *L. Fur. tum 37. §. Fundi ff. de usucap. L. Si finita 15. §. Si ff. de damn. infect.* Merlin. *Controv. for. cent. 2. cap. 162.* ubi de tacita fideicommissi renuntiatione per longum temporis silentium, & quod fortius operetur, quam expressa repudiatio. Costa cum alijs *de Retrotract. cap. 8. cas. 5. n. 8.* Fufar. *de Subst. q. 595.* Peregrin. *de Fideicom. art. 52. num. 12.* Gratian. *Discept. cap. 760.* Barbof. *in L. Quae dotis n. 42. ff. solut. matrim.* Adde Faber. *de Err. pragmatic. dec. 1. error. 2.* Galeota *Controv. 14. num. 8. lib. 2.* Aug. Barbof. *Diction. usufreq. dict. 90. n. 7.* DD. *in L. Qui Roma §. Duo fratres ff. de verb. oblig.* si ergo 55 successor maioratus longo tempore, id est, decennio, negligens possessionem non acquirat actualiter, amittit à Legge translata. Gomez *in L. 45. Taur. n. 83.* Aug. Barbof. *vol. 42. numer. 23.* Cevallos *q. 98.* Hermosilla *in L. 7. gl. 2. num. 46. tit. 4. p. 5.* Stephan. Gratian. *Discept. cap. 365. n. 42. & 450. n. 30. & 42.* Censius *de Censib. decis. 250. n. 4.* Menoch. *Recup. remedio 7. numer. 25.* Giphian. *in L. Si id quod 15. ff. de acq. possess.* Gothofred. *in L. 15. §. si finita §. 21. ff. de damn. infecto.* Ancharran. *in cap. sine possessione num. 7. ad fin. de reg. jur. in 6.* ubi legati, vel fideicommissi praescriptionem, per solam patientiam legatarij, qui per longum tempus non agnoscit, currere ait: sequuntur Petr. Barbof. *in L. Sicut n. 142. C. de praescript. 30. vel 40. annor.* Gilchenius *de Praescript. p. 2. membr. 2. cap. 3. n. 19.* Vazquez *Illustr. lib. 2. cap. 55. n. 26.* Peregr. *de Fideicommiss. art. 41. n. 10.* Gratian. *Disceptat. cap. 2. n. 30. dec. 4. n. 15. & 16.* contra D. Covarr. ubi sup. *Caldas in L. Si curatorem, verb. sua facilitate numer. 75. vers. Tunc etiam,* quibus cum vide Merlinum *Controv. tom. 2. cap. 63. n. 27. & seqq.*

Con.

57 Contrarium tamen, quod per longum silentium non amittat successor possessionem à lege translata defendunt, D. Greg. Lopez *in L. 10. gloss. 3. quaest. 4. col. 5. tit. 16. p. 4.* D. Paz *de Tenuta, cap. 17. à numer. 27. vers. Ego tamen,* ubi docet possessionem civilem, & naturalem à Legge 45. *Taur.* translata non amitti per taciturnitatem decennij, & tandem *num. 35.* putat solum per 30. annos amitti posse, & superesse tantum remedium petitorium. Ratio: quia per legem possessor civilis, & dominus constituitur successor, sed etiam si solum possessio retineatur impeditur praescriptio, quamvis naturaliter alius rem possideat, gloss. Bartol. & DD. *in L. 3. §. Ex contrario, ff. de acq. poss.* Gothofred. *in dict. L. 37. ff. de usucap. litt. Q.* ubi quod praescriptio non currit contra civiliter possidentem; & ratio est, quia ad usucapionem non solum naturalis, sed & civilis, iustaque possessio requiritur, Donel. *lib. 5. Comm. cap. 14.* Covarr. *in Reg. peccatum, 2. p. n. 7. vers. Naturalis,* Atinius *de Usucap. in rub. num. 50.* : ergo sine possessione usucapio procedere non potest ex Reg. sine possessione *de reg. jur. in 6. L. 3. L. Sine possessione, ff. de usucap. L. pen. ff. pro donat. L. 15. ff. de usucap. L. 13. §. Quaesitum, ff. de acq. possessione.*

59 Quam sententiam repetit idem D. Paz *de Tenuta, cap. 50. num. 48. & cap. 71.* D. Salgad. *in Labyr. 2. p. cap. 14. num. 14. & seqq.* Mieres *de Maior. 2. p. q. 6. num. 74.* D. Paz *idem cap. 35. & pro ea vide Giurb. de Success. feud. §. 2. gl. 12. n. 56.*

60 Praeterea haec sententia probatur ex Leg. text. *in L. 8. Cod. de jur. deliberand.* ibi: *Licet sui haeredes in continenti se paternis non immiscuerint bonis, tamen ignorantes delatam sibi esse successionem longi temporis praescriptione, quo minus hanc recte vindicent, excludi non debent, L. 3. Cod. qui ad honor. poss. L. 8. Codic. eod. L. 2. in princ. ff. quis*

*ord. in bon. poss.*

61 Quae sane dispositio in maioratibus locum habere docet Larrea *dec. 55. num. 6.* ergo maioratus successor, & si per longum tempus non agnoverit maioratum, praescriptione excludi non debet. Add. ad textum *in d. L. 8. Cod. de jur. deliber.* Donel. *lib. 7. Comment. cap. 8.* ubi Ossuald. *litt. A. Vigel. lib. 29. digest. jur. civil. cap. 13. except. 12. replic. 20.*

62 Et in hunc sensum potest accipi ipsa *Lex 45. Taur.* illis verbis: *Aunque aya otro tomado la possession de ellas en vida del tenedor del maiorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor le aya dado la possession de ellas.* Ad cuius intellectum vide Hermosilla *in L. 7. gloss. 2. à num. 30. tit. 4. p. 5.* Paz *de Tenut. cap. 28.* Gomez *in d. L. 45. num. 111. vers. Praeterea, & numer. 117. vers. tertio.* Giurba *de Success. feud. §. 2. gloss. 12. n. 82. & seqq. & 85.*

63 Quae tamen doctissimi Paz opinio licet probabilis sit, eamque doceat Matienzo *in L. 8. tit. 7. gloss. 5. n. 10. & 81. lib. 5. Recop.* D. Molin. qui eiusdem sensus esse videtur *lib. 3. de Hisp. primog. cap. 12. num. 18.* quatenus affirmant maioratus rem ab alio praescribi non posse, cum civilis possessio poenes successorem existat, & si per decem annos possessio rerum maioratus amitteretur, extunc inciperet legitime res maioratus usucapi, quod quidem valde opponitur rerum maioratus prohibita alienationi, & praescriptioni. Id tamen verius iudico ex negligentia successoris contra eum per decennium possessionem alterum acquirere posse, & ipsum amittere, si per tanti temporis spatium eam actualiter acquirere sine iusto impedimento deserit, Mieres *de Maiorat. 4. p. q. 21. num. 5.* & alij sup. *re-*

64 lati: & probatur ex *L. Si de eo, §. fin. ff. de acq. poss.* per quem notant Bart. ibi. *Alex. conf. 35. num. 12. vol. 3.* D. Covarr. *in Reg. possessor. 2. p. §. 9. n. 3.* qui dicunt, quod si scio possessionem-

Ll

na-

naturalem ab alio occupatam, & negli-  
 gigo per aliquod tempus apprehē-  
 dere, perdo civilem pluribus, relatis,  
 Mieres de Maiorat. 3. p. q. 6. n. 2. & 3.  
 66 & per totam fere quæstionem disputa-  
 tat, & resolvit successorem maioratus  
 possessionem amittere, si per decen-  
 nium tacuerit numer. 7. & seqq. & si  
 quis titulo, & bona fide maioratus  
 bona occupaverit, cum scientia, &  
 patientia successoris, habere locum  
 decisionem textus in L. 3. tit. 15. lib. 4.  
 67 Recop. & completo anno non teneri  
 de possessione respondere; ita docet  
 num. 15. & seqq. & numer. 25. & 26.  
 maximè ex textu in cap. 1. §. Porro,  
 qualiter olim feud. alien. pot. ubi ex  
 Bald. & alijs: quod annale tempus ha-  
 bet vim refutationis feudi, & probat  
 etiam ex L. 9. tit. 7. lib. 5. Recop. ubi  
 68 qui excluditur à remedio Tenutæ  
 transactis sex mensibus à morte ulti-  
 mi possessoris si alius per id tempus  
 possedit maioratum: ad quam legem  
 videndi D. Molin. lib. 3. cap. 13. num.  
 58. D. Paz de Tenut. cap. 16. 18. &  
 19. Gutierrez Practicar. lib. 2. q. 89.  
 & 90. Pareja de Instrum. edit. tit. 6.  
 resol. 5. à num. 59. Noguero alleg. 6.  
 maximè num. 39. & 20. cum seqq. ubi  
 eleganter observat, quod excludatur  
 successor à Tenutæ iudicio ex lapsu  
 sex mensium duo necessario requirū-  
 69 tur. Primum, quod alius per id tem-  
 pus occupaverit possessionem, nam si  
 vacas fuerit maioratus à nemine ap-  
 prehensa possessio, sine dubio præ-  
 scriptio non procedet, & causa Tenu-  
 næ in Senatu tractari poterit. D. Paz  
 quem adducit cap. 18. num. 4. ad finem,  
 & num. 2. Secundum est, quod neces-  
 70 sario requiritur, eum, qui apprehēde-  
 rit possessionem, esse successorem se-  
 quentem, vel vocatum ad maioratū,  
 ideoque non quilibet possessor, sed  
 qui possideat ex titulo maioratus suc-  
 cessorem post sex menses excludet,  
 quibus verba legis favent ibi: *Ten*  
*caso que algun poseedor del maiorazgo*  
*falleciere, y el que pretende ser llamado*

*al tal maiorazgo tomó la possession de el,*  
*y estubiere en ella por medio año: evin-*  
*citque ex Molin. lib. 3. cap. 13. numer.*  
*56. Matienzo in L. 9. gl. 7. in princ.*  
*ibi: Pretendens successorem esse maio-*  
*ratus, si actu apprehenderit possessionem,*  
*& in ea extiterit per sex continuos me-*  
*ses, non poterit super possessione maiora-*  
*tus conveniri, sed super proprietate*  
*dumtaxat: vide D. Paz cap. 10. n. 14.*  
*& cap. 30. n. 16.*

His etiam congrue observa, pen-  
 71 dente iudicio Tenutæ, Senatium Re-  
 gium, etiam post elapsos sex menses  
 admittere quemlibet oppositorem ad  
 maioratū, dum tamen re integra, id est,  
 nondum transacto termino probato-  
 rio juxta ea, quæ tradit D. Molin. post  
*tractatum de Primog. in Annot. n. 17.*  
 ubi tertio se liti opponenti ad coad-  
 juvandum jus unius ex litigantibus  
 indistincte, docet, esse admittendum  
 ad tertium, qui se liti opponit jure ex-  
 clusivo litigantium, secus esse ait, nisi  
 tertius jus suum proponat intra ter-  
 minum probationum, ut simul cum  
 litigantibus, si eorum damno in ter-  
 mino communi deductum jus suum  
 probet: quæ sane opinio in praxi ob-  
 tinuit in Supremo Senatu, quidquid  
 scrupulosius hac de re disquirant D.  
 Molin. lib. 3. cap. 13. à num. 56. D. Paz  
 de Tenuta, cap. 16. & cap. 23. Pat. Mo-  
 lin. tom. 3. disp. 638. num. 6. in fin. Mie-  
 res, qui laxius loquitur de Maiorat.  
 3. p. q. 26. elapso tamen termino pro-  
 batorio nullus admittitur oppositor  
 in iudicio Tenutæ, ne damnum ali-  
 quod ex oppositione ejus cæteris ir-  
 rogetur, iudicium-ve ultra protrahi  
 valeat. Quare id dubitatum est in Iu-  
 72 dicio Tenutæ Comitatus de Riva-  
 davia, in quo post conclusionem cau-  
 sæ se opposuit quidam ex consanguini-  
 sis, & se esse admittendum volebat,  
 quasi nullo cæterorum præjudicio,  
 quia jus ab eo deductum manifestè  
 constare prætendebat, sed nescio an  
 fuisset admissus, necne.

Ex quibus intelligendus est Paz  
 73 tom.

tom. 2. cap. 71. num. 10. de Tenuta, ubi  
 indistincte docet successorem maio-  
 ratus qui transactis sex mensibus Iu-  
 diciali Tenutæ proponere non potest  
 ex d. L. 9. Recop. posse proponere in-  
 terdictum possessorium quodlibet,  
 (nam juxta ejus sententiã omnia tam  
 adipiscendæ, recuperandæ, quam reti-  
 nendæ cõpetunt: ita c. 8. n. 42. & c. 12.  
 num. 80. & cap. 13. num. 65. & cap. 2.  
 num. 23.) in alijs competentibus Tri-  
 bunalibus; solum enim actio Tenutæ  
 semestri præscribitur. Quod quidem  
 intelligendum est: primo, dum Iudi-  
 cio Tenutæ non sit agitata possessio, &  
 causa in proprietate remissa ad Chã-  
 cellariam, aliter frustra possessor de-  
 claratus esset, si iterum de possessione  
 alibi contendere cogeretur, & legis  
 virtus eluderetur, si quod in iudicio  
 Tenutæ denegatur post semestre, alio  
 iudicio possessio consequi posset,  
 quod ita manifestum est, ut probatio-  
 ne non indigeat, ideoque tutius, &  
 sine controversia evadent advocati  
 qui contra possessorem ex sententia  
 Tenutæ solum iudicium proprietatis  
 intentent, sive in Chancellaria se op-  
 ponant excludentes jus litigantium,  
 deducendo jura sua in proprietate,  
 quod aperte constat ex nova disposi-  
 tione L. 10. tit. 7. lib. 5. Recopilat. ibi:  
*La remission se haga a las nuestras*  
*audiencias, tan solamente quanto a la*  
*propriedad, y no assi mismo en quanto a*  
*la possession, &c.* & ita intelliges Paz  
 ubi supr. & cap. 48. num. 21. & idem  
 alijs locis.

74 Secundum est, quod Paz doctri-  
 na quatenus asserit successorem maio-  
 ratus non amittere possessionem, & si  
 per longum tempus tacuerit, intelli-  
 gendum cum distinctione ex supra-  
 dictis, nam si decennium fuerit trans-  
 actum male, etiam contra extraneum  
 interdictum possessorium proponet,  
 quia possessionem amisit, ut supra di-  
 ximus. Nec obstat, quod præscriptio  
 in maioratibus non procedit, D. Mo-  
 lin. lib. 4. cap. 10. à num. 3. & alij cita-

ti; intelligendum est enim quo ad  
 proprietatem, cujus respectu maiora-  
 tus præscribi non potest, possessio ve-  
 ro præscribi potest, ea enim possumus  
 possidere, quæ in proprietate non pos-  
 sumus habere, ut scitissime observat  
 in hac quæstione Giurba de Success.  
 feud. §. 2. gl. 12. num. 87. vers. Sed hæc  
 communis.

Sed limitabis hanc nostram sen-  
 75 tentiam, & intelliges, ut non procedat  
 præscriptio in præjudicium successo-  
 ris sequentis, cui successor anterior  
 nec quo ad possessionem, nec quo ad  
 proprietatem præjudicare potest. Iux-  
 ta verba L. 45. Taur. supr. relata, do-  
 cet Mieres de Maiorat. 3. p. q. 6. num.  
 79. & seqq. imò dicendum videtur  
 possessionem ab alio præscriptam  
 posse à sequenti successore recupera-  
 ri, sicut enim possessor si alienave-  
 rit, sequens statim ad rem alienatam  
 vendicandam admittitur, ita pati usu-  
 capi, admittendus; vix est enim ut  
 non videatur alienare qui patitur usu-  
 capi, L. Alienationis 17. ff. de verb.  
 sign. in §. 1. præscriptio ergo alijs suc-  
 cessoribus nocere non potest. Videndi  
 D. Molin. lib. 4. cap. 10. n. 9. Mieres  
 3. p. q. 9. à n. 62.

76 Limita secundo, ubicumque suc-  
 cessor maioratus, qui possessionem  
 maioratus petere debebat, habuit ius-  
 tam causam, ex qua in tempore de-  
 bito possessionem non petivit; de quo  
 etiam Mieres dict. q. 6. num. 74. vel si  
 minor fuerit, vel infans, furiosus Mie-  
 res à num. 64. quibus non potest præ-  
 judicare præscriptio nisi in specie L.  
 9. tit. 7. lib. 5. Recop. D. Paz de Tenut.  
 cap. 7. num. 25. & seqq. & cap. 17. D.  
 Molin. lib. 3. c. 13. num. 59. Mieres ubi  
 supr. num. 69.

Num. 19. & seqq.

77 Unde legatum sub conditione nu-  
 bendi non debetur nisi conditione  
 impleta, nec transmittitur ad hæredes,  
 Bart. in L. Titio centum, §. Titio, ff. de  
 Lij cond.



cond. & dem. quem sequuntur Tiraq. Covarr. Spino, Cevallos, & alij relati à Boffio de *Contract. matrim. cap. 1. num. 106. & cap. 11. numer. 456. cum seqq.* & an vivo testatore nuptæ debeat? quod affirmant plures ab eo relati *num. 543. & seqq.* quod si ad nuptias legatum sit, nec conditionale sit legatum, ante nuptias debetur, & statim ea petere potest, quæ sit in statu nubendi, & decedens ad hæredes transmittit, licet non nupta decesserit, Boffius *dist. cap. 2. numer. 111. & 110.* quando autem conditionale sit hoc legatum, modale, vel purum, alibi à nobis dictum est.

## Num. 23. &amp; seqq.

78 Sed vide textum eleg. in *L. Liberto 26. ff. de bon. libert.* ubi legatum liberto delatum computatur in facultatibus ejus ad deducendam portionem debitam patrono ex Lege Papia: ratio ibi: *Nam videri defunctum mortis tempore ampliore habuisse rem centum, cum hæreditas ejus propter computationem legati plus venire possit.* At qui legatum liberto delatum ab hærede ejus potest repudiari, *L. 81. Si fundum, §. Si Titius. ff. de leg. 1. supr. relati num. 7. 8. & 33.* sed ait Africanus, & si repudietur ab hærede liberti, computari. Hoc ideo, quia licet posset repudiare libertus legatum in fraudem patroni, ut quilibet debitor in fraudem creditorum, de quo est text. in *L. 1. §. Utrum, ff. si quid in fraudem patren.* hæres tamen in ejusdem patroni damnum repudiare non potest, Cyriac. *contro. 47. num. 10.* ubi quod licet debitor in præjudiciū creditorum possit repudiare legatum, id tamen hæredi debitoris non licebit, argum. textus in *L. Si partem 19. §. fin. ibi: Ut jam nec ejus repudiandi legatum tibi possit contingere, cum ad te fundus non pertineat, ff. quemadmod. servit. amit.*

## Num. 28.

Dixi *supr. cap. 1. R. 1. Salgad. in tract. de Ret. 1. p. cap. 10. numer. 78. Molin. lib. 1. cap. 2. num. 11. vers. primo, Giurba obs. 116. à n. 8. Solorzan. tom. 2. de Jur. Ind. c. 3. lib. 2. n. 86.*

## Num. 31.

Vide *p. 6. cap. 3.*

## Num. 32.

Vide *num. 6.*

## Num. 33.

Vide *num. 7.* & sic de reliq. qui sequuntur usque ad 47.

## Num. 49. &amp; 50.

Vide *D. Larrea decis. Granat. 52. 81 num. 4. 10. & 14. Ad rem vide Iul. Capon. tom. 2. Discept. cap. 108. à n. 77.* ubi quod latius de proximo clericandus possit præsentari ad beneficium juris patronatus, ex vulgar. *decif. Rotæ ab omnibus relata, cum Parisio, & alijs Gratian. cap. 430. num. 6. D. Lara de Vita hom. cap. 29. num. 4. & alij à me alibi congeffi.*

## Num. 52.

Vide *L. Si quis 17. in princ. ff. de acq. poss. quæ ad rem maximè conducit, L. Potestatis 215. in fin. ff. de V. S. Merlin. centur. 2. Controv. c. 9. num. 2.* ubi argumentum de possibili ad esse validum sit, necne? quod negat Franch. *decif. 540. numer. 15.* & ipse Merlin arg. *L. Si quis legaverit, ff. de leg. 2.*

## Num. 53.

*Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 8. num. 58. & 62.*

AD

## AD PARTIS V.

## CAP. IV.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 *Ususfructus apud dominum proprietatis separatus existere non potest.*
- 2 *L. 10. ff. de usufructu legato explicatur.*
- Unum legatum pro parte agnoscere, & pro parte repudiari non potest. *Ibid.*
- 3 *Maioratus duo ab uno institutore fundatos, an possit successor unum repudiare, & alterum agnoscere.*
- Hæres an possit hæreditate repudiata prælegatum agnoscere. Ibid.*
- Et an meliorationem tertij, & quinti ad Legem 21. Taur. Ibid.*
- Et an legitimam repudiata hæreditate. Ibid.*
- 4 *Conjunctiva posita inter incompatibilia resolvitur in disjunctivam.*
- 5 *De natura copulæ, & late.*
- 9 *Et quod requirit concursus copulatorium intellige, ut numero 6.*
- 10 *Limita quando sunt plures dispositiones copulæ, quia tunc non requirit concursus omnium nisi mens testatoris aliud suadeat.*
- 11 *Copulativa in pluribus simul vocatis, an resolvatur ex mente disponentis, & quando successorio ordine intelligatur, 12. & 13.*
- 14 *Copulativa resolvitur in disjunctivam in materia maioratus.*
- 15 *Item quando ponitur inter duas Orationes perfectas.*
- 16 *Item quando ponitur inter duas Orationes respectu alicujus accidentis.*
- 17 *Item quando ponitur inter duo idem significantia.*
- Vocati sub disjunctiva quomodo admittuntur ad textum in L. 7. ibi: El hijo, o hija segundo succeda en el mayorazgo, tit. 7. lib. 5. Recopilationis.*

*tantur ad textum in L. 7. ibi: El hijo, o hija segundo succeda en el mayorazgo, tit. 7. lib. 5. Recopilationis.*

20 *Vocatio ita concepta, Philippus, & Dionysius, cum Gregorio, conjunctiva est.*

21 *Argumento ab ordine scripturæ.*

22 *Vocatio ad successionem maioratus quando sit Realis, vel personalis.*

23 *Vocatus specialiter an excludat realiter comprehensum in successione præcedenti, & 26.*

24 *Substitutus expressè excludet filios primi vocati quando est ex descendibus testatoris, & 31.*

25 *L. Cum avus de conditionibus, & demonstrationibus non sit & locus inter transversales.*

27 *Pluribus simul vocatis ad maioratū, an filius ex primo nominato præferatur filio in successione alterius eorum.*

28 *Prædilecta aliqua persona prædilecti censentur omnes ejus descendentes.*

29 *L. Cum avus de condit. & demonstrat.*

*In successione maioratus etiam in transversalibus instituti, & 32. & 35.*

30 *Et si per viam donationis sit fundatus.*

33 *Maioratus in extraneo institutus regulatur sicut maioratus in familiam datus.*

*Maioratus in extraneo institutus cum vocatione, Succedan los parientes más propinquos, intelligitur de cõsanguineis honorati.*

*Refertur decisio Granatensis.*

36 *L. Cum avus an habeat locum in melioratione tertij, & quinti, & quid in bonis filij extra legitimam relictis.*

37 *Vocatio ad maioratum, quando dicitur personalis ex voluntate testatoris à n. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44.*

## Num. 1. &amp; seqq. ad 6.

**V** Susfructus apud dominum proprietatis separatus existere non potest, §. Item finitur, inst. de usufruct. L. Si usufructuarius 4. ff. eod. usufr. quemadm. caveat, L. Si servus 27. ff. quibus mod. usufr. amit. L. Dominus 57. ff. de usufr. L. Quoties duobus 34. §. Quod si Titius, ff. eod. L. 17. ff. q. m. usufr. amittitur. Ratio est, quia hoc casu est pars domini, L. 4. ff. de usufr. L. 43. §. Si stipulatus, ff. eod. L. Si cum 21. §. Si fundam, ff. de except. rei judic. L. Si ita 126. ff. de verb. oblig. in §. Si Titius; at res sua nemini servit, L. Quidquid 10. ff. com. praedior. L. ult. ff. de servit. urban. ergo. Vide Vigel. in Digest. civil. lib. 25. c. 2. except. 6. Ant. Gomez lib. 2. c. 10. n. 15. vers. Nec obstat, & cap. 15. num. 1. & 2. D. Castillo de Usufr. cap. 71. Fontanel. decis. 194. & seq. Cyriac. contrav. 490.

**2** Ex his recte D. Valentia Illustr. lib. 1. tract. 4. cap. 2. num. 7. Legem 10. ff. de usufr. leg. interpretatur; ideo enim repudiari usufructum posse, quia duo legata sunt, & ejusdem fundi usufructus, nec possunt unum considerari, tam in conceptu juris, quam relinquentis: ergo unum repudiare, alterum agnosci posse respondetur, L. Duobus 5. ff. de leg. 2. L. Si servo 98. ff. de leg. 1. L. 34. §. pen. eod. L. 23. ff. de leg. 2. secus esset, si non conjunctim, sed disjunctim legatae sint plures res, quia tunc unum legatum est, nec repudiari potest, una, & altera agnosci, quia una relinquitur ex pluribus alternativè relictis: una ergo repudiatione, aut agnitione, repudiari, aut acquiri potest, L. 6. ff. de leg. 2. L. Si ex toto 8. §. ultim. ff. de leg. 1. L. 27. ff. de leg. 2. L. Cum illud 25. ff. quando dies leg. ced. L. Neminem, ff. de leg. 2. L. Legatarius 38. ff. de leg. 1. L. Si cui 60. ff. de leg. 2. Gomez 1. var. cap. 12. num. 16. & 33. & cap. 10.

num. 24. vers. Nec obstat, & num. 42. & 3. & cap. 11. num. 16. Pat. Molin. de iust. tract. 2. disp. 199. Marefcot. var. lib. 2. cap. 96. vide L. 36. titul. 9. p. 6. quæ omnia faciunt pro resolutione quæst. 55. p. 1. apud Mieres de maioratibus, ubi resolvit maioratus ab uno institutos, ut ab uno, possideantur judicari, ac si unus esset institutus, nec posse unum repudiari, aliud vero agnosci. Et in idem convenit hæredem posse hæreditatem repudiare, legatum vero acceptari, L. 2. tit. 9. p. 6. Gomez in L. 21. Taur. Vela dissert. 38. à num. 20. & 26. Aillon ad Gomez var. lib. 1. cap. 10. num. 20. & filius repudiare patris hæreditatē, meliorationem vero, aut maioratum agnoscere; Gomez in L. 21. Taur. & lib. 1. var. cap. 10. à num. 20. D. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 20. fol. 362. vers. Tlo que, & seq. & legitimam repudiata hæreditate: vide Gomez ubi supr. Giurba in Consuet. Messan. cap. 5. gloss. 6. n. 22. Cevallos quæst. 711.

## Num. 7. &amp; 8.

D. Vela dissert. 38. n. 46. D. Salgad. 4. 2. p. de Reg. proteet. cap. 13. à n. 98. & cap. 9. n. 10.

## Num. 10. &amp; 11.

De natura copulæ, & vide L. Cornelius, ff. de hæred. inst. L. hæredi de condit. inst. L. Si quis de usufr. acresc. L. Ea tamen adjectio, ff. de leg. 3. L. Si duo per quas person. nob. acq. in C. L. Hæredi plures, ff. de C. & D. L. Stipulatio, §. Alteri, ff. de oblig. L. Si pluribus de leg. 1. L. Hujusmodi, §. Titio & Mevio, ff. eod. §. Si plures inst. de hæred. inst. L. 13. in princ. titul. 6. p. 6.

Requirit concursus utriusque copulati, & affirmativa utrumque esse, negativa utrumque non esse, Iason in L. 1. num. 2. ff. de iust. & iur. & in L. Si quis ita, n. 1. ff. de ver. oblig. Felin.

in cap. ex parte, numer. 32. de Rescript. Ripa ibi n. 39. Bern. Dias reg. 157. Garcian. Falcon. reg. 109. Rebuff. in L. Conjunctionum 29. ff. de verb. sign. Everard. arg. à natura copulæ, Tened. singul. 50. num. 8. Bald. dec. 91. Riccius collect. 1431. p. 4. Gonzales in Reg. Chancell. gl. ff. 3. à numer. 1. ubi dicent copulare cum iisdem qualitatibus, & dispositio æqualiter omnes copulatos respicit, D. Castillo tom. 6. cap. 120. num. 3. Riccius supr. Puteus decis. 289. lib. 2. Gonzalez ubi supr. numer. 16. Mantic. de Conject. titul. 8. 8. num. 20. Inducit repetitionem qualitatum similibus Guid. Pap. decis. 181. num. 3. Everard. supr. numer. 3. Zened. num. 14. Menoch. lib. 4. præsumpt. 180. num. 24. Ampliat, auget, & minuit Plot. de in litem jurando, §. 6. num. 33. Cassan. in Consuet. Burg. rub. 7. §. 10. verb. De ligno, Paris. conf. 90. num. 15. vol. 1. & conf. 95. num. 6. & 8. ibidem, & conf. 63. num. 14. vol. 3. Gratus conf. 9. num. 83. vol. 1. Surd. conf. 200. n. 16. Menoch. conf. 706. n. 8. & conf. 878. n. 34. & conf. 972. n. 12. & conf. 587. n. 6.

9 Intellige in materia larga, ut legatorum, non in stricta, nam tunc copula restringitur. Imol. & alij à Tenedo singular. 50. n. 13. Ripa sup. n. 47.

10 Limita primo, quando sunt plures dispositiones copulatae, nam tunc non requiritur concursus omnium, nisi mens testatoris aliud suadeat, Bald. in L. fin. num. 4. Cod. de sent. & interloq. D. Greg. in L. 24. gloss. 3. titul. 11. p. 5. Alex. conf. 130. in fin. lib. 2. text. in L. Si is qui ducenta, §. fin. item si pater, ff. de reb. dub. ubi à contrario sensu copula resolvitur in disjunctivam ex mente testatoris, sicut disjunctiva in conjunctivam Ripa in d. cap. Ex parte de rescript. num. 55. ubi probat, quia verba debent servire intentioni cap. Secundo requiris de appellat. & non debent sensu meliora existere, L. 3. Cod. de liber. præterit. quia sub jugo mētis consistunt tamquam sub ori-

ginali, Bald. in cap. Mandatum de rescript. text. etiam in L. Generaliter, C. de instit. & subst. & alijs Mantic. de Conject. lib. 4. tit. 8. num. 18. & quia in alternativis cessat electio, quando de mente loquentis constat voluisse scripturæ ordinem servari, Felin. in cap. Inter cetera 4. n. 4. fallent. 1. Cald. de Nominat. emphyt. q. 10. n. 52. Monter. a Cueba decis. Arag. 48. n. 8. & 9.

Limita secundo, ut dicam ad n. 12. & 17.

Limita tertio, quarto, & quinto, sexto, & septimo, ut dicam ad n. 15.

## Num. 12. &amp; 17.

Sed quod ex conjectura voluntatis, & mente disponentis dispositio copulativa contra propriam significationem successorio ordine intelligatur, veluti si conjunctim sint instituti filius, & nepos ex eo, ita ut filius primo videatur institutus, secundo nepos substitutus, si filius vivo testatore decedat, vel alia ratione hæres non sit: ita probatur ex L. Peto. §. Fratres, L. Cum pater. §. penult. L. Cum ita. §. In fideicommissio, ff. de leg. 2. L. Hæredes mei, §. pen. ff. ad Trebelian. gloss. in L. Gallus, §. Quidam recte, verb. Non exprimat, ff. de lib. & posth. vers. Quid autem, Bart. n. 4. Baldus n. 5. Alex. n. 6. Iason. n. 1. Angel. n. 9. Sozin. n. 6. Sozin. Junior n. 19. itidem conf. 171. n. 4. & 6. vol. 2. qui communem dicit, & in practica ab ea non esse recedendum, & ita alibi se vidisse testatur D. Covar. hic cit. §. 2. n. 4. Mantic. de Conject. lib. 4. tit. 8. n. 1. & idem voluit Bart. in L. Gallus, & §. sup. dict. n. 4. quando testat. r fratrem suum, & filios ejus hæredes instituit: sequitur Mantica n. 17. & seqq. ubi supr.

Contrarium in hoc casu tenet Bald. in d. §. Quidam recte. n. 5. vers. Quid autem si frater: Angel. Imol. Alex. Iason. & alij ibidem, & communem testatur Sozinus Sen. ibidem, Alex. conf. 17. num. 3. col. 3. itidem Iason conf.

206. numer. 2. vol. 2. Dec. conf. 205. num. 2. & conf. 236. n. 1. & conf. 253. n. 3. Boer. decy. 185. n. 16. & Bart. communiter reprobari afferit D. Covar. ubi supr. n. 2. Iul. Clar. §. Testamentum, q. 80. vers. Prima conclusio, Mantio. ubi supr. n. 19. & 20.

12 Intellige hanc sententiam in filijs natis tempore testamenti, non vero in postea natis, nam quando testator instituit fratrem, & filios ejus, licet videantur simul vocati ut dixi, debent filij extare tempore mortis, nam postea natorum non habetur ratio, Dec. conf. 253. prope fin. Alex. conf. 184. lib. 2. col. 1. & conf. 91. col. 4. vers. Ostenditur, lib. 1. & conf. 13. n. 4. ubi additio.

13 Circa prædictam quæstionem de simul vocatis quam hic Auctor agit, & n. 17. adde Gomez 1. var. cap. 2. ubi Aillon, D. Castillo lib. 5. Controv. cap. 110. latissimè Censal ad Peregr. de Fideicommiss. art. 29. fol. 172. vers. An Anichin. de privil. instrum. cap. 3. q. 2. n. 19. Horat. Barbat. de Fideic. 1. p. cap. 10. & fin. Marta Succ. legal. p. 4. q. 24. art. 1. Cancer. lib. 1. var. cap. 1. à n. 103. Fufar. de Subst. quæst. 382. Girond. de Privileg. n. 110. Balmased. de Collect. q. 73. n. 3. ubi cum Auctore resolvit Surd. decis. 346. Gomez in L. 40. Taur. n. 40. & 62. vers. 1. & seqq. Ricc. collect. 718. p. 3. Ant. Fab. de Err. pragmat. dec. 53. err. 1. D. Castillo cap. 93. §. 2. & 3. Aug. Barb. in cap. Potuit de locat. n. 146.

Num. 13.

Vide tradita d. p. 2. c. 5.

Num. 15.

14 Ideoque regula supra tradita n. 10. & de copulative vocatis limitatur in materia maioratus Emphyteusis, & C. ut per Auct. hic cum Molin. Putæus dec. 289. n. 1. lib. 2.

15 Limitatur etiam, ut aliquid am-

plius de materia utiliter addamus, quâdo copula ponitur inter duas orationes perfectas, nam tunc illas non conjungit, nec stat relativè ad præcedentes qualitates, sed tantum continuative, L. Qui fundum, ff. de contrab. emph. L. Sæia. §. Caio ff. de fund. instr. ubi Bart. in L. iam hoc jure, §. fin. ad fin. ff. de vulg. & ibi Castrenf. num. 7. Ripa in cap. Ex parte de rescript. n. 57. Paris. conf. 38. n. 24. & seqq. Hieron. Gabr. conf. 95. n. 2. vol. 2. Honded. conf. 78. n. 48. Surd. conf. 200. n. 17.

16 Limitatur etiam quando ponitur inter duas orationes respectu alicujus accidentis, quia tunc non requiritur concursus copulorum, veluti si legata sint 100. Doctoribus Juris Canonici, & Civilis, non est necesse, ut quis legatum capiat, quod sit V. S. Doctor Tusch. litt. D. conclus. 274. n. 54. Iul. Capon. tom. 3. discept. 149. n. 33. ubi etiam limitatur ulterius, quando copula ponitur inter duo idem significantia, quia tunc non dicitur inter diversa, ideoque stat declarative pro (ideft) ita n. 34. & idem ait quando ponitur inter genus, & speciem; genus antecedens, & species subsequens stant limitativè, veluti si in maioratu vocati sint consanguinei, de Parentela, & Sanguine, Parentela est genus, & Sanguis species, & Parentela includit naturales, adoptivos, legitimatos, sed dum testator adjunxit speciem, declaravit genus, & limitavit ad eos qui ex suo sanguine essent, non adoptivos, legitimatos arrogatos; ita docet num. 36. sed legitimatos, & naturales admitti posse deficientibus legitimis docet n. 6. ibidem.

18 Plura alia de vi copulæ tradunt Valenzuel. conf. 57. num. 18. & conf. 144. num. 22. Cancer lib. 3. var. cap. 22. num. 26. Tondut. Civil. quæst. 85. Ricc. collect. 1431. Castillo lib. 5. Controv. cap. 129. num. 3. & 18. Boss. de Matrimon. tom. 1. cap. 4. numer. 59. Cyarlin. Controv. for. cap. 88. à num. 26. & cap. 106. à num. 105. Robles

de Repræs. lib. 3. cap. 17. num. 41. The-saur. for. lib. 3. q. 38. Marecot. lib. 2. var. cap. 66. num. 2 & lib. 1. cap. 99. num. 5. Velasc. de Privileg. paup. 1. p. q. 2. à numer. 17. Costa de Rat. quæst. 69. Reynof. obs. 41. numer. 12. Cyriac. Controv. à numer. 2. Altograd. controv. 23. num. 16. Ramon. conf. 30. numer. 27. Giurb. in Messan. cap. 3. gloss. 1. & cap. 10. gl. 2. Poithius Resol. civil. 120. à num. 36. cum alijs Doctiss. Alvarez Pegas ad Ord. Portug. tom. 2. tit. 5. §. 1. gloss. 3. n. 6. ubi Auctorem laudat.

Num. 16.

Vide p. 1. c. 2. n. 93.

Num. 20. & 21.

19 Quid si plures sub disjunctiva vocati sint? Vide D. Molina d. cap. 6. numer. 7. Fufar. de Subst. quæst. q. 476. num. 80. Thesaur. lib. 3. Quæst. for. 38. Cyriac. controv. 174. Sesse decis. Arag. 235. ubi in fideicommissis loquitur, & ordine scripturæ esse admittendos notatur ex textu in L. Cum pater 77. §. A te peto 32. ff. de leg. 2. Cevallos Com. quæst. 265. n. 4. Castillo lib. 5. cap. 67. à num. 27. aliud agentes, sed in quæstionis specie ita decisum refert D. Molina ubi supra in quodam maioratu in cujus institutione vocatus erat primogenitus, aut secundogenitus, quo modo intelliges verba textus in L. 7. tit. 7. lib. 5. ibi: El hijo, o hija segundo succeda en el otro maiorazgo, in Recopil. nov.

20 Quid si ita vocati sint: succedat Philippus, & Dionysius cum Gregorio; an idem resolvendum sit? dices ex text. in L. Si quis Titio, ff. de usufr. accresc. quem prævidit D. Molin. aut. cap. 6. num. 8. Alias species vide apud Riccium Collect. 7. p. coll. 3084. la 2.

21 De argumento ab ordine scripturæ adde Molin. lib. 2. cap. 11. num. 31.

Vela disert. 26. num. 11. & 68. Castillo lib. 4. Controv. cap. 51. per totum, & de Usufr. cap. 40. Mieres de Maior. 2. part. præfat. num. 308. 314. 303. 365. 368. & 373. Riccius 7 p. sub-lect. 2604.

Num. 22.

Addendi ad rem D. Lara de Vita 22. horn. cap. 30. num. 100. Fontanel. dec. 35. n. 15. Cyriac. controv. 301. Castillo cap. 92. à n. 50. & seqq. & cap. 93. §. 1 lib. 5. & lib. 3. cap. 19. n. 95 & 106. & 188. Tondut. Civil. tom. 2. q. 99. Gomez 1. var. cap. 5 n. 24. Amator resol. 1. n. 24. & 53. D. Cresp. observ. 20. n. 101. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 10. n. 34. & 50. vers. Sed il- lud. Videndus Matute disquis. leg. 44. per totam, ubi specialem casum proponit & resolvit D. Paz tract. de Tenuta, c. 29. & 30.

23 Altius tamen repetèda est quæstio, utpotè utilissima, & practicabilis. Et pro Dionysio secundo vocato contra filios primi nominati præter fundamenta hic relata; facit primo, quia, vel Philippus, Dionysius, & Gregorius, erant descendentes testatoris, aut transverales: si descendentes, quamvis ex conjectura Papiniani, de qua in L. Cum avus 102. ff. de cond. & demonstr. L. Cum acutissimè 30. Cod. de fideicommiss. L. Generaliter 6. §. Cum autem, Cod. de inst. & subst. & ex text. in L. Ex facto 41. ff. de vulgar. filij primo vocati, præferri debeant secundo nominato, hoc tamen locum non habet, quando alter ex descendentes testatoris substitutus est, quia in pari affectione locum non habet cōjectura pietatis, inæqualiter determinans, secund. Bald. in d. L. Generaliter, §. Cum autem, n. 4. & in L. Quidam, Cod. eod. tit. in princip. Imol. in L. Heredes mei, §. Cum ita, circa fin. ff. ad Trebel. Alex. in L. In pupillari, ff. de vulg. Decius in d. L. Generaliter, §. Cum autem, n. 6. Guid. Pap.

Pap. *conf.* 27. col. 2. & *conf.* 165. in fin. & *conf.* 215. & *conf.* 218. quod & probari potest ex dict. *L. Hæredes mei, §. Cum ita ad Trebel.*

25 Aut erant transversales, & hoc casu certum est etiam filios primi nominati non præferri, ut in specie *d. L. Cum avus*, receptum esse testantur ex Alberic. doctrina D. Gregor. in *L. 10. gloss. 3. verb. Dos hijos, titul. 4. p. 6.* & alij apud Fufar. *de Subst. q. 397. n. 1.* D. Castillo *tom. 6. Controv. cap. 116. n. 24.* Ripol. in *L. Cum avus a n. 87. & seqq.*

26 Secundo, quia si filij primi vocati præferri deberent, maximè quia sunt in linea ultimi possessoris, quæ cæteris omnibus debet præferri in successione maioratus ad aliorum exclusionem ex Molin. *lib. 3. c. 4. n. 13.* Giurba *de Succ. feud. §. 2. gl. 10. n. 27.* & alij cū Auctore *h. p. c. 1. & 1. p. c. 6.* & linea contentus specialem vocationem habet D. Castillo *to. 5. c. 129. à n. 18. ad 26.* Add. *ad Molin. lib. 3. c. 6. n. 29.* sed quando reperitur aliqui proprio nomine vocati, & si remotioris lineæ, & gradus sint, præferuntur alijs, quia specialis vocatio præfertur lineæ, *L. Cum ita, §. In fideicomisso, ff. de leg. 2.* D. Molin. *l. 1. c. 4. à n. 35.* in speciali casu dixi *h. p. c. 2. n. 6.* ergo non obest quod filij primo nominati invenirentur in linea, ad hoc ut præferri debeat specialiter vocatus: ad quod adde D. Castill. *l. 5. c. 93. n. 16. & 17. usq. ad 24.* Auct. *hic, n. 23.* Regulariter verum est enim, non vocatos, nec expressos in successione maioratus tunc ascisci, quādo vocati, & expressi deficiunt, non ante, ut alibi à nobis pluries repetitum est ex Molin. *l. 1. c. 4.* ubi Addent. *n. 38. & l. 3. c. 6. n. 29.* Gomez in *L. 40. Taur. n. 59. vers. tertio*, D. Castillo *l. 2. c. 22. & 10. 6. c. 143. §. unic. à n. 2 & c. 166. n. 26. & seqq.* Pat. Molin. *de Inst. & Jur. tract. 2 tom. 3. disp. 588. & seqq.*

27 His tamen non obstantibus, Auctoris sententia vera est, & tenenda: pro qua addendi Tello Fern. in *L. 27.*

*Taur. n. 8.* D. Castillo *lib. 5. c. 166. n. 24. ad 50.* Fufar. *de Subst. q. 470. & conf. 29.* Censal *ad Peregrin. de Fideicom. art. 29. fol. 182. col. 2. vers. Secundo limitatur: eleganter Girona de Privileg. leg. ex n. 1250. ad 1267.* ubi in terminis privilegij concessi Petro, Ioanni, & Francisco resolvit, quod Fraciscus tertio loco nominatus non præfertur filio Petri primo loco vocati, & probat ex fundamentis alijs: pro qua sententia tenenda facit primo, quod in maioratus successione vocata aliqua persona, omnes ejus descendentes vocati censentur, & consequenter vocatio ad maioratum semper censetur realis linealis, & non personalis, & cum maioratus natura sit, ut si in alicujus lineam intraverit, non debet fieri transitus ad aliam dum aliquis ex ea supersit, D. Molin. *lib. 3. cap. 6. n. 22.* D. Castillo *cap. 97. ad fin.* Giurba *de Success. feud. §. 2. gl. 5. & gl. 10. n. 20.* alij apud Doctiss. Alvarez Pegas *Resol. tom. 1. cap. 4. num. 29.* Auct. *infra p. 7. cap. 6. num. 23.* & supra relati, videndi *n. 22.*

28 Secūdo, quia prædilecta aliqua persona, videntur quoque ejus prædilecti descendentes, ut quemadmodum ipsa, ita & ij præferantur in successione. D. Molin. *lib. 3. cap. 5. n. 53.* Mieres *de Maior. 2. p. initio, n. 366.* Ripol. in *d. L. Cum avus, n. 78.* Tello Fern. in *L. 27. Taur. n. 8. & 9.* D. Castillo *lib. 3. cap. 15. n. 84. & lib. 5. cap. 92. num. 59. & 60.* Fontanel. *dec. 35. num. 15.* D. Larrea *decis. 54. num. 7.* D. Solorzan. *tom. 2. de Jur. Ind. lib. 2. cap. 8. num. 19.* ubi primo vocatum magis dilectum præsumi, probat Aillon *ad Gomez var. lib. 1. cap. 12. n. 20.* itidem D. Solorzan. in *Politic. Indiar. lib. 3. cap. 24. fol. 410. vers. Otra: ergo & ejus descendentes prædilecti censentur, & præferendi.*

29 Tertio, quia dispositio *L. Cum avus, ff. de c. & d.* habet locum in successione maioratus etiam in transversalibus instituti, D. Covarr. *Pract. cap.*

*cap. 38. n. 12.* Mieres *de Maiorat. 4. p. q. 29. n. 17. & q. 1. num. 20.* D. Molin. *lib. 1. cap. 4. n. 37.* alter Molin. *tom. 3. tract. 2. disp. 589. n. 1.* Paz antiquior *quest. civil. 2. n. 121.* Peregrin. *conf. 39. num. 14. vol. 1.* Alex. Raudens. *de Anal. g. lib. 1. cap. 15. n. 286.* D. Castillo *Controv. lib. 5. tom. 6. c. 166. n. 46.* Noguero. *alleg. 9. n. 59.*

30 Et idem est sive in contractu, donatione inter vivos, si in ultimis donatione causa mortis maioratus à transversali sit institutus, Covar. *supr. D. Greg. Lopez in L. 20. gloss. 2. tit. 4. p. 6.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 89. num. 152.* Pat. Molin. *disp. 190. vers. Conditio tacita, tract. 2.* Aosta in *cap. Si pater, verb. Absque liber. n. 15. de testam.* videndi Ripol. in *d. L. Cum avus, n. 85.* Galganet. *de Cond. & Demonstr. 2. p. c. 1. q. 97. n. 11.* noviter Antunez *de Donat. Reg. 1. p. prælud. 2. §. 2. n. 154.*

31 Nec obstant, quæ pro contraria fundavimus: non primum, quia sive in descendentes, sive in transversalibus maioratus instituat, Papiniani decisio locum habet, uti in transversalibus fundavi. In descendentes autem venior sententia est filios primi vocati præferri etiam alteri filio substituto, ut tenet cum pluribus Ripol. *n. 75. in d. L. Cum avus, Menoch. conf. 625. n. 26.* & alij quos sequitur Fufar. *de Subst. q. 393. num. 72.* Nec item obstat secundum argumentum; vocatio enim specialis tunc præpotens est ad excludendos alios in linea anteriori comprehensos, quando manifestum est voluisse fundatorem personalem esse vocationem priorum, ut infra limitatione 1. dicemus, & probat Larrea *dec. 33. n. 102.*

32 Quibus Auctoris sententiam 1. amplia in maioratu à transversali, & in transversalibus instituto, ut dixi supra in 3. fundam.

33 Amplia 2. in maioratu instituto in extraneum ad ejus familiæ conservationem, quod enim circa perpetuitatē maioratus in familia instituti observa-

tur: idem in extranei familia fundato dicendum est. D. Molin. *lib. 1. c. 4. num. 42.* ubi Addent. ex Gomez, Gamma, & Cornaz. tenent quod talis maioratus in familia alicujus tertij institutus omnes qui ex illa familia procedunt comprehendit, quod ex alijs comprobant ibi maxime D. Castillo *lib. 5. Controv. cap. 93. §. 16. n. 27. & cap. 142. n. 18. & 19.* Mieres *de Maiorat. 2. p. initio à n. 326.* ubi eleganter docet in maioratu ad favorem extranei instituto vocationem consanguineorum intelligi debere de consanguineis honorati, non de fundatoris sanguine, & in specie maioratus instituti in favorem extranei ubi consanguinei vocabantur: *Succedan los parientes más propinquos;* dubitatum fuisse inter fundatoris, & extranei instituti consanguineos, & in horum favore decisum esse asserit, & latius fūdat *n. seqq.* Quæ omnia vera sunt quidquid in specie *L. Cum avus* aliud dicendum asserat Fufarius *d. q. 393. n. 40.* Ripol. in *L. Cum avus, n. 114.*

34 Amplia tertio, in maioratu in contractu instituto, ut supra diximus cū Covar. *cap. 38. Pract. num. 12.* & alijs.

35 Amplia quarto, in melioratione tertij, & quinti à parentibus facta ad terminos *Leg. 27. Taur.* ubi Tello Fern. *num. 15.* Papiniani tamen conjectura in *d. L. Cum avus*, in bonis filio extra legitimam relictis dubitari potest; verius tamen est locum habere, ut contra Sozin. in *dict. L. num. 21.* tenent relati à Ripol. *numer. 111. & seqq.*

37 Nunc limitabis hanc Auctoris sententiam quando maioratus institutor plures vocavit cū suis descendentes expressè ad successione invitatis, in alio autem nominato vocationem filiorum ejus, & descendentes omisit ex causa, cautè, & cum cura, quia videtur eos excludere, cum de filijs, & descendentes cogitasset in aliorum vocationibus, quando ex reg. text. in *L. unic. §. Sin*

autem, Cod. de caduc. tol. probatur, & docent Fufar. de Subst. q. 393. n. 85. Ripol. in L. Cum avus, num. 113. quo licet in ejusdem legis terminis loquatur, non male ad hanc materiam potest deferri.

38 Et juxta hunc sensum vidi decifum in hoc Senatu Granatenfi in quodam maioratu instituto à Francisco Duran de Caffo vicino Singilia Civitatis, vulgo Antequera; D. Joannes enim de Roxas Negrillo excludere à fucceffione tentavit D. Antonium Duran de Caffo, quasi ejus omiffio pro exhæredatione habenda, quia fundator ejusdem parente vocato ulterius ad vocationem descendetium, confulto progredi noluisse videbatur, cum in cæteris vocatis expresse de descendentibus provideret, in quorum nomenclatura honore affectus, & vocatus erat Doctiff. D. Franciscus de Amaya Hispaniæ totius splendor, qui nullis legitimis liberis relictis deceffit.

39 Quæ limitatio maximè procedit quando institutor cognovit filios primi nominati, quia tempore testamenti jam erant nati, & tamen eos non vocavit, quo casu secundo nominatus eis præferri debet, cum videantur exclusi arg. L. Sicut certi, Cod. de testam. milit. ut in terminis L. Cum avus, ff. de cond. & dem. docet Gomez 1. var. cap. 5. numer. 36. ubi veriore dicit hanc sententiam, & sequendam in judicando, & consulendo: pro qua etiam plures refert Fufar. de Subst. quæst. 393. num. 99. licet ipse contrariam aliorum tueatur: sequitur Ripol. in d. L. ex numer. 104. D. Greg. in L. 10. tit. 4. p. 6. gl. De Jesse. q. 3. vers. Procedit: vide Aillon ad Gomez ubi supr.

40 Limitatur ulterius quoties de contraria testantis voluntate appareat Fufar. ubi supra num. 108. & seqq. quæ vel expresse, vel ex conjecturis indubitatis constare debet, a-

liàs ex natura maioratus contrarium judicabis, D. Castillo cap. 166. à n. 4. tom. 6. Controv.

Limitatur denique, si primo nominatus vocatus sit sub onere, vel conditione restituendi post certum tempus in vita sua, cum enim temporaliter sit vocatus, non potest constituere lineam posteris suis ex traditis à Fufar. de Subst. quæst. 393. à num. 90. Tello Fern. in L. 27. Taur. numer. 9. D. Castillo lib. 3. c. 15. n. fin.

Ex qua limitatione infertur in maioratu agnationis vocata aliqua fæmina temporaliter pro vita sua dispensativè, non ideo filios ejus admittendos esse, contra naturam maioratus, ut belle probatur ex doctrina Magonij decis. Florent. 52. ubi ita refert judicatum: sequitur Fufar. dict. q. 393. n. 122.

Num. 24. & 25.

Adde D. Castillo Controv. lib. 5. cap. 92. n. 16. & 17.

Num. 28.

Noguerol. alleg. 9. n. 59. D. Crespi obs. 22. n. 101. ubi alij.

AD PARTIS V,

CAP. V.

ADDITIO.

SUMMARIVM

1 Cumulatio utriusque judicij petitorij, & possessorij, remissivè, & 12.

Judi-

2 Iudicium possessorium super maiortum proponi potest apud Iudices inferiores, & 4.

3 Iudicio possessorio apud inferiorem pendenti Tenua proponi potest.

5 Possessio data sine præjudicio tertij remissivè, 6. & 7.

8 Resolvitur incitationem, & 9.

10 Possessio data sine citatione tertij nulla est, & 11.

13 Petitorium, & possessorium an sint incompatibilia, & 14.

15 Possessoria remedia an possint simul proponi, & 16. & 31.

17 In possessorio judicio si uterque possessionem probet quis obtinere debeat.

18 Possessor relevatur in onere probandi.

19 In judicio Tenuæ obtinens an transferat onus probandi in adversarium, 20. & 21.

22 In judicio momentaneo obtinens non facit fructus suos.

Possessio momentanea quæ sit remissivè. Ibid.

23 L. Unica C. si de moment. possess. in his Regnis non procedit.

24 Fructus veniunt in judicio Tenuæ.

25 Tenuæ judicium habet admixtam causam proprietatis, & 41.

Et quid in possessorio nobilitatis. Ibid.

26 Sententia in possessorio non obstat in judicio proprietatis, vel econtra, 27. 28. & 29.

30 Beneficij possessor ostendere titulum tenetur.

32 Possessorium recuperandæ potest cumulari cum petitorio.

33 Secus in possessorio retinendæ.

34 Et ratio.

35 Limitatur respectu diversæ possessionis.

36 Limitatur item si prius decidatur possessoris controversia.

37 Item quando incidenter de petitorio agitur.

38 Item quando ab uno petitorium ab alio possessorium deducitur.

Limita etiam ut per Auctorem n. 41. & 44. & 46.

39 Petitorium & possessorium in prima instantia non deductum deduci non potest in instantia appellationis.

40 Limita nisi deducens an habeat privilegium fori.

41 Casum Curia qui habet an possit ei renuntiare tacite, vel expresse. Ibid.

42 Tenuæ judicium quomodo intelligatur habere admixtam causam proprietatis.

43 Proprietatis judicio pendenti Tenua proponi potest ex nova causa.

44 Petitorium, & possessorium in causis maioratus cumulari non potest.

45 Intellige respectu Civilis, & naturalis possessionis à Lege translata, non vero respectu actualis.

46 Possessio à Lege translata juris, non facti est.

47 Possessio quæ apud defunctum erat transfertur in successorè maioratus.

48 Possessoria interdicta an possint respectu detentationis justæ competere.

49 Maioratus successori competunt omnia remedia successoria, & 74.

50 Et quomodo intelligatur, & 51.

52 Possessio à Lege translata an sit vera, saltem quoad effectus.

53 L. 45. Taur. explicatur ibi: Aunque aya otro tomado la possession.

54 Possessio facti realiter distinguitur à possessione Civilis & naturali, & quomodo, & 55.

56 Possessio Civilis, & naturalis etiam earum rerum quæ ab alio occupatæ sunt, transfertur in legitimum possessorem, & quando secus, & 57. 58. & 59.

60 Possessio antecessoris nullam habet dependentiam cum possessione successoris, 61. 62. & 63.

64 Maioratus successor an possit Tenuam intentare etiam respectu bonorum alienationis.

65 Possessio an transferatur ex contractu nullo, & sequentes usque ad 67.

68 Iudicium declaratorium intentari potest ab eo qui possidet, & quando.

69 Possessorium vel petitorium, vel utriusque simul quando videatur intentatum. Mm 70

70 *In nobilitatis iudicio an possit cumulari petitorum, & possessorum, & quando sententia de utroque deferenda.* 72. & 73.

71 *L. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. explicatur.*

75 *Petitorio pendenti an possit proponi possessorium.*

76 *Petitorium & possessorium non potest cumulari in iudicio maioratus si Tenuta proposita sit, nisi lis in proprietate, & possessione fuerit remissa, & quando secus.* 77. & 78.

79 *Possessio justa sive injusta an sit manutenibilis.* & 80.

81 *Et distinguitur.* Ibid. & 81.

82 *Dominij exceptio notoria admittitur in iudicio possessorio.*

**D**E cumulatione utriusque iudicij petitorij, & possessorij, de qua hic Auctor, ne postmodum extravagemus, videndi textus in cap. 36. de testib. L. pen. & fin. tit. 3. L. 4. & seqq. tit. 10. p. 3. D. Covarr. Var. lib. 1. cap. 16. & ibi Faria, Cujac. in tit. de caus. poss. & propriet. & in cap. 1. de sequestr. poss. & in tit. de ord. cogn. Pancirol. lib. 1. Var. cap. 33. Garcia de Nobilit. gloss. 1. §. 2. Ricc. Collect. 254. p. 2. & collect. 1263. p. 4. Barbof. in L. 37. ff. de iudic. à num. 369. & 461. Posthius de Manut. obs. 7. D. Vela dissert. 49. num. 64. Carleval de Iudicijs tit. 2. disp. 2. Pareja de Instrum. edit. tit. 6. resol. 9. à num. 42. Cyriac. controuv. 10. Jul. Capon. tom. 5. disceptat. 351. & alij per discursum referendi.

## Num. 1.

Supponit etiam Carrasco de Casib. Cur. n. 217. & seq. Possessionis tamen ordinariæ iudicio electo non impeditur Iudicium Tenutæ, & ad eum intra terminum datur regressus, D. Paz de Tenut. cap. 2. à num. 1. & fere per tot. cap. & quando non habet locum Tenuta, possessoria iudicia apud alios ordinarios Iudices possunt pro-

poni, D. Paz cap. 71 num. 10. & cap. 17. num. 9. & 10. & cap. 39 & 21. tom. 1. & latissime vidi tractatum notabiliter ad Auctorem à viro doctissimo D. Joanne de Arroyo Guerrero Granatensi Advocato, quem nunquam satis laudatum invenies: *Cuncta siquidem (ut Cassiodor. ait epist. 42. lib. 1.) uti defamam capiat humanitas in se geminata, sederunt, patria, genus, institutio præclara.*

## Num. 2.

Adde Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 9. à n. 74.

## Num. 3.

D. Salgad. de Reg. proteet. 1. p. cap. 8. 6 n. 72. & seqq. & cap. 14. n. 126.

## Num. 4. 5. &amp; 6.

Marta de Claus. 1. p. claus. 152. n. 2. Mieres de Maior. 3. p. 9. 16. num. 40. & 7 q. 14. num. 51. Giurb. ubi sup. gloss. 9. à num. 74. & seqq. Salgad. in Labyr. 2. p. cap. 6. num. 19. & 72.

## Num. 7.

D. Vela dissert. 48. num. 76.

## Num. 8.

D. Vela ubi sup. Parlador. Rer. quot. 9. tit. lib. 2. cap. 3. num. 6.

## Num. 9.

Roder. Suarez alleg. 28. à numer. 9. 10 D. Vela ubi sup. num. 75. Aug. Barbof. Voto decis. 97. D. Salgad. 2. p. de Retent. cap. 34. à num. 105. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 9. num. 13. D. Larrea decis. Granat. 6. num. 8. D. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 6. & 28. n. 54. & in politic. lib. 2. cap. 30. fol. 464. vers. Contentandome. D. Castillo lib. 3. cap.

cap. 24. à num. 66. Hermosill. in L. 7. gloss. 2. tit. 4. p. 5. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 10. à n. 2. vide L. 2. tit. 13. lib. 4. recop.

## Num. 10.

Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 484. & de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 79. Pat. Sanchez Cons. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 25. D. Covar. de Matrimon. cap. 8. §. 11. num. 34. & seqq. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 22. à num. 74. D. Solorzan. lib. 2. Polit. cap. 2. fol. 74. vers. De donde, Ricc. Collect. 1500. p. 5. & collect. 3088. p. 7. vers. Alias enim.

Adde D. Castillo lib. 3. Controv. cap. 24. à n. 66. Mieres de Maior. 3. p. 9. 16. à num. 30. & 39.

## Num. 12. &amp; 13. &amp; seqq.

D. Salzedo in Teatro honor. gloss. 18. & 19. & de interdictis adde citatos in princ.

## Num. 19.

D. Salzed. gloss. 18. num. 7. vers. 1. ex dispositione.

## Num. 22.

Adde Capyc Latro decis. 101. à n. 12. ad 18. & decis. 182. n. 75.

Quid autem de duobus remedijs possessorijs, an valeant cumulari? Vide Carleval de Iudicijs tit. 2. disp. 2. n. 1. & infra dicemus.

## Num. 23.

Ratio 1. ab ordine Iudiciorum: adde L. 3. C. fin. reg. L. Si coloni 14. de agricol. & cens. lib. 11. cap. ad ultionem de caus. poss. & prop. Vigel. in Meth. Crvil. lib. 2. cap. 23. & in Canon. lib. 2. cap. 17. & in controverso lib. 2. c. 16.

## Num. 27.

In dubio autem si uterque possessorem probet, quis obtinere debeat? Vide Gomez 2. Var. cap. 2. n. 20. vers. Et confirmari, & in L. 45. Taur. 178. & seq.

Vide Retes in Manuscript de Interdict. possess. 2. p. num. 7. & 12. Menoch. Recup. remed. 3. num. 15. Donel. in L. Unic. C. uti possid. num. 6. & lib. 15. com. cap. 33. & Ossuald. cap. 32. lit. S. vide L. 1. §. fin. ff. uti possid. L. 3. in pr. ff. eod.

## Num. 28.

L. 28. tit. 2. p. 3. Garcia de Nobil. gl. 1. §. 2. gl. 8. etiam D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 11. §. unic. Barbof. Collect. in cap. 3. de caus. poss. & pr. Ant. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 2. de fin. 23. Giurb. de Success. feud. §. 2. gl. 9. à num. 2.

In Tenutæ iudicio an qui obtinuit transferat onus probandi in adversarium dubitari potest? Affirmant Mieres de Maior. 3. p. 9. 24. num. 75. & in it. ejusd. p. 3. num. 16. Negat D. Christophor. de Paz cap. 69. de Tenut. n. 7. sed male, quia iudicium Tenutæ, licet summarium, non est momentaneum, ut ipse ait, absorbet enim iudicia possessionis ordinaria, & tantum in proprietate causa ad Chancellarias remittitur, ex L. 10. tit. 7. lib. 5. Recop. atqui omnis possessor onere probationis relevatur, Lex enim in adversarium rejicit, L. Circa eam 14. ff. de prob. L. Possessionem 2. L. Vis ejus, & L. seq. C. de prob. cap. ad aures de rescript. cap. ex litteris de probat. Menoch. lib. 6. præf. 69. à num. 2. Mascard. de Prob. concl. 1194. Frider. Mindan. de acq. poss. cap. 9. num. 12. D. Hier. Oroz. de Apic. jur. lib. 4. cap. 9. n. 9. in fin. Giurba de Feud. §. 2. gl. 9. n. 5.

Ulterius in Iudicio momentaneo obtinens non facit fructus suos. Posth. de Manut. obser. 106. num. 57. & 60. & decis. 19. post tract. num. 5. Possessio

autem momentanea quæ sit explicat D. Oroz. lib. 4. de Apic. jur. cap. 7. à numer. 1. ad textum in L. 8. C. unde vi, L. fin. C. qui legit. person. L. unic. C. si de moment. poss. quam in Regnis non procedere notant D. Molin. lib. 3. cap. 13. numer. 19. Covarr. Pract. cap. 23. numer. 8. vers. Pari sane, Gaspar Rodrig. de Ann. redd. lib. 1. q. 17. numer. 49. Felician. de Cens. lib. 3. cap. 1. Azeved. in L. 6. n. 6. tit. 18. lib. 4. Recop. Oroz. ubi sup.

24 In iudicio Tenuræ contrarium est; in eo enim qui obtinuit fructus suos facit Mieres de Maior. 3. p. q. 25. numer. 42. D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. de Iur. ind. cap. 21. numer. 31. Marinis ad Reverter. decis. 540. tom. 1. D. Castillo tom. 6. cap. 135. numer. 68. vers. In secundo autem casu: Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 13. numer. 69. D. Vela dissert. statim cit. quia habet admixtam causam proprietatis ex d. L. 10. Recop. D. Molin. lib. 3. cap. 13. numer. 6. & alij relati à Vela diff. 48. numer. 55. Paz de Tenut. cap. 6. Giurba de Feud. §. 2. gloss. 12. numer. 86. & 89. Auct. hic numer. 33. Quid autem in possessorio nobilitatis? Vide Gutierr. Pract. lib. 3. q. 19. Escobar de Purit. 1. p. q. 13. §. 3. à numer. 50. Adde Donel. lib. 15. Com. cap. 32. ubi Osuald. lit. T. Menoch. lib. 6. præsumpt. 69. Posth. de Manut. obs. 1. & 2. Amaya in Apolog. pro Statuto Colleg. numer. 42. ubi in causis puritatis contra Escobar docet non posse de proprietate, & possessione cognosci.

## Num. 29.

26 Addendus D. Salzed. in Theatr. honor. gloss. 18. numer. 10. D. Larrea alleg. 6. ubi an sententia lata in possessorio obstet in iudicio proprietatis? & quid si possessorium habeat admixtam causam proprietatis? numer. 2. ubi contra Bart. pro negativa adducit textum in L. Sed si ante

ff. de rescript. rei iudicat. quo Alexander etiam Bart. affirmativam reprobat sententiam. Vide ibi, & an econtra lata in proprietate præiudicet in possessorio, Petr. Barb. in L. 37. numer. 114. ff. de iudic. & in priori casu in iudicio Tenuræ negative loquuntur D. Paz de Tenuta cap. 43. numer. 1. Noguero. alleg. 25. numer. 151. Add. ad Molin. lib. 3. cap. 13. numer. 22. & interdicto uti possidetis Gomez in L. 45 Taur. numer. 117. D. Salgad. 4. p. de Reg. protect. cap. 12. à numer. 71.

## Num. 30.

Ricc. Collect. 1814. p. 5. Ant. Faber. lib. 1. tit. 2. Cod. defin. 13. & 23. Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 7. n. 6. & in hoc casu possessor tenetur exhibere titulum. Covarr. Pract. cap. 23. numer. 4. Pareja de Instr. ubi sup. à numer. 8. & 24. Ricc. Collect. 607 p. 7. & collect. 889. p. 4. & collect. 2433. p. 6. Faber. d. def. 23. Marefcot. lib. 3. Var. cap. 8. Tondut. de Benef. 2. p. lib. 1. cap. 1. §. 11. Pat. Sanchez lib. 2. cons. moral. cap. 1. à dub. 30.

## Num. 31.

Vigel. Method. Civil. lib. 2. cap. 23. Reg. 3. & in Canon. lib. 2. cap. 17. Reg. 2.

## Num. 32.

27 Possessorium recuperandæ cum petitorio potest cumulari, quia nullam cum eo habet repugnantiam. Gloss. Magistralis in cap. cum dilectus, vers. Possessoris de caus. poss. & propriet. Menoch. Adipiscendæ remed. 4. numer. 521. & seq. Marinis ad Reverter. decis. 347. obs. numer. 2. secus est in possessorio retinendæ Auct. in princ. h. cap. Me-

Menoch. Retin. remed. 3. numer. 511. ad 543. ubi novem casus distinguit: Posth. de Manut. obs. 7. numer. 15. & 74. Guifan. in L. Naturaliter §. Nihil commune ff. de acq. poss. D. Vela dissert. 46. numer. 2. Gomez Bayo in Prax. eccles. & sæcul. p. 3. lib. 1. cap. 19. numer. 19. Barbof. in L. Si de vi n. 369. ff. de iudic. vide L. 27. tit. 2. p. 3. & L. 1. §. Interdictum ff. uti possid. ubi elegans ratio traditur, actio enim nunquam ultro possessori datur, quippe cum sufficiat ei, quod possideat. Vide sup. n. 44. Auctoris, & quæ ibi dico.

35 Limitat Auctor, quando respectu diversæ possessionis agitur, tunc enim recte potest is, qui possidet, intentare interdictum ad aliam possessionem adipiscendam. Addendi Hotoman. Illustrium quæst. cap. 29. ad fin. Fachin. lib. 8. Controv. cap. 6. vers. Ad argumenta, Bartoli Trentacinq. Var. tit. de plus petit. lib. 2. resol. 1. à n. 26. Garcia de Nobil. gloss. 11. numer. 9. & 37. D. Paz de Tenut. cap. 24. numer. 28. Capyc. Latro decis. 101. numer. 19. D. Salgad. de Retent. Bull. p. 1. cap. 11. à numer. 19.

36 Limitatur 2. quando in eodem iudicio possessorio, & petitorio intentato decisa est prius possessoris controversia Reverter. decis. 347. ubi Marinis.

Li miatur 3. ut per Auct. hic numer. 44.

37 Limitatur 4. quando incidenter de petitorio agitur Menoch. Retin. remed. 3. numer. 531. vers. Declaratur, & vide quæ dicam infra ad numer. 52. & seq.

38 Limitatur 5. quando ab uno possessorium, & ab alio petitorium deducitur Barbof. in L. Si de vi n. 31. ff. de iudic. & dict. lim. proxim.

Limita etiam cum Auctore, ut n. 41. & n. 46.

39 An autem quando admittitur cumulatio utriusque iudicij, sustineatur in appellationis instantia? dic quod

non. Gratian. Discept. cap. 681. numer. 25. Garcia de Nobil. 2. p. §. 2. numer. 19. Lara de Vita hom. cap. 21. numer. 100. Surdus decis. 175. numer. 1. D. Salgad. de Protect. 2. p. cap. 7. Cancer. lib. 2. Var. cap. 13. numer. 62. ubi limitat, & D. Salgad. itidem de Retent. p. 2. cap. 9. à numer. 10.

40 Si tamen is qui proprietatem deducit, casum Curia pro se habeat, & privilegio fori adjuvetur, contrarium dices, Noguero. alleg. 26. numer. 339. quia huic privilegio ad aliam causam non est renuntiatum, nec potest remitti ex veriori sententia, quam docet Azeved. in L. 8. numer. 12. tit. 3. lib. 4. Recop. D. Castillo Controv. lib. 3. cap. 25. à numer. 38. Gratian. cap. 566. numer. 86. licet male Carrasco dissentiat in tract. de Cas. cur. n. 64. & pro Noguero. l. j. sententia adde Garcia de Nobil. gloss. 1. §. 2. D. Paz de Tenut. cap. 39. sub numer. 51. & cap. 70. n. 2. & cap. 21. n. 2. & cap. 4. sub n. 71. & vide D. Salgad. 2. p. de Retent. cap. 8.

## Num. 33. &amp; seqq.

De principali quæstione infra in n. 35. & seqq.

41 Ad alia videndi D. Greg. in L. 7. tit. 4. p. 5. verbo Possession, D. Covarr. lib. 3. Var. cap. 5. numer. 6. Martienz. in L. 8. gloss. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. Mieres de Maior. 3. p. q. 24. numer. 19. Addent. ad Molin. lib. 3. & cap. h. cit. numer. 11. & 52. Escobar de Purit. 1. p. q. 13. §. 3. numer. 52. D. Larrea decis. Granat. 35. numer. 14. Noguero. alleg. 9. numer. 94. D. Vela dissert. 48. numer. 55. D. Valenzuel. cons. 97. numer. 220. & seq. D. Castillo lib. 5. cap. 91. numer. 50. D. Paz de Tenut. cap. 6. & cap. 13. numer. 31. & cap. 12. numer. 93. itidem Vela dissert. 43. n. 56. Giurba de Feud. §. 2. gl. 12. numer. 86. vers. Sed in summarissimo, & numer. 65.

## Num.34.

42 Adde D. Salzedo in *Theatr. honor. gloss.* 18. num. 11. & 19. & tract. ad *Leges Recop. fol. 283. à n. 62. & seqq.*

## Num.35. &amp; seqq.

43 D. Salzed. in *Theatr. hon. di& gloss.* 18. num. 12. & ex num. 20. disputat an in iudicio proprietatis pendente, ex nova causa possit Tenuta proponi? Affirmative resolvit posse, nec esse necessarium iudicium proprietatis suspendi, & ita decisum refert in fine gloss.

44 Ait Auctor possessorium, & petitorium cumulari non posse in causis maioratus, etiam respectu diversæ possessionis civilis, & naturalis, cum ex Taurina constitutione utraque transeat in verum successorem, quæ est limitatio ad ea quæ dixi n. 32.

45 Quam sententiam verissimam iudico; ita tamen intelligas velim, ut quamvis respectu civilis, & naturalis possessionis, hoc verum sit, actualis tamen, & realis apprehensionis respectu, poterit successor maioratus petitorium cumulare cum possessorio, ut scilicet, *legitimus successor, & possessor declaretur vi Legis 45. & ut actualiter possidere jubeatur.*

46 Ad quod suppones possessionem à Lege translata, juris, non facti esse, ideo aliqui eam civilissimam appellant, ut supra aliqui ex citatis docent, & statim probabimus. Secundo, hanc possessionem distingui à reali apprehensione, & rei actuali existentia, quæ detentatio appellatur. *Giurba §. 2. de Success. feud. gloss. 12. num. 91. fol. mibi 455. col. 1. vers. Quare sic accipienda, & num. 53. ubi plures refert. Tertio, solum continuari, transferri eam possessionem, quam habuit ultimus possessor, ut infra ad vers. Ideoque non potest dari casus, dicam; si ergo solum naturalis, vel sola civilis*

penes defunctum sit, quoad aliam non impedit posse petitorium, & possessorium cumulari.

48 Quarto etiam respectu detentationis, & apprehensionis posse competere interdicta possessoria, & qui successor est maioratus, & legitimus possessor, non solum accipiendæ, recuperandæ, & retinendæ possessionis, sed etiam ad justam detentationem ex *Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 91. fol. 455. vers. Et si detentatori.*

Et quod maioratus legitimo successori competant remedia possessoria docent in remedio adipiscendæ *Gomez in L. 45. Taur. numer. 118. ubi Cornejo alios refert: Matienzo in L. 9. gloss. 1. numer. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. & in L. 8. gloss. 2. num. 4. eod. tit. Azeved. ibid. numer. 19. Noguerol. alleg. 31. à num. 70. D. Paz de Tenut. cap. 24. num. 7. & in recuperandæ remedio ex veriori docent Molin. lib. 3. cap. 13. num. 6. & ibi Add. Mieres de Maior 3. p. init. num. 11. Azeved. in d. L. 8. numer. 25. Covar. lib. 3. cap. 5. Var. num. 6. vers. Sic etiam interdictum recuperandæ, Hermosill. in L. 7. gloss. 2. num. 25. tit. 4. p. 5. Giurba §. 2. de Success. feud. gloss. 12. num. 71. vers. Sed quæ in fin. D. Paz dict. cap. 24. & cap. 8. & 13. videndus tom. 1. Ratio est; quia quamvis mediante Lege Tauri transeat possessio in successorem, tamen ex eo quod penes alium sit ipsa naturalis apprehensio, vel detentatio, non videtur esse plena, vel omnino perfecta possessionis acquisitio, quousque actu, vere, & realiter apprehendatur, & ideo respectu hujus detentationis, vel actualis, & realis apprehensionis, prodest legis possessori, utrumque remedium adipiscendæ, & recuperandæ possessionis actualis, sicut & retinendæ, & non solum ea separatim, sed simul poterit intentare; optime D. Paz de Tenut. cap. 24. num. 7. & 30. retinendæ enim possessionis interdictum pro*

pro sua civili possessione, & naturali proponit, & recuperandæ, vel adipiscendæ pro actuali consequenda, ut in specie *L. 45. Taur. tenet Sesse dec. Arag. 17. num. 22. & seqq. Videndus Bedoya in Specul. lib. 1. discurs. 10 à num. 13. cum seqq.*

52 Quod & probatur; quia possessio à Lege translata juris possessio est, possessionem autem facti, corporalem scilicet, & realem insistentiam rei possessor maioratus à Lege habere non potest, quamvis effectus ab ea, quæ in jure consistant, consequi possit, probat text. in *L. In bello 12 §. facti 2. ff. de captiv. L. Denique 19. ff. ex quib. caus. maior. disputant D. Molin. lib. 3. cap. 12. num. 19. Sesse decis. Arag. 19. num. 22. Parlador. Rer. quotid. lib. 2. cap. 5. numer. 17. D. Paz de Tenut. cap. 18. & cap. 19. num. 15. D. Hieron. de Oroz. de Apic. jur. lib. 4. cap. 12. num. 14. D. Valentia Illustr. lib. 1. tract. 2. cap. 4. numer. 10. & 11. & tract. 3. cap. 11. à numer. 26. & in *L. Si is qui pro emptore ff. de usucapion. & lib. 2. tract. 4. cap. 2. num. 18. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 52. ubi pro affirmativa legi favente plures refert D. Olea de Cess. jur. tit. 6. q. 5. num. 26 sed propositam doctrinam, quidquid DD. controvertant, probat ipsa Lex Tauri illis verbis: *Aunque aya otro tomado la possession de ellas, &c.* quibus supponit apud alium tertium posse existere possessionem actualem; hujus ergo respectu poterunt intentari possessoria remedia. *Sesse decis. 17. numer. 25. & hunc sensum legis verissimum probat Paz de Tenut. cap. 10. n. 33.***

54 Hæc enim facti possessio, & apprehensio realiter distinguitur à possessione civili, & naturali à Lege translata *D. Paz sup. cap. 18. num. 6. & 7. nec in successorem maioratus ipso jure transferri ait d. cap. 10. num. 32. & d. cap. 18. num. 6. & 7. & hæc per se est manutenibilis L. 3. in princ. ff. uti possid. Posthius de Manuten. obs.*

42. à numer. 74. ubi late probat. Item habet remedia possessoria *D. Paz cap. 24. à numer. 23. Valasc. consult. 131. videndus Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 91. vers. Et si detentatori fol. 455. ubi decisum se vidisse pluries refert, & hanc sententiam late cum alijs tuetur, & docet, maxime ex Menoch. Covar. & alijs: vide Posthium de Manuten. observat. 42. num. 77. & Rota apud eum dec. 295. numer. 19. Gomez in *L. 45. Taur. n. 11. & 12. qui officio Judicis nudis tentatoribus, tantum succurri docent D. Oroz. de Apicib. jur. lib. 4. cap. 9. num. 4. & 5. ubi idem docet ex *L. Si duo 3. §. Sed si 7. ff. uti possidetis, Mindan. de acq. poss. cap. 9. n. 4. & alijs; aliquando tamen ex edito prætoris interdicta eos habere si de ijs specialiter caveatur docet cum *L. 12. 16. & 19. ff. quod vi, aut dam. L. 1. §. Ex interdicto 41. ff. de vi, & vi arm. eum vide.****

55 Cum ergo hæc detentatio realiter distinguatur à possessione Legis, ut docet *Giurb. dict. §. 2. gloss. 12. pag. 455. vers. Quare col. 1. poterit ejus respectu maioratus successor intentare possessoria remedia, & cum petitorio cumulare, ut tenet D. Paz de Tenut. cap. 24. num. 28.*

## Vers.

*Idque non potest dari, eod. n. 35.*

56 Semper enim verum est possessionem civilem, & naturalem transferri in successorem legitimum, etiam earum rerum, quæ ab alio occupatæ sunt, ut tenent *ex L. 45. Taur. Gomez ibi num. 111. D. Molin. lib. 3. cap. 12. num. 16. Sesse decis. 67. num. 11. vers. Ex quibus sequitur. Vide Hermosill. in L. 7. gloss. 2. à num. 30. tit. 4. p. 5. D. Paz cap. 28. Gomez ubi sup. num. 117. vers. Tertio Giurb. de Success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 82. & seq. Nec civilis ergo possessio, nec naturalis unquam potest esse penes alium,*



quam successorem legitimum, ut infert D.Molin. *ubi sup.num.* 18. sequitur D. Paz de *Tenut.cap.* 28. & *cap.* 11.*num.* 11. Azeved. Matienz. Mieres, Pat. Molin. quos referunt Addentes *num.* 18. *ubi sup.* ergo non potest dari casus, in quo alter, qui contendit, sit in possessione maioratus, civili tantum, & alter in naturali.

- 57 Quod juxta terminos *Leg.* 45. verum esse fatemur, quando, scilicet, ultimus maioratus possessor, habebat possessionem civilem, & naturalem, quam transferret necessario ex vi Legis in successorem sequentem. Si tamen possessionem civilem tantum, vel naturalem, aut solum detentionem habuisset, dubium est an eam tantum transferat, quæ apud eum existeret, sive civilem, sive naturalem, vel detentionem, quia per Legem Tauri possessio defuncti in successorem transfertur, & quidem ea possessio quæ non fuit apud defunctum, non poterit continuari, vel transferri. D. Molin. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 17. D. Paz *cap.* 48. *num.* 18. Sesse *decis.* 67. *num.* 15. ubi ita decisum refert: Hermosill. *in L.* 7. *gloss.* 2. *num.* 19. *tit.* 4. *p.* 5. Giurba de *Succes. feud.* §. 2. *gloss.* 12. *num.* 73. & 82. & 83. *in fin.* quod quidem & probat textus *in L.* *Traditio* 20. *ff. de acq. rer. domin.* & ab speciali *L. Interdum ff. de acq. poss.* *L.* 63. & 72. *ff. de usufr.*

59 Quod si assentias, deteges casum in quo possessio civilis sit apud aliū, & naturalis apud successorem, vel econtra, vel utraque penes tertium, veluti quando res maioratus nunquam fuere possessæ ab antecessore, tunc enim impossibile est ex vi legis transferri possessionem, quæ apud defunctum non fuit. Sesse *dict. decis.* 67. *n.* 15.

- 60 Sed prædicta difficultate non carent, cum enim successorum jus distincte, ac separatim consideretur, nec dependentiam habeat unius successio ab alio, sed omnes à fundatore

capiant, sequitur & in possessione, quæ à Lege transfertur, dependentiam non dari, sed unumquemque de novo acquirere, & in eum novam possessionem transferre Legem, non vero eandem numero cum possessione prædecessoris, quod quidem eleganter comprobavit Gomez *in d.L.* 14. *Taur.num.* 114. cui assentiunt Molin. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 22. ubi Add. alios refert D. Paz de *Tenut.cap.* 33. *numer.* 44. & *seq.* & *cap.* 48. *num.* 20. Monter a Cueba *decis.* 25. *num.* 30. Giurba de *Succes. feud.* §. 2. *gloss.* 12. *num.* 75. quod observandum est, ad locationem, & conductionem rerum maioratus, non enim extingueretur si eadem possessio defuncti continuata in sequentem duraret, quem extinguere necesse est post mortem possessoris, animo enim, & corpore retinetur. Vide Auët. *sup. h.p. cap.* 3. *num.* 14. & 41. qua ratione successor non videtur possidere actualiter, colono in conductione remanente, nisi ab eo conducatur, vel eum recognoscat soluta pensione, *L. Qui universas §. Quod per colonum ff. de acq. poss.* Sesse *decis.* 67. *num.* 3. Giurba *ubi sup.num.* 76. vel alio modo, idem Sesse de *Inhibit. cap.* 20. §. 1. *n.* 17. *Surd. conf.* 217. *n.* 4.

61 Cum ergo possessio, quæ à Lege transfertur in successorem, non dependeat à possessione antecessoris, sequitur nihil obesse ad legalem translationem, an, & quæ fuisset defuncti possessio naturalis, vel civilis, vel nulla, si jure maioratus attentio ab institutore derivato, utraque possessio ad maioratum pertineat. D. Molin. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 17. *in fin.* ubi ita prædicta intelligit, & declarat: *Idque.* ait, *verissimum est intelligendo, quando id procedebat ex ipsarum rerum maioratus natura, secus autem quando id ex alienatione, vel translatione ultimi maioratus possessoris processit, tunc namque eo non obstante possessio in seqq. successorem ex d.L. 45. Tauri transfertur.*

62 Qua etiam ratione verius est successori

cessori maioratus nullum inferri præjudicium ex alienatione ab antecessore facta rei maioratus ex *L.* 45. *ibi:* *Aunque aya otro tomado la possession, &c.* ideoque Tenutam habere, & remedia possessoria etiam contra possidentem titulo, sive universali, sive particulari. Addentes ad *Molin.lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. ad 56. de quo videndi *Parlador.lib.* 2. *Rer. quotid. cap.* 5. *num.* 8. Paz *cap.* 28. Hermosill. *in L.* 7. *gloss.* 2. *à num.* 32. *tit.* 4. *p.* 5. Nogueroi *alleg.* 31. *à num.* 94. itidem Paz *cap.* 85. de *Tenut.tom.* 2. *à numer.* 216. Mieres de *Maiorat.* 3. *p.* 9. 16. *n.* 45. & 50. Gomez *in L.* 45. *num.* 121. *Co-var. Pract. cap.* 12. *num.* 3. Giurba de *Succes. feud.* §. 2. *gloss.* 12. *n.* 85.

- 55 Nec obstat quod etiam ex nullo contractu possessio transfertur *L.* 1. §. *Si vir uxori ff. de acq. poss.* Faber. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 2. *de fin.* 11. Gomez *in L.* 17. *n.* 15. & 16. & *in L.* 45. *numer.* 25. Ricc. *colleçt.* 2831. *p.* 7. & *col.* 2909. & 2969. Nogueroi *alleg.* 26. *Barbof. Voi.* 126. & *num.* 266. D. Silgad. 4. *p.* de *Reg. proteçt. cap.* 8. *à num.* 103. & 203. D. Olea de *Cess. jur. tit.* 6. *q.* 5. *à n.* 14. *videndi.*

- 66 Ratio est, quia possessio non causatur ex ipso contractu, ut ex causa necessaria, sed ex naturali traditionis facto, quod veritati subjicitur, non legis potestati, *d. L.* 1. §. *Si vir uxori ff. de acq. poss.* *L. In bello §. Facti ff. de captivis*, ideoque prohibitio legis non obstat translationi possessionis *Aretin. in d. §. Si vir uxori*, *Sozin. conf.* 13. *lib.* 4. Gomez *in L.* 45. *num.* 16. *Tiraquel. in L. Connub. gloss.* 5. *n.* 126. Paz *cap.* 54. *n.* 18.

- 67 Sed re. possessionis translationi quæ à Lege fit non obesse actum possessoris, quatenus sequentibus successoribus præjudicium inferre possit: sicut enim potestas legis ad factum non extenditur, ita hominis actus legis vim infirmare nequit, possessio ergo nulliter acquisita nullos effectus producet, quia Lex ei resistit.

Menoch. *conf.* 1073. *num.* 12. *Cald. lib.* 2. *quest. for. obs.* 61. & alij apud *Giurb. de Succes. feud.* §. 2. *gloss.* 9. *numer.* 26. & vide *à numer.* 22. ubi plenissime de quæstione agit, & ad rem, vide *gloss.* 12. *num.* 85. *vers. Aut Croilem*, ubi quæstionis resolutio *ibi:* *Tunc propria auctoritate ab ea detentatione occupatorem hunc de facto expellere non potest, sed adipiscendæ, vel recuperandæ possessionis (an retinendæ? non ait) agere ipse debet.* *Greg. Lopez in L.* 7. *gloss.* *possession. tit.* 4. *p.* 5. Molin. *d. cap.* 12. *num.* 12. & Pat. Molin. *disp.* 636. *num.* 1. *quæ nuda feudi insistentia, & detentatio, cum possessio vera non sit, possessionis effectus à Pat. Molin. disp.* 16. *enumeratos non habet.*

Num. 39. & seqq.

D. Vela *diff.* 46. *num.* 2.

Num. 41. & seqq.

Fontanel. *decis.* 342. *num.* 5. Vela *dissert.* 49. *num.* 64.

Num. 43.

D. Vela *diff.* 49. *num.* 64. Garcia de *Nobil.* §. 2. *gloss.* 2.

Num. 44. vide n. 46.

Anfald. de *Iurisdic. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 32. *à num.* 88. *Guid. Pap. decis.* 219. Menoch. *Retinendæ remed.* 3. *à numer.* 531. & 593. Mieres de *Maiorat.* 3. *p.* 9. 16.

Unde qui bona habet, ut firmiter possideat, potest petere, ut declaretur dominus, & possessor *L.* 3. §. *Missum ff. de carbonian. L.* 1. *C. eod. L. Si quos C. de decur. lib.* 11. Menoch. *Adipiscendæ remed.* 4. *num.* 348. quæ nota ad *L.* 1. §. *Interdictum ff. uti possid.* de

de qua dixi num. 32. & vide Oroz. de Apic. Iur. lib.4. cap.9. num. 16. ubi quod ex timore perturbationis potest implorari officium iudicis, ut provideat ne molestatio fiat per L. Diffamari C. de ingen.manu minis, deinde possessor iustus, qui à nemine inquietatur, potest petere pronuntiarise esse possessorem, ut ita in omnem eventum sit tutus adversus omnem vim facti, vel diffamationis per tit. ff. uti possid. & possessor civilis, & naturalis vigore statuti, vel legis, potest petere actualem, & realem, dixi ad num. 35. hic, & 48.

Num. 45.

Vide sup. num. 27.

Num. 46. & seqq.

Vide Otalora de Nobil. 3. p. cap. 4. num. 2. circa fin. Parlador. Ker. quotid. lib. 1. cap. 10. n. 26.

69 Et hic observa quod si libellus concludit super possessione, & narrat super proprietate, attenditur conclusio. Azeved. in Rub. tit. 2. lib. 4. recop. num. 17. D. Olea de Cess. jur. tit. 6. q. 1. num. 17. gloss. per textum ibi in cap. ex parte de for. comp. Scaccia de Iudic. & re iudic. gloss. 10. num. 61. Reverter. decis. 175. ubi Marinis Tusch. lit. P. conclus. 450. à num. 20. ubi, & quando petitorium cum possessorio cumulatum videatur. Rovit. conf. 56. lib. 2. Garcia de Nobilit. gloss. 1. § 2. num. 25. Caponius tom. 1. disceptat. 171. & in causis nobilitatis in quibus iudicium declaratorium potest cum possessorio proponi ex L. Si contendat 18. ff. de iurisdic. L. Si duo patroni 13. ubi gloss. verb. Alteri, vers. Sed qualiter ff. de iur. iurand. & supradiet. ad num. 44. quibus convenit Castrenf. in L. Si de vi ff. de iudic. num. 3. ibi: Sed si concludo super declaratione juris mei, non video quid repugnet. quominus possint cumulari, nam si dico me possessor

rem, & diēt. num. & turbare me in possessione, possum intentare possessionem retinendam petendo declarari me possessorem, & tibi inhiberi ne me turbes: possum etiam in eodem libello petere declarari me dominum, & istud puto verum sicut Evangelium. Idem docent in iudicijs maioratus D. Molin. lib. 3. cap. 14. num. 30. Greg. in L. 3. tit. 2. p. 3. gl. 2. Gutierrez conf. 13. n. 1. D. Castillo lib. 5. cap. 93. §. 14. n. 94.

71 Sed in nobilitatis iudicio in quo similis cumulatio probatur L. 8. tit. 11. lib. 2. recop. vers. Otrosi, ibi: Otrosi, si alguno que está en possession de hijo dalgo (nota) y puesta la demanda en propiedad, y possession, suspender el petitorio en tiempo, y en forma debidos, y pidere que solamente sea procedido en el possessorio; solet vel suspendi petitorium omnino, vel sub conditione ita: Otrosi, protesto suspender el juicio de la propiedad cada, y quando, que al derecho de mi parte convenga, y siendo necesario desde luego le suspendo, y no en otra manera. Otalor. de Nobil. 3. p. cap. 4. num. 1. Garcia de Nobil. gloss. 1. §. 2. & gloss. 11. quod & probat text. in L. 1. §. Quia autem ff. quor. legat. in fin. ibi: Nam duas actiones dictamus protestati ex altera nos velle consequi, quod nos contingit, quem mirabilem dicit Garcia gloss. 1. §. 2. num. 26. & hæc suspensio conditionalis est cumulatio, & cocervatio petitorij, & possessoriij, ut si minus proprietatem probaverit, saltem obtineat in possessione, vel econtra ex verb. Leg. 8. ibi: Por 20. años continuos este tal sea mandado por sentència amparar en la possession. Vel quasi de la hidalguia, y le sea dada executoria, reservando todavia por la tal sentència el derecho de la propiedad. Sed si utrumque probaverit in possessione, & proprietate, lis terminanda est d. L. 8. ibi: Que este tal sea pronunciado, dado, y avido por hijo dalgo en possession, y propiedad. Garcia gloss. 12. num. 12. & à num. 54. Azeved. in Rub. tit. 2. lib. 6. recop. à numer. 116. Gutierrez

Gutierrez 3. praet. q. 14. à numer. 27. Narbon. in L. 35. tit. 11. lib. 2. Recop. gloss. 2. Sesse decis. 2. num. 2. Moreno de Vargas discurs. 6. n. 2. in fin. Otalora p. 3. cap. 4. n. 2 & cap. 9. num. 1.

Num. 48.

74 Imo omnia interdicta competunt successori maioratus, ut supra dixi, & tenent D. Paz de Tenut. cap. 5. num. 11. & cap. 1. num. 28. & in L. 251. Syll. num. 26. & 36. Hermosill. in L. 7. gloss. 2. num. 25. tit. 4. p. 5. D. Castillo lib. 3. Controv. cap. 24. num. 25. Noguero. alleg. 25. num. 162. D. Valenz. conf. 70. n. 54. Villad. in Politic. en la forma de libellar. n. 155. D. Salgad. de Reg. 4. p. cap. 8. n. 117. Bedoya in Specul. Iuris. pr. lib. 2. discurs. 5. à num. 35.

Num. 49.

Vide sup. in pr. cap. citatos.

Num. 50.

75 Quid econtra si petitorio pendente possessorium proponat, vide L. Cum fundum 18. §. Eum qui ff. de vi, & vi armat. L. Naturaliter §. 1. ff. de acq. poss. cap. pastoralis de caus. poss. Petr. Barbof. in L. Si de vi 37. à num. 2. ff. de iudic. Barbof. alter in d. cap. pastoralis, ubi etiam Balboa Cuiac. lib. 7. Observat. cap. 38. & in d. L. 18. §. Eum qui de vi armat. lib. 26. quest. Papinian. D. Molina de Primog. lib. 3. cap. 14. n. 16. & in annot. ad lib. num. 16. ubi Addent. D. Paz cap. 42. Rovit. conf. 1. num. 57. & seqq. & conf. 4. num. 6. tom. 1. Pat. Molin. disp. 638. n. 8. vers. Controvertit. Molina. D. Salzedo in Theatr. hon. gloss. 18. num. 38. ubi plures: Mieres de Maiorat. 2. p. mit. num. 591.

Num. 52. & 53.

Xamar de Offic. advoc. 2. p. pca. 8. n. 61. Barbof. in L. si de vi de iudic. n. 167.

Num. 53.

76 In Tenutæ iudicio non potest cumulari petitorium cum possessorio, quia ubi de Tenuta, ibi de proprietate agi prohibitum est, ex d. L. 10. Recop. ex quo indubitanter affirmat, quod si de Tenuta sit actum, non potest cumulari in Chancellarijs utrumque possessionis & proprietatis iudicium, ex d. Leg. Limita quando remissio in possessione, & proprietate facta sit, veluti, 77 si declaratum sit Tenutæ locum non esse, ut per D. Paz de Tenuta tom. 2. cap. 70. videndus Noguero. Alleg. 25. n. 146. ubi si dubitetur de qualitate bonorum, docent Tenutæ non esse locum. Et idem est si transacti sint sex menses legales Tenutæ, nam & in hoc casu remissio fit in possessione, & proprietate L. 9. ibi: Passado. & c. & d. L. 10. tit. 7. lib. 5. Recop. Regulariter enim, quoties de possessione non est cognitum, quoad possessionem, & proprietatem debet fieri remissio. Sesse 78 dec. Arag. 67. n. 12. qui quamvis innuat quod elapso semestri, & alio in possessione maioratus existenti, non possint remedia possessoria intentari ex vi Leg. 45. id tamen de Tenuta solummodo intelligendum, de alijs autem remedijs possessorijs contrarium est firmiter iudicandum, quia Lex 10. quæ statuit remissionem tantum in proprietate, loquitur quando est cognitum de possessione, & de ea pronuntiat in consilio; in contrario igitur casu contraria dispositio erit, ex L. 9. sup.

Ad Vers.

Et hinc est.

Bedoya in Specul. lib. 1. discurs. 3. n. 127. ubi Auctoris sententiam sustinet in speciali casu, quo loquitur.

79 Observandum est autem in interdictis possessorijs iustam, sive iniustam possessionem esse manutenibilem contra tertium, qui nõ possit obijcere exceptionem


ceptionem dominiij, *L. 2. ff. uti possid. L. fin. ff. de acq. poss. cap. cum venissent 6. de constit.* Bart. in *L. 1. §. hoc interdicto ff. uti possid.* Joan. Faber. in *§. Retinendæ inst. de action.* Menoch. *Recuper. remed. 3. ex num. 18. & num. 536.* Fider. Mindan. *de Interdict. 2. p. tit. 7. in princ. ex num. 5. & 26.* Posth. *de Manut. obs. 15. & 42.* D. Paz *de Tenut. cap. 2. & 9.* D. Valenz. *conf. 58. à num. 17. & conf. 151. ex num. 70 & conf. 186. à numer. 10. & 43.* Barbof. *Vit. decis. 42. 49. 51. & 160.* Pichard. in *§. Retinendæ in princ.* Donel. *lib. 15. Comment. ubi Ofsuald. cap. 32. lit. A.* qui dicunt injustam possessionem mere naturalem, deprædatoriam, vacuum omni justitia, & detentationem, ad victoriam sufficere, quod verum est, quando loquimur juxta terminos *Leg. 1. §. fin. ff. uti possid.* scilicet, ut possit ea qualisqualis possessio, nisi adversarius ab eo qui interdictum proponit evictus sit, vel interdictum contra dominum proponatur, quibus casibus possessio vitiosa prodesse non debet: *eleg. text. in cap. licet causam 9. de probat.* Ratio est, quia quando adversus tertium, qui non est dominus, ne dejectus interdictum possessorium proponitur, is injustæ possessionis defectum opponere non potest, cum vitium in ejus persona non sit contractum, & jus alterius allegare non possit, *ex L. 4. §. Competit ff. si servit. vind. D. Salgad. in Labyr. 2. p. cap. 22. à num. 62.* Cyriac. *controv. 168. num. 1. & seqq. & controv. 303. num. 58. & controv. 321. n. 70. & 252. num. 58.*

81 Possessio ergo justa, vel injusta prodest, ut expresse deciditur in *d. L. ultim. ff. de acq. poss.* ibi: *Adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet;* quia in hoc judicio justus possessor est, qui interdictum proponit; justum enim, & injustum sunt correlativa: equidem is qui injustus possessor est respectu unius, non est judicandus in-

justus ad retentionem respectu alterius, qui nullum jus in re habet. *Ele-ganter Ofsuald. lib. 5. Comm. Donel. cap. 6. litt. T. Cujac. lib. 5. obs. cap. 22. & lib. 9. cap. 33. & lib. 18. cap. 24.* justus ergo possessor judicatur contra extraneos, qui contra dominum non justus est. *Menoch. ubi sup. num. 692. ad 703.* Mindan. *dict. tit. 7. cap. 2. à num. 8.* Posth. *de Manut. obs. 42. à numer. 174.* Rodriguez *de Ann. redd. lib. 1. q. 17. num. 21.* Gratian. *Discept. cap. 899.* Cancer. *Var. 3. cap. 14. à numer. 39. & 54.* Fontanel. *de Paet. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 10. à num. 73.* Barbof. *vol. 106. art. 2.* Cæsar. *Angel. de Legit. contradict. ad L. fin. C. de edict. D. Hadr. q. 5. num. 5. & 94. & q. 7. num. 113. & q. 8. num. 5. & q. 10. n. 115. & q. 17. n. 30.*

Exceptio ergo notoria dominiij admittenda est. *Giurba plene de Success. feud. §. 2. gloss. 9. à num. 13.* Covar. *cap. 23. Pract. num. 3.* Franchis *decis. 90.* Barbof. in *L. 37. ff. de judic. à num. 392.* Gomez in *L. 45. Taur. à numer. 329. vers. Item, & num. 121. & 150.* Ricc. *Collect. 406.* Hermosill. in *L. 7. gloss. 2. numer. 37. tit. 4. p. 5.* D. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 28. à n. 65.* D. Salgad. *3. p. de Protect. reg. cap. 12. à num. 91.*

Quod etiam in interdicto retinendæ locum habet, quia per viam exceptionis oppositum dominium non impedit quod de utroque cognoscatur, etiam si detur aliàs repugnantia utriusque ex dict. sup. *ad num. 32. limitat. 4.*



## AD PARTIS V.

## CAP. VI.

## ADDITIO.

## SUMMARIUM.

- 1 Evictionis actio repellit vindicationem oppositam, & 2.
- 3 Possessor maioratus, qui rem alienavit, an ipse vindicare possit? Distinguitur inter prohibitionem alienationis tacitam, vel expressam, & 9.
- 4 Alienationis prohibitio expressa à testatore, sive etiam tacita, nullam reddit alienationem, sed diverse, & quomodo.
- 5 Sequens successor maioratus an rem alienam à possessione statim possit vindicare, & quando pro vita alienantis sustineatur alienatio, 6. & 7.
- 8 Alienationis prohibitionem expressam inducitur substitutio, & vocatio in casu contraventionis præter casum mortis.
- 9 Contraveniens in parte alienando rem maioratus, quando privetur in totum, & seqq. ad 18.
- 19 Alienatio nulla ab eodem alienante potest impugnari, & 22.
- 20 Successor maioratus, & hæres ultimi possessoris quatenus hæres est, rem ab eo alienatam vindicare non potest, & quid inventario confecto, & 21.
- 23 Legi prohibitiuæ renuntiare non potest.
- 24 L. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. confertur cum L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. explicatur num. 32. & an sit in usu, 34.
- 25 Los donata à patre filie contra legis modum, an ab ipso qui dedit revocari possit, 27. 28. & 29.

26 Dotis inofficiose exceptio an opponi possit à patre in via executiva.

30 Filij in vita patris amicum dotis repetere possint?

31 Dos inofficiosa, & ea quæ ultra taxam legis datur, in quo distinguatur.

33 Filia quæ dotem inofficiosam recepit, ejusque maritus retinere in conscientia excessum an possint.

35 Alienationem prohibita per contractum hæres alienantis potest contravenire.

35 Alienationem nullam propter defectum consensus hæres alienantis potest impugnare.

37 Bonorum confiscationis, vulgo, de Poblacion, Regni Granatensis materia, remissive.

38 Bona confiscationis Regni Granatensis an in commissum incidant, si census Regius debito tempore non solvatur.

39 Emphyteusis pro se, & filijs à patre alienari an possit, saltem pro vita sua.

40 Emphyteusis à patre alienata, an filio vindicari possit.

41 Emphyteusis an possit inter hæredes dividi.

42 Melioramenta emphyteusis privatæ, vel bonorum de Poblacion sunt libera, & ab emphyteuta possessio hypothecari, vel vinculari.

43 Retentio ob melioramenta datur emphyteutæ in bonis emphyteuticis.

44 Maioratus non potest institui in bonis emphyteuticis vel census perpetui, sed in melioramentis potest, & 47.

45 Maioratu instituto in bonis emphyteuticis, bona subrogari debent in alijs liberis ad maioratus utilitatē.

46 Et an decima ex venditione debeatur.

48 Alienæ rei venditio an ex dominio supervenienti convalidetur.

49 Hæres an possit factum defuncti impugnare.

50 Præscriptio in bonis alienari prohibitis an noceat successoribus.

- 51 *Hæres non potest obligari ex facto defuncti nisi pro ea parte pro qua hæres est.*
- 52 *Hæres actione hypothecaria conventus in solidum potest conveniri, id est, pro viribus hypothecæ, & seq.*
- 53 *Hæres hypothecaria conventus rem dimittere an possit.*
- 54 *Hypotheca generalis defuncti non afficit bona hæredis, & 55.*
- 56 *Hypothecaria obligatio comprehendit bona hæredis quando defunctus expresse obligavit ea, & 56. ubi limitatio.*
- 56 *Hæres sine inventario obligatus manet in solidum ultra vires hæreditatis.*
- 57 *Et quid I. re Canonico.*
- 58 *Et quid si de quantitate hæreditatis appareat.*
- 60 *Creditor chirographarius, an, & quando præferatur creditori hypothecario hæredis in bonis hæreditatis, vel è contra.*
- 61 *Hæres ex propria persona, an possit revocare alienationem à defuncto factam.*
- 62 *Hæres potest venire contra factum defuncti quando ei non relinquit, quod derelinquere tenebatur.*
- 63 *Alienationem rei suæ ab alio factam, ratam habens, an de evictione teneatur.*
- 64 *Et quid si venditioni rei suæ ab alio factæ consentiat, & differentia in utroque casu.*
- 65 *Fideiussori veditoris denegatur evictio rei alienatæ.*
- L. *Exceptione II. de evict. explicatur, remissivè. Ibid.*
- 66 *L. Granius 71. de evict. remissivè.*
- 67 *Alienam rem emens de evictione agere non potest si sciebat alienam.*
- 68 *Maioratus rei emptor de evictione agere non potest.*
- 69 *Maioratus rei emptor re evicta ad pretium agere potest, & 70.*
- 71 *Maioratus rei emptor ad pretium quod valebat tempore contractus, vel nunc valet, quando agere potest, & 72.*
- 73 *Successor particularis potest impugnavit factum defuncti.*
- 74 *Maioratus possessor, an, & quando possit alienationem à se factam revocare tamquam successor maioratus, & 81.*
- 75 *Sequens in gradu intra quod tempus debeat alienationem revocare, & seqq.*
- 79 *Alienationem rei maioratus si successor non revocet quando possit alius revocare, & quomodo, & 80.*
- 82 *Filius, vivente patre, an possit rem alienatam vindicare.*
- 83 *Hæres cum beneficio inventarij potest venire contra factum defuncti.*
- 84 *Fideicommissarius rem habens extititulo emptionis vivente fideicommissi repetere potest pretium quod dedit.*
- 85 *Evictio an detur successori maioratus, vel feudatario re evicta.*
- 86 *Evictio an habeat locum in divisione hæreditatis.*
- 87 *Evictio an habeat locum re meliorationis tertij evicta, & distinguitur n. seqq.*
- 90 *Filius melioratus in tertio, re assignata, an possit petere supplementum ad integram meliorationem, & 91.*
- 92 *Evictio an habeat locum in legato generis.*
- 93 *Evictio an habeat locum in re particulari.*
- 94 *Maioratus res hypothecæ subjecta à testatore, debet ab hærede redimi.*
- 95 *Hypothecæ onus in re legata ab hærede luendum est, & 105. Limita in censu perpetuo. Ibid.*
- 96 *Legatarius an possit ab hærede redditus census præteritos, solutos recuperare.*
- An *Collectas. Ibid.*
- 97 *Possessor maioratus potest executione conveniri pro redditionis census impositi super rebus maioratus, licet suo tempore non diversis, & seqq.*
- 99 *Possessor maioratus potest recuperare*

- ex bonis antecessoris redditus census decur sos suo tempore.*
- 100 *Creditor census in rebus maioratus impositi, an teneatur excutere bona imponentis libera, licet expresse non sint obligata, & licet bona maioratus sint specialiter obligata.*
- 101 *Hypotheca an inducatur in bonis liberis imponentis censum super maioratu.*
- 102 *Alimenta præterita ex bonis maioratus debita à novo successore exigere nequeunt, sed ab hæredibus antecessoris obligati.*
- 103 *Alimentorum obligatio in bonis maioratus, an sit realis, vel personalis, & quomodo intelligatur, & 104.*
- 106 *Melioratio tertij, & quinti an debitis testatoris sit obnoxia, 112. & 120.*
- 107 *Melioratio 3. & 5. irrevocabilis, an minuat ex debitis à testatore postea contractis, & seqq.*
- 108 *Maioratus ex 3. & 5. vel cū facultate Regia institutus, an minuat ex debitis postea contractis à fundatore, & seqq.*
- 110 *Legatarius partis bonorū, vel debitis testatoris obnoxius manet.*
- 111 *L. 21. Taur. explicatur, & seqq. & 116. & seqq.*
- 114 *Legatarius partis hæreditatis, vel bonorum directe à creditoribus defuncti conveniri an possit, & 118. cum seqq.*
- 121 *Evictio casu contingens in legata re an ab hærede præstetur.*
- 122 *Legatum rei demonstrativè, vel taxativè relictæ in quo differant. Remissivè.*
- 123 *Legato annuo super aliqua re, an debeat tradi ea legatario.*
- 124 *Diminutio bonorum an cedat dño hæredis, vel legatarij, ita quod bonis diminutis onus minuat.*
- 125 *Et quid si res assignata ad onus pereat.*
- 126 *Evictio in donatione an præstetur, & quando & seqq. & 133.*
- 132 *Evictio an in donatione remuneratoria præstetur.*
- 134 *Evictio contingens in bonis maioratus incompatibilis, an præstet causam recuperandi alium maioratum ob incompatibilitatem derelictū, & seqq.*
- 134 *Evictio an habeat locum in alimentorum datione.*
- 137 *Maioratus duo simpliciter comparabiles si ita augeantur ut excedant legis quantitatem an assumant incompatibilium naturam, & seqq.*
- 142 *Ademptum sub conditione sub contraria conditione datum videtur.*
- 143 *Causa cessante non cessat effectus consummatus. Remissivè.*
- 144 *Evictio an habeat locum in permutatione.*
- 145 *Cap. si beneficia 20. de præbendis, & dignit. remiss. explicatur.*
- 146 *Permutatione nulliter contracta qua actione repetatur res data, & seqq.*
- 149 *L. 4. C. de rer. permut. explicatur.*
- 150 *Maioratus possessor an possit vindicare rem alienatam, vel permutatam, re subrogata evicta.*
- 151 *In legato optionis re aliena optata non consumitur electio, & 152.*
- 153 *Tributa ex causa imposita an cessent ea cessante.*
- 154 *Disputatio Pontificis an cesset causa cessante.*
- 155 *Privilegium Principis non potest intelligi in præjudicium tertij.*
- 156 *Non sustinetur cum cæperit esse nocivum.*
- 157 *Privilegium exemptionis tributorum non extenditur ad loca à Principe antea in alios translata.*
- 158 *Subsidium ex tertijs decimarum an debeat si ante illius concessionem sint effectæ laicæ, & possessæ ab alijs ex concessione Regis, & seqq.*
- 160 *Tertiæ quando Regibus Hispaniæ concessæ sint.*
- 161 *Subsidij concessio I. quando fuerit.*

- 161 *Subsidij concessio à Pontifice facta non potest comprehendere bona Ecclesiastica ante in alios translata.*
- 162 *Tertiae Regibus concessae effectae sunt bona ejus patrimonialia laicalia.*
- 163 *Gabella an debeatur ex venditione tertiarum inter privatas. Bona duplici onere non possunt gravari tamquam Ecclesiastica, & secularia. Ibid.*
- Diverso jure censerì una eadem que res non potest. Ibid.*
- 164 *Tertiae dum apud Regem sunt subsidij onera non agnoscunt.*
- 165 *Obligatio quae in venditore non erit, non potest in emptore incipere.*
- 166 *Hypothecae onus extinctum ex rei acquisitione non reviviscit ea alienata, & seqq.*
- 169 *Admissus semel, licet deficiat causa, non debet excludi.*
- 170 *Donatio ob causam matrimonij, eo resoluta sine filijs, vel nulliter contracto, an resolvatur.*
- 171 *Successor maioratus ob causam exclusus, ea cessante an possit maioratum recuperare.*
- 172 *Maioratus bona semel legitime alienata non possunt revocari licet alienationis causa deficiat.*
- 173 *Assignatio rei à Iudice facta ad securitatem alimentorum non revocatur causa cessante.*
- 174 *Maioratus institutio in filio secundogenito facta à matre, resoluta causa finali resolvitur.*
- 175 *Primogeniti exclusio expressa causa inducit illius vocationem causa finali cessante, vel si falsa appareat.*
- 176 *Pat. Sanchez sibi contrarius adducitur.*
- 177 *Quantitas ad alimenta an deficiat si fundus assignatus perierit.*
- 178 *Portio filijs assignata ex bonis patris ob dissipationem, an revocetur ea causa cessante, & seqq.*
- 179 *Limitatur.*

## Num. 1. &amp; 2.

*L. 1. ff. de except. rei venditae, L. 2. in fin. ff. cod. L. Si à Titio 72. in fin. ff. de res vindic. L. Apud Celsum 4. §. Si à Titio in fin. ff. de dol. except. L. Paulus 10. ff. de distraction. pign. L. 1. §. Si tamen, C. credit. evict. pign. non deb. L. Filiam 56. ff. ad Trebel. L. Omnia 8. in fin. ff. si cert. petat. L. Quaedam 16. ff. de reb. dub. Vigel. ff. Civil. lib. 21. cap. 4. except. 1. repl. 11. Petr. Barbof. in L. 3. p. 5. num. 19. & 26. ff. sol. matrim. Ioan. Angel. Boss. de Effect. patr. potest. c. 8. §. 7. n. 96. Mieres, Valeron, & alij referendi, Cyriac. controuv. 256. num. 5. & controuv. 275. num. 5. & 303. n. 31. & 51. & 244. n. 1.*

## Num. 3. 4. &amp; 5.

*Riccus collect. 2497. p. 7. Garcia de Nobil. gloss. 6 n. 27. Petr. Barbof. in L. 1. p. 5. à num. 15. & in L. 2. p. 1. num. 145. vers. Ex quibus, ff. sol. matrim. D. Valenz. conf. 169. D. Vela dissert. 38. num. 58. & 17. D. Olea de cess. jur. titul. 8. q. 1. n. 18. Gomez in L. 50. Taur. n. 63.*

## Num. 6. usque ad 10. &amp; 36.

*Laudat Auct. & sequitur noviter Doctiff. Alvarez Pegas Ref. for. nova editione, cap. 4. n. 56. videndus.*

*Gama dec. 8. & ibi Flores de Mena num. 6.*

*Observe interesse multum, an expressa, an tacita sit solum, in maioratu alienandi prohibitio: videndi Tiraquel. ad LL. Connub. gloss. 7. Petra de Fideicom. q. 3. num. 30. Zanch. in L. Haeredes mei, §. Cum ita, p. 5. num. 114. ff. ad Trebel. Mieres de Maior. 3 p. q. 9. num. 27. & 4 p. in princ. q. 1. num. 13. & q. 15. num. 85. Molin. lib. 4. cap. 1. num. 2. Tondut. Quast. civil. lib. 2. cap. 47. D. Castillo lib. 5. cap. 65 à num.*

*à num. 31. itidem Molin. lib. 1. cap. 16 numer. 32. Gomez Bayo in Prax. in Alphab. cap. 16. n. 1. D. Olea tit. 1. q. 1. num. 76. vers. Hec quae, Doctiff. Alvarez Pegas Forens. 1. p. cap. 4. num. 94. & seqq. D. Valentia Illustr. lib. 3. tract. 6. cap. 2. à num. 9. D. Salgad. 2 p. Labyr. cap. 22. num. 14. & 15. & infra dicam 7. p. cap. 2. num. 60. & seqq. in Appendice, Menoch. eleg. conf. 602. ubi de hac differentia agit.*

*4 Qua jure ad veram quaestionis resolutionem ego observo prohibitionem tacitam, sive expressam inducere nullam alienationem, sed in effectu diversè; quando enim maioratus instituitur simpliciter nulla prohibitionem expressa alienationis, hæc licet subintelligatur, tamen ad vitam possessoris alienatio facta sustinetur, ita ut ejus vita durante sequenti actio ad rem alienatam non tribuatur. Gomez in L. 40. Taur. numer. 88. Peralt. in Rub. inst. de hæred. inst. n. 17. Rod. Suarez alleg. 3. in fin. Molin. dict. lib. 1. cap. 16. num. 33. D. Valentia ubi sup. num. 20.*

*5 Ast si alienatio expressè prohibita sit, statim sequens in gradu rem alienatam vindicare poterit, nec mors ejus qui alienavit expectanda est: supra relati, & optime Molin. à me relatus ad 3. p. cap. 2. num. 9. & seqq. Ratio differentiae: quia alienatio tacita in favorem familiae, eorum scilicet, qui ad maioratum vocati sunt, subintelligitur, ac pro expressa habetur quatenus ijs præjudicium inferat; at qui eo tempore (vitæ alienantis) vocati non habent jus ad maioratum, ut potè post mortem ejus substituti, L. Filiusfamil. 114. §. Duci, ff. de leg. 1. junct. L. Petro 69. §. Prædium, ff. de leg. 2. ergo.*

*6 Nec is etiam, qui alienavit, potiori ratione vindicare poterit, cum pro sua vita rectè alienaverit, nec in ejus favorem nullitas alienationis inducatur unquam. In alienatione expressa est secus, nam & ab ipso qui*

*alienavit, & à successore sequenti vindicari poterit, quia nulla omnino est alienatio, & contra legem expressam fundatoris, nec tantum ob favorem successoris nullitas inducitur, sed ob datam legem, consequenterque perpetuo operatur, & ideo ipse qui alienavit vindicare potest, L. Quemadmodum, Cod. de agricol. & censit. lib. 11. L. Iubemus, §. Sanè, Codic. de Sacros. Eccles. plur. Molin. lib. 4. cap. 1. num. 18. Mieres de Maior. 4. p. quæst. 15. num. 44. quam distinctionem præ omnibus comprobat Ant. Gomez in L. 40. Taur. num. 85. vers. Nec obstat, & num. 87. & 88. Ex cujus doctrina inferes ad quaestionem apud DD. valde controversam, an, scilicet, vivente successore, qui alienavit, possit sequens rem alienatam vindicare? De qua D. Molin. lib. 1. cap. 12. num. 32. & cap. 16. à num. 32. & cap. 20. à n. 8. & 16. & cap. 21. in fin. & lib. 3. c. 13. num. 59. vers. Similiter: nam affirmativa sententia vera est, quando alienatio non tacite solum invenitur prohibita, sed etiam expressè; negativa autem, quando tacita adest tantum prohibitio, tunc enim successore vivente agi non potest. Ratio est; quia per expressam alienandi prohibitionem inducitur (præter expressum fideicommissum in casu mortis) alia substitutio in casu contraventionis, dict. L. Filiusfamilias 114. §. Cum pater, ff. de leg. 1. L. Peto, §. Fratres, L. 77. §. Libertis, ff. de leg. 2. L. Unum ex familia 69. §. Si uno, ff. eod. ex qua substitutione potest sequens in gradu rem alienatam vindicare; quod si nullus sit qui vindicet, ipse qui alienavit admittendus est. D. Molin. ubi sup. dict. lib. 4. cap. 1. num. 19. D. Valenz. tract. 6. cap. 2. num. 19. omnino videndus lib. 3. Illustr. Addendi præter relatos de quaestione, & distinctione D. Molin. lib. 1. cap. 20. à num. 16. Mieres de Maior. 4. p. q. 15. num. 101. Cyriac. controuv. 403. Iul. Capon. discept. 373. tom. 5. Rot. dec. 55. n. 25.*

apud Salgado.

<sup>10</sup> Deducitur etiam successorem, qui alienando rem maioratus contravenit voluntati testatoris, qui expressè alienationem prohibuit, non solum re alienata privari, cū ea à sequenti vindicari possit in vita ejus, sed etiam indignitatem incurrere, & privari posse universo maioratu ob contraventionem; quod quidem probatur ex traditis à Mieres de *Maiorat.* 2. p. *quæst.* 4. *illat.* 8. à *num.* 1. ubi late probat successorem maioratus privari successione quoties gravamina, & conditiones non servat, *L. ult. Cod. de revoc. don. L. Si quis sepulchrum, §. Prætor ait, vers. Nisi aliquid, ff. de relig. & sumpt. funer. L. 1. Cod. de donat. quæ sub mod. Hermosill. in L. 6. gloss. 1. num. 3. & 4. tit. 4. p. 5. maximè num. 19. & docent D. Castillo tom. 6. cap. 115. D. Molin. lib. 2. cap. 12. à *num.* 31. & cap. 126. Mieres itidem 1. p. q. 1. à *num.* 263. Vela *disert.* 42. *num.* 20. Cyriac. *controv.* 519. P. Molin. *disp.* 612. Auct. *supr.* p. 3. c. 1. n. 50. & *seqq.**

<sup>12</sup> Nec impedit si dicas æquum non esse, ut pro parte contraveniens, in totum successione privetur ex Auct. *d. p. 3. cap. 1. numer.* 85. ubi docet eum qui pro parte adimplet præceptum in totum privari, *L. Quamvis* 23. *ff. de cond. & dem.* & pluribus alijs ibi relatis: quibus adde Mieres ubi *supr. illat.* 8. *num.* 22. Cyriac. *controv.* 303. *num.* 27. ibi: *Nec obstat si objiceretur Ludovicum, tamquam illum, qui contravenit alienando contra dispositionem patris, factum fuisse indignum non solum parte alienata, sed etiam alia ad quam potuisset habere regressum. L. Cum pater* 77. *§. Libertis, vers. alioquin per absurdum, ff. de leg. 2. Aretin. conf.* 67. *sub num.* 3. *vers. Venio ad tertium, Alciat. conf.* 71. *sub num.* 9. *lib.* 5. aliàs *conf.* 304. Alva *conf.* 7. n. 11.

<sup>13</sup> Hæc tamen licet vera sint, contraria sententia sustinenda est, licet alienatio à testatore prohibita sit, non enim debet induci pœnalis contraven-

tio quando ab institutore non est expressa, nec privari successor, ob rem unam alienatam, universi maioratus successione, & certe nullus quem viderim ex Hispanis eam quæstionem proposuit, quia non facile induci debet privatio quando à testatore non exprimitur, D. Molin. *lib.* 1. c. 9. *num.* 10. & dixi *ad p. 1. cap. 1. numer.* 45. Cyriac. *controv.* 288. *numer.* 8. Mieres de *Maiorat.* 2. p. q. 4. *illat.* 8. *num.* 302 & *seq.* & privationi non esse locum ob contraventionem in alienatione in dubio judicandum est, Cyriac. *controv.* 289. n. 4.

Et hanc sententiam expressè tenent: Peregrinus *d. conf.* 64. *numer.* 14. *vol.* 3. & *conf.* 40 *sub numer.* 4. *vol.* 4. Cyriac. *controv.* 346. à *num.* 13. & 14. Fufar. de *Subst. quæst.* 718. *num.* 4. & *seqq.* ubi veriore hanc & postterius propositam sententiam tenere videtur, eamque solum limitat quando expressè à testatore apponitur pœna privationis totius fideicommissi, quia tunc ejus dispositio servanda est. Peregrin. *ubi supr.* *num.* 4. Magon. *dec. Flor.* 19. Cyriac. n. 17. Nec obstat primum pro contraria parte à nobis adductum ex Mieres, & alijs, tunc enim verum est successorem maioratus privari successione ob non impletas conditiones, quando conditionis, vel gravaminis contraventio respicit totum maioratum in individuo, veluti conditio nominis, & armorum, gravamen nubendi in familia, & sic familia, quæ si omittantur efficiunt ut possessor maioratu privetur ob contraventionem, quæ se habet universaliter ad totum, nec contravenit in parte, quo casu contraventio privat à toto; at si conditio, vel gravamen sit particulare, vel non respiciat saltem in effectu universalem successione, non privat à toto, ut in prohibitione alienationis, vel gravamine certæ quantitatis, & similibus, & ideo maioratus successor tunc maioratu privatur ex alienationibus quando im-

modicæ sunt, & maximè ad dilapidationem maioratus respiciunt, quia tunc saltem in effectu respicit totum maioratum, ideoque privatur à toto. His etiam satis secundo fundamento factum est, quia totius privatio ex contraventione in parte tunc inducitur, quando contraventio partis est destructiva totius conditionis, vel gravaminis, quia voluntas testatoris est individua, & qui contravenit in parte videtur contravenire in totum, si pro parte contraventio efficiat quod contraventio totalis efficeret, *L. Qui hæredi, §. ult. ff. de cond. & dem. Gomez* 1. *var. cap.* 12. *num.* 33. Sed an conditionis implementum individuū sit? affirmat Gomez *supr.* & *cap.* 10. de *Indiv. num.* 23. *tom.* 2. Fufar. *dict.* q. 718. Iul. Capon. *discept.* 63. *tom.* 1. Sed tamen nostram cōprobat sententiam Costa de *Port. Rat.* q. 6. *num.* 3. & 5. sequitur Menoch. *conf.* 164. *num.* 22. Marefcot. *var. lib.* 2. *cap.* 14. ubi ita pluries decisum refert *num.* 8. & 12. Ricc. *collect.* 2855. p. 7. Costa de *Fact. scientia, cent.* 1. *disert.* 11. n. 19.

#### Num. 11.

<sup>19</sup> Adde Posth. de *Manuten. obs.* 52. n. 102. Riccium *collect.* 2712. p. 7. & 3054. *vers. Prælati, p.* 6. Aug. Barbol. in *cap. Siquis Presbyter. num.* 8. de *Reb. Eccles.* Ciardinum *Controv.* *cap.* 105. *num.* 35. & 36. & *cap.* 183. n. 23. Layman. *Theolog. moral. tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Mohedan. *dec.* 9. n. 2. Ioan. Boss. *Moral. tom.* 3. *tract. titul.* 118. *num.* 507. & de *Effect. patr. pot. cap.* 8. *§.* 7. *num.* 96. ubi late Valeron de *Transact. tit.* 4. q. 1. *num.* 28. & 29. Maldonad. *ad Molin. lib.* 4. *cap.* 1. n. 18. Costa ad rem videndus de *Fact. scient. inspect.* 9 per totam.

#### Num. 12. ad 15.

<sup>20</sup> D. Ioannes Milazo *Miscellan. assert.*

21. sed in quæstione Auctoris sententiam verissimam esse non dubita, & pro ea vide Origin. Pinel. p. 3. in *L. 1. n. 99. C. de bon. mater n.* Aug Barb. in *L. Cum à matre n.* 16. *C. de rei vindic. Valasc. consult.* 69. n. 19. Philip. Pafchal. de *Vr. patr. pot. p. 1. cap.* 2. n. 62. Roman Valeron. de *Transact. tit.* 4. q. 2 à n. 40. ad 58. ubi contrariam male veriore æquissimam appellat Boss. de *Effect. patr. pot. cap.* 8. *§.* 7. n. 114. & 121. *cum seq.* qui eandem sequitur, Garcia de *Nobil. gl.* 6. n. 41. *vers. Rursus, Cevallos quæst. comm.* 610. Fétan. *dec.* 48. Cyriac. *controv.* 161. qui, inventario confecto, an vindicationis actio maneat, disquirunt. Videndus D. Covar. in *cap. 1. n. 16. de Testam.* adde etiam Costa de *Fact. scient. p. 1. inspect.* 14. n. 13. Vivium *decis.* 510. *num.* 5. & 11. p. 3. Cyriac. *controv.* 312. n. 72. & 112. *cum utriusque seqq.* Giurba de *Feud. §.* 2. *gloss.* 3. *num.* 103. ubi contra.

Breviter dicendum est hæredem, eundemque maioratus successorem ex persona sua, quatenus successor est, posse rem alienatam vindicare; at quatenus hæres est, de evictione teneri, pro ea parte, pro qua hæres sit alienantis, & posse ab emptore conveniri ad interesse: textus expressi, *L. Scia* 72. *ff. de evict. L. fin. Cod. eodem.* Ratio juxta Baldum est; quia per additionem hæreditatis jus rei propriæ vindicandæ non confunditur, ita is in *L. Uxor, Cod. de bon. auct. iudic. possid.* Laderch. *consultat.* 138. Bossius *ubi supr.* *numer.* 113. ac proinde non videtur inconveniens, quod uti dominus, successor maioratus rem vindicet, & quod personali actione teneatur, ut hæres: quæ sententia comprobatur ex traditis à Valasco, Pinelo, & Valeron. *ubi supr.* qui docte fundat, licet absolute asserat possessorem maioratus posse rem alienatam vindicare. Vide Costam, Vivium, & Cyriac. *dict. controv.* à *numer.* 72. Videndus Cæss. *Afflictis Controv.*

jur. 2. per tot.

## Num. 16.

22 Vide *supr. num. 11.* & ibi relatos, maximè *Bosium de Effect. patr. potest. dict. cap. 8. §. 7. à num. 96.* Valeron *de Trans. tit. 4. quæst. 2. num. 52.* & de marito qui alienavit in specie: *Hermosill. in L. 22. gl. 5. per totam, maxime num. 8.* Gomez *in L. 50. Taur. num. 63.* Barbof. *in L. 1. ff. solut. matrim. p. 5. n. 15.* Colta *de Facti scientia, inspect. 9.*

## Num. 17.

23 Quod legi prohibitivæ renuntiari non possit, quando principaliter favorem publicum respicit, & secundario privatum, vel æque principaliter, tunc enim quatenus publicum jus lædatur renuntiari non posse, docet *Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 9. à num. 64. ad 74.* ubi per quinque species discurret, ideoque actus nullitas ab hærede improbi possit etiam non confecto inventario, quando nullus contra legem est. Idem *Giurba §. 2. gloss. 3. numer. 102. vers. declara. 4.* Cyniac. *controv. 312. num. 108.* videndus.

24 Hinc ad *Legem 1. tit. 2. lib. 5. Recop.* quæ ab Imp. Carolo Quinto lata est in Curijs Matriti anno 1534. ubi *L. 7. tit. 7. lib. ead. Recop.* quibus publico bono statutum de moderandis vassallorū divitijs, & profusis largitionibus, in *L. 1.* prohibitum parentibus qui plures redditus in censu habent ultra legis modum filias dotare, quod & bono publico expedit, & cæterorum filiorum utilitati consulitur, *d. L. 1.* ibi:

25 *Atenta la desorden, y daños: dubium est tamen, an ipse qui dotem dedit, possit excessum dotis repetere? In quo dubio Auctor in propria lite obtinuit patrem ipsum posse de nullitate agere, sive ipse executivè conventus exceptionem proponat, sive pro excessu*

26 agat; actus enim à jure nullus, ab ipso qui fecit improbari potest, *L. Quem admodum, C. de agricol. & censit. lib. 11. Ponte dec. 28. n. 38.* cum alijs *Giurba de Success. feud. §. 2. gl. 9. n. 78.* & juxta decisionem pro Auctore docet *Parlador lib. 2. rer. cotidian. cap. fin. §. 12. n. 35. limit. 4. ad fin. numeri,* ubi de immodicitate per viā exceptionis in judicio executivo admittenda cōtra Ayoram cū *Gutierr. & Baeza.* Et generaliter ipsum patrē qui dedit agere posse probant ex *L. 1. Cod. de liberal. caus. L. Titia 87. §. Lucius Titius, ff. de leg. 2. gl. ibi: Quæ quidem donationes immensæ revocari ab eo possunt, & etiam per Lucium Titium patrem si viveret.* *Palac. Rub. in L. 17. Taur. num. 34.* *Gasp. Roderic. de Ann. redd. lib. 3. p. 8. n. 21.* *Pat. Sanchez Cōf. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 39. num. 5. vers. Tertia conclusio.* *D. Ferdin. Mature Disquis. leg. 15. n. 14.* *Arias de Mesa lib. 4. var. cap. 9. n. 6.* Et itidem pro hac sententia decisum esse in Regio Consilio sub patrocinio *D. Francisci de la Cueba* in supremis Consilij Advocato supremo, affirmat Auctor *in allegatione pro se ipso in Corollario.*

29 Contrariam sententiam docent cū *Bart. in d. L. Titia 87. §. Lucius ff. de leg. 2. Gutierrez Pract. lib. 3. q. 41. Angulo de Meliorat. in L. 7. gloss. 4. n. 13.* *Ayora de Partition. p. 2. q. 20.* ubi ita decisum affirmat in Senatu Granatensi *Petr. Barbof. in L. 1. p. 4. sub n. 162 ff. sol. matrim. & ibidem in L. 2. in princ. p. 1. num. 171.* *Aug. Barbof. in Collect. leg. 1. Cod. de inoffic. testam. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8. p. 2. n. 34.* *Giurba de Succ. feud. §. 2. gloss. 3. num. 88 vers. Amplia secundo.*

30 Et quod filij vivente patre agere non possint, *Palac. Rubios de Donat. inter. in cap. Per vestras, notabil. 3. §. 22. num. 5.* & ibi addit *Baeza de Non meliorand. cap. 34. num. 5. vers. Et nominatim,* *Ursillis ad Afflict. decis. 86. num. 2.* *Spino in Specul. gloss. 12. num. 58.* *Matienz. in dict. L. 3. gl. 7. num. 4. tit.*

31 *tit. 8. lib. 5. Pat. Sanchez lib. 4. Conf. cap. 8. dub. 39. num. 5.* *Guzman Veritat. jur. 9. num. 5.* *Hermosill. in L. 8. gl. 9. num. 2. tit. 4. p. 5.* *Angul. ubi supra, & in L. 10. gloss. 9. num. 2.* itidem *Matienzo in L. 1. gloss. 4. num. 2. tit. 1.* *Barbof. & alij supra; & pro ea me obtinuisse constat in lite pro D. Melchiore de Roxas: sequuntur Giurba d. §. 2. gloss. 3. num. 88. vers. Res etiam, Muta, Fontanel. & alij quos ipse refert.*

32 Sed in hac re potest distingui inter dotem inofficiosam, & nullam: inofficiosa est, quæ in præjudicium aliorum filiorum legitimæ à patre filix assignatur, in quam est *L. 29. Taur.* nulla, quæ vero legis 1. taxam excedit: in primo casu sententia negantium patrem impugnare posse qui dotem dedit sustineri potest, in secunda nequaquam, ex text. *in L. Si libertus 16. ff. de jur. patron.* *Cevallos Com. quæst. 780. num. 136.* & alijs. Dōs enim contra legem data nulla est, & ab ipso qui debet, vel dedit impugnari potest; quæ vero contra aliorum filiorum legitimam, ab ipsis revocari potest, non à patre, quia eorum præjudicium respicit; unde illi contra eam tamquam inofficiosam agere debent, tunc, cum incipit esse damnosa, idest, cum per mortem patris incipit deberi legitima, *L. 1. §. Si impubere, ff. de collat. bon. vivente enim patre, evenire potest, ut evanescat querella, sive unus antecedat ex filijs, vel pater plus acquirat; ideoque electio datur filix dotata, ut vel tempus dotis datæ eligat ad computationem, vel mortis patris dict. L. 29. Taur. quam libenter fatemur in hoc casu non esse correctam, quidquid alijs placeat cum Matruæ d. disq. 15. n. 29.*

33 Item quia nullitas quæ à *Leg. 1. tit. 2. lib. 1.* inducitur, est etiam in favorem filiorum, & in odium patris dotantis probat ipsa *L. 1.* ibi: *Supena que todo lo que demás de lo a-*

qui contenido diere, y prometierte, lo aya perdido, y pierda: quæ verba transferunt dotis excessum in filios, & à patre auferunt, ut est manifestum ex petitione 101. *Curiarum, ibi: Que las dotes, que en estos Reynos se dieren, no puedan ser más que la legitima, que le venia a la dotada, si entonces se partiessen los bienes del dotador, y que si de hecho más se mandare, ó recibiere en publico, ó secreto, directe, ó indirecte, por el mismo caso passe el derecho de la demasia a los herederos.*

34 Quibus verbis errore lapsus non esse doctum *Mieres expertum Granatensem causidicum, dum part. 3. quæst. 15. num. 28. de Maiorat.* ea verba: *Lo aya perdido, y pierda,* in favorem patris intelligit, ita ut nisi à parte cujus interest petantur, soror dotata, ejusque maritus ea retinere poterit, docent *Cordova in tract. de Casos de consciencia, quæst. 124.* *Manuel Rodriguez in Summ. q. 97. de la dote, numer. 3. vers. La tercera conclusion de la Ley de Madrid, ibi: El marido que la recibió, no está obligado en conciencia a restituir el exceso de ella antes que se le pida.* *Villalobos in Summ. tom. 2. tract. 27. dificultad 3. num. 8.* *Machado in Perfect. Confessor. tom. 2. lib. 6. p. 7. tract. 6 doct. 17. n. 4.*

35 Quæ omnia ad prædictam legem observanda sunt, licet ea hodie in usu esse desisset quatenus taxat dotem, & in modo dotibus constituto, *D. Castillo de Aliment. cap. 36 §. 7. num. 12.* sed in cæteris, & maximè, quatenus filiam prohibet meliorari ratione dotis, observatur. Vide *Greg. in L. 8. tit. 4. p. 5.* *Avendaño in L. 29. Taur. gl. 1. num. 1. & 2.* *Baeza de non melio. c. 1. num. 27. & c. 7.* *Siguenza de claus. lib. 2. cap. 11. n. 216. pag. 229.* *Hermosill. in L. 56. gloss. 6. num. 138. tit. 5. p. 5.* & alij supra relati.

Num.

Num. 18.

35 Sed vide Sesse *Aragon. decis. 17. numer. 19. 20. & 28.* & de materia plures apud Castejon in *Alphab. verb. Alienatio, num. 11. vers. & de facta in contractu.*

Num. 19. &amp; seq.

36 Conferunt Sesse *dict. dec. 18. num. 83.* Giurba de *Sucess. feud. §. 2. gl. 9. num. 78 vers. Amplia 3.* Auc. n. 23. *proximè seq.*

Num. 21;

37 De his bonis meminit D. Vela *dissert. 35. num. 83.* D. Amaya in *L. 1. num. 15. Cod. de exactor. tribut. lib. 12. & in L. 23. Cod. de Decur. lib. 10. n. 24.* sed ad rem conducit Dominic. Antunez de *Donat. Reg. tom. 2. cap. 43. à num. 26.* Carvallo de *una, & altera quarta parte 4. cap. 1. num. 214. & seq.* qui de ijs bonis agunt, & plures proprietates notant: & an in commissum incidant si sine Regis consensu alienentur, vide Barbosa *ad Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 30.* Valasco de *Jur. emphyteut. quest. 13. numer. 1. vers. Rursus,* Carvallo, Antunez *ubi supra,* & in emphyteusi privata, cui similis est hic Regius contractus, ut deduces ex Molin. *de Iust. & Jur. tract. 2. disp. 480. num. 5. & disp. 633. num. 4.* Antunez *supra:* docent ex *L. fin. Cod. de jur. emphyt.* D. Vela *dissert. 14. & 36.* Aug. Barbosa *in Collect. ad d. L. fin. num. 5. & in cap. Potuit de locat. num. 3.* D. Larrea *alleg. fise. 120. num. 1.* D. Olea *tit. 2. q. 5. num. 48.* latissime Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. c. 9. per tot. maximè n. 2.*

39 Et quod in emphyteusi pro se, & filijs alienatio facta sustineatur pro vita alienantis docet ex Barbosa *idem*

Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 10. à n. 81.* ubi ita iudicatum esse affirmat: Tondut. *Civil. cap. 139. num. 18.* Gama *dec. 192. num. 3.* Barbosa *in L. 2. Cod. de præscript. 30. ann. numer. 408. & seq.* sed filium posse rem emphyteuticam alienatam à patre vindicare affirmant Boss. & alij à Doctiff. Pegas *relati num. 70. d. cap. 10.* ubi ulterius id procedere observat quamvis emptor habeat renovationem, de cuius nullitate simul in ipso processu vindicationis etiam cum emphyteuta dominocitato agi posse refert decisum. Vide D. Vela *dissert. 15. n. 35. & dissert. 16. num. 57.* Phæbo *dec. 29. num. 5. & 14. p. 1.* Pereyra *dec. 15. n. 2. in fin. & dec. 128.* Barbosa *in d. cap. Potuit, n. 168. de loc.*

Num. 22.

Vide Cald. Pereyra de *Jur. emphyt. lib. 3. de potest. eligend. cap. 10. num. 25. & seq. & supr. num. 21. circa princip. relati Antunez d. c. 43. numer. 27.* ubi decisum refert.

Et generaliter etiam obtentum est, ut emphyteuta in melioramentis habeat liberam disponendi facultatem, non obstante prohibitione Consilij Regalis de *Poblacion;* & ideo unanimiter observatur, ut si in similibus bonis census sit constitutus, vel Capellania instituta, vel maioratus fundatus sit cōtra leges Cōsilij, quo ad melioramenta sustineatur, quæ quidem ad maioratum deducuntur, & eorum pretium successoribus deducitur, in his enim libera dispositio, & alienatio permittitur, ut in emphyteusi privata docent Barbosa *in cap. Potuit, num. 49.* alter Barbosa *ad Ord. Lusitan. lib. 4. tit. 48. num. 3.* Piñero de *Cens. & emphyt. 2. part. disput. 4. sect. 7. §. 7. numer. 148.* Doctiff. Alvarez Pegas *dict. cap. 9. numer. 88.* Hermosill. *in L. 9. gloss. 3. & 4. tit. 3. part. 5. numer. 104.* qui generaliter affir-

affirmat emphyteutæ, vassallo, competere retentionem ob melioramenta, D. Salgad. *in Labyrinth 3. part. cap. 3. numer. 53. & 54.* Amat. *lib. 1. var. cap. 14.* D. Vela *dissert. 16. num. 82.* Surd. *dec. 78.* Garcia de *Expens. cap. 15.* Antunez *tom. 2. cap. 22. à n. 83.*

44 Ad quod regulariter observanda est decisio in terminis census perpetui emphyteutis Granatensis Senatus, quia, gravamine vinculi, & maioratus nullo declarato ex sententia Alciat *conf. 8. lib. 6.* Benedict. *in cap. Raynuius, verb. Uxor de testament. dec. 3. num. 12. & dec. 5. num. 12.* Margar. de *Fideicomm. q. 16.* Iul. Clar. *§. Emphyteutis, q. 16.* Gama *decis. 70. n. 2.* ubi Flores de Mena *à num. 1. & in dec. 218. num. 3. & dec. 224.* D. Lara de *Annivers. lib. 1. cap. 19. numer. 14.* Phæbo *decis. 5. p. 1.* Pater Molin. *de Iust. & Jur. tract. 2. disp. 140. num. 17. & disp. 608.* Rodrig. de *Annuis reddit. lib. 2. cap. 22. à num. 34.* Caldas Pereyre. de *Jur. emphyt. cap. 10. de extinct. emphyt. num. 20. vers. Pari etiam ratione, fol. 215.* Brito *in cap. Potuit, §. 2. num. 54. ad fin. de locat.* D. Castillo *tom. 4. Controv. cap. 13. num. 19.* Ad dent. *ad Molin. de Hisp. primig. cap. 10. num. 71. vers. Ego sane,* D. Salzedo de *Lege politic. lib. 2. cap. 2. à numer. 17.* Mieres, & alij relati à D. Cresp. statim citando.

45 Licet contrariam sententiam tueantur acerrimè Anguian. de *Legib. lib. 3. controv. 12.* Ripa, Tiraquel. & alij quos sequitur D. Crespi de Valdaur. *observ. 106. tom. 1.* ubi receptissimam esse affirmat, neque de ea numquam fuisse dubitatum: Cabedo *decis. 130. part. 1.* ubi etiam de praxi testatur Pereyra *dec. 26. num. 7.* ubi iudicatum affirmat: Piñero de *Conf. & Emphyt. 2. p. disp. 4. numer. 141. & seqq.* Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 9. ubi numer. 34.* veriorum iudicat hanc opinionem, & pro ea

iudicatum refert, & in Senatu Regio supremo frequentius pro ea decisum esse audivi; sed in hoc Granatensi Prætorio licet variè decisum sit, pro sententia tamen negativa jam sæpe inclinatum non dubitamus, & consequenter itum in sententiam, ut emphyteutica bona vendi jubeantur, & pretium in alijs subrogari in utilitatem maioratus, & ita indubitatum esse ait Doctiff. Pegas *ubi sup. num. 33.* D. Castillo *lib. 4. cap. 13. numer. 19. & 20.* Cald. de *Extinct. emphyt. cap. 10. num. 20. & de Potest. elig. cap. 16. numer. 6.* Pat. Molin. *disput. 592. numer. 8.* Fragos. de *Regim. 3. p. disp. 9. §. 25. numer. 3.* Valasc. *conf. 27. numer. 9.* D. Lara de *Capell. lib. 2. cap. 20. num. 16.* itidem Fragos. *ubi sup. §. 17. num. 3.* Thesaur. *Forens. lib. 3. cap. 83. num. 4.* Fontanel. *decis. 181. à num. 7.* Franc. Solsona de *Laudem. sedull. 7. num. 73. vers. Et non est dubium,* Franch. *decis. 659. n. 2.* Leo *dec. 77. à num. 4.* Ripol. *var. cap. 7. à numer. 109.* Tondut. *Civil. cap. 146. num. 6.* Rota *dec. 603. p. 1. numer. 4.* apud Alex. Ludovif. *decis. 520.* ubi refert Oliver. Pereyra, & alij quos sequitur D. Castillo *dict. c. 13. num. 18. & 19.* apud quos etiam vide an ex tali venditione decima domino directo debeatur, quod & affirmativè probabilius resolves cum Lara, Fontanel. & alijs.

47 Sic igitur sine Regia facultate maioratus in similibus bonis regaliibus de *Poblacion,* sit institutus (solum enim Regia facultas ad hoc etiam concedi) licet in præjudicium census institutio annulletur ob leges Cōsilij, in meliorationibus tamen sustinenda est, ideoque cautius agunt Senatores meritissimi, dum ea bona separent de maioratu, & vendi jubeant, & subrogari, de quo fatis.

Num.



## Num. 23.

48 Hinc nota non ita venditionem convalidari, quando dominus venditori, sicut quando venditor domino hæres extitit, *L. 1. & seq. ff. de except. rei vend. L. Si à Titio 72. in fin. ff. de rei vind. L. 4. § Si à Titio, ff. de dot. except. L. 47. ff. de act. emph. L. cum vir. 42. de usucap. L. 10. de Distraet. pign. L. 1. §. Si tamen, Codic. cred. evict. pign. L. 1. cum seq. Cod. ne fisc. rem. L. Filiam 56. ff. ad Trebel. L. 8. in fin. ff. si cert. pet. L. Quædam 16. ff. de reb. dub. quæ in prima specie loquuntur, & in 2. L. Si Titio, ff. de pign.*

49 Hinc quæstio: an hæres in suis bonis factum defuncti impugnare possit? Vide Cevallos *Com. quæst. 610.* ubi an fundum suum à testatore obligatum vindicare possit? Conferunt etiam Franch. *decis. 53.* Surd. *dec. 315. num. 10.* Guzm. *de Evict. quæst. 29. num. 17.* Merlin. *de Pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 16.* Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 9. gloss. 5. à numer. 48.* Hermosill. *in L. 44. gloss. 9. num. 3. tit. 5. p. 5.* & vide infra ad numer. 25.

## Num. 24.

50 Vide quæ dixi ad hujus 5. p. cap. 3. Adde Valeron *de Transact. tit. 4. q. 2. num. 76.* D. Solorzano *in Polit. Ind. lib. 3. c. 15. fol. 349.* Cyriac. *controv. 57. 223 & 312.*

## Num. 25.

51 Gomez *lib. 2. var. cap. 15. num. 20. vers. tertio, & lib. 1. c. 10. n. 8. vers. decimo, & itidem lib. 2. cap. 10. num. 3. & 16. vers. Ex quo, & c. 11. num. 12. & 15.* D. Salgad. *2. part. Labyrinth. c. 25. à num. 68.* & quod non possit conveniri nisi pro ea parte pro qua hæres est, D. Molin. *lib. 1. c.*

10. num. 28. Noguero. *alleg. 9. num. 106. & alleg. 4. num. 44. & seqq.* ubi docte intelligit, quod hæc exceptio non est ingressus, sed progressus viæ executivæ, & non habere locum quando pro credito non solum comperit personalis actio, sed etiam realis hypothecaria in bonis defuncti specialiter, vel generaliter obligatis docet cum Gratiano, Virgil. Rodriguez, Avendaño, Gutierrez, & Cavalc. quibus adde Parlador *cap. fin. p. 4. §. 1. num. 15.* Covar. *lib. 3. var. c. 7. num. 8. ad fin.* Gaspar Ant. *Theaur. lib. 2. quæst. for. 85.* Valasc. *de Jur. emphyt. q. 32. num. 15.* Did. Perez *in L. 1. tit. 2 lib. 8. Ordin. gl. 1.* D. Pichard. *in Manduct. ad prax. 2. p. præcept. 2. num. 4.* Costa *de Port. rata, q. 90. num. 5.* D. Olea *remissivè, tit. 4. q. 6. num. 17.* Statil. Pacific. *de Salviam interd. inspect. 3. c. 4. num. 80.* quia hypothecaria in solidum afficit quamlibet rem hypothecatam, & quamlibet partem rei hypothecæ subjectæ, D. Vela *dissert. 34. num. 5. 9. & 13. & dissert. 46. num. 12.* D. Salg. *2. p. Labyr. c. 11. n. 5. & 73.* Cyriac. *controv. 541.* Merlin. *lib. 4. de Pignor. tit. 5. q. 127. & 129. & q. 156.* Giurba *observ. 87.* Robert. *Rer. judicat. lib. 4. c. 5.* Covarr. *lib. 3. var. c. 7. numer. 7.* Rodrig. *de Annus reddit. lib. 2. q. 5. & q. 9. à num. 7.* Balmafeda *de Collect. quæst. 104. num. 3.*

Id tamen intellige, quod hæres hypothecaria conventus in solidum possit conveniri, id est, pro rata hypothecæ, quatenus vires hypothecæ pertiuntur, hæres enim, si res testatoris pignoris nexu obligatas dimittat, liberabitur, quia obligatio ratione rei est, ideoque ea dimissa hæres liberatur, Gutier. *Præct. lib. 1. quæst. 148. num. 11. & 51.* D. Salgad. *3. part. Labyr. cap. 2.* Amato *lib. 1. var. cap. 21.* Guzman. *de Evict. quæst. 22. à numer. 92.* Vela *dissert. 33. à num. 46. & dissert. 34. à num. 45.* Olea *de Cess. jur. tit. 1. q. 1. à n. 50.*

Obli-

54 Obligatio enim hypothecaria defuncti non comprehendit bona hæredis *L. Paulus 29. ff. de pignor.* nec additione hæreditatis inducitur hypotheca, nec extenditur ad bona hæredis, ut ex d. *L. Paulus docent Bart. in L. Rem alienam ff. de pignor. act. Negufant. de Pignor. 2. p. membro 2. num. 57.* Gratian. *Discept. tom. 3. cap. 433. n. 22. & 23.* itidem Negufant. *memb. 4. 2. p. num. 159.* Costa *de Retraet. cap. 8. cas. 31. num. 19.* licet simpliciter adeat hæreditatem, sine beneficio inventarij, quia ejus omissio solum efficit, ut hæres teneatur ex quasi contractu personali actione ultra vires hæreditatis, sed non ideo hypothecæ subjecta maneat bona hæredis docent Cuman. Alex. Castrenf. Fulgos. Bald. & alij apud Gardin. *Tusch. litt. H. conclus. 51. num. 23. & seqq. & conclus. 58. num. 39.* Afflictis *decis. 291.* ubi respondet ad *Leg. Creditor 3. §. Post divisionem 2. ff. quis potior.* Gratian. *ubi sup.* Franchis *decis. 321. numer. 2.* & ibi Amendol. nisi quando defunctus bona hæredis expresse obligasset, ut verius posse affirmant Gratian. *tom. 1. cap. 182. num. 26. & cap. 225. n. 77. & cap. 234. num. 29. tom. 2. & cap. 433. num. 2. tom. 3.* Rota apud Salgad. *post Labyr. credit. decis. 110. num. 2. 3. & 4.* Franchis *decis. 53. num. 6. & 7.* Cyriac. *Controv. 282. num. 15.* Merlinus *de Pignor. lib. 2. tit. 1. q. 15. & seq.* Noguero. *alleg. 1. num. 103.* Rodriguez *de Concurs. 1. p. art. 4. num. 13.* alij apud Balmafeda. *de Collect. q. 103. numer. 13.* qua in specie si hæres inventarium non fecerit, non solum hypothecaria actione in solidum, etiam si sint cohæredes, tenentur, ut dictum est, sed etiam personali actione ultra vires hæreditarias pro rata cum cohæredibus obligatus manet. Ricc. *Collect. 1138.* Pat. Molin. *tract. 2. disp. 276. & seqq.* Giurba *ad Consuet. Messan. cap. 9. gloss. 5. à num. 27.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 97.* Leo *dec. Valent. 107. p. 1.* Barbof. *vol. 126. num. 179.* D. Salgad.

*in Labyr. p. 2. cap. 1. à num. 7.* D. Caltillo *lib. 3. Controv. cap. 5. & lib. 8. de Alum. cap. 30.* Aillon *ad Gomez lib. 1. var. cap. 5. num. 14.* Jul. Capon. *tom. 1. discept. 38.* Hermosill. *in L. 5. gloss. 1. n. 25. tit. 3. p. 8.* ubi quod de Jure Canonico non observatur *Tusch. dict. conclus. 58.* Marinis *lib. 2. Resol. cap. 11. n. 2.* Fontanel. *decis. 46. num. 16.* ubi quid si constet de quantitate bonorum, Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 11. à numer. 53.* apud quos late materiam intelliges.

59 Ex quibus notabiliter observa generaliter verum esse, quod ex Bolognet. *in L. 1. num. 329. ff. de leg. 1. tradit D. Salgad. in Labyr. 1. p. cap. 9. n. 39.* quod, & si defunctus bona hæredis pro legato obligaverit, adhuc eo conficiente inventarium bona ejus non remanent obligata, quia confecto inventario obligatio bonorum hæredis à defuncto facta nihil operatur, ut potest, quæ privaret juris beneficio hæredem, quod testator efficere contra legem non potest, ut est vulgatum.

60 Secundo deduces, an id quod late ipse D. Salg. *dict. cap. 9. à num. 5.* fundat in hac specie debeat limitari, nam quamvis sit verissime ab eo propositum creditores hæreditatis, sive hypothecarios, sive chirographarios omnino in bonis hæreditatis esse præferendos facta separatione, *L. 1. §. Sciendum ff. de separat. & plurib. ibid. relat.* id tamen quando defunctus bona hæredis obligavit expresse, & is sine inventario se immiscuit, aliter se habere videtur, quia obligatio in bonis hæredis, quæ ex additione nascitur, & confirmat obligationem à defuncto factam, impedit separationem *ex d. L. 1. §. Præterea sciendum ff. de separat. & quæ docet ipse D. Salgad. d. cap. 9. num. 22. & 23.* & cum omnes creditores concurrant ad bona hæredis, videtur priores posterioribus esse præferendos ex reg. vulgari, junctis quæ tradit ipse D. Salg. *in Labyr. p. 2. cap. 21. num. 65. & in dec. 99. num. 5.* & hypothecarios debere

debere chirographarijs præferri, licet enim quando est separatio bonorum fecus sit, quando nulla est separatio tanquam creditores unius patrimonij concurrentes chirographarijs, licet defuncti hypoterij licet hæredis debent præferri, vel contra, quod alijs cogitandum relinquimus.

## Num. 26.

51 Videndus Giurba latissime de Success. feud. §. 2. gloss. 3. à num. 113. Cyriac. Controv. 282. n. 33.

## Num. 27.

62 Pluribus Cyriac. Controv. 312. numer. 107.

## Num. 28. &amp; 29.

63 Quid si alienationem rei suæ ab alio factam ratam habuerit? Vide L. Iusto 44. §. Constat ff. de usucap. L. 4. C. de usucap. pro empt. L. 11. C. de evictio. ubi tenetur de evictione: ergo non potest vindicare.

64 Secus est quando venditioni ab alio factæ consensus, etiam de re sua, quia non tenetur de evictione ex ratione textus in L. 160. aliud ff. de reg. jur. Mieres d. q. 23. num. 149 & seq. & ex L. 2. C. de evict. ex L. Si cum 66. §. fin. ff. de evict. solum enim sibi præjudicat in amissione rei, vel juris, quod in ea habet, nec aliquid amplius præstare tenetur. L. Sicut §. Venditionis ff. q. m. pign. solvitur, L. Si fund. §. 1. ff. de pign. L. Si sine voluntate 5. C. ad Vellejan. L. Mulier C. de distract. pignor. L. 2. C. de reb. alienis non alien. cap. præterea quib. mod. feud. amit. in usib. feud. D. Molin. lib. 4. cap. 2. num. fin. vers. Sed hæc, ubi Add. & Maldon. ibid. Mieres de Maior. 1. p. q. 23. num. 47. Intellige quando non est pretij particeps. L. Quidam 12. ff. de evict. L. Non dubitatur C. eod. L. Caius de manuminis, L. Pomponius §. Cum quis ff. de acq. poss.

An autem & fideijussori venditoris denegetur evictio rei alienatæ? affirmata ex L. except. 11. C. de evict. ubi Donel. & in L. Si ob causam 13. eod.

## Num. 30. &amp; seqq.

Ad textum in L. Granus 71. ff. de fidejuss. ubi in fin. & ibi DD. Gama de cif. 322. ubi Flores de Mena contrarium sentit.

## Num. 32.

Rem alienam emptor sciens, si emerit, de evictione agere non potest, nisi expresse sit stipulatus, L. Si fratres 7. §. fin. C. comm. utr. judic. L. Apud Celsum 4. §. Item labeo ff. de dol. except. Gomez in L. 50. Taur. num. 61. & lib. 2. Var. cap. 2. num. 42. Ricc. Collect. 1889 p. 5. Surd. dec. 208. & 243. Guzman de Evict. q. 46. Vide D. Greg. Lopez in L. 1. gloss. 3. tit. 14 p. 7. Hermosill. in L. 10. gloss. 1. num. 13. 14. & 24. & in L. 19. gloss. 3. à num. 7. Gomez lib. 2. Var. cap. 2. num. 8. & vide L. 4. tit. 14 p. 7.

Quod in re maioratus, fideicommissi, vel feudi alia etiam ratione affirmandum est, quia scilicet vindicata à successore, ex sua natura evincitur, maxime si post mortem evincatur venditoris, vel die fideicommissi veniente, utroque enim casu ex feudi natura, vel maioratus soluto jure datoris, finitur jus acceptoris; atqui evictio quæ ex propria rei natura contingit à venditore præstari non solet; Cyriac. Controv. 196. & 232. Surd. decis. 243. Guzman de Evict. q. 33. à n. 10. & 34. & q. 46. à num. 14. & q. 47. Gomez lib. 2. cap. 2. num. 40. in fin. qui in re jure retractus oblata loquitur: Tiraq. de Retract. consang. §. 1. gloss. 9. à num. 34. & ad fin. tit. num. 93. ergo feudali re vel maioratus à successore ablata evictio cessat, Rosenthal. de Feud. cap. 9. memb. 1. concl. 54. num. 17. & concl.

concl. 98. membr. 2. num. 7. & 14. Fachin lib. 6. Controv. cap. 68. vers. Octava conclusio, & lib. 7. cap. 14. vers. Quinto, quia non est evictio, Boffler. disp. jur. clas. 2. disp. 22. proposit. 18.

69 Sed an ad pretium emptor contra venditorem, vel ejus hæredes agere possit? disputant Fachin. lib. 2. Controv. cap. 14. à vers. Sed queritur, Rosenthal. de Feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 98. Negativa sententia probatur ex textu in L. Si fundum 27. C. de evict. L. 7. in fin. C. commun. utr. judic. L. fin. in fin. C. commun. de leg. quibus nisi evictio expresse promissa sit, emptor rei alienæ ad pretium agere prohibetur probat etiam Less si fratres 7. §. Nam si fundum C. comm. utr. judic. ergo non solum ad id quod interest emptor rei fideicommissi agere prohibetur, sed etiam ad pretium, nisi expresse evictio sit promissa, cum enim res ex sui natura evincatur, id solum in emptionem deductum esse videtur, quod, venditor, juris in re habebat; cum ergo rem fideicommissi quis emerit sciens eam ad alium transferri debere, conditione eveniente, nec pretium repetere debet.

70 Affirmant tamen in emptore five sciente, five ignorante, Boffler. disp. 22. prop. 92. ubi respondet d. LL. sed non satis Cyriac. Controv. 232. num. 12. ubi fatetur, quod licet amittat melioramenta, potest tamen agere ad pretium. Covar. lib. 3. Var. cap. 17. col. 4. Surd. decis. 208. & 243. Bart. Bald. Albericum, & Angel. cum alijs refert Cyriac. num. 18. & 28. & controv. 233. ubi limitat, nisi ab ipso qui vendidit res vindicetur, vel ab alio qui venditioni consensus, quia omnino de evictione agi potest. Mieres de Maior. 3. p. q. 15. num. 103. ubi remissivè ad Pereyra de Renovat. emph. q. 16. n. 31. & alios ibi: Flores de Mena ad Gam. decis. 20. probant ex text. in L. Exempto 11. §. fin. ff. de act. empt. ubi venditor rei cum pacto ne de

evictione teneatur, adhuc à pretium potest conveniri: ergo multo magis si pactum non sit, potest ad idem venditor conveniri. Sed priorem sententiam veriore in jure non dubito asserere, quædo scienter emit quis rem maioratus. Vide Donel. in d. L. 27. C. h. tit. de evict. L. Si à matre 13. C. de jur. dot. & vide textum in cap. 1. de invest. de re alien. fact. Tiraq. de Retract. consang. §. 12. gloss. 1. num. 9. licet contraria sententia, etiam nulla interveniente stipulatione, communiter admittatur: pro qua præter relatos adde Hermosill. in L. 19. gloss. 3. à n. 7. ubi fatetur in puncto juris veriore esse contrariam, sed in praxi communem esse sequendam Mendez de Castro in L. unic. C. de annon. civil. Notab. 11. à n. 16.

71 Pretium id restituendum est, quod fuit contractus tempore, si stipulatum sit, L. Bonitatis 13. ubi gloss. & L. seq. L. ex mille 64. ff. de evict. ubi Cujac. lib. 7. quest. Papin. & lib. ad African. tract. 8. in L. Cum & sorte 44. ff. eod. gloss. in L. in evicta re 70. verb. Emptoris eod. sed si exempto agatur, vel præscriptis verbis, ut in permutatione evictionis tempus spectatur ut id præstetur quanti tunc fuit d. L. evicta re 70. ff. de evict. Rationem differentie observant Cujac. ubi sup. Donel. in L. Si tibi 25. n. 6. C. de evict. Boffler. dict. disp. 22. prop. 79. unde si ignorans quis rei maioratus emerit actione exempto, rei æstimationem consequi potest, id est pretium quo nunc res magis valet. Costa de Fact. scient. dist. 58 cent. 1. num. 5. & 12. Peregrin. de Fideic. art. 40. n. 39. vers. Dubium est, Vicius ab Aquila decis. 516. n. 19. & 25. Gabriel Conf. cons. 44. num. 21. & in bona specie Marinis lib. 2. cap. 87. Resol. sed in emptore sciente, nulla stipulatione interposita, æquitas prædictæ sententia, quæ ad pretium ei actionem concedit, solum in pretio quod dedit, nec amplius, agere posse intelligenda est L. fin. §. ultim. C. comm. de leg.

*L. Hujusmodi §. Qui servum ff. de leg. 1. L. Cui res 29. ff. de act. empti. Castrenf. Bart. Peregr. & alij apud Fufar. de Subst. q. 560. numer. 45. & q. 598. numer. 7. actio autem datur contra venditorem, vel ejus hæredes, succesor enim maioratus rem vendicans ad pretij restitutionem non tenetur. L. Mater L. Si mancipium 23. C. de rei vind. L. 32. §. 4. ff. de admin. tut. L. 1. C. de præscript. 30. an L. 1. C. de prædijs decurion. lib. 10. L. Quemadmodum C. de agricol & censit. L. 10. tit. 26. p. 4.*

## Num. 34.

73 Late Guzman de Eviēt. q. 11. D. Vela disert. 12. à n. 30. D. Olea tit. 3. q. 9. Hermosill. in L. 7. gloss. 3. à num. 4. tit. 4. p. 5. Aillon ad Gomez lib. 2. Var. cap. 15. numer. 22.

## Num. 35.

Vide numer. 21.

## Num. 36.

74 Vide sup. dicta in num. 9. & observa quod si sequens in gradu, & reliqui sequentes ad rem vindicandam non venerint, ipse qui alienavit admittendus est. Auctor hic ex D. Molin. Quia jus vindicandi successorie quasi de uno ad alium transfertur, quod si nullus sit, nec appareat, qui vindicet, ex persona ficta repræsentata maioratus, quam habet possessor, rem vindicare potest nomine maioratus, licet ipse alienaverit, ex Rovito conf. 81. n. 9. lib. 1. Marin. lib. 1. Resol. cap. 129. numer. 8. & 9. D. Valenzuel. conf. 156. à n. 78. D. Salgad. p. 2. Labyr. cred. cap. 7. à numer. 26. ubi quod quando possessor maioratus agit, & litem movet tanquam possessor, & nomine maioratus, attenditur persona ficta maioratus, quam agendo repræsentat, & non persona vera possessoris agentis ex L. Denique §. fin. ff. de minor.

& Surd. cum alijs relatis à numer. 34. & latissime idem p. 2. cap. 22. à numer. 90. eod. tract. Cum ergo non apparuerit succesor qui vindicet, sequitur translationem successoriam juris vindicandi rem alienatam, qua sequens, proximior nolente vindicare potest, ex L. Cum pater §. Libertis L. Peto §. Fratres ff. de leg. 2. D. Greg. in L. 10. gloss. 1. q. 19. tit. 26. p. 4. Mieres de Maiorat. 3. p. q. 9. numer. 16. Rota apud D. Salgad. post Labyr. decis. 55. numer. 26. hanc ipsam operari respectu ejusdem qui rem alienavit, favore ipsius maioratus potius, quam suo.

75 Sed dubium est, intra quod tempus, ad rem vindicandam admitti debeat immediatus succesor, ut eo elapso sequens admittatur. Sic de reliquis vindicare volentibus.

In hac quæstione dicendum est, data expressa alienandi prohibitione, posse successorem statim vindicare rem alienatam. D. Joan del Castillo lib. 5. Controv. cap. 65. numer. 31. & cum D. Ludov. de Molin. lib. 1. de Primog. cap. 16. numer. 32. D. Alphonf. de Olea de Cession. jur. tit. 1. q. 1. numer. 77. vers. Quia ratione, ubi alios refert quibus addendi Gomez Bayo in Prax. in Alphabeto cap. 16. numer. 1. Doctiff. Alvarez Pegas Forens. Resol. cap. 4. à numer. 94.

76 Quod si proximior negligens fuerit in alienata re vindicanda, ad petitionem sequentis requirendus est, & ei terminus præfiniri debet à Iudice intra quem petat rem alienatam; qua in re conveniunt cum D. Greg. Lopez in d. L. 10. gloss. 1. q. 19. tit. 26. p. 4. D. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 1. à num. 12. Mieres de Maior. 3. p. q. 9. numer. 31. Chacheranus decis. Pedamontana 177. numer. 4. Doctiff. Pegas ubi supra n. 56. innova edit.

77 Sed in termini præfinitione varie resolvi quæstio, & definiri potest:

test: maximè ex textu in cap. 1. §. Si Titius filios: Si de feud. defunct. Cont. Sit inter dom. & agn. ubi in feudo statuitur intra annum teneri proximior feudum alienatum recuperare. Costa de Fact. Scient. cent. 1. dist. 38. à num. 1. ubi plene explicat, & de jure Regio convenit textus in L. 10. tit. 26. p. 4. sed vide Dom. Molin. dict. cap. 1. numer. 15. ubi bene intelligit, & non posse his terminis eam dispositionem procedere enixe ostendit, quidquid dicat Doctiff. Pegas sup.

78 Sed adhuc ad rem potest adduci text. in L. 1. C. de natural. lib. ibi: Quibus tacentibus, & dissimulantibus, ad defensionem fiscalem duorum mensium tempora limitentur: quibus fiscus admittitur ad bona liberis naturalibus relicta, si consanguinei intra duos menses non revocaverint. D. Greg. in L. 10. gloss. 8. tit. 13. p. 6. ubi ad hunc casum applicat: sequitur Alvarad. de Conject. lib. 2. cap. 3. numer. 102. sed ipse D. Lopezius agnoscit breve id esse tempus, ut proximior confestim excludatur.

79 Unde non male ex L. fin. vers. Eo addito C. qui admitti, poterat affirmari, posse quemlibet ex consanguineis vindicare rem alienatam, & si alius sit proximior, qui petere possit, quia idem tempus (ideest) statim, conceditur omnibus sub conditione resolutive si alius proximior appareat: Gomez videndus in L. 70. Taur. numer. 21. vers. Item quero, ubi bene in jure retractus docet.

80 Sed verius dices, immediatum debere interpellari, & eo nolente, sequentem successorem vindicare posse, & si velit, & vindicare separatim dicat, arbitrio Judicis terminus assignandus est intra quem petat, aliter à sequentibus successoribus non debet excludi, cum à jure nullum tempus sit præfinitum, & si à lege non est taxatum, à Iudice præ-

finiendum est, aliter sufficit quocumque tempore fieri, ex L. Qui fundum ff. de contrab. empt. L. 1. ff. de ventr. inspiciendo, D. Salgado de Retent. Bullar. 1. p. cap. 2. numer. 92. ubi plures refert: adde Giurba in Consuet. Messan. cap. 2. gloss. 6. & 15. à num. 7. Menochius de Arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 498.

81 Addendi ad quæstionem D. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 14. à num. 55. tom. 2. D. Vela disert. 38. numer. 95. Julius Capon. tom. 5. discept. 373. Petr. Barbof. in L. 7. §. Illud à num. 32. cum seqq. C. de præscript. 30. annor. ubi latissime Doctiff. Alvarez Pegas dict. cap. 4. numer. 56.

## Num. 37.

82 Cap. 1. §. Si Titius: Si de feud. defunct. controuv. fuer. late Joann. Bossius de Patria Patest. cap. 8. §. 7. à num. 100. videndus.

## Num. 38. &amp; seqq.

83 Noviter D. Joan. Milazo Assert. jur. 12. per tot. & vide supra ad Auctorem num. 12.

## Num. 41.

84 Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 51. q. 155. Fufar. de Subst. q. 598. per totam.

## Num. 43.

85 Vide sub numer. 46. Et in feudi concessione idem dubitatur. Vide Surd. decis. 290. Guzman de Eviēt. q. 36. D. Solorzan. tom. 2. de Indiar. Jur. lib. 2. cap. 10. à numer. 52. & lib. 3. cap. 11. fol. 324. vers. Con esto. & seqq. Hermosill. in L. 32. gloss. 1. numer. 130. & seqq. tit. 5. p. 5.

ubi inter concessum gratis, vel pecunia, bene distinguit. Vide *Cap. 1. de Investit. de re alien.* Rosenthal *cap. 8. conclus 29. de feud.*

## Num. 46.

86 Probat assumptum Hermosill. in *L. 32. gloss. 1. à num. 104. tit. 5. p. 5. ad de Valasco cap. 37. de Partit. Cyriac. Controv. 39. 184. 196. 325. & 514. D. Paz. cap. 57. de Tenut. Guzman de Evict. q. 33. Aillon cum Gomezio Var. lib. 2. cap. 2. num. 33. qui pluries limitant, sed Hermosilla ad rem ubi supra intelligit quando cohæredes inter se dividerint; secus si ipse defunctus bona inter eos partita relinquerit ad textum in *L. Cum pater §. Evictis ff. de leg. 2. ubi gloss. Bart. & alij Angulo in L. 3. gloss. 1. num. 8. vers. Facit etiã in tract. de meliorat. in noviss.* Conferat quod divisio à cohæredibus facta vicem emptionis, & venditionis obtinet, *L. 2. & 3. C. de rer. permut.* ideo in ea evictio proprie datur. Vide *L. Si cum venditor 66. §. fin. ff. de evict. L. Hæredes 25. §. Item ff. fam. hercisc.* secus in divisione iudicio testatoris facta præter citatos Morquecho *lib. 1. de Divis. bon. cap. 8. numer. 2. at à num. 13.* ubi bene observat in divisione à patre inter filios facta, quoties per eam aliquis filiorum in legitima gravatur, hanc sententiam limitandam esse. Quid autem si filius hæreditatem patris adeat, an videatur divisionem bonorum fideicommissi sibi debiti approbare? affirmat idem Morquecho à n. 24. licet ad vindicationem inventarij beneficio juvari posse non dubitet.*

87 In melioratione 3. & 5. an filius de evictione agere possit disputant cum D. Greg. Lopez Alvarad. *de Conjectur. ment lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 1.* Guzman de Evict. q. 27. hic citat. & plene Roder. Suarez in *L. Quoniam in prior. in declat. leg. Regn. post duodecimam limit. vers. Tertio quæro.* Ayora de Par-

*tit. 3. p. 9. à n. 22.* In qua quæstione ex Angulo ad quem Auctor se refert breviter dices; quod si melioratio 3. & 5. à parentibus simpliciter facta sit, nec additum unde filius capiat, filioque pars bonorum hæreditatis à cæteris fratribus sit constituta, si in his bonis evictionem patiat, potest alios cohæredes convenire, quasi in divisione hæredum evictioni subjecta, *d. L. Si cum venditor cum alijs, vel quasi in legato generis, L. Si à substituto 45. §. 1. ff. de leg. 1. L. Qui concubinam §. Si hæres ff. de leg. 3. Morquecho dict. cap. 8. fere per totum, Gomez d. lib. 2. cap. 2. numer. 35. & 36. Capon. tom. 5. Discept. cap. 351.*

88 Idem in effectu dicendum est, quando melioratio simpliciter facta est, & solum demonstratur à testatore specialis res in qua solvatur, quia substantia prælegati non immutatur ex adjectione rei unde solvatur: quæ demonstrationis causa adjecta est ad faciliorem executionem probat bene Angulo in *d. L. 3. gloss. 3. per tot. & dict. gloss. 1. num. 8. ex L. Quidam testamento ff. de leg. 1. L. Paula Calpurnio §. Iulius Severus ff. de leg. 3. L. Lucius ff. de alim. legat. & explicat Auct. infra à num. 53. adde Hermosill. in *L. 32. gloss. 1. n. 116. tit. 5.**

89 Non idem dices quando res aliqua per viam meliorationis uni ex filijs prælegata est, nam tunc ea evicta filius agere non potest ex textu in *L. Cum pater §. Evictis ff. de leg. 2.* Cifuentes, quem refert Angulo, & restringit ad hunc casum, & intelligit nisi res evicta à testatore scienti esse alienam prælegata sit, adhuc enim evictionis actionem filius habebit sicut in legato rei alienæ *L. Cum alienam C. de leg. L. 10. tit. 9. p. 6. Bart. in d. §. Evictis.*

90 Hac distinctione componenda est affinis quæstio in hac materia, an scilicet filius à patre in 3. & 5. melioratus possit petere sibi ad integrum sup-

suppleri meliorationis prælegatum, si res assignatæ non sufficiant, sicut enim excessus revocari potest, ex *L. 3. ibi: Con tanto que no exceda tit. 6. lib. 5. Recop.* ita defectus suppleri debet, ut docet D. Molin. *lib. 1. cap. 10. num. 14. vers. Ex quibus inferitur.*

91 Sed intelligenda est hæc sententia quando melioratio per se subsistit, & non in re assignata; secus autem, quando in re ipsa filius melioratur, tunc enim supplementum petere non potest. Angulo in *d. L. 3. gloss. 6.* ubi ita intelligit Gomez in *L. 17. Taur. n. 14. & cum his D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 35. num. 60 Mieres de Maior. 1. p. num. 70. initio, Gutierrez lib. 2. Pract. q. 56. Valasco de Partit. cap. 20. D. Vela dissert. 33 num. 6. & à num. 55. Eodem tenore resolves, quæ indistincte disquirunt Tello Fernandez in *L. 19. Taur. num. 10. Matienzo in L. 4. gloss. 3. & gloss. 4. n. 3. & sic intelligendus Gomez lib. 1. ar. cap. 12. num. 44.**

## Num. 47.

92 Adde, quos tradidi sup. num. prox. ubi limitatur in generis legato, in quo adversus hæredem evictio competit, si res, vel quantitas assignata pereat, vel evincatur, ad textum in *d. L. Qui concubinam §. Si hæres: & vide Cujacium lib. 8. Resp. Papin. in d. L. Cum pater §. Evictis, Fachin. lib. 6. Controvers. cap. 68.*

93 Sed an legata re particulari, evicta ea, evictionis actio defuncto competeas transeat in legatarium? Resolves ex textu in *L. Si res 59. ff. de evict.* ubi si res, quam à Titio emi, legata sit à me, non potest legatarius contra venditorem meum de evictione agere, nisi cessæ ei fuerint actiones. Gomez *lib. 2. Var. cap. 2. numer. 46.* latè explicat. D. Larrea *decis. Granatens. 73. per totam tom. 2. D. Olea de Cess. jur. tit. 4. q. 7. à num. 1. maximè n. 5.* ubi plures refert, & cum Guzman

*de Evict. q. 27. num. 29.* ait, quod re legata evicta, quando hæres de evictione tenetur, debet legatario cedere actionem de evictione, si quam habebat defunctus. Latro *decis. Neapol. 16. num. 47.* adde Hermosill. in *L. 32. gloss. 3. & 4. à num. 28.* Vigel *Metb. Civil. lib. 18. cap. 14. except. 35. & q. 2. except. 2.*

## Num. 48.

94 Addendi Gomez & Aillon *lib. 1. Var. cap. 12. n. 39. Pat. Molin. de Iust. & Jur. disp. 201. Cevallos Coram. q. 747. Petr. Barbof. in Rub. ff. sol. matrim. 3. p. à num. 41. Cyriac. Controv. 347. Garcia de Expens. cap. 17. Jul. Capon. tom. 5. cap. 336. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5. q. 157.*

95 Sed an censum super re legata impositum hæres etiam luere & redimere teneatur? affirmat Felician. *lib. 1. de Cens. cap. 6. num. 6. & cum Tondut. Civil. q. 61. numer. 1. Marinis Resol. cap. 12. num. 2. lib. 1. cens. de cens. lib. 9. q. 79. à num. 3. Rodriguez de Ann. read. lib. 2. q. 1. num. 6. Duard. de Cens. tit. de form. redimend. q. 14. numer. 5. Carpio *lib. 3. de Executor. cap. 8. numer. 36. Balmased. de Collect. q. 78. numer. 6. Garcia de Expens. ubi sup. num. 13. Costa de Rat. q. 72.* limita in censu perpetuo, reservativo, vel emphyteusi, quia res transit cum eo onere ad legatarium, utpote eam afficiente intrinsecè, ut de servitutibus prædialibus affirmant Consulti in *L. Quæro ff. de usufruct. legat. L. Hærenus ff. de usufr. cum alijs: tradit Felician. ubi sup. vers. Libenter tamen,* ubi in hanc speciem restringit Gutierrez *cons. 18. numer. 77.* & alios in quæstione principali contrarium sentientes.*

96 Redditus tamen decursi tempore præterito ab hærede potest legatarius exactus recuperare, *L. Idem Julianus 41. §. Hæres ff. de leg. 1.* quod quidem necessario introductum in legatarij

gararij commodum, quia tanquam rei possessor recte potest conveniri, nec contra creditorem potest exceptionem obligationis luendi hæredi impositam opponere, ut est textus in *L. Cum possessor § fin. ff. de censib.* ibi: *Nec auditur legatarius, &c.* cui convenit *L. Imperatores ff. de publicam.* gloss. Bart. & alij in *L. pen. § fin. ff. de leg. 3.* Balmased. *de Collect. q. 78. n. 7.* & 8. ubi Conchil. *de Contribut. cap. 11 num. 205.* ubi Tiraq. Gratian. & alij: quibus adde *Costa de Port. Rata q. 2. num. 10. & 11. & q. 47. à num. 11.* ubi cum Afflic. Thesaur. & alijs: idè quoad collectas docet Garcia *de Expens. cap. 11. à num. 50.* ubi latè Noguerol. *alleg. 4. num. 58.* ubi in possessore maius idem iudicat, & executivè posse conveniri pro redditibus decursum tempore antecessoris, quando bona sunt ad onus obligata defendit, & *Alleg. 2. num. 122.* ad quem ut intelligas, vide D. Salgado in *Labyr. p. 1. cap. 26. §. unic. à num. 14. usque ad 17.* ubi id procedere ait vi actionis realis hypothecariæ, non vero personalis, quia actio personalis non transit contra successorem particularem, nisi obligatio originem trahat à defuncto fundatore maioratus, ut loquitur *Parlador. lib. 2. Rer. quotid. cap. fin. p. 4. §. 2. num. 1. & 2.* & vide eund. *3. p. Labyr. cap. 13. per totum:* adde *Mostazo de Caus. pijs lib. 2. cap. 11. à num. 49.*

98

Ideoque notissimum est successorem maioratus executivè conventus pro redditibus onerosis maioratus decursis tempore antecessoris, non posse excludere creditorem eo prætextu, quod debeat prius excutere bona antecessoris, & de ijs sibi satisfieri de redditibus decursis tempore suo, quando onus super rebus maioratus est impositum, ut docet Noguerol. *d. Alleg. 2. num. 123.* quidquid de hoc dubitet D. Castillo *tom. 6. Controv. cap. 161. n. 32. & seqq.* D. Vela *diff. 34. à num. 56.*

Imo dicendum est, quod licet possessor exactus pro redditibus decursis tempore antecessoris, possit recuperare ex bonis antecessoris liberis, & ab ejus hærede, *d. L. Idem Iulian. §. Hæres de leg. 1.* Garcia *de Cap. 11. à n. 50.* *Cotta de Port. Rat. q. 157. numer. 13.* Balmased. *sup. q. 78. num. 7.* D. Molin. *lib. 1. cap. 10. num. 24. & cap. 27. n. 8. & lib. 4. cap. 7. num. 16.* D. Salgado *2. p. cap. 7. num. 57.* *Giurba observ. 109.* id tamen creditori minime licebit, ut pote qui nullam actionem habet contra antecessorem, nec personalem, nec realem, ut elegantèr explicat D. Salgado *1. p. d. cap. 26. & §. unic. num. 15. & 16.* Si enim antecessor teneretur, ut si is esset, qui regia facultate interveniente censum constituisset, dubium non est excussionem in ejus bonis esse necessariam, quia bona maioratus obligata remanent semper subsidiarie, & in defectum bonorum liberorum, uti plenissime docet D. Salgado. *2. p. Labyr. cap. 5. num. 16. 17. & 18. & num. 24.* Idem esse observat licet hypotheca bonorum maioratus sit specialis, & in bonis liberis sit generalis, non obstante *L. 2. C. de pignor.* quia procedit, quando utraque hypotheca generalis, & specialis eodem tempore concurrunt, tunc enim prius specialis excuti debet, quam generalis: idem cum pluribus *num. 4. & 5. illo cap. secus quando non concurrunt, ut quando specialis est subsidiaria, & quotidiana lis, ut est hypotheca contracta in bonis maioratus, tunc enim prius generalis, quam specialis excutienda est, & ita intelligit *d. L. 2. C. de pign. cum Add. ad Molin. lib. 4. cap. 7. num. 17. & 32. vers. Quorum sententia,* & alijs. Quid autem si bona maioratus tantum sint obligata, & bonorum possessoris obligatio sit omissa? neutiquam induci hypotheca affirmat D. Salgado. *à numer. 51.* licet actione personali posse cogere hæredem asserat Rodrig. *de Annuis reddit. lib. 2. q. 19.**

*q. 19. numer. 7. circa fin.* Noguerol. *Alleg. 1. num. 16.* D. Salgad. *sup. num. 58.* itidem Noguerol. *Alleg. 2. numer. 124. & Alleg. 4. num. 34.* & vide D. Salgad. *1. p. cap. 17. per tot. & cap. 26. §. unic. n. 19.*

His in facto consultus respondi, pensiones alimentorum, quæ dare erat antecessor astrictus, tempore suo decursas, nec exactas ab hæredibus ejus esse repetendas, nec sequentem successorem posse conveniri pro alimentis præteritis, & decursis tempore antecessoris, licet ipse ad ea præstanda in futurum aliàs teneatur tanquam maioratus possessor, vel consanguineus alimenta petentis; hoc ita, quia pro alimentis actio hypothecaria non datur, sed tantum actio personalis contra debitorem obligatum alere, ut in possessore maioratus latissime fundat D. Salgad. *1. p. cap. 24. à n. 127.* & ad rem maxime *num. 150. & seq.* ideoque licet successor continuare teneatur alimenta consanguineo in futurum, non tamen in præteritum obligatio ejus extenditur, alia enim est, & distincta ab obligatione prædecessoris, ut recte ait D. Salgad. *d. n. 150. & seq.* nec obest, quod ea obligatio sit respectiva ad bona maioratus, quia, ut ait D. Castillo *lib. 4. cap. 61. n. 53. primogenia ipsa instituentur, ut dotibus, alimentorum, & aliarum, quam plurimum rerum onera in propria familie decus, & ornamentum possessor maioratus subire debeat; & lib. 8. cap. 36. num. 68.* ibi: *Cum ex natura primogeniorum insit; ad quod est eleg. text. in L. Titia cum testamento 35. §. Lucius Titius ff. de leg. 2.* ibi: *A te peto filia charissima, ne velis inasti, quod ampliore substantiam fratri tuo reliquerim, quem scis magna onera sustentaturum, & legata quæ supra feci præstaturum.* Et de Jur. Reg. *L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* ibi: *Con los quales muchos de sus criados y parientes pobres se acostumbravan mantener, y sustener.*

Nam respondetur onus alimentorum respicere res maioratus quatenus ex fructibus alimenta præstantur, non vero afficere ipsa bona, ut hypotheca specialiter, vel generaliter: unde potius contra retrahetur argumentum; cum enim ad alimenta habeatur respectus ad fructus, consequens æquum esse, eum tantum qui fructus percepit, ad alimenta teneri. *L. Nam stipendium ff. de impens. in res dotal. fact. L. Si pendentes §. Si quid cloacarij ff. de usufr.* Garcia *de Expens. cap. 17. num. 8. & 9.* D. Castillo *d. cap. 161. num. 33.* Conducit ad resolutionem D. Solorz. *lib. 3. Politic. cap. 26. vers. Pero in fin. cap.* idque expresse videtur sentire D. Vela *differt. 34. n. 60.* ubi in casibus tacitæ hypothecæ contrarium sentit.

Num. 49.

Garcia *de Expens. cap. 17. num. 24.* ubi negat de jure Regio hanc præsumptionem admitti contra Greg. Lopez & Gomez.

Eod. num. 49.

Vers. Et hac ratione.

Quid autem in maioratu per viam meliorationis ex tertio & quinto instituto? De jure communi in prælegato idem quod in re legata pignoratæ dispositum est, *L. 1. C. si certum petatur, L. 1. §. Si hæres 17. ff. ad Trebel.* Anazus Robert. *Rer. Judic. lib. 4. cap. 13.* at cum melioratio sapiat prælegati naturam, videbatur dicendum affirmative ut hic Auctor docet.

Sed dicendum est, in maioratu ex tertij & quinti melioratione instituta Auctoris sententiam locum non habere, cum enim valor meliorationis attendi debeat tempore mortis meliorantis ex *L. 23. Tauri,* quæ est *L. 7. tit. 6. lib. 5. Recop.* five melioratio in vita per contractum etiam irrevocabilem

bilem facta sit, siue in ultima voluntate, ut in *d. L. Cavetur*, adeoque attendatur tempus mortis, ut melioratio irrevocabilis diminutionem patiat, si post factam eam parentis facultates diminutæ sint, ut recte docent D. Molin. *lib. 4. cap. 2. num. 82.* D. Castillo *lib. 4. cap. 35. à num. 58.* Hermosill. in *L. 3. gloss. 6. num. 93. tit. 4. p. 5.* & cum alijs D. Salgado in *Liabyr. 2. p. cap. 19. num. 37.* perdocte D. Olea de *Ciff. Jur. tit. 2. q. 7. à num. 11.* in novissimis, ubi intelligit in maioratu ex melioratione tertij, & quinti simpliciter instituto, cum enim referenda sit melioratio ad tempus mortis, necessario regulari, limitari, aut augeri debet ad valorem bonorum, quæ eo tempore existunt, ita ut diminutis bonis diminuatur melioratio, auctis verò augeatur. At vero si maioratus regia facultate sit institutus, licet inter filios instituat, non diminuitur propter debita postea contracta, quia irrevocabilitas efficit, ut neque directe, neque indirecte revocari possit, & facultas operatur, ut eodem jure censeatur, ac maioratus in extraneum irrevocabiliter institutus, qui quidem propter debita postea contracta minui non potest. D. Molin. & Add. *lib. 1. cap. 10. num. 11.* Acofta de *Privileg. cred. lib. reg. 2. ampliat. 3. num. 2.* D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 35. n. 39.* D. Larrea *allegat. 75.* Noguero. *alleg. 14. num. 29.*

109 Unde diminutio postmodum accidens, vel in damnum creditorum erit, vel aliorum filiorum legitimæ, quia cum facultate regia etiam in horum præjudicium maioratus sustinetur relictis competentibus alimentis. D. Molin. & Add. *lib. 2. cap. 3.* quæ omnia eleganter explicat D. Olea *ubi sup.*

110 Sequitur inde maioratum ex melioratione institutum detractis omnibus testatoris debitis intelligendum esse: quod quidem etiam jure communi probatur ex *L. Cum autem 9. ff.*

*de leg. 2.* ubi docet Consultus in legato partis bonorum deducenda esse onera hæreditatis, bona enim deducto ære alieno intelliguntur *L. Mulier 72. ff. de jur. dot. L. Non possunt 11. ff. de jur. fisc. L. Subsignatum 39. §. Bona, L. Bonorum 49. ff. de V. S.* sed melioratio 3. & 5. est legatum partis bonorum, non vero hæreditatis, ut de jure regio probat *L. 21. Tauri* illis verbis: *Como si fuessen herederos*: eis notat D. Molin. *lib. 1. cap. 10. num. 14. in fin.* D. Pichard. *tract. de acq. hered. cap. 28. n. 66.* & cum Suarez, Matiezo, Azeved. & alijs doctissimus Valentia *Illustr. tom. 3. tract. 5. cap. 1. num. 28.* & eadem lege 111 quatenus repudiata hæreditate meliorationem posse filium amplecti manifestum est, quia hæreditas pro parte repudiari, & acquiri non potest, *L. Si solus 80. ff. de acq. hered. D. Valent. d. lib. 3. tract. 1. cap. 6. à numer. 1.* prælegatum vero amplecti, *L. Qui filiabus §. fin. ff. de leg. 1.* vel legatum partis bonorum, *L. Quid ergo 2. ff. de leg. 1. L. Cum responso C. de leg.* permittitur, vel etiam partem hæreditatis si ex fideicommissio debeatur recte amplectitur *L. Recusare §. penult. ff. ad Trebel.* ergo maioratus ex 3. & 5. institutus deductis omnibus debitis intelligendus est, & diminui debet propter onera hæreditatis, ut probat *L. 21. Tauri: Con tanto que sean primero pagadas las deudas del difunto, y sacadas pro rata de la dicha mejora.* Quibus hanc legem juri communi consonam aiunt D. Gregor. Lopez, D. Molin. Olan. & Azevedo, quos sequitur D. Valent. *dict. tract. 5. c. 1. n. 28.* & cum alijs ab Olea traditis *de Cess. jur. tit. 4. q. 6. n. 7.*

113 Sed quatenus prædicta Lex in-113 nuit melioratum filium debitis hæreditatis obnoxium manere: *Y por las otras que despues pareciere sean obligados los tales mejorados a las pagar pro rata de la dicha mejora, como si fuessen herederos*; videtur corrui nostra

fra resolutio, si enim melioratus haberetur pro legatario partis bonorum, vel prælegatario, non conveniretur à creditoribus, quia juris non esset successor, nec contra eum actiones transfirent passivè *d. L. Cum autem de leg. 2. L. 1. Cod. si certum pet. ego.*

114 Imo etiam in legatario partis hæreditatis obligationibus defuncti ipso jure non astringi, nec pro rata portio- nis hæreditariæ actionibus hæreditatis posse conveniri probat text. in *§. Sed quia heredes inst. de fideic. hered. L. Qui concubinam 29. §. Cum ita ff. de leg. 3.* qui necessariam esse stipulationem legatarij ad se ad onera astringendum supponunt, & explicant Cujac. *lib. 7. Recop. Papin. in L. Cum filius 76. §. 1. de leg. 2.* Claud. Chiffect. *de Fideic. lib. 1. cap. 4.* D. Valentia *d. tract. 5. cap. 1. num. 26.* omnino videndus.

115 Qua ratione Auctoris nostri de interpretatione *L. 21. Tauri* maximè dubitant, alijs eam juri communi contrariam asserentibus, alijs eam consonam interpretantibus, ut videre est apud D. Greg. in *L. 2. gloss. 2. tit. 9. p. 6.* D. Molin. *lib. 1. cap. 1. num. 14.* Oleano in *Concordia verb. melioratum num. 34.* Azeved. in *L. 5. tit. 6. lib. 5. Recop.* D. Valentia *d. cap. 1. num. 28.* Garcia de *Expens. cap. 11. num. 63.* Noguero. *alleg. 4. à num. 57.* D. Vela *Dissert. 48. num. 25.*

116 Quorum omnium interpretationibus omissis, nec in usu perhabitis, dicendum est jure communi idem dispositum esse, quod Lege Regia Tauri cavetur, licet enim legatarius, ut potequi non est juris successor, conveniri actione personali, qua defunctus tenebatur, non possit, sed tantum hæres, ut in *L. fin. Cod. de hered. act.* idemque in prælegato observetur *L. 1. C. si cert. petatur.* Si tamen debita postea detegantur, vel superveniant, potest hæres legatario solutum plus, quam ei debeatur, per indebiti condi-

tionem petere, *L. 2. ff. de cond. indeb.* vel cautionem exigi ab ipso prælegatario, *L. 1. & per tot. ff. si cui plusquam per leg. falc.* Recta tamen via non poterant creditores legatarium 118 convenire, licet possint in subsidium *L. fin. vers. Plane ff. de eo per quem fact. erit, & facit L. Si me, & Titium, L. Si eum servum ff. de reb. credit.* quod plene provisum est, *L. fin. §. Si vero 5. Cod. de jur. deliber.* ubi conditio indebiti hæredibus adversus legatarios concessa, directè conceditur creditoribus adversus eosdem, quando hypothecaria actione eos in re legata convenire non possunt, ibi: Licentia creditoribus non deneganda adversus legatarios venire, vel hypothecaria, vel indebiti conditione. Jure igitur communi ad solutionem æris alieni, quod hæreditas solvendo non sit, legatarij conveniri possunt.

Unde jure regio *Lege 21. Tauri* idè 119 plenius, ne cæteri filij in legitima defraudentur, & constitutum, aliter si melioratus repudiata hæreditate meliorationem haberet, legitima filiorum debitis consumeretur, intacta manente melioratione, ideo communis juris dispositio ampliata est etiam ad casum, quo bona hæreditaria debitis sufficiant, in legitimæ tamen aliorum filiorum præjudicium consummantur.

Quapropter recte inductum esse 120 defendimus, ut melioratus filius possit recta via à creditoribus pro rata conveniri, ut in praxi receptum esse ait Gutierrez, quem referunt Addent. *ad Molin. lib. 1. cap. 10. num. 14. vers. Nec obstat:* & cum Avendaño, Garcia, Parlador. & alijs Noguero. *alleg. 4. num. 70.* Faria citandus: quæ interpretatio verissima est, & eam, licet non ita, prævidit D. Franc. Sarm. *lib. 8. Select. in L. 8. §. fin. cum leg. seq. de leg. 2. n. 20.* & juxta eam intelligendus Gutierrez *lib. 2. Pract. q. 58.* quem sequitur Faria *ad Covarr. lib. 2. Var. cap. 2.*

videndus ad rem *à num.* 12. usque ad 17. ubi cum pluribus affirmat dispositionem *d. L. 21.* non habere locum, quando filius in re certa melioratur, intelligendo juxta à nobis tradita hic ad Auctorem *n. 46.*

Num. 50. ad 52.

*L. Hæres 58 ff. evict. L. 70. §. de evict. ff. de leg. 1. Vigel. Meth. Civil. lib. 2. cap. 2. reg. 4. D. Castillo lib. 4. cap. 59. à num. 21. & alios supra. Noviter Mostazo de Caus. pijs lib. 2. cap. 8. à n. 49. ubi ait ante traditionem de alijs hæredem teneri, post traditionem fundi, vel quantitatis, si res casu pereat, vel quantitas, non teneri: & in anniversarijs loquitur cum Guzman & Pasqualig. de Sacrif. miss. q. 1026. n. 3. & seqq.*

Num. 53. ad 57.

Addendi ad quæstionem Gomez *lib. 1. Var. cap. 12. n. 44. Salazar. de Usis & consuet. cap. 11. num. 21. Franchis decis. 721. Valasco de Jur. emphyteut. q. 32. num. 17. Surd. de Alim. titi. 4. quæst. 26. à n. 7. Gratian. Discept. cap. 256. & 988. n. 23. Feliciani de Censib. lib. 2. cap. 5. n. 7. tom. 1. Sesse decis. Aragon. 42. n. 2. & decis. 185. n. 24. Pereira de Jur. emphyt. lib. 4. cap. 4. num. 16. Pat. Sanchez lib. 4. conf. moral cap. 2. dub. 17. Ripol. var. cap. 13. num. 311. & in Rub. ff. de cond. & dem. cap. 1. num. 54. Garcia de Expens. cap. 4. num. 36. D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 54. Paul. Stayban. Resol. forens. centur. 2. resol. 106. Carol. Marant. 1. p. Responser. resp. 34. Merlin. Controvers. cent. 2. cap. 82. à num. 2. ubi bene loquitur Suelves tom. 2. conf. 17. per tot. Marinis lib. 2. Resol. cap. 124. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 10. à num. 1. D. Olea de Cess. jur. tit. 4. q. 5. num. 30. Dian. tom. 6. tract. 8. resol. 114. D. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 3. num. 46. & seqq. D. Vela Dissert. 35. à num. 148. qui dif-*

positione taxative, vel demerstrative facta loquuntur. Latissimè idem *123* D. Castillo *Controvers. lib. 4. cap. 33. num. 9.* ubi an res super qua annua pecunia de fructibus legatur tradi debeat legatario; & an eam dimittendo hæres liberetur? D. Solorzan. *ubi sup. à num. 57. Cyriac. Controv. 44. Bæza de Inop. debit. cap. 10. Robert. Rer. judicatar. lib. 4. cap. 5. & vid. late Mostazo statim citandus.*

Supereff, ut de tertia bonorū principalium specie differamus, quæ patrimonialia dicuntur, & quorum proprietas ad Principem pertinet tamquam privatum, & aliunde independenter à bonis Coronæ: velati, quæ Princeps obtinuit antequam esset Rex creatus, vel postea emit propria pecunia jure privati possidentia. Petr. Barbof. in *L. Competit 6. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Joseph. Ramon. *cons. 37. num. 92.* Menoch. *cons. 962. n. 1. & seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 13. num. 5.* Antunez *de Donat. Reg. lib. 1. cap. 4. num. 5.* Joseph ab ex ea *in L. un. C. de prælatijs fol. 37.* ibi privata sunt, quæ Princeps, ut privatus habet: sic agri emphyteutica prædia coloni, *L. 1. C. de fund. patrim. cum L. seq.* Item quidquid commodi fiscus capit ex multis, caducis, hæreditibus ablatis, aut alijs obventionibus, *L. un. §. fin. C. de caduc. tol.* itidem Antunez *de Don. Reg. 3. p. cap. 43. numer. 1.* ubi ait, privatum patrimonium Principis, esse substantiam Principis, quæ vere, & propriè ejus est patrimonium, & est profecta ex proprijs bonis, quæ competunt ei ratione personæ, & dignitatis, ut quæ sita ex donatione, legato, vel alijs causis, aut reservata, ut agri, & saltus, qui in varijs Provincijs Principi sunt, armenta, & greges, quæ res privatæ appellantur Principis patrimonium, & propria substantia. *L. un. vers. Sed scimus C. de quadrienn. præscript. L. 2. §. Hoc interdictum ff. ne quid in loc. publ. & ibi Bart. Accurs. Cujac. Peregr. Molinæus, Gail. Mising. D. Covar. Sixtin. Heringius, D. Amay. Ant. Perez. & Mastrill. & ante eos vide Afflict. in Const. Neapol. præ-lud. 17. q.*

56

Hæc autem bona libere à Principe possunt alienari & in alium ex donatione, vel alio titulo transferri, sicut ab alio quolibet privato, & maxime in Principe militare regulam textus in *L. in re mandata C. mandati,* docent

Petr. Greg. *de Concess. feud. 1. p. q. 5. numer. 67. & 8.* D. Molin. *lib. 1. cap. 3. numer. 18.* Matienzo *in L. 3. gloss. 7. numer. 12. & 13. tit. 10. lib. 5.* Castanac. *cons. 7. num. 10.* Menoch. *cons. 962. n. 12. & 13.* Hering. *de Molerdin. q. 9. numer. 73.* Peregr. *de lur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 8.* Ramon *d. cons. 37. num. 93.* itidem Molin. *lib. 1. cap. 28. num. 8.* Renat. Coppin. *de Doman. Franciæ lib. 1. tit. 1. num. 17.* D. Castillo *lib. 7. de Tertijs cap. 17. num. 20.* Antunez *ubi sup. d. cap. 43. num. 1.* Escalon. *Gazophilac. Regn. Peru lib. 1. cap. 3.* Petr. Barbof. *ubi sup. in d. L. Competit num. 44.* ubi quod jure ordinario tamquam bona privati posse præscribi: contra Henric. Boiz *in cap. Si diligenti de præscript. ad fin.* Guidon. *Pap. dec. 416. post princ.*

57 Declara, ea procedere in bonis à Rege noviter quæsitis, in quibus etiam liberam habet dispositionem antequam Regio patrimonio incorporata sint, docent Petr. Greg. *de Concess. feud. 1. p. q. 5. numer. 8.* Cæsar Marent. *cons. 43. num. 13. & 76. & cons. 44. num. 14. & seqq.* Gratian. *Disceptat. cap. 405. num. 1.* Cyriac. *controv. 23. num. 4.* Paul. Mælius *in Add. ad D. Castillo de Aliment. lib. 8. cap. 68. n. 3.* Duard. *in Bull. Cæn. lib. 2. cas. 15. cap. 19. num. 93.* D. Petr. Frass. *de Reg. Patron. tom. 1. cap. 18. num. 53.* ubi ait procedere quando ei tantum fuit Regnum, vel quid aliud acquisitum libere, non vero si sit quæsitum intuitu Regiæ Maiestatis sibi, & successoribus, quò casu non est necessaria incorporatio, quia eo ipso quod sint bona quæ sita, remanet unita Coronæ, & in patrimonium ejus redacta, & ipsi patrimonio commixta, sic enim incorporatio ipso jure efficitur, ac si expresse, & solemniter esset facta; de qua solemnī incorporatione sunt textus in *L. Si quando C. de bon. vacantib. & incorporatione, & L. 10. L. 1. C. Theod. de Incorporat. L. 11. C. de bon. vac.* D. Larrea *Alleg. fisc. al. 10. num. 23.*

58 & 24. ex ea in *L. unic. C. de palatijs fol. 38.* Antunez de *Donat. Reg. tom. 2. cap. 44. num. 93. & seqq.* Sed cui incumbat probare bona de Regio patrimonio non esse, nec maiestatis intuitu esse quaesita, disputat eleganter *D. Paz de Tenut. cap. 57. num. 356. cum seqq. usque ad finem*, ubi resolvit donatarium, & ejus successores astringi probare donationem, de qua contentio sit de bonis liberis, & privatis ipsius Regis donantis, fuisse, quia praesumptio est juris omnia Regni oppida esse de Regia Corona, & jure Sceptri ad Regem pertinere, ut expresse cavetur *L. 1. 2 & seqq. tit. 1. p. 2. L. 2. tit. 4. p. 3. L. 1. tit. 1. lib. 4. L. 2. tit. 9. lib. 3. Recop.* Antunez de *Donat. Reg. 3. p. cap. 43. n. 80.* ubi quod Rex in terris Regni habet fundatam intentionem contra quemlibet privatam, Aleiat. de *Præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20. num. 2. vers. Est verum*, & regulariter quidquid est intra fines territorij praesumitur esse illius, cujus est territorium, ex *Castrenf. Sozin. Senior, & Junior, Craveta, & Surd. Valasco q. 8. de Jur. emph. num. 39. Gama dec. 230. Menoch. lib. 3. præsumpt. 100. num. 9. Mascard. de Prob. conclus. 393. numer. 15. D. Larrea alleg. 69. à num. 1. Cancer. lib. 1. Var. cap. 11. à num. 31. Marefcot. lib. 1. Var. cap. 85. & alij ibidem relati.*

60 Vbi praedicta intelligit quando Rex cum privato ligat, fecus si de terris alicujus Civitatis, & quæ sint intra terminum ejus dubitetur, an ad Regem, vel Civitatem pertineant, tunc enim ex proxime dictis fisco incumbit probare non esse de concessis pro utilitate civium illius Civitatis, quia cum sint intra territorium, habet Civitas fundatam intentionem etiam contra fiscum: facit textus in *L. 1. §. Cum urbem ff. de offic. pref. urb. D. Greg. in L. 1. tit. 20. & L. 9. tit. 28. p. 3. Avendaño de Exeq. mand. cap. 4. Caldas Per. de Empt. & vend. cap. 21. n. 6. D. Covar. lib. 1. Var. cap. 17. numer. 7.*

Montan. de *Reg. verb. Argentariae n. 10. Valasco ubi sup. n. 38.*

## Num. 9. &amp; 10.

Antunez de *Don. Reg. 3. p. cap. 43. num. 78. & 79.* ubi an vere Princeps dominus sit terrarum Regni, & pro affirmativa refert textum in *L. 1. tit. 11. p. 2. ibi: Mas aun la tierra misma, de que es Señor. L. 3. ibid L. 5. tit. 3. p. 3. ibi: Por razon del Señorío*, quod summa cum ratione videri admittendum; cum ab infidelibus Regnum sumptibus Regum, laboribus, & sanguine fuerit liberatum, ut notavit *Avendaño de Exeq. mand. cap. 4. & pro hac sententia refert Gabriel Pereyra de Manu Regia 2. p. cap. 67. num. 12. Caldas de Empt. & vend. cap. 21. n. 4. & conferunt supra in proxima quaestione relati, ubi diximus Regem fundatam intentionem habere in dominio, & jurisdictione in suo territorio. L. 1. tit. 18. p. 2. L. 2. gloss. 6. tit. 1. ibidem L. 2. tit. 25. p. 4. L. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Recop. Garcia de Nobil. gloss. 3. §. 2. num. 15. & de Expensis cap. 12. num. 57. Hermosill. in L. 15. gloss. 3. tit. 5. p. 5. D. Solozan. in *Polit. lib. 5. cap. 3. fol. 766. vers. Lo septimo, & lib. 6. cap. 2. Parej. de Instrum. edit. tit. 2. resol. 1. Escalon Gazophilac. Reg. lib. 1. cap. 25.**

63 Contrarium tamen docet ipse Antunez ubi sup. num. 79. cum *D. Greg. in d. L. 1. tit. 18. p. 2. verb. de recluso & p. 2. de Don. Reg. cap. 2. à num. 27. idem tenuit, quia particulare dominium non est Regis, sed subditorum, quorum opera à mauris Regnum Reges vindicarunt, unde solum distribuendi jus inter subditos Regibus datum ex illo universali dominio, & potestate, de quo Senec. de Benef. lib. 6. cap. 4. ibi: *Jure Civili omnia Regis sunt, & tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & unaquæque res habet possessorem suum. Itaque dare Regi, & domum, & mancipium, & pecuniam**

possit.

possumus, nec donare illi de suo dicimus; ad Reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietates; & cap. 6. ibidem, ait: *Nam cum Regio more cuncta possideat, singularum autem rerum in unumquemque proprietates sit parsa, & accipere munus, & debere, & emere, & conducere potest.*

64 Hoc autem universale dominium sub se complectitur particulare, & efficax dominium eorum quæ in alterius dominio non sunt: sic vacantia bona thesauri, & alia fisco quaeruntur, & terræ herbidae, Baldios, quæ à nemine occupatae sunt, illius esse creduntur, ut sup. ex Antunez diximus, & probat Escalon. *Gazophil. lib. 1. d. cap. 25. & late probat Feloaga Enchirid. jur. controv. cap. 25. ubi docet, terras incultas libere à Principe posse alienari, licet sint intra terminos Civitatis, vel Villæ; quia assignatio terminorum solum probat usum, proprietates autem apud Regem manet, quod evincit ex text. in L. 6. tit. 7. lib. 7. Recop. L. 11. eod. expressus L. 234. styl. & resp. L. 3. dict. tit. 7. lib. 7. Recop. & docent Avendaño de Censib. cap. 68. num. 2. & 11. Cassanat. conf. 43. n. 7. Oter. de Pascuis cap. 11. num. 1. & 2. D. Larrea alleg. 109. num. 6. & 7. & alleg. seq. 110. num. 18. tom. 2. adde Antunez de *Don. Reg. cap. 43. num. 83. ubi Principi tantum dominium generale concedit, cujus ratione proprietatem sibi terrarum Regni posse reservare ait, non tamen posse terras Civitatis, vel Villæ terminorum auferre, & in alium transferre docet nu. 84. quem sequitur Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 9. à num. 136. usque ad finem.**

67 Hæc quæ diximus de dominio Principis universali in Regno verissima sunt; ita tamen dominium habet Rex, ut vere dominus dici non possit, quia id obtinet tamquam Rex, non tamquam privatus, hoc est, quod Regiam induit Maiestatem, docet cum Censu Auct. Pareja de *Instr. edit.*

ubi sup. num. 47. & probat ex *L. 2. §. Hoc interdict. ff. ne quid in loco public. illis verbis: Res enim fiscales quasi proprie, & private Principis sunt. L. 1. tit. 17. ibi: *Totras, y ha, que pertenecen al Reyno, assi como Villas, Castillos, o los otros honores: & L. 1. tit. 18. ibi: Que maguer son sujos por señorio, pertenecen al Reyno por derecho p. 2. júctis quæ Auctor tradit hic sequenti n. 10. & comprobant D. Molin. lib. 4. c. 11. num. 47. D. Salgad. de Reg. Protec. 1. p. cap. 2. à numer. 41. Gjurba de Success. feud. §. 1. gloss. 4. num. 26. Frasso de Reg. Patron. cap. 18. numer. 54. tom. 1. Marinis ad Reverter. decis. 179. in obs. num. 3.**

## Num. 11.

Ad idem adducit *D. Larrea Alleg. fise. 12. num. 16. Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 9. num. 52. & seqq. D. Petr. Frasso de Regio Patron. dict. cap. 18. num. 38.*

## Num. 12.

Præter relatos ubi proxime Antunez de *Don. Regijs 2. p. cap. 4. nu. 5. & seq. per tot.*

## Num. 13. &amp; seqq.

Vide sup. num. 11. & 12. relatos.

## Num. 16.

69 Fortius à paritate Mieres de *Maior. 4. p. q. 1. num. 243.* ubi ait: Regnum est caput maioratuum Hispaniæ, ex Tiraquel. & alijs, & sicut vulnus capitis est magis periculosum, quam aliorum membrorum, & quantumcumque minimum sperni non debet, sic alienatio bonorum Regni est magis periculosa, quam aliorum statuum particularium. In idem, licet non ita de maioratibus ad Regnum, sicut de Regno ad maioratium, arg. ut

Ramon. *conf.* 38. n. 104. Pareja de *Instrum. edit. d. tit. 5. resol. 9. n. 57.*

## Num. 17. &amp; seqq.

Dixi *sup.* n. 9. & 10.

## Num. 20.

70 Adde D. Larrea *alleg.* 110. num. 4. Nogueroi. *allegation.* 29. à num. 190. usque ad 196. ubi meminit de L. 11. tit. 7. lib. 5. *Recop.* ubi revocantur donationes Henrici Secundi de bonis Coronæ non exceptis primis.

Confert mire factum Agrippinæ, quæ Neronis profusas largitates temperare conata, summas uno in loco coacervavit, ut ipsum intentem summam tantæ pecuniæ pæniteret, ait Xiphil. *ex Dion. in Neron. fol. mibi* 178.

71 De inofficiosis donationibus aliter docent *ex L. 4. in fin. tit. 14. p. 1.* Fontanel. & alij cum Herm. *fill. in L. 8. gloss. 13. num. 32. & seqq. tit. 4. p. 5.* ubi ex ultima donatione renovatio incipit. Vide *in num. 55.* hic D. Valent. *Illustr. tom. 3. ad L. 1. de leg. 1. cap. 1. n. 18.*

## Num. 21. &amp; seqq.

72 Mancin. *de Juram.* 2 p. art. 14. vide Cyriac. *controv.* 403. per totam, & ante juramenti solemniam jurisdictionem Regiam exercere queat Princeps? Negativa sententia probatur *in d. L. 2. Prolegi del fuero juzgo,* ibi: *Y todo ome ante que deba ser Rey, y ante que reciva el Reyno, & in Concil. Toletan. 8. cap. 10. Et non prius apicem Regni quisque percipiat, quam se illa per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione definiat;* & ibi Garcia de Loayssa *fol. 436.* Ita in Aragoniæ, & Cathalonæ Principatu docent Joann. Bardax. *in for. Arag. tit. Coram quibus D. Rex, & ejus locum ten. jurare ten. num. 2.* Mieres *in Const. Cathal. in Cur. Reg. Petri 2. cap. 62.* Olivari. *de Jur.*

*fisc. cap. 4. num. 33. & seq.*

Et in Regno Franciæ Regē etiam non posse ante juramentum exercere jurisdictionem, licet Maiestate utatur. Vide *Synodum Basiliens. in pragmat. sanct. super eum,* & Papon. *Arrest. Copilat. lib. 4. tit. 4. de le forme entre la mort du Roy, & jurament de son succes. for,* & de alijs Bodin. *primo lib. de Rep. cap. 8. & probatur ex Can. Tibi domine 63. dist. Clementin. Romani Pontifici de Jur. jurand. ibi gloss. verb. Vestigijs speculat. tit. de Jur. jurand. Luc. de Pen. in Rub. Cod. de aur. Coron. lib. 10. & vide D. Crespi de Valdaura *Obj.**

74 Nec enim inconvenit, ut dominiū, & proprietatem Rex habeat, non vero exercitium jurisdictionis, antequā juret. *Surd. conf.* 47. num. 39. Ludov. Cassanat. *conf.* 43. num. 60. Sesse *decis.* 79. num. 50. conferunt etiam Ricc. *collect.* 1002. p. 4. Bobadilla *lib. 3. Politic. cap. 7. num. 19.* Narbon. *in L. 31. gloss. 3. in fin. tit. 7. lib. 1. Recop.* qui in magistratibus inferioribus eam sententiam docent.

75 Et in successore maioratus, quod juramentum præstare teneatur de gravamine apposito à fundatore implendo tenet D. Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 12. nu. 47. & 25.* ubi antequam possessionem maioratus apprehendat, cautionem præstare teneri de modis, conditionibus, & gravaminibus implendis.

## Num. 25. &amp; seqq. ad 33.

76 Gomez 2. *Var. cap. 15. num. 10.* item Gomez *in L. 50. Taur. numer. 48.* Sanchez *in Summ. lib. 3. cap. 12. à num. 31.* Barbof. *voto* 87. & de materia, vide Cardin. Tusch. *Pract. conclus. lib. 1. conclus. 510.* Juramentum secundum contrarium primo juramento licito non valet; & *conclus. 518.* Juramentum non impedit actum contrarium, & quando secus; & *conclus. 514. & 509. cum concl. 513.* eleganter Vicent. Mancinus *de Juram. 4. p. effect. 1. q. 5. per tot.* Ricc. *dec. Neapol. 133. p. 3.*

Num.

## Num. 37.

Barbof. *in Collect. cap. 34. num. 13. de elect.*

## Num. 38.

77 An, & quando naturam actus, cui accedit, superare possit. Gutierrez *de Juram. 1. p. cap. 37.* Sanchez *in Summ. lib. 3. cap. 14.* Covar. *in cap. Quamvis pactum 1. p. §. 3. num. 28. & §. 4. & p. 2. §. 2. à num. 8. & lib. 3. Var. cap. 17. num. 5. & in rub. de testam. 2. p. à num. 25. & cap. 18. §. 3. num. 26. ibidem & de matrim. cap. 3. §. 5. à num. 2.* Gomez *in L. 22. Taur. numer. 10. vers. 2.* Guzman *de Elect. q. 4. à numer. 57.* Elcobar *de Purit. 1. p. q. 6. §. 5. à num. 31.* D. Vela *dissert. 10. n. 9.* Jul. Capon. *tom. 1. discept. 64.*

## Num. 39.

78 Quibus jus quærat. D. Covar. *in d. cap. Quamvis 1. p. §. 2. à num. 7. & p. 2. §. 3. n. 4.*

79 Et an requirat acceptationem ex parte ejus in cujus favorem fit. D. Molin. *lib. 4. cap. 2. num. 64. vers. Id ipsam, & num. seqq.*

## Num. 40.

80 Pat. Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 2. de juram. cap. 30.*

## Num. 41. &amp; seqq.

81 Gomez *in L. 22. Taur. num. 6. & in L. 69. num. 4. & lib. 2. Var. cap. 14. à n. 21. & 24.* Cevallos *Commun. q. 200. & q. 502.* Pat. Molin. *de Inst. & Jur. tract. 2. disp. 149. & seq.* D. Vela *dissert. 35. n. 134.*

## Num. 51. &amp; 54. &amp; seqq.

82 Ramon. *conf.* 37. & seq. Frasso *de Reg. Patron. cap. 2. num. 8. & seqq. tom. 1.* Antunez *de Don. Reg. lib. 1. p. 2. cap. 5. & 8.*

## Num. 53. 57. &amp; 58.

Communis praxis obtinuit, jurif-

ditionem à Principe concessam intelligi solum in prima instantia, ideoque indistincte omnes sententiæ à Judicibus appellationum dominorum inferiorum latè ex defectu jurisdictionis omnino revocantur, de qua praxi nemo dubitat, juri autem confirmationem esse probat R. fenthal. *de Feud. cap. 5. concl. 5. num. 5.* ibi: *An concessa in feudum jurisdictione vassallus de causis appellationum cognoscere possit, hoc est, ut liceat illi istuc loci habere aliquod tribunal inferius à quo ad ipsum appelletur, &c. breviter dicendum est appellationes nullas datas esse censeri, ex Regnicolis juxta pragmaticam de Guadalajara, quam refert Aviles *in cap. Prætor 38. gloss. ante nos.* Videndi Azeved. Covar. Gutier. D. Larrea *cum ijs alleg. 70. num. 16.* Fragos. *de Regim. 1. p. lib. 8. disp. 24. §. 14. à num. 240.* Fontanel. *dec. 387. nu. 11.* Balmased. qui eos refert *q. 43 de Collect. num. 46. & 47.* ubi de praxi testatur, & de similiter concessa jurisdictione quam Alphoninam vocant Aragoni ex pragmatica Alphonfi I. anno 1328. docet Matheu *de Regim. Valent. cap. 6. §. 2. num. 15. & fere per totum,* ubi de effectibus similis jurisdictionis, & de jurisdictione in dominium concessa latè agit *ead. cap. 6. §. 1. & à num. 53.* juxta for. Cathalonæ comprehendere causas Civiles, & Criminales, non solum in prima instantia, sed etiam in causa appellationis, solum reservato Principi recursum, & manifesta oppressione vassallorum, quia est regalia ex supremis Principis ab eo inseparabilibus, ut adhuc Aragonenses, qui dum loquuntur de potestate absoluta suorum Baronum, negant omne remedium, dum de jurisdictione verba faciunt, recursum non audeant negare Ramirez *de Leg. Reg. §. 33. num. 8. & 24.* & rationem reddit optimam Fontanel. *dec. 347. num. 1. & 10. cum seqq.* qui plures laudat: quibus addendi Capblanc. *tom. 1. in pragmat. 1. à num. 155.**

& *pragm. 3. à num. 1. Mastrill. lib. 4. de Mag. cap. 16. à num. 260. Giurba cōf. 69. num. 23. Leo dec. 49. numer. 191. Montan. de Regal. tit. de potest. const. Magistrat. num. 27. quando autem nec in prima instantia Baro jurisdictionem exercere nequeat, vide D. Matheu à num. 58. ubi sup. usque ad fin. qui omnes casus exceptos refert: adde Petr. Barbof. in L. Competit 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 93. ad Auctorem.*

## Num. 55.

83 Dixi cum Auct. num. 20. & noviter post hæc D. Ferdin. de Hinestrofa de *Impensis in res dotal. fact. sect. 1. n. 16. ex L. 10. §. 1. ff. de appellat.*

## Num. 60. &amp; seqq.

84 D. Larrea *alleg. 8. n. 40.*  
Et adde Portoles de *Confortib. ejusd. rei cap. 22. Costa de Fact. scientia, ubi differentia inter simplex fideicommissum, & maius, Cent. 1. dist. 5. 8 num. 11. de quo etiam D. Paz de Tenut. cap. 57. num. 108. D. Salgad. in Labyr. 2. p. cap. 22. num. 14. & 15. præterea Cæsar Afflicto *Controv. Jur. res. sol. cap. 2. ubi eleganter docet quando adest expressa alienationis prohibitio, esse alienationem nullam, & posse ab alienante revocari, etiam si juraverit, de quo latius alibi me dixisse memini. An autem sequens in gradu teneatur statim, non spectata morte alienantis, alienationem revocare, & si fuerit negligens, currat contra eum præscriptio? Affirmat D. Greg. Lopez, quem sequitur D. Molin. lib. 4. cap. 10. num. 7. & 8. sed contra eos vide Petr. Barbof. in L. Cum notissimi 7. §. illud C. de præscript. 30. vel 40. annor. à n. 32. usque ad 39.**

## PARS III. CAPITIS

## A Num. 86. ad 91.

Dixi sup. ad princ. vers. Idem quod

dicendum.

## Num. 92. &amp; seqq.

90 Adde Marta de *Jurisdic. 1. p. c. 28. à num. 35. cum seqq. & in specie adducit Pareja de Instrum. edit. tit. 5. resol. 9. n. 54. & seqq.*

## Num. 96.

91 Marta de *Jurisdictione 1. p. cap. 29. num. 20. ubi de hæreditarijs, aut electivis, & de Regnis per matrimonium quæsitis dixi ad Auct. 1. p. cap. 6. num. 143. vel ex concessione Pontificis, idem Marta 1. p. cap. 24. ubi de infidelium Regno alicui Principi Christiano concessio, & cap. 28. num. 15. & 16. & cap. 29. numer. 26. ubi de Regno successore vacante, denuoque in Papam devolutum posse concedere, & cap. 21. num. 15. ubi de Imperatore: item ab infidelibus Regna bello erepta juste quærentur L. 5. & 19. tit. 26. p. 2. & L. 20. tit. 28. p. 3. Innocentius 4. in cap. Abbate. de re judic. lib. 6. ibi: *Ab infidelibus loca conquesterit, & ibi: Sua propria facta essent, & ibi gloss. D. Thom. lib. 3. cap. 11. libell. de Regim. Princ. D. Covar. in Reg. peccatum 2. p. §. 11. num. 1. & 6. vers. Res autem, & de Hispaniæ Regibus loquentes Felin. in cap. Cum non liceat col. 5. de præscript. post multos Avendaño de Exej. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 7. & cap. 4. in princ. Menchac. *Illustr. contr. cap. 81. numer. fin. vers. Cum nostri, Garcia de Expens. cap. 9. num. 68. Burg. de Paz in proem. Leg. Taur. num. 32. & 144. Cattaldus de Imperat. q. 53. n. 6. Gama dec. 335. n. 1.***

93 Adde de Pontificis potestate ad superiora Antunez 3. p. de *Don. Reg. cap. 8. à num. 72. post hæc scripta visus.*

## Num. 97.

Dixi ad Auct. 2. p. cap. 5. num. 54. & 55. adde Marta ubi sup. cap. 33. n. 18. & 19. p. 1. de *Jurisd.*

Num.

## Num. 98. &amp; seqq.

94 Seraphin de Freitas *tract. de Just. Imperio Lusitano Asiatico c. 8. per tot. maxime nu. 41. in fin. Sic etiam posset, pro commodo Religionis Princeps creare maxime ubi antea nulli fuissent Principes Christiani, ut docet Caietan. 2. 2. q. 66. art. 8. Victoria de Indis 2. p. n. 10. P. Molin. de Just. tract. 2. disp. 105. vers. Illud tamen, de quo late qui de justa Indorum acquisitione tractant. Vide D. Greg. Lopez in L. 2. gl. 3. tit. 23. p. 2. D. Solorzan. tom. 1. de *Jur. Indiar. lib. 2. ex c. 1. & tom. 2. lib. 3. c. 2. n. 15. & lib. 1. Politic. c. 9. & 11. in addit. 2. & 3. & c. 10. Escalon. lib. 1. Gazophil. Regn. cap. 25. post Martam, & alios ab eo relatos ubi sup. d. cap. 24.**

## Num. 102.

95 Ex multis videndi Navarr. in cap. *Novit. de Ind. Notab. 3. num. 47. & 83. Covar. in Reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 7. Simanc. de Catholic. cap. 44. num. 25. Pat. Molin. tract. 8. disp. 29. vers. Tertia conclusio Suarez de Legib. lib. 4. c. 9. & contra Regem Angliæ lib. 3. cap. 21. cum seqq. Belarmin. de Summ. Pontif. lib. 5. cap. 4. & 6. Corduba lib. 1. quest. 57. D. Solorzan. tom. 1. de *Indiar. Jur. lib. 2. cap. 22.**

96 Exempla videbis in cap. *Alios 15. q. 16. cap. Grandi de supplend. neglig. Prælat. in 6. cap. Apostolicæ de re judic. lib. 6. extravag. Unam sanctam de maior. & obed. & apud Menchac. *Illustr. cap. 8. num. 20. & seqq. Belarmin. de Pontif. lib. 1. cap. 8. Controv. tom. 1. controuv. 3. Barron. Annal. anno 751. Marta de *Jurisd. 1. p. cap. 23. & 41. n. 22. & cap. 26. num. 22. qui loquitur de Regnis liberis, & Papæ subjectis promiscue. Adde Doctiff. Alvarez Pegas ad Ord. Lusitan. tom. 2. lib. 1. tit. 3. §. 1. gl. 3. c. 2. à n. 34. & seqq.***

## Num. 106. &amp; seqq.

Late Doctiff. Alvarez Pegas ad Ord. *Lusit. lib. 2. tit. 33. in Rubric. n. 434.*

tom. 9. ubi plures refert, & eleganter exornat.

## Num. 110. &amp; 111.

Pro Auctore videndus Ripol. de *Regalijs c. 43. à n. 50.*

111 Contra Antunez de *Don. Reg. 3. p. cap. 8. num. 62. ubi sic propositam conclusionem docet cum Mascard. Gabriel, & Cald. Pereir. Mantic. Giurba obs. 71. num. 2. Cyriac. *controv. 3. num. 8. intelligit tamen, ut initium possessionis ab hominibus viventibus ignoratum, licet aliò ex historijs de initio constet, dum supra centum annos sit immemorialis, non corruiere. Hæc tamen resolutio dubia, imo certa non est, quia ad hoc, ut immemorialis præscriptio dicatur, neque elapsis centum & centum annis, debet de initio constare, ut docet Ripol. ex alijs *sup. num. 55. & 57. & sufficit quoquo modo veluti per instrumentum publicum, ut initium ostendatur, ut immemoriabilis cesset, ut probat singul. text. in L. Si arbitrer ff. de probat. alijs referendis statim. Pluribus Doctiff. Pegas lib. 2. *Ordin. Portug. tit. 27. §. 3. n. 3. tom. 9.****

## Num. 112.

112 Ripol. ubi *sup. num. 59. ubi cum D. Covar. ait, quod ubi constat de titulo, & causa possessionis, non est agendum de immemoriali possessione, sed de vitibus tituli, quia si sit nullus, vel vitiosus, præscriptio corruiet. Cancer. *Var. 3. tom. cap. 3. num. 118. vers. Quarto quæro, D. Molin. lib. 2. cap. 6. num. 67. & seqq. D. Crespi Valdaur. *observ. 63. num. 25. Antunez 3. p. de *Don. Reg. cap. 45. numer. 20. Giurba de *Success. feud. §. 2. gloss. 11. num. 77. Pareja de *Instr. edit. tit. 2. resol. 2. num. 71. & tit. 7. resol. 9. à num. 56. D. Matheu de *Regim. Valent. cap. 6. §. 1. num. 42. & 43. & cap. 11. §. 5. à num. 169. latissime Petr. Barbof. in *Rub. C. de præscript. 30. vel 40. annor. à num. 168. & 349. cum seqq. Maldonado ad *Molinam lib. 2.*********

Tr ij


cap.



cap. 6. num. 60. ad 76. Addendus etiam Petr. Barbof. in *L. cum notissimi* 7. §. *Illud C. de præscript.* 30. annor. numer. 97. ubi in maioratus successione resoluit, quod quando constat de titulo, & fundatione, non potest allegari contra eum præscriptio, etiam mille annorum, quæ mutet, aut revocet vocationes factas in institutione. Mostazo de *Caus. Pys lib. 2. cap. 11. num. 8.* ubi docet idem in Anniversarijs. Sequitur Barbofam, & alios noviter Doctiff. Alvarez Pegas tom. 9. ad lib. 2. *Ord. Portug. in Rubrica tit. 33. n. 432. & tit. 27. §. 3. n. 3.*

Num. 124.

- 113 Ad Summum Pontificem spectat vassallos in Regis obedientiam reducere, ut exemplis probabis ex Marian. lib. 4. cap. 7. Bobadilla lib. 2. cap. 17. n. 5. D. Thom. de Castro in *Alleg. pro Rege nostro* à n. 110.



## ADDITIO

### AD CAP. II. EL SEGUNDO

#### EJUSDEM PARTIS VII.

#### SUMMARIUM.

- 1 Beneficia etiam simplicia jure communi sunt inter se incompatibilia. Beneficia simplicia non requirunt residentiam. Ibid.
- 2 Cappellaniæ regulariter non requirunt residentiam.
- 3 Cappellaniæ inter se non sunt incompatibiles, nisi ex voluntate testatoris residentiam requirant.
- 4 Cappellaniæ cum onere annexo residentiam requirunt.
- 5 Cappellaniæ, & Cappellanus missas celebret, quando residentiam requirant.
- 6 Cappellaniæ residentiam requirentes inter se sunt incompatibiles, licet ad

*Congruam non sufficiant.*

- 7 De residentia beneficiorum referuntur DD. agentes.
- 8 Maioratus residentiam requirentes inter se sunt incompatibiles.
- 9 Civitatis appellatione comprehenditur vicus ejusdem Civitatis, Villa, Cassalia, &c. 10. 11. & 14.
- 12 Cappellania instituta pro originarijs Civitatis, an possit dari illis qui ex vico Civitatis orti sunt.
- 13 Legatum civibus Civitatis relictum debetur Civibus Villæ Civitatis.
- 15 An possit dari illis qui in ea sunt expositi.
- 16 An habitantibus per decennium.
- 17 Castrum, vel Villa quoad jurisdictionem exempta, vel divisa in ceteris omnibus, remanet sub Civitate.
- 18 Castrum unitum Civitati habetur pro parte Civitatis ut hic explicatur. Officia quæ naturales Civitatis habere prohibentur, dari non possunt naturalibus Villæ unitæ. Ibid.
- 19 Foro Originis conveniri nequit Reus si ibi non inveniatur; secus in foro domicilij, & 20.
- 21 Foro contractus conveniri Reus non potest nisi ibi inveniat. & 25.
- 22 Limita si concurrat forum solutionis destinatae, vel summi sive, 23. & 24.
- 26 Domicilij translatione mutatur forum ejus, remanente foro contractus, 27. 28. & 33.
- 29 L. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. explicatur contra D. Larream.
- 30 Summionis forum irrevocabile est ex natura contractus.
- 31 L. 2. C. de jurisdic. omn. judic. explicatur, & 32.
- 34 Executio sententiæ faciendâ est ubi domicilium Reus habet, non ubi habebat tempore litis.
- 35 Iudex Ordinarius tamquam Iudex delegatus in causis spolijs Episcoporum, an possit exequi sententiam executivam Consilij Regij.
- 36 Appellatio ab executione executorialium, quæ in Regio Consilio emanant, admitti non potest ad Chancellariam.

A Num.

A Num. 1:

- 1 Iure communi omnia beneficia, quamvis simplicia, cum residentiam requirant, omnino sunt incompatibilia, *Cap. fin. de præscript. lib. 6.* de generali tamen consuetudine receptum est, ut simplicia beneficia residentiam non requirant. Unde Cappellaniæ, quæ simplices sunt, in eadem consuetudine comprehenduntur. Lara de *Cappel. lib. 2. cap. 8. à numer. 2.* Leon de *Offic. Cappel. q. 4. prax. 1. num. 10.* Garcia de *Benef. 3. p. cap. 2. à num. 1.* Layman in *Summ. lib. 4. tit. 2. cap. 6. num. 3.* idque in dubio observandum, ut nisi fundator expresse residentiam requirat, Cappellanus ad eam non teneatur. Rota apud Farin. 2. tom. dec. 101. Hurtad. de *Residentia tom. 1. lib. 6. resol. 4.* Mostazo de *Caus. pjs lib. 3. c. 11. n. 1.*
- 3 Ex quibus dices Cappellaniæ (sicut beneficia) esse incompatibiles: 1. si testator expresse residentiam requirat, Mostazo ubi sup. cap. 12. nu. 4. ibi: *Quod idem est dicendum si ambæ Cappellaniæ requirant residentiam, licet non habeant animarum curam, cum quis nequeat eodem tempore duabus partibus residere, unde nec servitium impendere cum diminutione divini cultus, intrantque omnes rationes incompatibilitatis: D. Thom. Quolibet. 9. art. 5. Passerin. dict. cap. 1. de Consuetudine in 6. art. 1. num. 339. Vasquez in *Opusc. de Benef. cap. 4. §. 2. art. 2.* Layman lib. 5. *Summ. tract. 2. c. 8. n. 1.**
- 4 Secundo, idem dices in Cappellanijs ex quarum fundatione inducitur residentia præcise, veluti si dicatur quod Cappellanus Sacramenta ministrat in Ecclesia, vel Parochiæ inserviat, vel per se celebret, &c. cum Rota, Leon. de *Offic. Cappel. q. 4. prax. 1. num. 103.* Lara de *Cappel. dict. lib. 2. cap. 8. num. 43.* Fragnan. in *cap. ut Abbates num. 88. de ætat. & qualit.* Mostazo dict. cap. 11. num. 41. addendi

Gonzalez in *Reg. 8. Chancell. gloss. 5. n. 100.* Barbof. de *Jur. Eccles. lib. 3. c. 5. n. 19. in fin.*

An autem si dicat testator: Cappellanus missas celebret; inducatur residentia? Negant Lappus *alleg. 3. Mandos in addit. ad eum alleg. 35. & 116.* Lara dict. cap. 8. num. 42. Leon dict. q. 4. *prax. 1. num. 103.* Ricc. in *prax. for. Eccles. 1 edit. dec. 399.* Fragnan in *d. c. Abbates numer. 75. de ætat. & qualit.* quod intelligit Mostazo dict. cap. 11. num. 23. quando verba indefinite prolata sunt; secus si Cappellani personam respiciant, & in eum dirigantur, ut & nos alibi latius explicabimus.

Amplia prædicta, & si Cappellaniæ ad congruam sustentationem non sufficiant, adhuc enim, si residentiam requirant, sunt incompatibiles, uti ex *cap. 3. cap. Conquerente 6. de Cleric. non resp. d. L. 3. tit. 16. p. 1. Tridentin. sess. 24. de Reform. cap. 17. ibi: Dummodo utrumque personalem residentiam non requirant, docet Auct. laudato Mostazo dict. cap. 12. num. 4. lib. 3. de *Caus. pjs*, ubi etiã Hurtad. de *Resid. tom. 1. lib. 6. resol. 5.* D. Valenz. *cons. 135. n. 99.* Aug. Barbof. de *Pot. Episc. 3. p. alleg. 53. num. 73. & 70.* Castro Palao *tract. 13. disp. 5. punct. 1. num. 5.* & alij quos itidem refert Mostazo antea dict. cap. 11. num. 9. qui utrobique advertit consuetudine esse obtentum in similibus Cappellanijs modici valoris absque dispensatione Cappellani non residere non esse obstrictum, nec ab Ordinario posse compelli, cum sine ratione sit ob parvum stipendiũ tanto onere Cappellani gravari.*

De residentia in beneficijs addendi Petr. Greg. de *Rescript. lib. 1. cap. 24.* Bobadill. lib. 2. *Politic. cap. 9. à num. 1.* Ricc. *collect. 583. & 671. & collect. 2195. & 2387.* Barbof. de *Paroch. cap. 8.* D. Salg. de *Reg. protect. 3. p. cap. 7. à num. 66. & 75. & p. 2. cap. 15. à num. 1.* Gonzalez in *Reg. Chancell. gloss. 6. n. 249. & gloss. 15. à num. 26.* D. Sol rzan. tom. 2. de *Jur. ladicar. lib. 2. cap. 35.*

à 121772

à nu. 9. noviter Frasso de Reg. patron. tom. 1. cap. 9. & cap. 27. à num. 11. & alij supra relati.

Num. 8. & seqq.

8 Vide quæ dixi cum Auct. sup. 2. p. cap. 1. & D. Solorzan. tom. 2. de lur. Indiar. lib. 2. cap. 25.

Num. 14. & seq.

9 Latissime comprobatur Jul. Capon. tom. 1. discept. 107. à num. 1. ad 20. & discept. 115. repetit quod in statutis, privilegijs, beneficijs, jurisdictionibus, contractibus, item & ultimis voluntatibus appellatione Civitatis, Villas, & Castra comprehendit addendus Scoppa ad Gratian. dec. 96.

10 Et ad idem præterea sunt textus in L. Lucius §. Civibus ff. de leg. 2. L. 120. & L. 125. ff. de leg. 1. L. Si quis à filio 32. §. Si parti Civitatis, L. Si hæres 76. §. Vicis ff. eod. L. Cum pater 79. §. ultim. ff. de legat. 2. L. Prædij 89. §. balneas ff. de leg. 3. L. Vxorrem 79. §. Legaverat ff. eod. L. Edificia 139. L. Ut alphenus 87. L. 147. L. Collegiorum 173. §. Qui extra ff. de verb. sign.

11 Conferunt etiam Mieres de Maior. 1. p. q. 58. num. 217. & seqq. D. Valenzuel. conf. 79. & conf. 120. num. 5. D. Perez de Lara de Cappell. lib. 1. cap. 21. num. 84. Suelves Cent. 1. conf. 96. & cent. 2. conf. 15. Maranta novior 1. p. respons. 14. num. 97. Jacob. Cancer lib. 3. Var. cap. 20. num. 120. Camil. Borel. Summ. decis. tom. 3. tit. 22. n. 33. D. Castill. Controv. tom. 5. cap. 67. num. 39. Gomez Bayo in Prax. 3. p. lib. 3. q. 82. Carpio de Execut. lib. 2. cap. 19. num. 69. Galeota Controv. lib. 2. cap. 20. ubi legatum, vel Cappellania instituta pro originarijs alicujus Civitatis, deberi etiam illis, qui ex Vico Civitatis orti sunt: & præter relatos idem docent plures, quos sequitur Antunez de Donat. Reg. 3. p. cap. 43. n.

9. & 10. cum seqq. Merola tom. 3. disp. 6. cap. 6. dub. 50. num. 206. corollar. 50. fol. 150. ubi intelligitur, quando deficit, qui ex Civitate capere possit, & cum Ricc. collect. 2555. idem docet Balmaseda de Collect. q. 59. à num. 6. & 2. ubi Auctorem refert, & q. 9. n. 7. Ex quibus dices legatum pro captivis redimendis, vel ad maritandas Virgines, ex quo testator maiorem affectionem ad suum domicilium habuisse censetur, L. Siquis ad declinandum §. Ubi autem C. de Episc. & Cler. prius debere distribui inter eos, qui ex Civitate sint testatoris & his deficientibus, inter eos qui ex Vico sint, & postea inter alios posse distribui.

14 Videndus post hæc scripta visus Mostazo de Caus. pijs ubi sup. propositam conclusionem docet lib. 4. cap. 6. à num. 54. & præter Gratian. dict. dec. 96. & D. Castillo lib. 6. Controv. cap. 153. num. 14. dubitat an non solum suburbia, & Vici Civitatis comprehendantur, sed etiam territorium omne complectatur, quod negat à n. 56. & num. 51. ait legatum ejusmodi Civitatis civibus relicto posse dari expositis Civitatis, & affirmative resolvit, quia naturales præsumuntur illius Civitatis ubi expositæ sunt, D. Greg. in L. fin. tit. 20. p. 4. verb. Echan-dolos, Dian. tom. 2. p. 2. tract. 2. resol. 52. vers. 4. in Miscell. & tom. 6. tract. 8. resol. 47. Riccius 7. p. dict. collect. 2555. Trullench. lib. 7. Decalog. cap. 18. dub. 12. num. 15. & an non tantum oriundi, sed etiam per decennium habitantes admitti possint, vide eundem Mostazum ubi sup. num. 58. ubi affirmat ex L. 2. C. de Incol. lib. 10. L. 2. tit. 24. p. 4. Burg. de Paz in L. 3. Taur. n. 372. D. Greg. in L. 32. gloss. diez años tit. 2. p. 3. Rota 2. p. divers. decis. 150. n. 2. Sanchez de Matrim. lib. 3. dispo. 23. n. 2. ex quibus idem docet in Conf. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 12. Dian. 4. p. tract. 4. resol. 140. vers. Nota quinto: & vide eum lib. 2. conf. moral. cap. 1. dub. 9.

Num;

Num. 16.

17 Conducit Jul. Capon. Controv. tom. 2. discept. 107. & 115. num. 14. & 19. in utraque, ubi ait, Castrum, vel Villam, quoad jurisdictionem divisam, in cæteris omnibus remanere sub Civitate, & Cives Civitatis esse Cives illius. L. 1. C. de metrop. Berit. lib. 11. Franch. decy. 316. num. 4. Capiblanc. de Baron. pragmat. 8. 1. p. nu. 58. Ricc. collect. 1387. Sanfelice. 327. dec. adde Maldonad. Silva respons. lib. 1. resp. 7. à num. 1. ubi an Villa exempta privilegijs Civitatis gaudeat: Franchis dec. 22. D. Covar. Pract. cap. 37. n. 7. Bobadill. lib. 2. Pol. cap. 20. num. 3. & lib. 5. cap. 10. Suarez alleg. 7. n. 2. Matienzo in L. 4. tit. 10. gl. 1. n. 3.

18 E contrario autem si Villa divisa Civitati uniatur, & aggregetur, assumit naturam Civitatis cui unitur. Guid. Pap. dec. 265. & 489. & cum alijs Cancer Var. tom. 3. cap. 3. num. 83. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 173. & 176. D. Valenz. conf. 79. num. 34. Jul. Capon. utrobique sup. num. 14. & num. 20. ubi quod Cives qui officium gerere prohibentur in Civitate sua, eodem jure Cives castri uniti Civitati, sunt prohibiti ex Mastrill. lib. 1. cap. 5. num. 8. Demar. ad Gezarell. acc. 71. numer. 7. Caputo de Regim. Reip. cap. 1. §. 2. num. 109. & 111. Galeota controv. 8. 22. & 23. tom. 1. addendus post hæc scripta visus D. Episcopus Fermosin. in cap. fin. de for. compet. q. 6. num. 18.

Num. 17. & seqq. usq. ad fin.

19 Ad quæstionem observa discrimen esse inter forum originis, domicilij, & contractus.

20 In foro originis fortitur quis forum non semper, sed dum in eo loco reperitur, Panorm. in cap. Significavit de Paroch. num. 7. Barr. & Paul. illic in L. Assumptio §. 1. num. 1. ff. ad muni-

cipal. hic in L. 2. C. de jurisd. omni. jud. num. 5. Alex. conf. 157. num. 12. lib. 2. Afflictis decis. 384. num. 6. & alij apud Carleval de Judic. 1. p. q. 1. numer. 63. sed in foro domicilij quisque conveniri potest etiam si ibi non reperitur, L. Hæres absens §. fin. ff. de jud. L. Cives C. de Incolis lib. 11. L. Filios C. de munic. & orig. Balboa in cap. fin. de for. compet. Fermosin. in d. cap. q. 6. n. 8.

21 In foro autem contractus idem quod in superiori casu respondet, conveniri scilicet ibi reum posse si ibi inveniatur. L. Hæres absens §. 1. ff. de jud. cap. Ramana §. Contrahentes de for. compet. L. 32. tit. 2. p. 3. Gomez lib. 3. Var. cap. 1. numer. 87. Silva lib. 3. Resp. 16. cap. 4. num. 3. & 8. ubi limitat nisi ex suo facto quis fori privilegium post contractum acquirat: Petr. Barbof. in L. Hæres absens §. Proinde vers. de foro rei sitæ num. 16. fol. 232. & fol. 211. num. 18. & in d. L. §. 1. num. 132.

22 Ubi limitat nisi ibidem solvere promiserit, de quo D. Salg. statim citandus de Reg. protect. 2. p. cap. 27. numer. 16. & num. 18. limitat, si is qui contraxit expresse se submitit jurisdictioni Judicis cum renuntiatione proprii fori, & num. 24. cum seqq. & à num. 45. Idem in foro solutionis docet, quod in foro contractus, ut scilicet ibi possit Reus conveniri si ibi muniatur. D. Fermosin. in cap. fin. de foro comp. q. 3. n. 5.

25 Ubi docet ideo non posse judicem loci ubi contractus celebratus est compellere præcise contrahentem coram se litigare si ibi non inveniatur, posse tamen causative, mittendo scilicet Actorem in possessionem bonorum Rei, quæ ibi habeat in loco contractus, ex d. cap. Romana §. Contrahentes de for. competent. lib. 6. de cujus explanatione eum vide late per plures causas discurrentem.

26 Ex quibus ad Auctore dices, quod si contingat, ut contractus celebretur in loco domicilij, duplici ratione contrahens

trahens sortietur forum, ubi conveniatur, & domicilij, & contractus ratione, ratione contractus irrevocabiliter, ratione domicilij non item: domicilio igitur in alium locum translato, amplius ibi conveniri non poterit ea ratione, sed tamen cum forum daret contractus, ibidem ex eo respondere erit astrictus, si scilicet ibi inveniat, docet Angelus in d. L. Hæres absens §. 1. de judic. num. 13. Petr. Barbof. ibidem §. Proinde à num. 8. & in §. fin. numer. 70. & probatur ex L. Cum quædam ff. de jurisd. omn. jud. L. Libertus §. Patris ff. ad municip. cap. penult. de foro competent. & videndi D. Carleval de Judic. 1. p. q. 4. num. 281. Fermosin. in d. cap. fin. de for. compet. q. 3. num. 3. & 4. & q. 8. ubi an si quis mutaverit domicilium, conveniri debeat in domicilio postea acquisito, aut in domicilio, quod antea habuit? & cum libere quis possit domicilium mutare, & eo mutato antiquius extinguatur, d. L. Cum quædam, L. Non ubique 4. L. Domicilium 10. L. Filij libertorum 22. §. Municipales ff. ad municipalem, L. Nihil 31. ff. eod. D. Larrea decis. Gran. 94. hic cit. num. 2. sequitur mutato domicilio amplius ibi conveniendi Reum facultatem non superesse.

Quæ cum in libera, & spontanea domicilij mutatione citra fraudem tamen verissima sint, quidquid Donel, & alij reclamant, quos intelligit Hermosill. in L. 56. gloss. 11. & 12. n. 137. & seqq. multo magis in casu Auctoris idem cum eo resolves, ubi per exemptionem Villæ ex facto Principis mutationem domicilij contingere evenit, quod nota ad fundamentum D. Larreæ d. decis. 94. n. 7.

Nec obstat L. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. quam adducit num. 3. pro contraria sententia in illis verbis: *Excepto si el tal Reo que assi se sometio, o por razon del contracto que alli hizo, o por razon de la paga que en tal lugar avia de hazer, o por otra causa huviese sur-*

*tido el fuero del tal luez, a quien se sometio, porque en tal caso pueda proceder en la execucion, aunque no se halle la persona, y bienes dentro de su jurisdiccion, haciendolo por requisitoria.* Quæ verba cum necessario supponat forum contractus per se non sufficere nisi ibi Reus inveniat, potius nostram, quàm illius probant decisionem; nec ex duplicitate vinculi ibi decitum est contrariū, sed ex eo quia summissio, quæ alias, ut vaga non subsistit, radicitur, si cum foro contractus, vel alio concurrat, licet postea mutetur, quia ex vi summissionis adhuc ibi manet Reus obstrictus, ut docet ex Bart. & alijs Gomez Bayo in Prax. Alphab. lit. D. num. 60. ubi quod forum domicilij, vel contractus mutari potest ad libitum, summissionis autem non item.

Nec item obstat textus in L. 2. C. de jurisd. omnium judic. illis verbis: *Nam ubi domicilium Reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum conveniri oportet:* quæ si cum Donel. intelligatur lib. 17. comm. cap. 12. evincit enixe posse Reum ibi conveniri ubi domicilium habuit, non ratione domicilij habitū, sed ratione contractus ibi celebrati, quod verissimum est, sub ea tamen juris conditione intelligendum, si ibidem inveniat, tunc enim licet domicilium postea transtulerit, adhuc tamen ratione contractus poterit ibi conveniri: ergo hæc conditio ex alijs juris locis peccada, & ibi supponenda est, verba enim supra relata, non sunt decisiva, sed relativa ab Imperatore pro suæ decisionis ratione adducta, nihil ergo de novo disponunt, sed dispositum simpliciter referunt.

Quibus convenit Fermosin. in cap. Proposuisti 19. q. 12. num. 11. 12. & 13. ubi pro legis explicatione distinguit, an extra domicilium quis contraxerit, vel in ipso domicilio, quod postea mutaverit, primo casu domicilij

cilij mutationem efficere, ut nullo modo Judex antiquioris domicilij cognoscere possit, nisi causam prævenit, hoc est, ante translationem cognoscere inceperit, d. L. Cum quædam ff. de jurisd. omn. judic. gloss. in cap. Romana §. Contrahentes in posit. caus. circ. med. de for. compet. lib. 6. Panorm. in d. cap. 1. roposuisti 19. num. 8. de for. comp. Felin. ibidem num. 2. Barbof. in d. L. Hæres absens §. Proinde à num. 8. ff. de judic. D. Greg. in L. 32. tit. 2. p. 3. gloss. 10. vers. 3. limita.

In secundo casu, si in ipso domicilio contractum sit, translato domicilio adhuc ibi Reus potest conveniri, non ratione domicilij, sed contractus, ut Fermosin. ibi: *Secundus casus est, quando quis contraxit in ipso loco domicilij, & post mutavit domicilium, in quo dixi sup. d. cap. dilecti, ita contrahentem duplici ratione sortiri forum, tum ratione domicilij, sed revocabiliter, quia domicilium potest mutari, L. Non utique 4. L. Domicilium 20. L. Filij libertorum 22. §. Municipales ff. ad municip. L. Nil. 31. ff. eod. & eo mutato expirat subjectio judicis deserti, & extinguuntur omnes effectus prioris domicilij, ut not. Panorm. in cap. Significantem de Paroch. tum etiam ratione contractus, sed irrevocabiliter, quia cum contractus nequeat non esse gestus, quippe cum facta infecta fieri non possint, L. In bello 12. §. Facti ff. de captiv. & post lim. ratione contractus poterit contrahens conveniri apud judicem antiqui domicilij, cum his tamen conditionibus, quæ in foro contractus requiruntur, videlicet, si ibi inveniat, ut latè dixi in d. cap. 17. & rectè Angelus annotavit in d. L. Hæres absens §. 1. num. 13. ff. de judic. & ita DD. dicunt in hoc ultimo casu interpretandam esse d. L. 2. C. de jurisd. dict. omn. jud. ex alijs sequitur Carleval. de Ind. 1. p. disp. 2. q. 5. num. 287. ubi animadvertit verbum tantum in ea Lege adjectum esse ad excludendum forum actoris juxta questionem ibi propositam, & decisam, non ad excludendos*

foros Rei, aut aliquem ex ipsis, quod ibidem notavit gloss. schol. ult.

Ex quibus idem cum Auctore resolves in casibus à Pareja de Instrum. edit. tit. 6. resol. 9. à num. 15. & Fermosin. in d. cap. Proposuisti 19. de for. compet. q. 13. resolutis, ut scilicet, quoties executio sententiæ faciendæ est, non debeat attendi forum domicilij, quod Reus habuit, sed tantum id, quod nunc habet; licet enim in ordinario judicio Iudex competens fuisset ille prioris domicilij, si tamen postea mutatum sit, lata sententia ab eodem Iudice exequi non potest, sed ab eo in cujus jurisdictione Reus habitat: de quo latè videndus Pareja optimè resolutione fundas, ex eo quod instantia executionis alia est, & distincta à priori ordinario judicio, ideoque præventio in priori judicio non prodest ad hoc ut Iudex possit exequi sententiam suam, præventio enim eatenus durat quatenus instantia. Vide Carleval de Judic. tom. 1. tit. 2. disp. 2. num. 940. & seqq. & num. 924. ubi distinguit inter executionem judicati, & instrumenti executivi, cujus distinctionem reprobat Pareja sup. num. 25. & sic intelliges DD. relatos à Fermosin. ubi sup. n. 2.

Quia ratione dubitavi de quodam Senatus Granatensis decreto, ubi decitum est, judicem ordinarium, qui tamquam Iudex à Regio Consilio delegatus, in casu spolij Archiepiscopi Illustrissimi D. Francisci de Royz de lite contra Cessionarios Camaræ Apostolicæ pronuntiavit, posse adhuc executoriam Consilij Regij in forma ordinaria expeditam, & loquentem cum Iudicibus ordinarijs, eadem jurisdictione delegata cum inhibitione exequi contra Cessionarios, contra ea quæ in puncto resolvit eleganter Noguerol. alleg. 15. num. 2. & 7. cui convenit Gratianus Discept. cap. 40. à numer. 42. & quæ supra à nobis dicta sunt, licet verissimum sit appellationem ad Chancariam admitti non posse

posse in executoria, quæ ex Regio Consilio dimanavit, ut probat L. 20. tit. 4. lib. 2. Recop. ibi: *Otrofi mandamos, que todas las apelaciones de qualquier Iuezes ordinarios, o delegados vayan a la nuestra Chancilleria, salvo las apelaciones de las Residencias, y de las Cartas executorias, que del nuestro Consejo emanaren sobre cosas vistas en el nuestro Consejo; & ita decisum est, licet maxime fuerit controverium.*

## ADDITIO

### AD PART. VII. CAP. III.

#### SUMMARIUM.

- 1 Beneficia quorum quodlibet sufficiens sit ad Congruam sunt incompatibilia.
- 2 Ratio.
- 3 Beneficia ad Congruam sufficientia, si sint simplicia, an ex consuetudine retineri possint.
- 4 Congrua sufficiens quomodo cognoscatur, & 5.
- 6 Congrua sufficiens dicitur respectu fructuum beneficij, non vero attenduntur alia bona.

#### Num. 1.

**I**dem in Commendis docet Solorzan. lib. 3. Politicæ cap. 6. fol. 286. vers. En decimo.

Adde D. Petr. Frass. de Reg. patron. lib. 1. cap. 27. Mostazo de Caus. pijs lib. 3. cap. 12. num. 15. Ricc. collect. 246. p. 2.

#### Num. 2.

**P**etr. Greg. de Benef. cap. 5. à num. 6. omnino videndus Jul. Capon. tom. 2. discept. 108. à num. 13. ubi docte, & plura exempla vide in Prato Spiritual. lib. 50. in floribus de apib. cap. 6. 7. & 8. Villadiego p. 5. tit. de Avari-

tia discurs. 6. §. El autor del libro de Apibus.

#### Num. 3.

Beneficium, licet simplex, sufficiens tamen ad Congruam, incompatible est cum quolibet alio beneficio, ex cap. d. Dum hic cit. & Gonzales Barbosa alleg. 62. de potest. Episc. 3. p. & cum Auctore, & alijs noviter Mostazo ubi sup. lib. 3. cap. 12. num. 21. & seqq. ubi disputat, an similis consuetudo possit sustineri, & pro affirmativa, quam sustinet Hispaniæ praxis, adducit relatos à Garcia hic cit. Soto de Iust. lib. 3. q. 6. art. 3. conclus. 4. D. Salgad. de Ret. 1. p. cap. 2. numer. 134. Hurtad. de Resid. tom. 1. lib. 6. resol. 10. à num. 1. & limitat, nisi nimia sit beneficiorum, aut Cappellaniarum simplicium coacervatio, quod iudicis arbitrio relinquit cum Garcia hic num. 277.

#### Num. 5. & seqq.

Cujac. in cap. 28. de Appell. D. Valenzuel. conf. 54. & conf. 127. D. Salgado de Reg. proteet. 3. p. cap. 2. Barbosa lib. 3. vot. 108. & de jur. Eccl. lib. 3. cap. 6. num. 40. & cum Pat. Molin. de Iust. & Iur. disp. 145. tom. 2. Andr. Ballenf. in Ius Canon. lib. 3. tit. 8. §. 4. num. 10. & 11. Iul. Capon. discept. 108. n. 21. tom. 2. & discept. 253. tom. 4.

#### Num. 16. & seqq.

Conducit Bossius de Effect. matrimon. tom. 2. de aliment. oblig. cap. 2. per tot.

Præterea adverte, quod in iudicanda sufficientia huiusmodi, non est habenda ratio bonorum patrimonialium, cum illa, fructusque eorum reservare sibi beneficiarius possit, & ex fructibus solius vivere beneficij secundum communem DD. sententiam, teste Piafec. 2. p. cap. 5. art. 3. num. 86. ubi Felin. Covarr. Navarr. & alij, idemque

que in computatione maioratus dicendum observa ad Auctorem.

#### Num. 18.

Vers. Sed est advertendum.  
Diximus cum Auct. part. 4. cap. 3.

## ADDITIO

### AD PART. VII. CAP. IU.

#### SUMMARIUM.

- 1 Gratia de beneficio vacante impetrata videtur renuntiare qui assequitur alterum beneficium incompatible.
  - 2 Beneficium incompatible amittitur ex assecutione secundi, & 21. 22. 38. 39. & 40.
  - 3 Maioratus tempore habili acquisitus, an amittatur ex incompatibilitate supervenienti.
  - 4 Protestatio actui voluntarie facta opposita nihil operatur.
  - 5 Protestatio qualificata declarat, vel removet consensum ab actu, qui dependet ex sola potestate, & voluntate facientis, 6. & 7.
  - 8 Protestatio in ipso actu vincitur ab eo, quando cum eo est incompatible, & 9.
  - 10 Protestatio in actibus duorum voluntate factis, vel lege jubente, nihil prodest, & 11.
  - 12 Limita in protestatione palam facta.
  - 13 Facta voluntaria juri non derogat.
  - 14 Renuntiationem extenditur ad non expressa.
  - 15 Renuntiationem ex incompatibilitate necessario inducitur ex actu contrario.
  - 16 Præscriptionis renuntiationem an inducatur ex impetratione privilegij super eodem jure ex præscriptione quaesito.
- Privilegium habens, & aliud impetrans, an primo renuntiasse videatur. Ibid.

17 Beneficium Ecclesiasticum renuntiasse videtur, qui matrimonium contrahit, & an, si sit clandestinum.

18 Beneficio renuntiare videtur, qui Religionem professus sit.

19 Episcopatus acceptatione renuntiatione inducitur priorum beneficiorum, nisi sint de jure patronatus, vel sint pensiones.

20 Rescripto priori renuntiare videtur qui aliud impetrat incompatible.

23 Maioratus secundi incompatibilis acquisitione an inducatur vacatio primi & 35.

24 Beneficij incompatible renuntiationem non inducitur ex gratia adeptæ sine beneficiarij scientia.

25 Renuntiationem beneficij non habet effectum ante acceptationem superioris.

26 Beneficium non vacat acceptatione secundi ante ejus adeptionem pacificam, & 33.

27 Beneficium non vacat ex adeptione alterius incompatible si dispensatio habeatur.

28 Maioratus incompatible acquisitionem non inducit renuntiationem alterius non delati.

Explicatur L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. Ib.

29 Electio non datur nisi concurrente utroque maioratu.

30 Maioratus incompatible, alia est respectiva, alia absoluta.

31 Maioratus incompatible acquisitionem non excludit alterius delationem in incompatibilitate hominis respectiva, vel quæ tantum retentionem prohibet, non vero acquisitionem, & 31.

32 Maioratus incompatible successor potest maioratum illum relinquere, ut alium incompatible pinguiorem adipiscatur.

34 Dispositio testatoris qualificatur ex conditione prohibitiva antecedenti.

35 Maioratus incompatible acquisitionem non inducitur vacatio prioris, & seqq.

36 Cap. de multa 28. de præbend. explic. & 41. & 45.

37 Beneficia alia sunt incompatible

- quoad titulum, alia quoad retentionem.
- 42 Beneficium incompatible quoad retentionem non vacat ipso jure acquisitione secundi, & 44.
- 43 Beneficia duo uni eodem tempore collata non vacant ipso jure, sed datur electio.
- 45 Extravag execrabilis ultra casus in ea expressos tamquam pœnalis non extenditur.
- 46 In beneficijs simplicibus non denegatur acquisitio, sed retentio.
- Maioratus quoad retentionem incompatibilis acquisitione non inducitur vacatio prioris. Ibid.
- 47 Maioratus absolute incompatibilis acquisitione an inducatur aliorum renuntiatio?
- 48 Electio inter duos maioratus incompatibiles à fundatore non concessa, non debet ex Lege 7. concedi.
- 49 Maioratus unius acquisitione, electione alterius manet successor exclusus, & quare.
- 50 Dolo non caret filius qui paterno maioratu omisso alium captat.
- 51 Incompatibilitas absoluta impedit acquisitionem alterius maioratus.
- 52 Absurdum est ex causa exclusionis producere acquisitionis effectum, & 55.
- 53 Electio concessa per L. 7. tit. 7. lib. 5 ad maioratus ex dispositione hominis incompatibilis non potest extendi, & ratio.
- 54 Renuntiatio maioratus ex acquisitione alterius cum incompatibilitate absoluta tunc operatur quando deseritur successio.
- 55 Ideoque implicat acquiri posse tunc maioratū quando renuntiatur eidem.
- 56 Maioratus acquisitio ex vi successiois, quam factio successoris evenit.
- 57 Absurdum est utroque maioratu carere eum qui simul ad eos sit vocatus.
- 58 Clem. Gratia an extendatur ad maioratus incompatibiles.
- 59 Quando non habeat locum.
- 60 Beneficij incompatibilis acquisitio

non impeditur si primam sponte dimittatur.

- 61 Maioratu incompatibili dimisso non impeditur alius acquisitio.
- 62 Maioratus incompatibilis acquisitione non potest aliorum induci renuntiatio propter delationis incertitudinem.
- 63 Maioratus cum conditione incompatibilitatis acquisitio obligat possessorem conditionem implere quatenus maioratum retinet, sed eo dimisso non tenetur, & 64.
- 65 Incompatibilitas in beneficijs diverse statuta est remiss. & 65.

### Num. 1. & seqq.

**A**D rem videndi Bonif. Vitalin. in Clem. hic cit. Cardin. Zabarel. conf. 3. Butrius in cap. Clericos num. 6. de præbend. Capra Regul. 90. num. 114. & 117. Bursatus conf. 4. 6. num. 4. & 5. vol. 4. Paris de Resignat. lib. 1. q. 1. n. 16. & 22. Staphil. de Lit. gratia tit. quibus mod. expirent literæ ad benef. §. 4. fol. 207. Cevallos q. comm. 828. n. 264. noviter post Vallent. in ejus Can. lib. 3. tit. 8. §. 4. num. 3. & 5. D. Petr. Frass. de Reg. Patron. Indiar. tom. 1. cap. 27. D. Valenz. Castillo, & Larrea hic citati, qui alios afferunt.

### Num. 2.

Vide sup. num. 47.  
Aug. Barbof. in Collect. Concil. Trid. cap. 17. n. 55 de reformat. sess. 24.

### Num. 3.

Confert Gama dec. 27. & quæ dixit Auct. p. 3. cap. fin. à num. 35.

### Num. 13. & seqq.

Vide Petr. Greg. de Constit. in cap. 4. 9. num. 10. Gomez lib. 2. Var. cap. 13. n. 12. & in L. 45. Taur. num. 44. Ricc. p. 7. collect. 2653. & 2932. Garcia de No-

- de Nobil. gl. 5. à num. 5. & gloss. 6. num. 41. vers. Ad decimum, & n. 65. & seq. D. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 2. 1. num. 24. vers. In secunda. Noguero. alleg. 2. num. 19. Barbof. in Collect. cap. 9. de Const. num. 4. D. Vela dissert. 34. num. 88. D. Olea in. 8. q. 1. num. 10. de C. ff. Jur. qui docent protestationem actui voluntariè facti oppositam nihil operari.
- 5 Quod ut breviter expedias ultra observa, quod, aut loquimur de actibus, qui sola egent protestantis voluntate, & tunc certum est, protestationem præcedentem removere consensum ab actu, & eum nullum reddere defectu consensus, & præservare jus protestantis, L. Alimenta C. de negot. gest. L. Et si quis 14. §. 7. ff. de religiof. ubi Goth. fred. lit. X. & idem est, si
- 6 in ipso actu sit protestatio interposita, quando explicat animum, & voluntatem ejus qui agit, L. 4. §. Si in venditione ff. quib. mod. pign. solv. cap. 7. Cumana de Elect. & ita intelligenda L. Qui in aliena §. fin. ff. de acq. hæred. docent Greg. in L. 5. gloss. 6. tit. 8. p. 5. & in L. 11. gloss. 7. tit. 6. p. 6. & in L. 13. tit. 11. p. 5. & L. 29. tit. 8. p. 5. gloss. 3. q. 6. Raudens. de Analog. cap. 27. num. 13. & 15. Botiller. de Succ. abintest. cap. 2. theorem. 9. num. 5. & 6. Marin. lib. 1. Resol. cap. 90. num. 11. & 24. Barbof. & alij à Pegas relati lib. 1. Resol. cap. 14. num. 10. & seqq. Cyriac. controu. 244. num. 43. Balmaseda de Collect. q. 35. à num. 8. Limita in hoc ultimo casu, quando protestatio in actu apposita, est incompatibilis cum ipso actu, quia tunc vincitur qualitate & potentia facti. Gloss. in cap. Cum M. Ferrariensis de Const. cap. Cum olim de censib. cap. Sollicitudinem 34. ff. de appell. gloss. in cap. Cumana 50. de Elect. Surd. dec. 70. num. 8. & dec. 246. n. 4. & conf. 371. num. 67. lib. 3. Fermosin. in cap. fin. q. 1. num. 37. de appell. tom. de except. Barbof. Voi. decis. 25. num. 16. & axiom. 194. num. 4. Auct. hic, & per varios casus idem docent Greg. Lop.

in L. 29. gloss. 3. q. 6. tit. 8. p. 5. Cyriac. controu. 254. num. 34. & 35. Mauro de Fidejuss. cap. 20. §. 35. num. 10. fol. 388. Costa de Fact. scient. inspect. 28. Giurba decis. 85. & alij in prin. relati.

Si autem protestatio interponatur in actu, quia duorum voluntate pendeat, vel de alterius præjudicio agatur, aut cum legis potestate fiat, tunc protestatio non prodest, nec vitiat actum, ut in priori specie docent ex text. in L. Cum in plures 60. §. Locator ff. locati, L. fin. §. Item si prædixerit ff. nau. caup. stab. L. 7. §. fin. & L. seq. ff. de jur. dot. cap. Sollicitudinem ad fin. de appell. L. Debitor. §. fin. ff. quib. mod. pign. post Bart. Bald. Jason. & alios Cyriac. controu. 244. num. 41. Petr. Barbof. in L. 12. §. fin. num. 13. ff. de leg. 1. in Posthum. D. Amaya in L. 1. C. de his qui sponte muner. sub lib. 10. num. 43. Mieres de Maior. 1. p. 9. 11. n. 63. & in speciali casu loquuntur Gomez 2. Var. cap. 12. num. 12. Mantie de Tacit. & Ambig. lib. 16. tit. 7. numer. 3. Hering. de Fidejuss. cap. 20. §. 35. num. 8. Pirro Maur. de Fidejuss. 2. p. tit. 4. sect. 3. cap. 12. videndus Doctiff. Alvarez Pegas dict. cap. 14.

In potteriori casu videndi post Barbof. ubi proxime Giurb. dec. 85. n. 1. & 2. Valeron de Transact. tit. 5. q. 3. n. 16.

Limita, nisi parte sciente, & consentiente protestatio fiat, quia tunc valet & præjudicat scienti. Vide L. 26. tit. 8. p. 5. & L. 7. tit. 14. p. 7. Cevallos q. 490. Pat. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 45. à num. 19. q. 2. Fermolin. de Appellat. q. 2. num. 5. & 6. & in cap. fin. illo tit. D. Olea dict. tit. 8. q. 1. n. 14.

### Num. 14.

#### Vers. Ideo etiam si.

Hoc ideo etiam, quia voluntaria facta juri non derogant, L. 1. voluntariae 12. C. de excus. tutor. L. Quisquis 6. in fin. C. de postul.

## Num. 16.

24 Gomez in *L. 22. Taur. num. 13. D. Castillo lib. Controv. cap. 42. num. 19. Cyriac. controv. 291. & seq. & controv. 474. & 479. Carleval de Judic. tit. 1. disp. 2. n. 1. 8. D. Salg. in *Labyr. 1. p. cap. 7. n. 28. D. Olea tit. 3. q. 10. n. 22.**

## Num. 17. &amp; seqq.

25 Plurib. Georg. Acacei de *Privileg. lib. 3. cap. 15. num. 7. & seqq. Galerat. de Renuntiation. lib. 5. cap. 6. per tot. tom. 1. ubi late.*

## Num. 22. &amp; 23. &amp; seqq.

26 Dixi de hoc alibi 1. p. cum D. Molin. *lib. 2. cap. 10. à num. 74. & an præscriptioni videatur renuntiasse. si privilegium impetret?* docet Anst. Augustin in *4. Compil. decretal. cap. 1. de Privileg. Ricc. p. 7. collect. 2962. Canc. Var. lib. 3. & an superere super qua privilegium habet aliud impetrans illud amittat. Gonzales in *Reg. 8. Chancell. gloss. 53. à n. 43.**

## Num. 24.

27 D. Covarr. de *Matrim. cap. 8. §. 3. à num. 5. Ricc. collect. 813 p. 4. & collect. 1864. & 1963. p. 5. Dian. tom. 8. tract. 1. resol. 22. num. 3. ubi an per clandestinum matrimonium, Marinis *lib. 1. Resol. cap. 60. Escobar de Puritat. 1. p. q. 4. §. 7. num. 70. Olea tit. 2. q. 5. num. 10. & nõ iter omnino videndus D. Petr. Frasso de *Reg. Patron. cap. 23. num. 12. & 13. & seqq. tom. 1. ubi late: Galerat. de Renunt. lib. 5. cap. 6. n. 16. tom. 1.***

## Num. 25.

28 Pat. Sanchez in *Summ. lib. 7. cap. 4. & 29. Garcia de Benefic. p. 1. cap. 5. numer. 114. Pellizar. tom. 1. tract. 4. cap. 2.*

*num. 203. Dubal. in Reg. D. August. 2. p. q. 7. difficult. 16. num. 149. Frasso ubi sup. num. 10.*

## Num. 26.

Frasso ubi sup. n. 17. pluribus exorans.

Videndi D. Valenz. *conf. 51. D. Solozan. tom. 2. de Indiar. Jur. lib. 3. cap. 13. num. 79. Sanchez lib. 2. Conf. Moral. cap. 2. dub. 30. Aug. Barbof. in Collect. cap. 7. de Elect. à num. 29. & 3. cum seq. & lib. 2. voto 28. & 43. itidem Frasso cap. 29. & Jul. Capon. tom. 1. discept. 10. ubi id in beneficijs juris patronatus negative resolvit num. 11. & in pensionibus n. 32.*

## Num. 29.

Vide infra num. 48. adde Barbof. *vot. 126. num. 231.*

## Num. 30.

Conferunt text. in *cap. Postea §. Hs ita, & cap. pen. §. fin. cum cap. se. 1. 25. q. 2. cap. Bonæ memoriæ 3. de confirm. util. vel inutil. cap. Cæterum 3. §. Si veroin secundis, & cap. Cum contingat 23. §. Sed si postea de rescript. cap. Pastoralis 28. §. Træterea de offic. deleg. ubi de rescripto, & privilegio priori contrario.*

## Num. 31. &amp; seqq.

Clementin. *Si plures de Præbend. 21. Mascard. de Prob. conclus. 183. Paris. de Resignat. lib. 3. q. 1. num. 129. Berall. dec. 293. p. 2. Garcia de Benef. p. 11. cap. 5. num. 100. Buratt. decis. 18. & 19. num. 3. & decis. 102. num. 1. Cutell. ad Leges secul. cap. 3. de jurisd. per S. Offic. Inquisit. n. 40. fol. 363.*

Addendi Aug. Barbof. de *Pot. Episc. p. 3. alleg. 57. num. 201. D. Salgad. de Regia Protect. 3. p. cap. 7. à n. 4. & 78. Urritigoiti de Instrus. q. 46. & q. 80. n. 3. &*

## Num. 36. &amp; 37.

3 & 10. & q. 82. num. 2. & q. 79. n. 5. & q. 87. num. 17. D. Petr. Frass. de *Reg. Patron. Ind. cap. 27. num. 2. qui docent, per affectationem beneficij incompatibilis ipso jure vacare primum ex dicta Clem. Si plures de Præbend. Sic ergo similiter in maioratibus dicendum esse non dubita. Vnde si quis unius maioratus successione acquisita, alterius incompatibilis successione delatam intenderet, utrumque retinere non poterit, licet prior tempore habili sit acquisitus, cum enim simul stare nequeant apud unum ex vi incompatibilitatis. Sord. de *Alim. tit. 5. q. 3. num. 29. & conf. 230. num. 13. successio unius, licet jam tempore habili sit acquisitus, resolvitur, quod observa ad tradita per Auct. sup. p. 3. cap. fin. num. 39. & seqq. & p. 5. cap. 6. num. 115. contra dec. Gamæ 27. ubi Flores de Mena eam reprobat, & convincit ex alijs, & ita pluries decisum vi si in Granatensi Senatu contra successorem, qui ex eo quod maioratus successio fuisset delata tempore quo aliud maioratum non habebat, utrosque maioratus retineri posse intendebat. Vide D. Paz, ubi refertur infra ab Auctore.**

## Num. 33.

Cap. *Gratia 7. de resc. in 6.*

Vide sup. num. 16. & conducunt tradita p. 3. cap. 1. num. 45. & seqq. adde Menoch. de *Arbitr. lib. 2. cas. 201. num. 52. & 1. 8. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 21. num. 60. Riccius collect. 968. p. 4. d.*

## Num. 34.

25 Petr. Greg. de *Benef. cap. 25. num. 3. D. Salgado late 1. p. Labyr. cap. 35. à n. 30. & 44. ubi alios refert, præcipue Nicol. Garcia de Benefic. p. 11. cap. 3. §. 4. à num. 219. & 222. & 143. cum seqq. & 1. p. cap. 1. à n. 125. 147. & 139.*

Infr. num. 43. & 56. Aug. Barbof. de *26 Potest. Episc. 3. p. alleg. 62. num. 3. & 28. & alleg. 72. num. 19. Tondut. de Benefic. 1. p. cap. 27. num. 43. & cap. 47. num. 27. & 2. p. cap. fin. §. fin. num. antepenult. D. Episc. Fermolin. de Sede Vacant. tract. 1. q. 2. num. 10. D. Petr. Frass. de *Reg. Patron. cap. 27. num. 4. tom. 1. Vallensis post hos vitus ad *Ius Can. lib. 3. tit. 8. §. 4. n. 3. vers. intelligitur.***

## Num. 38.

Videndus D. Frasso ubi sup. à num. 27. 10. & 17. & in digniori resuere teneri docet à num. 11.

## Num. 39. &amp; 40.

Sequitur Auctorem in hac quæst. D. Olea in *posterior. addit. ad summ. tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 7.*

## Vers. Explicata.

Ad quæstionis veram resolutionem 28 casus plures distinguendi sunt. Primus casus est de incompatilibus maioratibus ex dispositione *L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* in qua dicendum est, ex acquisitione unius maioratus incompatibilis, non induci renuntiationem alterius non delati, ideoque successor immediatus alterius maioratus, si adipiscatur possessionem unius incompatibilis cum primo, illum alterum non amittit, sed electio ei conceditur dimittendi quem noluerit, non obstante secundi acquisitione; quod ex ea *L. 7.* evidenter probatur, cum enim ea intelligatur, & habeat locum in maioratibus, in quibus nulla erat ex eorum natura incompatibilitas, sed poterant apud unum successorem existere, ibi: *El hijo maior que en las dichas dos casas assi juntas por via de casamiento podia succeder;*

sequitur necessario incompatibilitatem Legis, acquisitionem non impedire, sed retentionem: ergo ex unius acquisitione non potest induci renuntiatio alterius maioratus; ideoque in dicta Lege primogenito, ad quem duorum maioratum competit successio, datur eligendi facultas, ibi: *Succeda en uno de los dichos mayorazgos, el mejor, y mas principal, qual el quisiere escojer.* Electio autem tunc fit recte, quando uterque maioratus actualiter concurrat, & non antea. *L. Optio 16. ff. de opt. Leg. L. Servi electione 5. ff. de leg. 1. L. Unum ex familia 69. §. Rogo ff. de leg. 2. L. Cum pater 77. §. à filia ff. de leg. L. 2. ff. de opt. leg. L. Si vendidero 82 §. Si ad exhibendum ff. de sur. L. Scyphi 4. L. Apud Ausidium 20. ff. de opt. leg. L. Siquis 8. §. Si ita legetur ff. de leg. 2. Bart. in L. Si tibi §. 1. ff. de opt. leg. Jason in L. Servi electione num. 9. de leg. 1. Padill. in L. Eam quam, num. 103. C. de fideicom. D. Molin. lib. 3. cap. 2. num. 29. & 30. Addendi ibi D. Larrea decis. 52. infra ab A. relat. n. 45.*

Ad ipsum dicendum est in alio casu, scilicet incompatibilitatis ex dispositione hominis, quando conditio non apponitur exclusive, ut in specie Auct. *infra num. 48.* sed incompatibilitas est respectiva, ut in maioratu sub conditione ferendi nomen, & arma, vel sub alijs similibus conditionibus, ex quibus per se non oritur incompatibilitas, sed causatur ex persona successoris, quatenus in eo non potest subsistere successio, in qua specie acquisitio maioratus impedire non potest alterius delationem, licet sit incompatibilis cum primo respectiva, quatenus unus cum alio apud eundem existere nequit; ideoque tunc datur incompatibilitas, quæ obstat retentioni, non vero acquisitioni, & consequenter successor eligendi facultatem habet inter eos maioratus, quia ad unum, & alterum jus successionis, & acquisitionis habet. Idem

dicendum est in maioratibus incompatibilibus, sed ex verbis indubitanter similem quoad retentionem incompatibilitatem, ut si dicat testat. *1. Tsi tubiere otro mayorazgo se separen; no los pueda uno tener, & cætera similia, quæ non sunt potentia impedire maioratus delationem, vel acquisitionem: in quibus omnibus propositis speciebus Auctoris sententia verissima est, & ita loquuntur D. Molin. & Add. & D. Solorzan. citati, & adducti hic num. 41. & seqq. pro quibus adde etiam Mieres de Maior. 1. p. q. 17. num. 9. & 2. p. q. 4. illat. 3. num. 15. ubi ad id affert textum in d. L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. & L. Si Rufinus 4. C. de testam. Militis, & per ea quæ ipse tradit p. 4. q. 23. vers. Non obstat, L. 45. Taur.*

Pro qua etiam sententia stat noviter Doct. Moez in Comment. ad lib. 6. decretal. in cap. 2. de renuntiation. ubi num. 3. absolute docet cum Molin. lib. 2. cap. 14. num. 26. & Add. ibi Burg. de Paz in Proem. Leg. Taur. num. 25. Alvarad. de Consect. lib. 2. cap. 1. num. 23. possessorem maioratus tenuioris, posse eum renuntiare, ut pinguiorem adipiscatur, & rationem affert n. 14. quia ad utrumque maioratum incompatibilem jus habet, & quia tunc incipit incompatibilitas, cum jam pacifice possideat, non antea, *Cap. Commissa 35. de elect. in 6. cap. Licet Episcopus 28. de præbend. in 6. Aug. Barbosa. in cap. De multa num. 8. de Præbend. Ant. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 2. de fin. 31. num. 1. Flamin. de Resign. lib. 1. cap. 1. num. 20.* incipit enim dispositio plerumque à vocatione pura, & excluditur sub conditione, si alium incompatibilem habere contingerit, & tunc planum est non ante prohibitionem urgere, quam delata sit possessio pacifica, ex dictis supra. Plerumque vero incipit à prohibitione, ne videlicet si ad unum perveniat maioratus, possit simul alium obtinere, & tunc æquè planum est, non antea prohibitionem

tionem, aut incompatibilitatem incipere, quam si nanciscatur possessio pacificam, quia succedit regula, quæ habet, quod quando præcedit dispositio prohibita, & alia simpliciter sequitur, illa sequens dispositio intelligitur conditionalis, si contra prohibitionem factum fuerit, *L. Pater filium 38. §. Filiam suam 2. ff. de leg. 3. ubi Bart. num. 1. & alij ab eo relati; ex quibus infert posse tenuiorem maioratum relinquere, & pinguiorem acquirere, & optare, nec facere contra; imo juxta voluntatem testatoris esse.*

Sed dubium est an in his casibus, per acquisitionem secundi maioratus incompatibilis cum primo inducatur præcise renuntiatio prioris? licet enim secundi maioratus delatio non impediatur; retentio autem omnino prohibetur: cum ergo ambo simul retineri nequeant, omnino debet induci vacatio prioris, cui renuntiatum videtur per secundi adeptionem, arg. text. in d. Clem. gratiæ de rescript. docet Paz ab Auctore relatus num. 49. ibi: *Possessor ergo maioratus admisit aliud primogenium incompatible cum eo quod possidebat, eo ipso vacavit primogenium.* D. Valenzuel. *conf. 83. à numer. 63.*

Quæ si vera esset sententia, omnino electionis facultati viam præcluderet; ideoque dicendum in his maioratibus quoad retentionem incompatibilibus non induci renuntiationem ex acquisitione secundi.

Nec obstat *Cap. de multa 28. de præbend. & d. Clem. gratiæ,* quia loquuntur in beneficijs incompatibilibus quoad titulum; quod ut scias, supponendum est, quod beneficia incompatibilia dicuntur, vel quoad titulum, vel quoad retentionem. Incompatibilia beneficia quoad titulum dicuntur beneficia curata, de quibus in d. *cap. de multa,* dignitas duplex, vel personatus in ea iem, vel diversis Ecclesijs; curatum beneficium dicitur

illud, cui singulariter, & principaliter præficitur Clericus ad curam fori penitentialis necessario exercendam. *Flamin. de Resignat. lib. 2. q. 1. n. 107. Gonzales in Reg. 8. Chancell. gloss. 6. à num. 34.* Vnde licet curam habere dicatur, ac per consequens curatum dicatur, quod curam habet jurisdictionalem, etiam fori exterioris, *Cap. dudum 54. de elect. Barbosa. de Episcop. alleg. 57. num. 103. Azor Inst. moral. 2. p. lib. 9. cap. 3. q. 14. Garcia de Benef. 1. p. cap. 6. num. 7.* tamen hæc non sufficit ad inducendam incompatibilitatem, de qua in d. *cap. de multa,* Gratian. *Discept. cap. 133. num. 29.* unde non dicitur beneficium curatum, nec ita regulatur, quod non est acta curatum sed habitu, veluti, quia populus sit destructus, licet Ecclesia adhuc remaneat, *Gatierrez alleg. 8. num. 7. Gonzales ubi sup. num. 89. Azor lib. 6. cap. 8. q. 9. Mascard. de Probat. concl. 589. num. 5.* & etiam dicuntur beneficia incompatibilia quoad titulum, beneficia uniformia sub eodem recte, & si curam animarum non habeant, nec aliquam jurisdictionem Ecclesiasticam, veluti duo Canonicatus, aut præbendæ in eadem Ecclesia, *d. cap. de multa, & Clem. gratiæ, & cap. litteras de concess. præbend.*

Alia vero sunt beneficia incompatibilia quoad retentionem, veluti beneficia simplicia, etiam residentiam requirentia, qualia sunt duo Canonicatus, aut duæ præbendæ diversarum Ecclesiarum Cathedralium, aut Collegialium, hæc enim beneficia, licet non quoad titulum, quoad retentionem tamen incompatibilia reputantur. Ita colligitur ex *Gloss. verb. quæ maluerit in cap. referente 7. de præbend. Ojeda de Incomp. 1. p. cap. 17. num. 40. Cenedo Collect. ad decretal. 150. n. 1.* explicant ita propositam differetiam *Randoli in Lect. de benefic. §. de Incompatib. benef. num. 8. & 9. D. Gonzales in Commentar. ad textum in d. cap. de multa de præb. n. 9. in 1. p. tom. 3.*

- 38 Ex qua differentia incompatibilitatis tituli, & retentionis, descendit, quod in beneficijs incompatibilibus quoad titulum, acceptatione secundi beneficij ipso jure vacat primum, ut in *d. cap. de multa de præbend. cap. 1. de offic. Vicar. cap. Cum in cunctis §. 1. de elect.* nisi ex nulla sit acquisitum jus secundum, *Cap. Ordinarij 3. de offic. ord. in 6. cap. 3. de Cleric. non resident. cap. fin. de offic. legat. cap. Cum jam 18. de præbend.* Vbi propter institutionem secundum beneficium amittitur, & non primum, ut *ex cap. 17. de elect. docet Barbof. de Episc. alleg. 57. num. 214.* Gonzales ibidem. Vnde quoad beneficia incompatibilia quoad titulum innovatur in *d. cap. de multa*, quod antea erat constitutum quoad electionem cōcessam in *cap. Referente, & cap. Præterea de præbend.* sed in cæteris beneficijs quoad retentionem incompatibilibus adhuc primum non vacat ipso jure ex dispositione *d. cap. de multa*; sed datur electio, ut possit eligere, intra terminum à Judice præfinitum, unum ex ijs, quod maluerit: in qua specie decisio Concilij Lateranensis *d. cap. de multa* locum non habet. Sic intelligendi text. in *cap. Cum te 4. de etat. & qualit. cap. Litteras de concess. præbend. cap. 5. 7. 13. & 14. de præbend. cap. is qui eod. tit. lib. 6. cap. 1. de excessib. prælator.* ibi: *Neque duas Ecclesias, quarum unam sufficere videbitis, permittatis illos tenere*; licet Azorius *dict. lib. 6. cap. 13. q. 1.* Garcia de Benefic. *p. 11. cap. 5. num. 2.* & alij dicant quoad electionem correctam fuisse, & aliter interpretentur Valer. Reginald. in *Prax. for. pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 389.* cum Panormit. in *d. cap. de multa num. 11.* ubi electionem uno casu intelligit, quando scilicet à diversis eodem tempore, uni duo beneficia conferuntur: quem etiam sequitur Petr. Greg. de Benefic. *cap. 25. num. 2.* Sed prior distinctio verissima est, & juxta eam decisum pluries referunt Garcia de Benefic. *1. p. cap. 5. num. 65.* Barbof.

*dict. alleg. 57. num. 21.* Gonzales in *d. cap. de multa num. 9.* Ideoque extra expressa in *d. cap. de multa, & extravag. execrabilis & in Trident. sess. 7. cap. 4. de reform.* non datur vacatio primi, seu privatio prioris beneficij, quia privatio ipso jure dictorum Canonum est odiosa: sic in terminis Quaranta in *Summ. bullar. tit. de benefic. resignat. conclus. 4. & ultim. pag. mibi 110.* & solum procedit in expressis à jure, ut post eum docet Bellarmin. in *d. cap. 4. sess. 7. Trident. in observat. lib. 13.* & eis non relatis fere in his terminis Garcia *d. p. 11. cap. 5. n. 65. & 67.*

Ex qua differentia incompatibilitatis tituli, & retentionis, etiam in maioratibus dicendum est, quod sicut in beneficijs simplicibus non denegatur secundum beneficij acquisitio, sed retentio: Seraph. *decis. 774.* Ojeda de *incomp. cap. 9. num. 5. & cap. 11. ex num. 5. & cap. 17. à num. 37.* Merlinus *decis. 6. num. 9. & dec. 46. num. 19. & dec. 122. num. 4. & dec. 364. num. 17.* Tondut. post *tract. de Pension. dec. 7. num. 8. & dec. 49. num. pen. & dec. 83. num. 4.* D. Frass. de *Reg. Patron. cap. 27. numer. 29.* D. Larrea *dec. 52. num. 25.* ideoque electio conceditur possessori, ut quod nolit dimittat, *d. cap. Referente 7. de præbend.* vacatioque primi non inducitur *ex d. cap. cum alijs sup. relat.*

Ita in maioratibus quoad retentionem incompatibilibus non potest induci prioris amissio, vel vacatio, aut renuntiatio ex acquisitione secundi, sed dabitur optio successoris, ut eligat quem velit, & in hac specie etiã Auditoris sententia vera est.

Alter casus est, quando maioratus est omnino ex sua natura incompatibilis, & ex conditione explicita non potest cum alio, sive simplici, sive cum qualitate incompatibilitatis conjungi, ut si habeat conditionem *ferendi nomen, & arma sola sine aliorum mixtura*, vel, *ne ultus successor qui alium habebat, ad illius successionem admittatur*, vel similes omnino exclusi, vel alio-

aliorum conditiones, quæ acquisitionem utriusque maioratus impediunt. In qua specie successor actualis similis maioratus, an ad aliorum successionem possit admitti, saltem, ut eligere possit inter eos, maxima dubitatio est, & in primis negativa sententia suadetur *ex d. Clem. gratiæ*, quæ in his terminis loquitur, & allegat ad propositum D. Valenz. Velazq. D. Castillo, & D. Larrea, qui hanc partem late defendunt quoties à lege, vel à fundatore expresse eligendi facultas non conceditur, idque pluries repetit D. Larrea, ut vides *dec. 51. n. 14. & 35. & dec. 52. num. 26. 29. in fin. & in d. dec. 51. num. fin. ibi: Postremo tertio argumento contrario, ut electio concedatur, ex Leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. Huic difficultati facile respondetur, tunc concedi electionem, quando expresse à Lege permisa fuit, ut in *d. L. 7. secus in hoc casu, cum de illa nihil ab institutore causata fuit, &c.* Vide *infra p. 8. cap. 7. ad num. 4.**

Quod etiam suadetur ex eo, quod cum successor ex incompatibilis maioratus acquisitione, aliorum successionem renuntiasse videatur, *L. 4. §. Eleganter ff. de leg. commiss. cum alijs ad Valenz. d. conf. 83. num. 63. & seqq.* amplius ad eam admitti non debet, *L. Cujus bonis ff. de curat. furios.* ibi: *Sicut enim integra re potestas ipsis est utrum velint eligendi, ita cum alterum elegerint, ab altero abstinere debent.* Idque maxime, cum de præjudicio successoris alterius maioratus, & de ejus jure quæsito ex simili electione, forsitan enim si ea admitteretur, non solum is, ad quem successio secundi maioratus pertinebat, sed ejus tota linea privaretur, & altera utroque maioratu maneret, quod facile accidere potest, quoties filius primogenitus maioratum in lineam paternam derelinquit, & ex materna linea maioratum acquirit, tunc enim in sua paterna linea utroque retinet, in materna nullum relinquit, nec caret, eo facto,

dolo, electio filij, qui honore proprio omisso propter compendium alienam institutionem maluit, ut ait *Conf. in L. 26. ff. sig. omiff. caus. testam.* Speciem propositam vide infra apud D. Paz, quem refert *A. p. 8. cap. 6. n. 30. & 31.* Conducit etiam, quod ex voluntate fundatoris in his maioratibus quoad titulum, & ex se omnino cum alijs incompatibilibus, non datur tempus in quo possit dici successionem alterius maioratus competere possessori, cum omnino exclusus maneat ab alijs maioratibus, & conditio impediatur acquisitionem, *Arg. L. Si post 5. §. 1. ff. quand. dies leg. ced. L. legat. 40. ff. de C. & D.* & absurdum esset ex causa exclusionis producere acquisitionis effectum, *L. Sicut 3. §. pen. ff. quib. mod. usus fr. amit.*

Nec eligendi facultas à *L. 7. tit. 7. lib. 5.* concessa ad causam incompatibilitatis potest extendi extante dispositione hominis, ibi enim ideo electio conceditur, quia successor jus ad utrumque maioratum habere supponitur, sed in casu incompatibilitatis ex dispositione hominis, non potest simul ad unum & alterum maioratum jus succedendi habere: ergo electio concessa à Lege non potest extendi ad casum incompatibilitatis hominis, ut considerant D. Valenz. *d. conf. 83. num. 135.* & D. Castillo *hic ab Auditoris cit. D. Olea de Cess. jur. tit. 3. q. 4. in add. n. 7. contra.*

Item etiam, quia licet ex vi incompatibilitatis non induceretur alterius cujuslibet maioratus exclusio, & impedimentum acquisitionis, adhuc tamen ex vi renuntiationis acquisitio alterius maioratus momentanea efficeretur, hoc est, delato maioratu fortius operaretur renuntiatio ejus tamquam impleta conditione si delatus esset, *ex L. Qui superstitis ff. de acq. hæred. L. Stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Franch. dec. 32. num. 16. & dec. 67. Mor. t. conf. 22. Surd. conf. 133. num. 20. Ant. Fab. in Cod. tit. de pact.*



*paët. defn.* 1. Gratianus *Discept. cap.* 785. Fontanel. *de Paët. claus.* 9. *gl. ff. unic. p. 1. num. 65.* Galerat. *de Renunt. lib. 1. cap. 11. num. 9.* Marin. *ad Reverter. dec. 40. num. 2. 3. & 4. & decis. 157. num. 3. & alleg. 109. divers. numer. 3.* Cum ergo tam ex incompatibilitatis causa, quam ex vi renuntiationis successor excludatur, non potest facultatem, priori maioratu relicto, alterum acquirendi habere, cum renuntiatione tunc operetur, quando eundem maioratum vult acquirere. Ideoque succedit regula eo momento, quo quis amittit, eandem rem acquirere non posse *in d. L. 3. §. pen. ff. de usufr. amit. ibi: Neque enim potest dici eo momento, quo quis amisit usumfructum, & resumat, etiam ipsi quidquam ex usufructu accrescere. Placet enim nobis, ei, qui amittit usumfructum, ex eo quod amittit, nihil accrescere.*

56 Sed pro affirmativa sententia, & quod successor, non ideo ab alio maioratu exclusus maneat, quod incompatibilem adquisierit, sed detur facultas eligendi, plura fundamenta sunt, cum enim ex eventu illum adquisierit maioratum, & potius necessitate successionis, quam facto suo, & voluntate, sequitur non ex eo debere ab alio privari, *arg. L. 22. §. Si hæres ff. ad Trebel. L. Si patroni 55. §. Qui fideicommissam 2. ff. de eod. L. 59. eod. L. Si hæres 3. in pr. & §. 1. ff. ad L. Falc. L. Labeo ff. de rris. L. Si is qui 31. §. Si hæres 2. ff. de inof. testam. L. 74. ff. ad L. Falc. L. fin. in princ. & §. Plus ergo 1. ff. de leg. 3.*

57 Secundo facit inconueniens, quod si ob spem alterius maioratus, quem sperabat successor, alium incompatibilem delatum nollet acquirere, evenire posset ut utroque careret, ut considerat D. Larrea *dict. dec. 52. num. 20.* unde linea primogenita evacuata maneret, cum semper prædilecta sit, quod nihil absurdius, & à mente fundatorum alienum excogitari potest, quam utroque maioratu carere eum,

qui ad eos vocatus esset, si nullem haberet impedimentum.

Nec obstat dispositio Canonica *Clem. gratiæ*, ubi ex adeptione secundi beneficii incompatibilis, ubi videtur renuntiare gratiæ ad aliud beneficium cum eo incompatible; nam præterquam quod ejus dispositio tamquam odiosa, & pænalis ad alios casus non potest extendi, nec trahi ad diversam materiam, ut docet videndus D. Larrea *decis. 52. num. 33.* adhuc ad speciem propositam adduci nequit: & ratio est; quia in *dict. Clem.* potest induci renuntiatione beneficii, vel gratiæ ad id adipiscendum, quia utriusque beneficii scientiam habebat possessor, quasi ab eo gratia consequuta, & secundi beneficii possessio, quibus deficientibus non datur incompatibilitas, nec inducitur vacatio, quia sine facto beneficiati renuntiatione præsumi nequit, *Cap. Gratia 7. de rescriptis in b.* cum ergo ex renuntiatione necessario à jure inducta, inducatur etiam gratiæ ad beneficium amissio in *d. Clem.* sicuti ex secundi beneficii adeptione etiam inducitur vacatio primi ipso jure *in cap. de multa de præbend.* sequitur posse acquiri aliud beneficium incompatible, si primum dimittatur, *Cap. is cui 19. de præb. in 6.* ibi: *Nisi primo ille beneficium, quod obtinet, omnino dimittat.* Ita intelligenda verba text. *in cap. Litteras 9. de concess. præb. Cum igitur si ita est præbenda illa, & si non de facto, de jure tamen vacare noscatur;* quibus certissimum est beneficiatum posse priori beneficio dimisso, aliud incompatible adipisci, sine metu pænæ, quæ solum retinentibus unum, & alium beneficium est imposita *in d. cap. de multa, & Clem. execrabilis;* & unde infertur ad nostram maioratum materiam dispositionem adaptari non posse, vel quia ex diversa ratione procedit, vel quia ex ea contrarium in præfenti quæstione resolvendum, & contra eam, pro qua adducitur, opinio-

nem; nam si maioratus incompatibilis sit acquisitus, aliumque delatum successor velit acquirere, de jure non prohibetur primo dimisso, cum in beneficiis incompatilibus id permittatur, *ex dict. cap. 19. de præbend. in 6. & cap. 9. de concess. præbend.*

62 Nec potest in hoc casu renuntiatione induci sicut in beneficiis, quia successionem alterius maioratus, utpote contingentem, prævenire non poterit successor, propter incertitudinem *L. 1. §. 2. ff. de condit. & demonstr.* cum ergo renuntiatione induci nequeat de non cogitato, cum ad ignorata non extendatur, D. Greg. *in L. 19. gloss. 3. tit. 6. p. 6.* Cyriac. *controv. 128.* D. Olea *de Cess. jur. tit. 3. q. 10. numer. 22.* consequenter successor ex acquisitione, jus ad alium maioratum non amittit.

63 Nec etiam obstat, quod successor acquirens maioratum priorem incompatiblem, in quo apposita sit conditio, ut successor alium habere non possit: vel ne in alio succedat, maneat attritus conditionem implere, quasi ex contractu obligatus acceptatione maioratus incompatibilis.

64 Nam facile respondetur, quia ea conditio successorem obligat, quatenus in maioratus successionem, & possessionem permaneat, eo autem dimisso maioratu, amplius conditione astringi non potest. *L. ultima ff. de confirmand. tutor.* ibi: *Tenere ei ex fideicommissis, si non curam susciperet, nisi quod ei datum esset, nollet petere, aut reddere paratus esset.* Maioratu ergo dimisso, alterum acquirere non impeditur, maxime, cum apposita in eo conditio delationem alterius maioratus non suspendat, in quo nulla est conditio, nisi vocatio secundi maioratus ita concepta sit, ut alium successorem vocet, & eum excludat, quia alterum possideat maioratum, veluti si testator vocet *a los que no poseieren, o otro mayorazgo tuvieren;* Vel ita: *No entre este mayorazgo en la persona que tuvier-*

*re otro: ut supra sæpius à nobis repetitum est. Cum A. infr. n. 48. ....*

## Num. 47.

65 Prosequuntur juxta seriem temporum jura distinguentes D. Gonzales *in d. cap. de multa num. 7.* ubi etiam Acuña, Valenz. & Quintana Dueñas, Mostazo *alios referens cum Auctore lib. 3. de Caus. pijs cap. 12. n. 2. & 3.*

## Num. 46. &amp; 47. Itidem.

66 Vide Vigel. *Meth. Canon. lib. 3. cap. 7. reg. 76. per tot.* D. Petr. Frass. *de Reg. Patron. tom. 1. cap. 27. n. 2.* ubi alij.

## ADDITIO

## AD CAP. V. HAC PART. VII.

## SUMMARIVM.

- 1 Monachus ex pacto in professione an possit retinere bona, vel acquirere.
- 2 An sit capax hæreditatis sub conditione quod res vendatur, & in usus proprios convertatur & 42.
- 3 An legati sub conditione relicti ut nihil acquiratur Monasterio.
- 4 An hæres institutus ut libere de hæreditate disponat, possit de ea disporre sine permissu Superioris, & quomodo, & 5.
- 6 Clem. Exivi de verb. sign. remiss. explic.
- 7 Monachi D. Francisci an sint capaces eorum, quæ consumuntur per esum, & potum.
- 8 Monachus apostata cui acquirat.
- 9 Successio ab intestato prohibita est Monachis Franciscanos, & 26.
- 10 Monachi D. Francisci incapaces sunt legatorum particularium.
- 11 Monachus Episcopus factus voto paupertatis nõ liberatur, usque ad 17. & 44.

- 18 Religiones in communi incapaces recensentur, remissive.
- 19 Iesuitæ non sunt incapaces in communi, & ex privilegio, mendicantes sunt.
- 20 Sunt capaces acquirendi in communi per viam legati, non vero hæreditatis universalis, & ratio.
- 21 Religio incapax an ex consuetudine capax fieri possit.
- 22 L. 44. tit. 25. lib. 4. materia, remissive.
- 23 Monachi an sint incapaces fideicommissi.  
An possint institui hæredes, ut alijs restituant. Ibid.
- 24 Legatum relictum pro Monasterij constructione, an valeat.
- 25 Monasteria an de novo edificari possint.
- 26 Monachus beneficia Ecclesiastica nõ potest obtinere.
- 28 Monacho relictum an fiat caducum, & apud hæredes maneat, & 29.
- 30 Monachus D. Francisci an possit exercere, aut esse executor testamentarius saltem de licentia Superioris, & 31.  
Et an licentiam semel datam Superior revocare possit. Ibid.
- 32 Monachus executor an possit aliquid relinquere suo Monasterio.
- 33 Monachus an possit esse Commissarius ad eligendum successorem.
- 34 Monachi an sint capaces redditus annui, & seqq.
- 37 An anniversarij pro missis dicendis.
- 38 Monasterium quomodo possit in iudicio petere legatum elemosynæ relictum.
- 39 Monasterio incapaci relictum an valeat saltem quoad æstimationem, & seqq.
- 41 L. Servo alieno 110. §. Si quid alicui ff. de leg. 1. exponitur.
- 43 Decisioni Senatus Granatensis satisfiit.
- 43 Moniales Divi Francisci capaces sunt in communi.
- 44 Monachus Episcopus factus habi-

- tum dimittere non debet.
- 45 Monachus Episcopus an possit succedere in maioratu delato tempore Episcopatus.
- 46 Monachi dignitatis Episcopalis capaces sunt.
- 47 Monachus ad Episcopatum promotus amittit prælaturas Religionis.
- 48 Monachi an sint capaces legati ad alimenta relictæ.
- 49 An de licentia prælati possint habere peculium.
- 50 Monasterium an possit acquirere legatum pro cultu divino relictum.
- 51 Monachus an possit fieri capax ex privilegio Apostolico, & seqq.
- 54 Cap. Cum ad Monasterium 6. de stat. Monach. explicatur.
- 55 Ecclesia D. Francisci an possit hæres institui.
- 56 Pro ingressu Religionis an licite recipi aliquid possit.  
Propinarum usus moderatus esse debet. Ibid.
- 57 Quarta funeralium quæ Parochia debetur excepta, Monachi sunt capaces funeralium, missarum, & aliorum obventionum.
- 58 Monachi an sint capaces maioratus.
- 59 Distinguitur, & 60.
- 61 Maioratus successio extraneo facta an sustineatur possessore Monacho effecto in Monasterio incapaci in communi, & 62.
- 63 Resoluto jure donantis resolutum jus accipientis.
- 64 Maioratus successore professo in Monasterio incapace in communi, vacat maioratus, & transfertur possessio ex L. 45. Tauri, ac si per mortem vacaret.
- 65 Maioratus in pendenti esse non debet.
- 66 Maioratus renuntiatio in successoris præjudicium non tenet.
- 67 V usufructus an professione sicut morte extinguatur, & 75.
- 68 Substitutus statim professione sequuta admittitur ad fideicommissum si sine liberis.

Etiam

- 69 Etiam si gravatus antea pro vita sua donaverit, & 73.
- 70 Monachus an sit capax juris retinendi dum commodum nullum ex eo consequatur, & 71.
- 72 Mors civilis eosdem producit effectus, quæ naturalis, nisi in tertij præjudicium.
- 74 Fideicommissum Monacho relictum an pertineat ad ejus hæredes pro tempore vite suæ.
- 75 Legatum annuum an possit transferri quoad commoditates pro vita Monachi incapaci.
- 76 Hypotheca quæ morte possessoris extinguatur, an extinguatur professione in Monasterio incapaci.
- 77 Possessio (vulgo Sueldo) propter servitium à Rege concessa, an extinguatur professione Monasterio incapaci.
- 77 Maioratus possessoris professione Monasterio quæ situs an ad alios transferatur si possessor se transferat ad Religionem incapacem, & 78. & 79.
- 80 V usufructus maioratus filij patri acquisitus an extinguatur professione filij in Monasterio incapaci.
- 81 Monachus in Monasterio capaci in communi potest succedere in maioratu.
- 82 Renuntians omnibus bonis, & hæreditatibus an videatur renuntiare maioratibus, & seqq.
- 87 Obligatione generali maioratus bonan non includuntur.
- 88 Renuntiatione generali legitima an comprehendantur.
- 89 An alimenta.
- 90 Patris licentia filio concessa ad testandum an videatur renuntiasse legitimam in bonis filij sibi debitam, & 91.
- 92 Renuntiatio extinguatur deficiente eo in cuius favorem facta fuit.
- 93 Maioratus institutor an possit Monachos à successione excludere, & quando, & 94.
- 95 Novitius ante professionem maioratu non excluditur, & 96.
- 96 Novitius Monachus reputatur à tempore ingressus ex tempore professionis.
- 97 Maioratus possessoris professione vacans defertur proximiori tempore professionis.
- 98 Maioratus novitio delatus an usque ad professionem acquiratur ab eo.
- 99 Monachi in maioratu exclusi censentur licet expressum non sit, & seqq.
- 101 Monachi an videantur exclusi in maioratu ad familiæ conservationem instituto, & seqq.
- 103 An in maioratu agnationis.
- 104 An in maioratu cum onere ferendi nomen, & arma, & 105.
- 106 An in maioratu dignitatis, vel jurisdictionis, & 107. & seqq.
- 109 Monachorum exclusio à successione maioratus an possit sustineri ob bonum publicum, sicut prohibitio legis ne Ecclesiastici immobilia acquirant.
- 110 Monachi descendentes possunt excludi in maioratu Regia facultate instituto, & 111.
- 112 Monachi ex ijs qui juxta Leg. 27. Tauri debent vocari, in melioratione tertij excludi nequeunt, etiam ex consensu filij meliorati.
- 113 Maioratus de consensu filij à patre factus, quasi à filio institutus videtur, ideoque necessario filij ejus, nepotes scilicet sunt vocandi.
- 114 Equites D. Ioannis an exclusis Monachis possint succedere in maioratu, & seqq.
- 118 Ecclesiastici an à feudorum successione excludantur.
- 119 Officia justitiæ an alienari possint.
- 120 Officia Reipublicæ jure successionis deferri non possunt.
- 121 Ecclesiastici non possunt habere officia Reipublicæ, & seqq.
- 123 Equites D. Ioannis officia Reipublicæ exercere prohibentur, & 124.
- 125 Monachi succedentes in officio possunt vendere, & consequi æstimationem, & 126.
- 126 Alienatio rei Monasterio relictæ cuius est incapax assensum apostolicum non requirit.

Xx ij

Officia

- 127 *Officia Reipublicæ per substitutum exerceri non possunt.*  
 128 *Officia quomodo renuntiari debent remissive.*  
 129 *Officia Reipublicæ commodari, aut locari non possunt.*  
 130 *Substituens tenetur de culpa substituti in officio.*  
 131 *Maioratus successio deferri non potest monacho ejus successione incapaci, ideoque regulatur ex persona ultimi possessoris.*  
 132 *Princeps an Ecclesiasticis possit inhibere successionem in bonis laicis.*

## Num. 1.

- A**D Materiam vide Steph. Duran. *Quæst. jur. q. 6. & q. 8.* ubi etiam an ex pacto bona acquirere, vel retinere possit Monachus: D. Castillo *lib. 8. de Alim. cap. 5.* ubi latissime per tot. *maxime num. 8. & à num. 22. & 27. vers. Ego sane: Antunez de Donat. 3. p. lib. 2. cap. 30. à num. 1.* Ricc. 3. p. dec. 292. ubi an sint capaces hæreditatis cum clausula, quod res vendantur, & in usus pretium convertatur, & quod sint capaces legati sub conditione relicti, ut nihil acquiratur Monasterio affirmant Franchis *dec. 118.* Sanchez *lib. 7. cap. 17. num. 4. de Relig. stat. Burat. decis. 584. & 295.* ubi id sustineri ait de licentia Superioris tacita, vel expressa: Jul. Capon. *Discept. tom. 3. cap. 197.* ubi quod Monachus hæres institutus, ut libere de hæreditate disponat absque Superioris licentia, ita intelligitur institutus, ut nihil acquiratur Monasterio quoad utilitatem, non vero respectu juris, & sic requiritur permissio, & licentia Superioris: ut alienatio, & dispositio aliter facta non valet in præjudicium Conventus; quod si permittat conniventibus oculis, potest Monachus convertere in usus pios, & in usus librorum. Peña *decis. 1214. num. 7.* ubi loquitur de Monacho D. Francisci. Vnde si Superior aliquid de hæreditate præterdat,

irritatur dispositio, & apud hæredes testatoris remanet, & non tenentur Monasterio reddere. Moron. *Respons. 46. num. 33.* Abb. *conf. 42. resol. 2.* Franch. *dict. decis. 718. num. 1.* Graffius 1. p. *lib. 3. cap. 5. num. 41.* & cum alijs Capon. *tom. 2. discept. 83. à num. 1. ad 11.* late Mostazo *de Caus. pijs lib. 4. cap. 2. à num. 1.* qui late materiam cum Auct. discutit: Jul. Capon. *tom. 4. discept. 278.*

## Num. 3.

Pat. Sanchez *de Religio. stat. lib. 7. cap. 26.* D. Castillo *dict. lib. 8. cap. 5.*

## Num. 4.

D. Castillo *ubi sup. num. 9.*

## Num. 5.

Mieres *de Maior. 4. p. q. 40. sub n. 4.* D. Castillo *ubi sup. num. 10.* Doctiss. Alvarez Pegas *ad Ordin. Portug. tom. 2. cap. 1. gloss. 172. n. 118.*

## Num. 6. &amp; 7.

De Religioso apostata videndus Caponius *tom. 2. discept. 84. n. 11.* ubi docet bona ab eo quæsitæ, si decedat extra claustra, vel ex illicita negotiatione quæsierit, acquiri Ecclesiæ Romanæ; aliàs Monasterio quæruntur, & non Camera Apostolicæ, ut indistincte docent Molfes. *de Success. ab intest. p. 4. q. 64. num. 48.* Maranta *Respons. 42. p. 2.* Reverter. *dec. 426.* ubi Marinis ait, ex Neapolitana consuetudine indistincte Monasterio acquirere, sive extra claustra, sive intra decedat: & cum Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 2. num. 29.* & Sanchez *in Summ. lib. 3. cap. 33. num. 9.* & alijs tenet idem Capon. sine dubio Monasterio acquiri bona Monachi extra claustra viventis, si decedat in Monasterio, *ad n. 10. & 11. vide n. 80. & 61.* ubi dico.

Num.

## Num. 12. &amp; seqq.

- 9 Jul. Capon. *tom. 2. discept. 97.* Cevallos *q. 391.*

## Num. 15.

- 10 Jul. Capon. *discept. 82. tom. 2.* Noviter Mostazo *de Caus. pijs lib. 4. cap. 3. num. 28. & 29.*

## Num. 17.

- 11 Vide infra *num. 50.* relatos, & est text. *in L. 26. tit. 7. p. 1.* ibi: *Pero deve traer su habito, y no haver proprio.* Adde Azor. *Inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 7. q. 4.* Ioan de la Cruz *in Direct. lib. 1. cap. 2. disp. 7.* Vgolin. *de Potest. Episc. p. 1. cap. 3. num. 6.* Ant. Fernandez *in Exam. Theol. p. 4. cap. 7. §. 1. numer. 8.*  
 12 late videndus Mauric. de Alcedo *de Præcel. Episcop. 1. p. cap. 5. n. 76.* ubi plurimos refert, & explicat à n. 62. latissime Villaroel. *Goviern. Ecclesiastico 1. p. q. 3. art. 4. à num. 29.* ubi ait: *Los Obispos Religiosos no tienen verdadero dominio de bienes patrimoniales, o adquiridos intuitu propriae personæ, si unos, y otros les vienen estando consagrados; pero como usufructuarios de ellos podrán gastarlos en usus propios, y en socorros moderados a sus amigos, o devotos.* Probat eam conclusionem à n. 35.  
 13 ubi plures refert, & vidend. D. Solorzan. *tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 16. & 17.*

## Num. 18. 19. 20. &amp; seqq.

- 18 Vide Polidor. Ripa *de Actis in art. mort. cap. 44.* omnino videndus Franchis *dec. 14. & 49.* ubi add. Pat. Sanchez *in Summ. lib. 7. cap. 25. & 26.* D. Solorzan. *lib. 4. Politic. cap. 26. fol. 726. vers. Y en otra,* D. Petr. Frasl. *de Reg. Patron. tom. 2. cap. 82. à num. 58. & cap. 77. num. 52.* ubi quæ Religiones mendicantes sint, & quæ capaces acquiri

rendi: & plures cum Auctore refert Jul. Capon. *tom. 1. discept. 60. & tom. 3. discept. 155 & seqq.* ubi de Carmelitis, qui ex Constitutionibus suis incapaces sunt, & *discept. 162. & seqq.* ubi de Iesuitis, qui ex privilegio mendicantes sunt, & ideo non sunt incapaces acquirendi in communi, ut vere mendicantes, docet idem *tom. 1. discept. 60.* De Patribus Societatis Iesu agit idem *tom. 3. discept. 162. & seqq.* ubi cum Lugo *de Inst. & Jur. disp. 3. sect. 9. num. 272.* ait ipse *num. 23.* posse succedere in maioratu non per modum hæreditatis, sed per modum legati relicto, quia ex quovis titulo acquirere possunt, excepta hæreditaria successione, propter onera annexa, quæ habere solet. Bonus textus *in princ. inst. de autor. tutor.* ibi: *Ne ullum damnnum habeat: affert etiam Vadigno de Contract. disp. 4. dub. 5.* Laiman. *lib. 3. tract. 5. cap. 5. num. 5.* Castro Palao *tom. 3. disp. 3. puncto 10. num. 1. tract. 16.* Lugo *tom. 1. disp. 3. num. 100. & 104.* Pellicar. *tom. 1. tract. 4. cap. 2. sect. 2. numer. 126.* Pat. Sanchez *in Summ. lib. 7. cap. 27. num. 25.* Escobar *in Summ. lib. 5. num. 65.* Bufenbau *Medulla Theolog. lib. 3. tract. 5. cap. 4. dub. 5.* vide Molin. *de Inst. tom. 1. disp. 195.* Menoch *conf. 1014.* Hieron. Gabriel. *conf. 28. tom. 1.* Burato *dec. 245.* Gratian. *Discept. cap. 202. in fin.* Fufar. *de Subst. q. 430. num. 21.* Barbos. *in remiss. ad Concil. sess. 25. de regular. cap. 3. num. 9.* Marta *3. p. q. 13. art. 1. num. 18.* de Success. ubi distinguit inter Collegia, & domos professas: Ricc. *de Jur. person. lib. 8. cap. 9.* Farinac. *dec. 477. in Posthum. Pater Dian. part. 9. tract. 8. resol. 26.*

Et an Religio incapax per consuetudinem possit effici capax? Affirmat Capon. *tom. 3. discept. 155. fol. 151. num. 1. & 22.* & vide *tom. 5. discept. 388.* ubi de Capuccinis agit; & adde Petr. Greg. *de Rescriptis lib. 1. cap. 27.* D. Vela *diss. 47. à num. 31.* D. Castill. *dict. cap. 5. & 24. de Aliment.* Antunez

d. cap. 30. Robert. *Res. jud. lib. 4. cap. 3.*  
B. Larmin. *tom. 1. de Monacho lib. 2 &*  
*cap. 45. & seq.*

## Num. 22.

22 Ad L. 44. extra rem addendi Es-  
calon *Gazoph. Regni Peru lib. 2. p. 2.*  
*cap. 29. Balmased. de Collectis q. 117.*

## Num. 24.

23 Cum Castillo, & Auctore Mosta-  
zo de *Caus. pijs lib. 4. cap. 3. n. 19.*  
Sed an econtra rogari possint, ut  
hæreditatem alijs restituant, & susti-  
neatur in eorum persona institutio,  
quæri potest, & affirmari ex text. in  
*L. Quoties 16. §. Siquis solidum ff. ad*  
*Trebel. L. Nam quod 14. §. Si compul-*  
*sus ff. eodem.* Sed negant cum Bald.  
& alijs Pat Sanchez *lib. 7. Decalog.*  
*cap. 25. n. 19. Mostazo ubi sup. n. 36.*

## Num. 25.

24 De relictis pro Monasterij con-  
structione extrapetita agunt Ton-  
dut. *lib. 1. q. 83 & seq. Jul. Capon. tom.*  
*4. discept. 287. Mostazo d. lib. 4. cap. 2.*  
*num. 1. & proprius ad rem ibid. Cap.*  
*3. num. 48. ubi Delbene de Imman.*  
*tom. 1. cap. 8. dub. 21. sect. 25. num. 14.*  
vide num.6.

## Num.5.&amp; 6.

Vide Auctorem sup.p.4.cap.3. à nu-  
mer.26. Bossius Feloaga ubi sup. ad-  
de Gomez in L.22.Taur. num.2. &  
lib.1.Var.cap.9.à num.7.& 17.D. Ca-  
stillo lib.3.Controv.cap.22. Giurba de  
Feud.§.1.gloss.7.à num.6.

## Num.7.

Vide num.31.

## Num.8.9.&amp; 10.

Vide Auctorem sup.p.5.cap.3. Jul.  
Capon. discept.108.n.70.& 83.tom.2.

## Num.11.

Vide Auctorem sup.p.3.cap.1.n.82.

## Num.12.&amp; 13.

Vide Auctorem p.4.cap.1.num.15.  
& 46.

## Num.14.

Pluribus Auct.1.p.cap.6. num.10.  
& alibi sæpe.

## Num.15.

Vide Auct.p.4.cap.1.à n.8.

## Num.16.&amp; seqq.

Vide Auctorem p.4.cap.1. à n.18.  
& m.

## ADDITIO

## PART. VII. CAP. VI.

## SUMMARIUM.

- 2 Filius Regis in vita patris vocatur  
Rex.
- 2 Filij primogeniti, & maioris, an ex-  
cludantur à successione maioratus in-  
compatibilis in quo primogenitus in-  
venitur exclusus.
- 3 Filius in vita patris dicitur Domi-  
nus, ac possessor bonorum ejus.
- 4 Primogenitus nascendo certam spem  
ad jus invariabile ad successione ac-  
quirat.
- 5 In maioratus incompatibilis succes-  
sionem inspicitur prius ea persona per  
quam vacatio contingit, & postea de  
incompatibilitate an sit realis, vel  
personalis quærendum est.
- 6 Incompatibilitas realis inspicit solum  
lineam primogeniti, primogenitum  
representantem, non vero lineam al-  
terius filij separatam ab illa.
- 7 Unusquisque filiorum constituit sibi di-  
versam lineam distinctam à linea al-  
terius.
- 8 Spes succedendi, alia certa, alia incer-  
ta, probabilis & improbabilis, varia-  
bilis vel non.
- 9 Primogeniti linea cæteris omnibus  
præferenda est quantum possit.

## Num.1.2.&amp; 3.

Vide L.1.& 2.tit.15.p.2. adde  
Bobadilla lib.2.Polit.cap.16.num.6. in  
fin. Petr.Barbos.in L. Id quod apud ho-  
stes 9. ff. de leg.1.num.12. & seqq. D.  
Salzed.ad.L.16.tit.1.lib.4.Recop.gloss.  
11.in theatro honor. Feloaga Enchi-  
rid.lur.cap.ultim.à num. 9. P. Joann.  
Angel.Boss. de Patr.potest. cap.3. à n.

& infra in specie 8. p. cap. 7. à num. 24.  
& ad num. 19. adde Doctiff. Alvarez  
Pegas Resol. cap. 4. num. 97. in nova  
editione, ubi cum Auct. ita deci-  
sum refert.

## Num. 20.

Vide Auctorem p. 4. cap. 2. per tot.

## Num. 22.

Vide p. 8. cap. 5. num. 52. & alibi plu-  
ries 1. p. cap. 6.

## Num. 23.

Dixi ad partem 5 cap. 4. D. Olea in  
Posterioribus additionib. ad suū tract.  
de Cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 6.

## Num. 24.

Auct. 4. p. cap. 1. num. 15. & 46. &  
p. 8. cap. 7. à num. 20. Vide etiam hic  
num. 53. vers. Hinc dat. ubi suam fir-  
mat opinionem; de eo ergo, quod  
hoc num. proponit, injustè conqueri-  
tur Olea, ubi proxime, citavi.

## Num. 25. &amp; seqq.

Auct. 7. p. cap. 4. num. 50. ubi & nos  
diximus.

## Num. 28.

Dixi p. 4. cap. 1.

## Num. 29. &amp; 30.

Itidem Auctor dist. p. 4. cap. 1.

## Num. 31.

Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 8. à  
num. 60.

## Num. 33. &amp; seqq.

Hæc doctissimi Auctoris in lite

apud patrem meum meritissimum  
Iudicem acta decisio, an in Senatu  
Granatensi confirmata sit ignoro.

## Num. 36.

Sequitur D. Olea in Post. addit. ad  
tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 7. ubi  
contra D. Solorzan. docet cum Auct.  
hic num. 46. & 47.

Vide quæ dixi ad p. 4. cap. 1. n. 5.  
& cum distinctione ibi proposita  
quæstio hæc resolvenda est; idque  
maxime attendi debet in cujus per-  
sona vacatio maioratus unius ex in-  
compatilibus eveniat, & postea de  
incompatibilitate an sit realis, vel li-  
nealis, an personalis discuti debet  
cum distinctione Auctoris. Hoc ideo,  
quia ad successionem maioratus cum  
inspiciatur immediata proximitas ul-  
timi possessoris, ut eleganter observat  
Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 149.  
non debet considerari successio alio-  
rum successorum. Tum etiam, quia  
licet incompatibilitas realis sit, & ita  
influat in lineam, difficile tamen est  
eam non solum in lineam primoge-  
niti inducere, sed etiam extendere ad  
secundogeniti, & aliorum lineas, quæ  
realiter à primogenita, quam repræ-  
sentat filius maior, distinguntur, cum  
7 unusquisque ex filiis suam lineam  
constituat distinctam à linea alterius,  
ut pluribus probavi ad Auctorem 1.  
p. cap. 6. num. 163. & alibi pluries; &  
licet attento capite, à quo lineæ pro-  
cedunt, videatur omnes inficere,  
tamquam à radice infecta progressæ,  
Auct. p. 4. cap. 1. num. 64. id tamen in  
exclusionem ex causa incompatibilita-  
tis verum esse non potest, quia ratio  
exclusionis, licet realis, non se exten-  
dit præter lineam primogeniti, cæte-  
ras autem non inficit, cum deficiat  
causa inficiendi, ideoque inveniuntur  
cum prærogativa successionis,  
quod considera, & ita intellige Au-  
ctorem hic, & infra n. 46. & D. Olea  
ubi proxime, & num. 6. vers. In superio-  
ribus,

ribus, ibi: In cujus persona accedit con-  
curjus maioratum.

## Num. 87.

Vide p. 8. cap. 7. & D. Larrea decis.  
Granatens. 51.

## Num. 38. &amp; seqq.

Vide D. Salzed. lib. 2. de Leg. Polit.  
8 cap. 14. à num. 9. ubi de spe succe-  
dendi probabili, vel improbabili, cer-  
ta, & incerta, variabili, vel invariabi-  
li, late agit.

## Num. 46.


Vide num. 36.

## Num. 49. &amp; seqq.

Docet Auct. p. 1. cap. 8. & p. 3. cap. 5.

## Num. 53.

Vide p. 4. cap. 1. & p. 8. cap. 7. à nu-  
9 mer. 20. quæ omnia caute intelligen-  
da, & observanda sunt propter favo-  
rem lineæ primogeniti, quæ semper  
à Lege, & à testatore solet præferri,  
nec exclusa esse censetur, nisi expref-  
se, Menoch. conf. 227. numer. 3. &  
conf. 822. numer. 14. & conf. 826. &  
conf. 768. num. 15. & tunc Lex, vel  
testator filij secundi, vel patris suc-  
cessionem admittit videtur, cum ex  
filio maiori non est successio, ex L.  
Cum avus ff. de C. & D. facit L. 2.  
tit. 15. p. 2. L. 2. tit. 18. p. 3. docet  
Auctor hic num. 23. & 24. ubi cum  
hic propositis ab eo, intelligendus est,  
ut eum injustè reprehendisse D. O-  
leam observes, ut ibidem dixi, nec  
enim ibi aliquid proponit extra ar-  
gumenti rationem.



## ADDITIO

A D

## PARTIS VIII.

CAP. I.

In Notis ad Legem 7. Titul. 7.

Lib. 5. Recop.

## SUMMARIUM.

- 1 Lex lata à Rege in quo differat ab ea quæ ad petitionem populi fertur.
- 2 Legis ratio an exprimi debeat.
- 3 Lex Regni an possit statuere extra Regnum.
- 4 Divitiarum nimia potentia in vassallis damnum affert Regi & Regno.
- 5 Rationes Legis explicatur, remissive.
- 6 Rex est dominus Regni & quomodo.
- 7 Rex honorem vassallorum tueri, & conservare tenetur.
- 8 Lex cum consilio prudentum ferenda est, & quomodo in nostro Regno.
- 9 Matrimonio, & casamento in quo differant.
- 10 Maioratus duo per viam successionis uniti an sint juxta Legem dividendi & II.
- 12 Maioratus ab eodem plures instituti an veniant juxta Legem dividendi, & 13.
- 15 Maior, & primogenitus idem sunt.
- 16 Incompatibilitas Legis impedit actualem duorum maioratum successionem, non vero spem, vel jus ad eos aufert omnino, & 25.
- 17 Primogenitus qui unum maioratum tenetur eligere an possit juxta Legem plures retinere.
- 18 Eligens de suis optimū eligere potest.
- 19 Maioratus magis principalis an sit ref.

respeſtu dignitatis vel reddituum.

- 20 Electio primogenito conſeſſa pro una vice competit, niſi electio male ſit facta, vel à minore, & quas ſolemnitates requirat.
- 21 Primogenitus poteſt aliquando duos maioratus retinere, ſi ceteri filij ſint inhabiles, vel incapaces, vel nulli ſint, & 24.
- Primogenitus non poteſt renuntiare niſi ex maioratibus in filium ſuum. Ibid.
- 23 Maioratus qui ad ſecundum filium tranſiit, eo ſine liberis deſuncto, iterum ad filium maiorem reddit.
- 26 Lex in præjudicium juris quaſiti lata valet.
- 27 Lex 7. non comprehendit maioratus ante ipſam inſtitutos.

### Epitome Legis Portugalliaë ſequitur.

- 28 Circa ſeparationem duorum maioratum quoties per viam matrimonij junguntur.
- 29 Quod ſi filius ſecundus non ſit capax, maioratus ad alium tranſiit.
- 30 Nullo exiſtente filio, vel ſi qui ſunt incapaces exiſtant, maioratus remanebit apud primogenitum.
- 31 Fæmina ſi non ſit excluſa poteſt admitti ad maioratum à primogenito relictum, & 32.
- 33 Incompatibilitas à Legge induceta in

maioratu bonorum Regiæ Coronæ quomodo locum habeat.

- 34 Fæmina in locum primogeniti ſuccedens, an poſſit habere maioratum bonorum Regiæ Coronæ ſicut primogenitus.
- 35 Maioratus bonorum Regiæ Coronæ apud filium maiorem remanere debet ſi alij filij inveniuntur ab inſtitutore excluſi.
- 36 Maioratus Regni etiam cum alio extra Regnum conjungi nequit.
- 37 Diſpoſita in filijs, in nepotibus & deinceps intelligenda ſunt.

### Additiones ad Auctorem ſequuntur.

- 38 Mieres de Maiorat. adducitur in locis ubi de leg. 7. fecit menti mem.
- 39 Maioratus per viam ſucceſſionis conjungi an poſſint non obest L. 7.
- 40 Deciſio Senatus Luſitaniæ refertur.
- 41 Caſus omiſſus quando habeatur pro expreſſo, vel omiſſo, uſque ad 52.
- 53 Diſpoſitio ex ratione ad ſimiles caſus ubi eadem eſt ratio extenditur.
- 54 Incompatibilitas à Legge induceta an ſit in uſu quoad caſum ſucceſſionis.
- 56 Ratio prohibitionis Legis adducitur.
- 57 Magnates in Regno quot ſint, & de eorum redditibus, remiſſive.

## IUS REGIUM.

Agitur in hac parte ab Auctore de Interpretatione textus in L. 7. tit. 7. lib. 5. Novæ Recopilationis, quæ fuit condita ab Imperatore Domino Carolo Quinto in Curijs Matriti cap. 129. quam ideo breviter, & quaſi per Indicem enucleatam referre conſtitui.

1. Informados: nota quod hæc Lex non eſt lata ad petitionem Curiarum, aliàs ſuperfluum illud in fine proemij, Viſto, &c. & opponeretur quod in fine ait de noſtro
- Otroſi ſomos informados, (1) que por cauſa (2) de ſe aver juntado en eſtos nueſtros Reynos, (3) de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas Caſas de Maiorazgos de Grandes, y Cavalleros principales,
2. Por cauſa: proponit rationes diſpoſitionis; que an in Legge exprimi debeant, vide Marquez in Gubern. lib. 1. cap. 19. fol. 101.
3. En eſtos nueſtros Reynos,

nos: an ergo maioratus extra Regna inſtitutos non comprehendat dixi ſup. ad p. 2. cap. 5. n. 43. à n. 53.

4. Deſervicio nueſtro: ut notum ipſi inviſſimo Carolo 5. Legis conditori ex Caſtellæ diſturbijs ab anno 1519. uſque ad annum 1522. de quibus Caſtillo in Hiſtor. Gothor. in addit. cap. 1. & alij hiſtorio-graphi. D. Molin. lib. 4. cap. 11. n. 58. & antea Henrico 3. præviſum quem potentioribus dixiſſe referunt: Vos omnes Reges eſtis, &c. ut apud Marian. de Regis inſt. lib. 3. cap. 7.

5. Otros. Vide Auctorem h. p. cap. 1. à num. 63.

6. Señores naturales: L. 1. tit. 18. p. 2. L. 2. ubi Gregor gloſ. 6. tit. 1. p. 2. L. 2. tit. 25. p. 4. L. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Recop.

7. De ſus Reynos: Caſtiodor. lib. 1. var. form. 17. D. Salg. de Retent. 1. p. cap. 1. à num. 3. & cap. 3. §. un. num. 45. Eſcobar de Purit. p. 2. q. 1. gloſ. 3. & q. 2.

8. Por los del nueſtro Conſejo. Vide L. 17. & 18. tit. 1. p. 1. Garcia de Nobil. gloſ. 34. à num. 1. Cevallos Cõmun. q. 645. Paz ad LL. Styl. in rub. 1. p. n.

9. D. Solorzan. lib. 5. Polit. cap. 16. in princ. Vela diſſert. 4. à n. 14. & 25. Robert. Rer. Ind. lib. 2. cap. 11. Marquez in Gubern. lib. 2. cap. 18. fol. 272. Fermosin. in Rub. de Conſt. q. 4. & quid ſi omniũ vota non conveniãt in Legem ferẽdam. Vide L. 8. tit. 1. lib. 2. Recop.

9. Que en los matrimonios: nota quod verbum Matrimonio diſſert à verbo Caſamiento, ut ex Legge innuitur. Verbum

les, la memoria de los fundadores de los dichos maiorazgos, y la fama de ellos, y de ſus linajes, ſe ha diminuido, y cada dia ſe diminuye, y pierde, conſumiendose, y menoscabandose las dichas caſas, y criados, en las quales muchos de ſus parientes, y criados, y otros homes hijosdalgo, ſe acoſtubravan mantener, y ſoſtener: lo qual de mas de ſer perdida de los tales linajes, que por los buenos ſervicios, que a los Reyes nueſtros predeceſſores hizieron, como merecieron ſer honrados, y acrecentados, merecen de Nõs, y de nueſtros ſuceſſores ſer ſoſtenidos, y conſervados: y aſſi miſmo, mucho de ſervicio (4) nueſtro, y daño, y perjuizio de eſtos nueſtros Reynos, porque diminuiendose las caſas de los nobles de ellos, no avrã tantos Cavalleros, y perſonas principales, de quien nos podamos ſervir: y por eſto conſiderando los dichos inconvenientes, y otros (5) que de juntarſe los dichos maiorazgos vienen, y pueden venir, queriendo proveer ſobre ello como Reyes, y Señores naturales, (6) a quien pertenece mirar por la honra, y Cavalleria de ſus Reynos, (7) y que en nueſtros tiempos ſea antes acrecentada, que diminuida: viſto, y platicado por los del nueſtro Conſejo, (8) fue acordado, que deviamos mandar, y mandamos: Que en los matrimonios, (9) que haſta agora no eſtan contraidos, (10) cada, y quando que por via de caſamiento (11) ſe viniere a juntar (12) dos caſas de maiorazgo, (13) que ſea

enim Caſamiento Hiſpanẽ matrimonium contractum ſignificat: matrimonio, ipſum contractũ nuptiarum, L. 1. tit. 11. p. 4. ibi: Ante que el matrimonio ſea acabado: vide Baeza de Non melior. cap. 5. numer. 7. prohibitio ergo non ſtat ad contractum, ſed ad effectum ejus, quia Princeps circa matrimonium directe ſtatuerne nequit.

10. Que haſta agora no eſtan contraidos. Cumulati ergo maioratus ex matrimonio ante Legem contracto, non ſeparantur: Lex ergo quatenus de ijs non loquitur, caſum ſucceſſionis enixe videtur omittere: Cur igitur eam extendere ad hunc caſum volumus? cũ immediatam cauſant matrimonij non reſpiciat, nec ſucceſſionem ex ea reſpicere videtur. Vide Auct. cap. 1. hic.

11. Por via de caſamiento: vide A. cap. 2. quid ſi per ſucceſſionem? dixi gloſ. 10. & vide in cap. 2. hic.

12. Se viniere a juntar: ergo ex matrimonio poſt Legem contracto, licet actu ſucceſſionis eveniat con-

la junctio, ſeparatio locum habebit. Verũ eſt tamẽ plures maioratus ab uno inſtitutos, vel in unum fundatos, non intelligi ex cauſa matrimonij jungi, ſed ſucceſſionis. Vide quæ dixi p. cap. n.

13. Dos caſas de maiorazgo: ideſt, duo maioratus in diverſis familijs inſtituti, tunc enim unius memoria cõfunditur; idem enim ſonat Hiſpanẽ Caſa, quod latine Familia. Auct. cap. 3. hic.

14. *De renta.* Vide Auctorem cap. 4.

15. *El hijo maior:* Primogenitus, quod idē est. Vide Auct. cap. 5. *Mieres de Maior.* 2. p. 9. 4. illat. 3. n. 1.

16. *Podia succeder:* cui proxima erat spes succedendi, quā quidem spem Lex non adimit, sed successio- nem tantum; ideoque etiam ad maioratum à filio maiori relictum verum est jus filij non extingui, sed suspēdi, dum Lex effectum possit fortiri, nec representatio tollitur, licet non radicetur successio.

17. *Succeda solamente en uno:* an in duobus vide pro ratione dubitandi *L. 1. de Opt. leg. à contrar.* Pinel. *Select. lib. 2. cap. 16.* Larriategui *lib. 5. cap. 4. n. 3.* D. Gonzales *in Comm. cap. 5. de praben.*

18. *En el mejor:* quia ex suis elegit: ideo apud heredem à quo optio relicta est rerum optima manet, *L. Legato 37. in princ. ff. de leg. 1. L. Si duobus §. Sed si quis vers. Ita tamen C. comm. de leg.*

19. *Y mas principal:* vide quē dixi *ad cap. 6. num. 14. h. p.*

20. *Qual el quisiere:* an & is in quem facultatem transmiserit? Vide *Mieres de Maior.* 1. p. 9. 48. num. 197. confert *L. Si ita stipulatus 76. ff. de verb. oblig. D. Molin. lib. 2. cap. 4. n. 2.* D. Olea *de Cess. jur. tit. 3. q. 1. à n. 86.*

21. *Escojer:* pro una vice, *Mieres de Maior.* 1. p. 9. 25. num. 152. si male elegerit an iterum possit eligere? Idem affirmat à n. 238. *ibid.* §. 9. 48. n. 238. §. 9. 52. num. 26. §. num. 31. §. 32. & an restitutio in integrum adversus electionem detur? Idem *Mieres 3. p. 9. 18. n. 30. §. 29. ubi,* & de solēnitatibus, & quo tempore electio fieri debeat, & an perpetuo duret? Idem 1. p.

la una de ellas de valor de dos quentos de renta, (14) o dende arriba, el hijo maior, (15) que en las dichas dos casas assi juntas por casamiento podia succeder, (16) succeda solamente en uno (17) de los tales maiorazgos, en el mejor, (18) mas principal, (19) qual el quisiere (20) escojer: (21) y el hijo, o hija (22) segundo succeda en el otro maiorazgo; y sino ubiere mas (23) de un hijo, o de una hija, que aquel, los pueda tener por su vida; (24) y si aquel hijo, o hija ubiere dos hijos, o hijo, y hija, se dividan, y aparten los dos maiorazgos, como avemos dicho; de manera que los dos maiorazgos siendo como diximos, el uno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba, no concurren en una persona, ni los pueda uno tener, ni poseer, (25) sino como dicho es. Lo qual todo mandamos, que se haga, cumpla, y execute an si, sin embargo (26) de qualesquier clausulas, condicionales, y llamamientos, que en los dichos maiorazgos (27) se contengan; y sin embargo de qualesquier Leyes, y derechos, que en favor de los hijos maiores pueda aver, y, ellos puedan pretender, porque en quanto a efecto de esto, de nuestro proprio motu, & poderio Real absoluto, los revocamos, y damos por ningunos, y de ningun valor, y efecto, quedando en su fuerza, y vigor, quanto a todo lo demas.

In

fert. *Mieres 3. p. 9. 18. n. 11.*

23. *Y sino ubiere mas:* nam ad transversales non transit; ergo nec ad patruum; opponetur enim *L. 40. Taur.* Quid autem si filius secundus acquisito maioratu decesserit sine prole? Admittendus est primogenitus. *Mieres 2. p. 9. 6. n. 213. vers. Sed.*

24. *Por su vida:* post mortem: ergo divisio fieri debet inter filios ad ea verba *se dividat, &c.*

25. *Tener, ni poseer:* ergo jus ad retentionē prohibet, non ad successionem, ut dixi.

26. *Sin embargo:* vid. A. in *Appendic. cap. ult.*

27. *Si contengan:* videtur ergo maioratus ante legem conditos comprehendere.

9. 17. num. 5. §. 6. & de interpellatione 9. 48. n. 293.

22. *Y el hijo, o hija segundo:* adducit *Mieres de Maior.* 2. p. 9. 5. num. 39. §. seqq. quibus probat neptem contra patruum admitti, ad textum in *L. 40. Taur.* Item observa legem supponere terminos habiles, hoc est, ut ij, masculus, vel femina vocati sint habiles, nec inveniantur exclusi à testatore, vel à Lege ipsa, vel sint incapaces, tūc enim, maioratus ad tertium filium, vel filiam transibit, & si non sint, in primogenito uterque manebit maioratus, ex dispositione Legis, quæ postea, ait: *Y sino ubiere mas de un hijo, &c.* docet *Mieres de Maior.* 1. p.

9. 2. num. 108. §. 2. p. 9. 4. illat. 3. num. 11. §. 4. p. 9. 15. num. 110. cessat ergo dubitatio an femina maior filio minori preferenda sit? Item nota filium maiorem non posse renuntiare maioratum in filium suū, quia Lex eum in fratrem secundogenitum trans-

In Regno Lusitaniæ dum apud Sapientissimum Regem nostrum Philippum II. jus erat Regni, condita est ad idem Lex alia, quæ dubia usque ad id tempus orta resolvit, ideoque eam referre constitui: extat sub *lib. 4. Ord. tit. 100. §. 6. cum seqq. anno 1603. publicata.*

### LEX PORTUGALLIÆ.

#### §. 6.

Quoties per viam matrimonij junguntur duo maioratus, quorum unus habeat in redditu quatuor mille cruciatis, tunc primogenitus in uno tantum quem elegerit succedere debet, & alter ad secundogenitum transit, licet aliud ab institutore sit statutum contra prædicta.

§. 6. Ordenamos, & mandamos, que todas as vezes, que se ajuntarem duas casas, & morgados por via de casamento, dos quaes hum renda cada anno quatro mil cruzados, ou dahi para cima, o filho maior, que della nascer (o qual conforme as instituiçoens dos ditos morgados ouvéra de succeder em ambos) succeda somente em hum dos ditos morgados, qual elle quizer escolher; & o filho segundo succeda em outro morgado, & casa; & isto sem embargo de qualesquer clausulas, & condiçoens, pelas quaes o filho mais velho seja chamado pelos instituidores, & fundadores a ambos os morgados; & sem embargo outrosim de qualesquer Leys, & costumes, que ouver, pelas quaes o filho mais velho deva succeder nos ditos dous morgados, porque todas ellas, & qualesquer de nosso proprio motu, certa sciencia, & poder Real, & Supremo, por esta Ley revogamos, & havemos por revogadas quanto para effeito do dito filho mais velho não haver de succeder em ambas as ditas casas, & morgados, ficando em tudo o mais as ditas Leys, costumes, clausulas, & condiçoens postas nas instituiçoens delles em sua força, & vigor.

#### §. 7.

Si filius secundus qui altero maioratu succedere debet, illius capax non sit, maioratus in alium filium transibit, qui ejus successionis capax inveniatur.

§. 7. E isto haverà lugar sendo o filho segundo capaz da successão do tal morgado, conforme a instituiçam delle; porque se por algũ caso o dito filho segundo for incapaz, succederà outro irmaõ, se o ouver, sendo outrosim capaz para nelle succeder.

#### §. 8.

Si non sit alter filius, vel sit non capax, primogenitus pro vita sua utrumque maioratum retinere potest.

§. 8. E não havendo irmão capaz, ou havendo hum só filho, poderà o filho primogenito possuir em sua vida ambos os ditos morgados, atè delle por sua morte ficarem filhos, ou taes descendentes, nos quaes possa haver effeito a divisaõ, & separaçam, que das ditas duas casas, & morgados conforme a esta Ley mandamos que se faça.

#### §. 9.

Si non sit filius, sed filia, ea tamen juxta voluntatem testatoris possit admitti, idem dicendum est, quod in filio.

§. 9. E não ficando do dito matrimonio filho algum varão, & ficando hũa, ou mais filhas, taes que conforme a qualidade dos bens, & clausulas das instituiçoens, pòdem succeder nos ditos morgados, o que dito he no modo em que nos ditos morgados os filhos devem succeder, haverà lugar nas filhas.

§. 10. Si fit filius, & filia, filius quoque eligere tenetur, & filia in non electo maioratu succedere debet, nisi in defectum filij inveniatur exclusa, tunc enim filius utrumque maiorum retinere potest, ut supra est dictum.

§. 11. Si unus ex maioratibus fit bonorum Regiæ Coronæ, & eum filius maior reliquerit, potest filius secundus in eo succedere, quia subintrat locum primogeniti, & immediate succedit patri, non fratri.

§. 12. Idem in filiabus dicendum quando ex tenore foundationis, vel ex qualitate bonorum non inveniuntur exclusæ, ideoque femina secundogenita gradû primogeniti occupat in maioratu relicto ab eo: & vide 2.p.c.5.n.79.

§. 13. Si filia non sit capax, primogenitus utrumque maiorum retinere potest.

§. 14. Si naturalis Regni cum forensi contrahat matrimonium, unusque maioratus Regni cum alio jungatur, licet sit extra Regnum, divisio tamen fieri debet, & cogendus est filius maior relinquere filio secundo aliorum maioratum ex ijs.

§. 10. E se ouver hum só filho varaõ, que haja de escolher hum dos ditos morgados, no outro succederà a filha que ouver, nam sendo excluida pelas clausulas da instituiçam, & sendo chamada por ella, em caso que não haja filho varaõ, poderà succeder no outro morgado; & em caso que a dita filha seja excluida pelas clausulas da instituiçãõ, o dito filho só que ouver succederà em ambos os ditos morgados, & os possuirá, como acima fica dito em o caso em que haja hum só filho.

§. 11. E por quanto neste Reyno ha algúas pessoas grandes, & Fidalgos delle que tem bens da Coroa per doaçõens, que de Nõs, & dos Reys antepassados ouveraõ, nos quaes conforme a Ley Mental, & Ordenaçãõ do segundo liv. tit. 35. não pôde succeder senam o filho varaõ maior, dos quaes se fundáraõ algúas casas, & morgados, conforme as doaçõens que para isto tem; & pôde haver duvida, se o filho segundo succederà no tal morgado, por ser de bens da Coroa, havemos por bem, & mandamos, que o outro filho possa nelle succeder, sendo tal em que concorraõ as qualidades, que conforme a dita Ley Mental, & Ordenaçãõ ouvera de ter para succeder nos ditos bens, & morgados, se seu irmão por mais velho o nam precedera, por quanto a successãõ do morgado destes bens da Coroa, senaõ deferio ao filho mais velho, em quanto nam escolheo qual dos ditos morgados queria, & assim nam he visto outro filho succeder a seu irmão nelles, mas immediatamente a seu pay, conforme a doaçãõ que dos ditos bens da Coroa tiver.

§. 12. E isto mesmo havemos por bem se guardada naquellas filhas a quem por Nõs, ou pelos Reys nossos antecessores, ou pelos que depois de Nos vierem foi feita merce, que possaõ succeder nos bens da Coroa sem embargo da Ley Mental.

§. 13. E nam podendo as ditas filhas succeder nos taes bens da Coroa, por nam haver derogaçãõ da Ley Mental, havendo filho varaõ, elle succederà em ambos os morgados, & os possuirá por sua vida até delle por sua morte ficarem filhos, ou taes descendentes, em os quaes possa haver lugar a divisãõ, & separaçãõ acima dita.

§. 14. E esta Ley queremos, & mandamos se entenda não sómente casando as pessoas destes Reynos, & Senhorios de Portugal com outras naturaes delles, mas que rambem haja lugar nas pessoas, que casarem fóra dos ditos Reynos com pessoas estrangeiras, & nam naturaes. Per maneira, que em nenhũ tempo se possaõ ajuntar, nem ajuntem as ditas casas,

§. 15. Quæ omnia intelligenda sunt sive in filijs, sive nepotibus, vel cæteris descendentibus, qui possint in duobus maioratibus succedere.

fas, & morgados deste Reyno com os outros de outro Reyno de fóra deste, senaõ na fórma desta Ley.

§. 15. E outrossim mãdamos se entenda não sómente nos filhos, & netos, mas també em todos os outros descendentes, em qualquer grao que seja, & em todas as outras pessoas, que por bem das instituiçõens dos taes morgados, & doaçõens dos bens da Coroa nelles, & nos ditos morgados pôdem succeder.

## Sequitur Additio ad Auctorem.

Num. 1. & seqq.

Adde ad hanc legem Mieres de Maior. 4. p. q. 1. num. 59. ubi ratio legis: & præterea de ea meminit ad diversas resolutiones 1. p. q. 2. numer. 108. & q. 17. num. 5. & 6. & q. 28. n. 152. & q. 30. num. 85. & q. 48. numer. 197. & 238. vers. Ex quibus, & q. 52. num. 26. 31. & 32. & q. 58. num. 254. & 2. p. q. 1. a num. 559. & q. 4. illat. 8. n. 327. & illat. 3. num. 15. & q. 6. n. 39. & n. 213. & 4. p. q. 1. num. 99. & alibi pluries. Latro dec. 192. n. 3.

Num. 15. & seqq.

Mieres de Maior. 1. p. q. 1. num. 29. Latro proxime.

Num. 26.

39 In hac quæstione pro negativa sententia cui juris dispositio favet magis, cum, licet prohibita sit duorum maioratum conjunctio, per successionem tamen possint conjungi, arg. text. in cap. un. de Feud. legio, & cap. Satis bene de prohib. feud. alienat. & D. Greg. in L. 3. gloss. 6. tit. 26. p. 4. Reverter. dec. 183. ubi Marinis n. 1. Jacobuc. de Franchis de feud. q. 2. num. 137. quibus feudi legij cum alio conjunctio per successionem intelligitur excepta, licet aliàs generaliter prohibeatur, quod & Lex ipsa expresso ca-

su matrimonij videtur innuere, quasi minus generali regula non comprehendere velit aliam magis generalem: ideoque probabiliorem hanc sententiam defendunt Mieres de Maior. 1. p. q. 30. num. 85. & 2. p. q. 4. illat. 8. num. 327. D. Larrea alleg. 115. numer. 14. Antunez tom 1. de Don. Reg. 2. p. cap. 11. num. 79. & 80. & Melchor. Pheb. dec. 151. qui Senatus Lusitani contrariam decis. referunt, Auctoris que sententiam laudat Antunez, licet non diffiteamur bono publico utrumque casum comprehendi expeditius esse, & utilius, ut in §. 15. Leg. Lusitanæ videntur inclusi. Barb. vot. 126. num. 31. ubi pro negativa stat.

Num. 28. & seqq.

Fontanel. decis. 193. Giurba in Consuet. Mess. cap. 10. gloss. 5. num. 9. Carleval. de Iudic. tit. 3. disp. 4. num. 6. D. Vella diff. 47. num. 72. Pareja de Instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 3. num. 2. & tit. 2. resol. 7. num. 61. Jul. Capon. tom. 3. discept. 205. cap. 2. & 3. & tom. 4. discept. 271. & 319. adde etiam Barbol. Axiom. Jur. lit. C. num. 5. & seqq. Card. Tusch. lit. O. conclus. 116. per tot. D. Larrea decis. 52. n. 23. & seqq.

42 Limita 1. hanc conclusionem, quando casus omissus potest intelligi virtute expressi, velut in consequens, vel antecedens, vel connexum, vel ex natura actus, Jul. Capon. discept. 205. cap. 2. a num. 11. ex L. Fideicommissa 11. §. Si filio 10. ff. de leg. 3.

43 Limita 2. quando verisimile esset, quod si de casu omissu cogitasset testator

stator expressisset : proviso in uno casu facta extenditur ad alium. *L. Titius §. Lucius Titius ff. de lib. & posth. L. fin. C. de posth. hered. instit. L. 3. C. de inof. testam. L. Tale pactum §. fin. ff. de pact. L. Cum quidam de hered. inst. idem Capon. ubi sup. n. 13. & seqq.*

44 Limita 3. quando eadem ratio, vel maior militat in casu omisso, quia tunc omissus casus non dicitur tamquam in ratione comprehensus, *L. per diversas C. de mandat. L. His solis C. de revoc. donat. L. Quoties §. Si non corpore ff. de hered. inst. L. Mulier in princ. 22. ff. ad Trebel. L. 3. C. de inst. & subst. Capon. à num. 14. sub Auct. hic num. 31.*

45 Limita 4. casus insolitus videtur regulariter comprehensus in ratione, maxime quia testatori non debet imputari, quod in solitum casum non cogisset. *Jul. Capon. ubi sup. n. 17.*

46 Limita 5. quod quando id, quod deest, subaudi debet ne ultima voluntas testatoris corrumpatur, casus omissus non habetur pro omisso ex ratione *Leg. 1. §. Si ex fundo, L. Quoties §. 1. ff. de her. inst.*

47 Limita 6. quando casus omissus est similis expresso, & habet eundem effectum, non præsumitur consulto omissus, *L. fin. §. fin. ff. mandat. L. Si quis mihi bona §. Sed quid si mandavit ff. de acq. hered. L. ex facto §. Si quis autem, & §. fin. ad Trebell. Capon. ubi sup. n. 19. & 20.*

48 Limita 7. in dispositione favorabili quando duo casus simplices comprehenduntur, includitur etiam casus mixtus ex simplicibus, *L. Si ita scriptum ff. de liber. & posth. Capon. à num. 21.*

49 Declara prædictas limitationes : Provisio, vel dispositio facta per modum conditionis non potest extendi ad casum omissum, quia conditio in specifica forma non per æquipollens debet impleri, *L. Si cum dotem ff. solut. matrim. L. Commodissime ff. de lib. & posth. L. Fideicommissum ff. de cond.*

*& dem. L. Qui heredi, L. Mævius ff. eodem, Jul. Capon. discept. 205. cap. 3. à num. 1.*

Limita prædictam declarationem in dispositione modali. *Capon. à num. 7.*

Limita etiam, quando casus, ad quem fieret extensio, per omnia in expresso subrogaretur, *L. In conditionibus §. Patronus ff. de cond. & dem. L. Is qui §. fin. ff. de leg. præst. and. L. Pater familias ff. de Valg. L. 3. §. fin. ff. de lib. & posth.*

Limita etiam : dispositio condicionalis, si conditio est necessaria, extenditur ad alium casum, quia potest impleri per æquipollens : *L. Mulier in princ. ff. ad Trebel. L. Si mater C. de inst. & subst. L. Si ita esset ff. quando dies leg. ced. L. Julianus ff. de cond. & dem. conditio autem necessaria est, quæ natura, aut à jure necessario est extitura, & præcise ad ipsam dispositionem ex prævia ratione rei, non sola testatoris dispositione, quia si ab ea, voluntate pendeat, non necessaria, sed voluntaria dicitur.*

## Num. 32.

Fac. *L. Si fideiussor §. Si necessaria ff. qui satis d. cogantur. L. fin. in princ. & §. Plus ego ff. de leg. 3.*

## Num. 33. &amp; 34.

At cum eadem est ratio, dispositum in uno, in alio casu dispositum censetur, *ex L. Illud ff. ad L. Aquil. L. A Titio ff. de verb. oblig. L. fin. ff. ad L. Falcid. casus enim omissus dici nequit in ratione comprehensus, L. Nominis, & rei §. Verbum ex legibus ff. de verb. signif. L. Quamvis, & ibi gloss. C. de fideicommiss. Prætes de Interpret. ult. volunt. lib. 2. interp. 3. dubit. 1. solut. 3. vers. In summa, & sol. 6. num. 30. Menoch. cons. 14. num. 15. Mascard. de Probat. conclus. 1141. n. 4. vol.*

Num.

## Num. 35.

54 Vide allegationes pro Comestabili Castellæ cum Marchione Aunonensi super Marchionatu de Verlanga, ubi de hac consuetudine fides est, maximè alleg. 6. *Licenciati de Contreras num. 114.* ubi de opinione contraria Parlador. & aliorum ait : *Que la tiene reprobada el uso comun de España, desde que la Ley se hizo ; por el qual vemos, que a las mas Casas grandes de España se an juntado por sucesion maior azgos de más de dos quentos, y cada dia se sentencian en el Consejo pleitos de Tenuta, dando maior azgos grandes, y con titulos a quien tiene otros de la misma calidad.*

Et alleg. 8. num. 35. dicitur de hac specie : *Este caso sea tenido por tan duro de justificar se, y tan lejos de ser en utilidad publica, que nunca sea guardado.* Et alleg. 14. D. Stephani Zambraño fol. 3. ibi : *Et sic videmus, que muchos Duques, y Titulos tienen de ordinario juntos tres, y quatro maior azgos de maior renta, que prohibe esta Ley, sin que en esto aya duda, ni controversia, sino es en caso que ai incompatibilidad de fundaciones.*

## Num. 36.

55 Adde etiam D. Solorzan. in *Politic. lib. 3. cap. 20. fol. 386. vers. Tmui en terminos*, ubi in sua itat sententia.

## Num. 60. &amp; seqq.

56 Saavedr. *Empres. Polit. 17. alienis spolijs*, ad finem. D. Ramos postea visus ad *Leges Iulias lib. 3. cap. 51. num. 10.* ubi de lege nostra meminit, & disputat de Principis potestate in prohibendis matrimonijs potentiorum.

## Num. 68. &amp; 69.

57 Vide Libel. sub titulo: *Solo Madrid*

es Corte, ubi magnatum Regni feriem refert, & quod redditus unusquisque possideat.

## ADDITIO

## AD CAP. II.

## HUIUS PARTIS VIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Lex ad præterita non trahitur.
- 2 Leg. 6. tit. 1. lib. 6. Recop. explicatur.
- 3 Leges Tauri an sint declaratorie vel correctorie juris communis. 4. & 5.
- 6 De Leg. 17. Taur.
- 7 De Leg. 27. Taur.
- 8 De Leg. 40. Taur.
- 9 L. fin. Taur. adducitur.
- 10 L. 45. Taur. an sit juris communis correctoria.
- Concordat cum L. Quoties C. de donat. quæ sub modo Ibid.
- 11 Lex quæ ipso jure transfert dominium, transfert etiam possessionem.
- 12 L. 45. Taur. habet locum in maioratibus extra Regnum.
- 13 Immediatus successor agere potest ut declaretur talis; spes enim considerabilis solet esse.
- 14 Maioratus alius divisi si matrimonio contracto conjungantur, etiam successione eveniente ex eo dividendi sunt, & 15.
- 16 Effectus attribuitur causæ, non occasioni.
- 17 Explicatur Lex ibi : El hijo mayor, & ibi : Y fino ubiere mas de un hijo, quomodo ad nepotes extendatur, 18. & 19.
- 18 Lex de filio loquens ad nepotes non potest extendi.
- 20 Donatio facta ob causam matrimonij certi, vel incerti an differat
- 21 Legis prohibitio quomodo intelligatur,

Lz. iij tur.



- tur, quando maioratus Regni jungitur cum alio extra Regnum.
- 22 Matrimonium an intelligatur si nondum velationes sint celebratae juxta Ecclesiae solemnitate.
- L. fin. tit. 1. lib. 5. explicatur, remiss. Ib.
- 23 Legitimi an succedant in maioratu incompatibili.
- 24 Naturales non debent esse melioris conditionis, quam legitimi.
- 25 Matrimonium praesumptum an habeat privilegia putativi, & 27.
- 26 Matrimonium praesumptum quid sit.
- 28 Sponsalia, copula subsequuta transeunt in matrimonium de jure communi.
- 29 Et quid post sacrum Tridentinum Concilium, 31. 41. & 43.
- 30 Filij ex matrimonio praesumpto an sint legitimi, 30. 32. 33. & 34.
- 35 Matrimonium an possit dari quod non sit Sacramentum in Ecclesia Dei. & 47.
- 36 Matrimonium infidelium post conversionem an transeat in Sacramentum, & 48.
- Matrimonium per procuratorem contractum an sit Sacramentum. Ibid. & 49.
- 37 Matrimonij solemnitates de jure communi, & 38.
- 39 Filij ex clandestino matrimonio legitimi sunt de jure communi si nullum erat impedimentum.
- 40 Matrimonium clandestinum, & praesumptum differunt & in quibus.
- 42 Matrimonium an praesumptive probari possit, 55. & 56.
- 44 Filij ex matrimonio praesumpto sunt illegitimi, & insuccessibiles.
- 45 Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. referatur, & explicatur.
- 46 Ecclesia potest nove impedimenta constituisse dirimentia matrimonium.
- Matrimonium clandestinum, quod jure communi erat ratum, est hodie nullum, & irritum. Ibid.
- 50 Cap. Cum inhibito de clandest. de spons. explicatur.
- 51 Matrimonium praesumptum hodie post decretum Concilij cessat.

- 52 Sponsalia ante matrimonium contrahuntur, & non irritantur licet matrimonium sit nullum.
- 53 Matrimonium nullum, & irritum in vim sponsalium non resolvitur.

## Num. 1. 2. &amp; 3.

**A**lt. Auctor legem non comprehendere casum conjunctionis duorum maioratum ex matrimonio ante legem contracto, & consequenter nec successionem illorum post eam evenientem ex tali matrimonio, hoc ideo quia Lex casus praeteritos non immutat. Vide L. 7. C. de legib. L. fin. C. de pact. L. 4. C. de quadrienn. praescript. L. 29. C. de testam. Auth. de alienat. emph. cap. 11. §. ult. L. Cum eo tempore C. de generali abol. L. 2. C. de juram. calumn. L. 7. §. Hec autem 11. C. de curat. furios. L. Neminem 64. C. de Decur. lib. 10. L. 12. de suis, & legitim. L. 2. C. de jur. jurand. propt. calumn. L. 23. C. mandat. L. 17. C. de sacrosanct. Eccles. L. 1. C. de contract. judic. L. ultim. C. de transact. L. de usuris 27. C. de usur. L. 2. ff. eod. L. 2. C. de gener. abol. Petr. Greg. Cap. 2. de Const. num. 7. & cap. ultim. Robertus Rer. judic. lib. 2. cap. 1. fol. 112. & lib. 4. cap. 18. Cevallos q. comm. 704. Ricc. collect. 2135. p. 6. & 2404. Anguian. de Legib. lib. 5. D. Salgad. de Reg. prot. p. 2. cap. 1. numer. 241. & p. 3. cap. 9. a num. 86. & p. 2. de Retent. cap. 17. num. 61. D. Larrea decis. 11. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 14. & lib. 3. cap. 9. a num. 51. Aug. Barbof. in cap. 2. & 13. de Constit. D. Castillo lib. 4. cap. 56. D. Paz in L. 200. Styl. a n. 1. Cyriac. controuv. 529. Doctiif. Fermos. in cap. 2. de Constit. q. 2. & q. 1. Giurba de Feud. §. 2. gloss. 2. a num. 24. Antunez de Don. tom. 1. cap. 20. Caesar Afflicto Controuv. Jur. cap. 12. a num. 26. Jul. Capon. tom. 2. discept. 80. num. 4. Cyriac. contr. 543. ubi de statuto, quod in praedictum tertij in jure quaesito non extendatur ad praeterita num. 13. & 16. quod apud nos

nes de Legibus Tauri dubium facit textus in L. 6. tit. 1. lib. 6. Recop. ibi: Aunque los casos, y negocios, &c. ayan acaecido ante que las dichas Leyes se hiziesen, y ordenassen: ad quem vide Pat. Molin. de Just. & jur. disp. 627. n. 4. D. Christophor. de Paz de Legib. styl. in L. 200. a num. 20. quod ita esse dispositum, quia Leges Tauri sunt declaratoriae, D. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 24. ubi etiam Addent. D. Valenz. conf. 23. num. 109. D. Castillo lib. 3. cap. 19. num. 296. Mieres de Maior. 1. p. q. 44. num. 64. & 2. p. initio num. 175. Gama decis. 51. num. 6. D. Ferdin. Matut. disquisit. 29. num. 10. non vero correctoriae, quia tunc non extenderentur. Auct. hic ad nostram Leg. 7. D. Valenz. conf. 69. num. 46. & 47. & conf. 61. num. 32. & conf. 79. num. 127. adde Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 3. num. 105. D. Castillo lib. 4. cap. 5. num. 88. Menoch. conf. 240. num. 12. Tufchus conclus. 264. lit. L. num. 17. Farin. Fragm. crimin. 2. p. verb. Lex num. 25. D. Greg. per textum ibi in L. 15. tit. 15. p. 3. & ad pragmaticam agrorum Narbona in ea gloss. 13. n. 8.

Contrarium tamen Leges Tauri esse correctorias videtur tenere Menchac. de Succ. creat. lib. 2. §. 18. a numer. 273. & 278. D. Castell. lib. 3. cap. 19. num. 94. vers. Quod autem, Robles de Representat. lib. 2. cap. 29. num. 31. & ad L. 17. earum advertit Mieres de Maior. 1. p. q. 22. num. 269. & remissive 2. p. initio a num. 17. & de leg. 27.

Idem tenent Rod. Suarez in L. Quoniam in prior. q. 9. numer. 19. & 20. Menchac. ubi sup. num. 278. D. Paz ad L. 200. styl. ex num. 19. & L. 40. ad maioratus ante eam conditos non pertinere. Avendaño in ea gloss. 2. n. 27. Pat. Molin. ubi sup. D. Thom. de Castro, & Aguila, Advocatus antiquarenensis in Allegatione pro Rege Philippo in Success. Portugal. a numer. 172. & alleg. pro Marchione de Priego a num. 68. ubi late idem defendit Mieres: itidem eas in tertij praedicti-

cium non posse extendi, 1. p. q. 4. numer. 64. vide L. fin. Tauri. ubi ait: Que vean las dichas Leyes de suso incorporadas y cada una de ellas, y en los plritos, y causas que de aqui adelante de nuevo se movieren, y se comencaren, guarden, y cumplan, y executen, y las hagan cumplir, y executar, y por ellas juzguen, &c. & ibi: I que donde en adelante se guarden, & aleguen por Leyes generales de mis Reynos. Vide pro sententia priori D. Paz de Tenut. cap. 67. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 2. a numer. 24.

Illud etiam notissimum est Legem 45. Tauri, quatenus ipso jure transfert dominium, & possessionem rerum maioratus in successorem sequentem, etiam earum rerum quae ab alio fiat occupatae, esse consonam juri communi, ad idque declaratoriam; idem enim erat constitutum in L. Quoties C. de donat. quae sub mod. & in L. 7. tit. 4. p. 7. & quod notant D. Molin. lib. 3. cap. 12. num. 11. & cap. 6. num. 24. Pat. Molin. tract. 2. de Just. & jur. disp. 636. a num. 1. D. Paz de Tenut. cap. 6. Amato Var. resol. 12. num. 9. & 10. licet enim ex d. L. Quoties dominij translatio fiat ipso jure in secundum donatarium, nec de possessione quidquam dicatur; certissimum tamen est, in casibus, in quibus Lex dominium ipso jure transfert, transferre etiam possessionem, ex gloss. in L. Pomponius 35. ff. famil. hercisc. verb. Naturaliter, quam esse communiter receptam asserit cum alijs Hermosill. in L. 7. tit. 4. p. 5. gloss. 2. num. 17. & gloss. 3. num. 10. ideoque Legem Tauri descendere de jure communi. D. Paz de Tenut. cap. 2. num. 15. & cap. 67. num. 3. D. Molin. lib. 3. cap. 12. num. 5. D. Castillo lib. 5. cap. 91. num. 48. vers. Praeterea; Peguera dec. 15. num. 2. Bedoya in Specul. juris. lib. 3. disc. 2. a num. 16. ubi ex hoc infert Tenutae remedium obtinere etiam in maioratibus extra Regnum conditis a num. 45. cum Paz de Tenut. cap. 65. a n. 30. confert Fontanel.

tanel. de *Pact.* tom. 2. *clausul.* 7. *gloss.* 3. p. 4. *num.* 32. & 34.

Num. 4. & seqq. usque ad 8.

<sup>13</sup> Spes successionis ex vocatione ad maioratum est considerabilis, & magni aestimatur. D. Molin. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 35. D. Solorz. *lib.* 3. *Politic.* *cap.* 21. *fol.* 392. *vers.* *Y verdaderamente*, Antunez de *Don. Reg.* 1. p. *prælat.* 2. §. 2. *num.* 36. ubi considerat ex hoc motivo posse agi vivente successore, ad declarationem ejus qui post eum est successurus, interesse enim hoc ad nuptias posse considerari, ideoque hoc proposito aliàs inæquales divitijs copulati efficiunt verè conjungi maioratus ex matrimonio, sive actualiter habeant spem, vel qualemquam, ex qua postea deferatur successio.

Num. 8. & seqq.

<sup>14</sup> Auctoris distinctio proposita *num.* 17. verissima est, quoties enim post Legem Regiam matrimonium contrahitur, ex quo maioratus, qui aliàs divisi ambularent, conjunctim in unum successorem progenitum ex illo matrimonio transeunt, necessario dividendi sunt juxta Legis decretum, quod omnino, & expresse hunc casum comprehendit illis verbis: *Cada, y quando por via de casamiento se vinieren a juntar*, juxta præcedentia: *Que en los matrimonios que hasta* <sup>15</sup> *aora no estan contraidos*. Successio ergo ex matrimonio post legem contracto, expresse est prohibita, sive ea in filijs, sive in nepotibus, vel deinceps eveniat, ut expresse cavetur in *L. Lusitana lib.* 4. *tit.* 100. §. 15. effectus enim conjunctionis attribuitur causæ (matrimonio scilicet) non occasionem, id est successioni. Tiraq. *tract.* *Cess. caus. limit.* 13. à *num.* 1. *fac. L. Continuus* §. *Cum quis ff. de verb. oblig. L. Cui fundus*, ibi: *Sciendi enim ex acci-*

*deni conditio non debet ff. de cond. & dem.* matrimonium enim est causa efficiens conjunctionis, itemque finalis prohibitionis, ideoque habet locum Legis dispositio, licet ex successionis lege maioratus deferatur.

Obstat huic sententiæ eadem *Lex* <sup>17</sup> 7. quatenus filius tantum videtur vocatus illis verbis: *El hijo maior*, & ibi: *El hijo, o hija segundo*, at si casum successionis comprehenderet *Lex*, quod post matrimonium eveniret, non solum debuit filius comprehendere, sed & nepos, & pronepos, & cæteri descendentes: ergo.

Cui difficultati respondetur verissimum esse filios tantum, non etiam <sup>18</sup> nepotes esse vocatos in *d. L.* 7. id enim verba expriment, cum in speciali casu filius vocatur, maxime in illis verbis: *Y sino ubiere mas de un hijo*, & alijs quæ supra retulimus, in quibus semper filius tantum vocatus est numero singulari: cum ergo filij vocatio ad nepotes non extendatur ex *Fu-* <sup>19</sup> *far. de Subst. & conf.* 39. *numer.* 12. *Fontanel. de Pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. p. 3. *num.* 44. & 46. *D. Larrea decis.* *Granat.* 54. *num.* 24. certissimum est, quod quoties maioratus conjuncti dividi debent, distribuendi sunt juxta formam Legis inter filios ejus apud quem fuerunt conjuncti, nec enim cæteri descendentes sunt comprehendendi, nec possunt secundum regulas successionis comprehendere, juxta late tradita à nobis cum *Auctore* 7. p. *cap.* 6. sed in non excludit, quod ad executionem dispositi à Lege comprehendantur nepotes, & cæteri deinceps progeniti ex illo matrimonio, ex quo maioratum conjunctio evenit post illud in filijs, vel in nepotibus, vel pronepotibus, in his enim si conjungantur duo maioratus, dividendi sunt inter eorum filios, primogenitum, & secundogenitum, quod verbis Legis, & sensui maxime convenire non dubito.

Num.

Num. 42. & 59.

Vide quæ dixi ad p. 4. *cap.* 3.

Num. 50. & seqq.

<sup>20</sup> Videndus *D. Olea de Cess. jur. tit.* 2. q. 7. *num.* 9. ubi inter donationem ex causa certi, vel incerti matrimonij, nullam quoad revocationem constituit differentiam, matrimonio contracto, ex *D. Molin. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 17. ubi add. *Tello Fernan. in L.* 17. *Taur. num.* 72. *Matienzo in L.* 1. *gloss.* 8. *num.* 4. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop. Pat. Sanchez de Matrim. lib.* 6. *disp.* 32. *Hermosill. in L.* 3. *tit.* 4. *gloss.* 1. *num.* 43. p. 5. *Mieres de Maior.* 1. p. q. 39. *num.* 121. & *seqq.* *Anna conf.* 78. *num.* 3. & donationem à patre factam ob causam matrimonij esse irrevocabilem etiam non sequuto matrimonio videndi *Paschal. de Vir. patr. potest.* 1. p. *cap.* 4. *num.* 35. sequitur *Marinis lib.* 1. *resol. cap.* 92. *num.* 3. & *lib.* 2. *cap.* 139. n. 10. *Boslius de Dote cap.* 2. *num.* 136. *Barbof. voto* 126. n. 104. & *seqq.* *D. Solorzan. in Polit. fol.* 400. *col.* 1.

Num. 65. & seqq.

Vide supra *num.* 13. & 24. <sup>21</sup> Prohibitio Legis æqualiter determinat unum, atque alterum maioratum: ergo in uno potest effectum suum operare, licet in alio inefficax sit. Inde est, ut si unus maioratus sit extra Regnum, licet quoad illum efficaciter se non extēdat, quoad alium tamen qui sit in Regno effectus Legis optime procedat, ut statuit *Lex Portugallix lib.* 4. *tit.* 100. §. 14.

Num. 68. & seqq.

<sup>22</sup> *Balmased. de Collect. q.* 47. *num.* 7. & *seqq.* ubi ad *L. fin. tit.* 1. *lib.* 5. *Recop.* ubi ad Legem de matrimonio intelligendam cum velationibus, ut ejus

privilegio uxoratus gaudere possit. *Mieres de Maior.* 1. p. q. 39. *fere per totam*, *D. Solorzan. in Politic. lib.* 3. *cap.* 22. *fol.* 396.

Num. 71. & seqq.

<sup>23</sup> Dixi 1. p. *cap.* ubi de legitimatis, & adde *D. Solorz. in Politic. lib.* 3. *cap.* 19. & *fol.* 377. *vers.* *Y lo mismo*, & *lib.* 3. *cap.* 23. *fol.* 407. *vers.* *Y esto*. *Giurba in Consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 1. n. 30. & *cap.* 16. *gloss.* 2. à *num.* 6. *Fragof. de Regimin.* 3. p. *lib.* 2. *disp.* 5. §. 4. *num.* 54. & vide infra post *num.* 76. & *seqq.*

Num. 76. & seqq.

<sup>24</sup> Conducit *Fragof.* ubi sup. *Giurba dict. cap.* 1. *Mieres de Maior.* 1. p. q. 39. *num.* 10. & 73. *Dian. tom.* 2. *tract.* 6. *re-* *fol.* 43.

Et Auctoris judicium verum esse non dubitamus, ne melioris conditionis esse videatur naturalis, quam legitimus, illegitima conjunctio, quam legitima.

<sup>25</sup> Quod autem hic Auctor de matrimonio putativo docet, an procedat in præsumpto dubium est maximū, ideo non omittendum, cum ad materiam pertineat.

<sup>26</sup> Præsumptum matrimonium est, cum post sponsalia justa intervenit copula. *Cap. Is qui fidem de sponsalib.* *Gratian. Discept. cap.* 754. à *num.* 49. *Cuccul. Instit. canon. lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 104. *Capon. Discept. tom.* 4. *discept.* 266. *cap.* 3. *num.* 15. & ex decenniali cohabitatione præsumitur maxime favore prolis, cujus respectu legitimum tale matrimonium præsumitur, quando non contrahitur in casu à jure prohibito. *Lupus de Illeg. comment.* 4. §. 1. *num.* 49. *Gratian. sup. numer.* 9. nam ad prolem legitimam enuntiantdam sufficit colorata possessio ex quasi possessione maritali: adde *Cujac. in cap.* 15. 26. 30. & *ult. de sponsal. & in cap. ultim. de eo qui cognov. consanguin.* *D.*

D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 21 num. 65. & in Politic. lib. 3. cap. 23. in fin. Cyriac. Controu. cap. 272. Giurba in Consuet. Missan. cap. 1. gloss. 1. à num. 34.

27 Quo supposito, dubium est, an procedat dispositio nostræ Legis, ibi: *Por via de matrimonio*, in matrimonio præsumpto, quod quidem ex eo probari debet, quod filij ex tali conjugio progeniti, successione capaces sint, vel non: cum autem filiorum successio consequatur ex legitimitate eorum, & legitimitas ex matrimonio secundum Legem contracto, tota disputatio erit de validitate matrimonij saltem quoad filiorum legitimitatem, & successione.

28 Et in primis, quod si post sponsalia contracta inter personas habiles ad contrahendum subsequatur copula carnalis, inducatur matrimoniū, probat textus in d. cap. *Is qui fidem* 30. de sponsal. cap. *Veniens* 15. eod. cap. 1. §. *Idem quoque de sponsal. impub. lib. 6.* quia Ecclesia præsumit sponsum potius promissionem ad effectum velle deducere, quam fornicationis crimen incurrere, adversus quam præsumptionem cum sit juris, & de jure probatio in contrarium non admittitur. *Gloss. in d. cap. Is qui fidem*, per textum ibi: *Contra præsumptionem tamen hujusmodi non est probatio admitenda* Corvin. in *Ius canon. lib. 2. tit. 12. de sponsal. §. Si ea sequatur carnalis copula*. Ideoque de jure communi ex copula subsequata post sponsalia, ratum matrimonium præsumptum contrahi docent ex prædictis textibus, & cap. fin. de *Clandest. de sponsal. Dec. conf. 163. n. 4. tom. 1. Roman. conf. 342. Everardus conf. 44. vol. 2. num. 35. Boer. conf. 40. à num. 45. Barbat. conf. 6. Cardin. Tuschus litt. S. concl. 405. Gutierrez de Matrim. cap. 27. num. 4. Sanazar de Spons. cap. 1. num. 74. Carrer. eod. tract. lib. 1. cap. 12. Hartman. Pistor forens. obs. 83. ubi ait: *Quidam clandestine promiserat virgini se eam**

*dueturum in uxorem, eamque deinceps cognoverat, & antequam nuptiæ solemniter celebrarentur mortuus fuerat, quarebatur igitur an filius natus ex muliere quam maritali affectu cognovit, tamquam filius legitimus defuncto patri succedat?* Et affirmative resolvit; & cum alijs quoad filiorum legitimitatem vide Robert. *Rer. judic. lib. 2. cap. 17. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 16. n. 63. Barrius de Success. ab intest. lib. 18. n. 15. Bossius de Matrim. contract. cap. 3. §. 13. num. 12.* & alij quos late pro hac parte refert Jul. Capon. tom. 4. discept. 266. cap. 2.

29 Tota controversia est, an per Concilij Tridentini dispositionem in cap. 1. de *Reformat. matrimonij sess. 24.* derogatum sit dispositioni textus in d. cap. *Is qui fidem de sponsal.* ? quod absque difficultate procedere ait Ricc. in *Prax. decis. 234. num. 1.* quia hujusmodi matrimonium judicatur præsumptum quando copula fuisset subsequata post sponsalia, & judicatur clandestinum, quantum ad pœnas juris, ut tenet Adrian. in 4. tit. de *matrim. q. 11. ad 3.* Henriquez in cap. fin. de *Clandest. de spons.* D. Covar. de *Matrim. cap. 6. in princ. num. 9.* cum ergo jure novissimo clandestina matrimonia, quæ sine Parocho, & testibus sunt contracta, omnino sunt irrita; sequitur ejusmodi contractum etiam nullum, & irritum esse, ideoque hodie post Concilium sponsalia non transire in matrimonium per copulam subsequatam. Henriquez in *Summ. lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 3.* Valentia in *D. Thom. 4. tom. de spons. 10. q. 2. punct. 4.* Sil. in *vers. Sponsalia num. 4.* Graff. *Decis. aur. p. 1. lib. 2. cap. 82. n. 4.* Surd. *conf. 364. num. 54.* Barbof. *vol. 71. à num. 1.* Censal. *cum Peregrin. de Fideicom. art. 24. ad art. 23. pag. 132.* Trentacinq. *Var. lib. 1. tit. de legit. resol. 3. num. 18.* Menoch. *conf. 199. num. 57.* Capic. *Latro consult. 126.* Marta de *Success. leg. p. 1. q. 18. art. 5. num. 16.* & 21. *Cancer. Var. tom. 3. cap. 11. à n. 92.*

Roxas

Roxas antiquus de *Succ. cap. 2. num. 18.* Azeved. in *L. 1. num. 38. tit. 1. lib. 5. Recop. Gutierrez de Matrim. cap. 73. num. 5.* Ascan. *Clem. de Patr. potest.* Hondecius, & alij à Capon. *discept. 266. relati cap. 1. in resp. pro Comite Palmerin.* quibus adde quos refert, & sequitur Barbof. in d. cap. *Is qui fidem num. 11.* de *sponsal.* ubi doctissimum Martinum Navarrum primum hujus sententiæ Auctorem laudat, quem alij primum in Hispania secuti sunt, & postmodum Itali receperunt: quod quidem evidenter convincitur ex eo, quod post Concilij dispositionem matrimonium aliter, quam in eo disponitur, contractum, nullum, & irritum esse decernit; cum ergo sponsalia sequuta copula non habeant formam, & solemnitatem Concilij, in matrimonium transire non possunt, aliter sequeretur, quod indirecte posset fieri, quod directe prohibitum invenitur contra textum in *L. Scire 21. §. 1. ff. de tutor. dat. L. 38. ff. de bon. libert. L. Siquis 6. §. fin. ff. qui & à quib. & consequenter daretur occasio defraudandi omnino disposita in sacro Concilio, quod nequaquam est dicendum; ideoque licet expresse hic casus non esset comprehensus, adhuc tamen cū eo permisso deveniatur ad prohibitum, eum esse sub prohibito comprehensum dicendum est ex textu ad idem expresso in *L. Oratio ff. de sponsal.* ubi prohibitio matrimonij contrahendi inter aliquas personas necessario ad sponsalia extenditur. Vide Segur. in *Direct. p. 2. cap. 15. num. 2.* D. Solorzan. in *Polit. lib. 4. cap. 9. fol. 826. vers. I cinendome.**

30 Quibus omnino consequens est, ut filij ex tali copula post sponsalia geniti, illegitimi sint, ut docent superius relati, cum enim ad eorum legitimitatem justæ nuptiæ, id est, legitime secundum præcepta legum sint necessariæ, §. *Si adversus ea 11. inst. de nupt. L. 4. §. Cognationis ff. de grad. cognat. L. 18. 24. 27. & 31. ff. de rit.*

*nuptiar. L. 37. §. fin. ff. ad municipal.* aliud enim est esse filium, aliud esse legitimum, filiatio pendet à natura, à qua omnes filij æquali jure habentur. *L. Hos accusare §. Omnibus ff. de accusat. L. Adoptivus §. Unde ff. de adopt. Auth. quib. mod. natur. eff. sui §. Siquis sane: Legitimitas autem à Jure Civili inducta est ad distinctionem filiorum, qui juxta legum præcepta procreati sunt, d. L. 4. §. Cognationi ff. de gradib. §. Siquis sane in d. Auth. q. m. nat. ef. sui, elegans textus in *L. Qui in provincia 57. ff. de rit. nupt.* sequitur ergo quod deficiente legitimo matrimonio progenies legitima dari non potest; à voluntate enim parentum non pendet filios esse legitimos, vel non, *Novell. 74. cap. 6.* ideoque licet habeant animum contrahendi, & intuitu matrimonij sint copulati, adhuc si juxta jus Canonicum, quod in matrimonio servandum est, & præsertim juxta novam Concilij Tridentini dispositionem non contraxerint, filios legitimos efficere nequeunt, ut docet Bossius de *Patr. potest. cap. 1. num. 31. & 30.* ubi alij, *Marta de Jurisd. 4. p. cent. 1. cas. 70. n. 1. & seqq.**

31 Hæc ita juxta sacri Concilij dispositionem consona sunt, ut pluries ex decisionibus, & declarationibus Em. Cardinalium sint comprobata, ut Barbof. in d. cap. *Is qui fidem de sponsal. num. 11.* audacius quam par sit contrarium tenuisse Petr. Bimium *conf. 62. num. 33 & Trevisanum cons. seu decis. 10. num. 4. lib. 1.* dicat; & Fajard. de *Legitim. num. 190.* doceat hodie ex diuturna cohabitatione præsumptum matrimonium non induci, ne elidatur decisio Concilij Tridentini; quapropter difficile erit contrariam sententiam suadere, imo & periculofum, quatenus sacri Concilij decisioni opponatur; eam tamen audacter magis quam alij, in casu occurrenti pro viribus defendit Jul. Capon. *discept. 266. sup. citat.* ubi saltem quoad filiorum legitimitatem, & successione posse

Aaa hodie

hodie induci præsumptum illud matrimonium, quod deduxit Summ. Pontifex ex copula subsequuta post sponsalia inter habiles contracta in d. cap. Is qui fidem de spons. latissimè tueretur, & pro sua sententia constat ibi esse decisum die 14. Julij ann. 1665.

33 Rationes autem, ex quibus suam astruit sententiam Capon. in principio disceptationis propositæ sunt, quod licet regulariter non possit dari filius legitimus ex matrimonio nullo, nec econtra illegitimus ex legitimo conjugio, aliquando tamen contrarium accidere potest, & ex matrimonio nullo legitimus, & ex legitimo illegitimus filius procedere potest, probat ex Paleotto de Noth. & Spur. in tract. DD. tom. 8. tract. p. 2. fol. 50. ergo licet matrimonium, quod præsumptum est ex copula subsequuta, sit à jure reprobatur per Tridentini dispositionem, adhuc tamen ex copula affectu conjugali filius procreatus erit saltem quoad successionem legitimus, ut probatur ex text. in cap. fin. §. Siqui vero de clandestin. de sponsat. ubi ex matrimonio clandestino, & illegitimo filij procreantur legitimi, dum inter contrahentes nullum sit juris impedimentum: ex quo notant Abbas in cap. Lator. qui fil. sint legit. Decius conf. 153. & alij à Paleotto ubi sup. relati, matrimonium illegitimum filios legitimos producere.

34 Secundo, idem probatur ex matrimonio putativo, quod quidem illegitimum non est, cum obstet juris impedimentum, & tamen ex eo filij procreantur legitimi ex gloss. in cap. Ex tenore, qui fil. sint. leg. docet Capon. cum alijs ibidem cap. 1. num. 4. & A. hic: ergo idem in matrimonio præsumpto dicendum est.

35 Secunda ratio Caponi: quia adhuc post Tridentini sacram decisionem, quæ de solemnitatibus ad contrahendum rite Sacramentum matrimonij, potest dari matrimonium, quod non sit Sacramentum, ex sententia Bonac.

tom. 1. disp. 9. q. 2. punct. 50. numer. 4. Basil. Ponz. de Matrim. lib. 1. cap. 9. numer. 23. Villalob. in Summ. tom. 1. tract. 13. diff. 6. numer. 4. Rebell. de Oblig. Iustitiæ lib. 2. q. 5. conclus. 1. Valquez tom. 2. in 3. p. disp. 138. cap. 50. quos pro hac sententia refert, licet contrariam sequi non diffiteatur Doctissimum P. Sanchez lib. 2. disp. 11. Koninch. 2. p. q. 64. art. 8. dub. 4. n. 22. ea ratione: quia ratio contractus inseparabilis est ex Christi institutione à Sacramento matrimonij, nec Ecclesia unum agnoscit sine alio. P. Laiman. Theolog. Moral. lib. 3. tract. 10. cap. 2. num. 2. Adhuc tamen juxta priorem sententiam, poterunt dari filij legitimi ex matrimonio, licet non contracto cum solemnitatibus, ut in matrimonio infidelium exemplificat, vel in matrimonio per procuratorem contracto, quod ante ratificationem dubitant aliqui an sit Sacramentum, & tutius esse coram Parocho, & testibus ratificare consuluit D. Vela in cap. fin. de Procurat. n. 29. post jur. diseri. Capuccin. de Sacram. matrim. cap. 2. n. 14. Marcus Seio de Offic. Parochi disp. 7. difficul. unic. n. 13. & de quæst. principali vide Dianam tom. 2. tract. 6. resol. 118.

37 Tertia ratio proponi potest: quia etiam de jure communi erant solemnitates præcisæ ad matrimonium contrahendum, ita ut aliter non esset legitimum, cap. aliter 30. q. 5. cap. Cum inhibitio in princ. de clandest. despons. & vide Nicol. Vigel. Method. canon. lib. 4. cap. 22. q. 6. de solemn. nuptiali, & cap. 14. except. 1. & de nuptiarum publicatione est text. in cap. 3. §. 1. de clandest. despons. de impedimentis adversus nuptias proponendis d. §. 1. vers. ut infra illud, & d. cap. 3. §. fin. de nuptijs à Sacerdote benedicendis cavetur in cap. Nullus 30. q. 5. cap. Nostrates §. Et primum, cap. Sponsus, ibidem cap. Nulli 35. q. 2. & ab initio nascentis Ecclesiæ ritus ab Apostolis instituti, quorum hi potissimum, qui à sacro videntur

titur renovati Concilio, primū, ut nuptiæ contrahantur in præsentia Sacerdotis. Decet vero (inquit Ignat. Epist. 2. ad Policarp.) ut & ducentes uxores, & nubentes cum Episcopi arbitrio jungantur; ut nuptiæ juxta præceptum domini, non autem ob concupiscentiam coisse videantur. 2. ut per Sacerdotes in Ecclesia proclamantur. 3. ut in confederatione matrimonij sacrificium Missæ offeratur. 4. ut à Paranympis ad Ecclesiam ducantur. 5. ut contrahentes matrimonium Eucharistiam percipiant, eorumque manus inventu osculi, & velationis jungantur, de quibus Tertullianus ad Vxor. lib. 2. in fin. Vnde sufficiant ad enarrantam felicitatem ejus matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio (Missæ) & obsegnatum angeli (Sacerdotes) renuntiant. Item de Velat. Virgin. cap. 11. & lib. de Pudicitia Penes nos (ait) occulte quoque conjunctiones, idest, non prius apud Ecclesiam professæ juxta mechiã, & fornicationem judicari periclitantur. Vide Baron. Annal. tom. 1. ann. 57. num. 47. & seq. ad 50. Cariol. in Summ. Concil. Carthagin. 4. cap. 13. fol. 315. Epistol. Evaristi in 1. tom. Concil. quæ est relata in cap. Aliter 30. q. 5. Pat. Petr. Bollo Parisiens. in Econom. canon. clas. 2. cap. 4. §. 7. Histamen non obstantibus, de jure communi filij ex matrimonio clandestino inter habiles contracto, & sine impedimento habentur legitimi dict. cap. Cum inhibitio §. 1. de clandestin. despons. L. 2. tit. 15. p. 4. D. Covar. de Matrim. cap. 6. in princ. n. 12. Fajard. de Legitim. num. 192. ergo etiam post Concilij Tridentini dispositionem, saltem quoad successionem filij ex clandestina cohabitatione haberi debent legitimi: quod maxime procedit, quia in Concilij Tridentini dispositione nihil est quoad filios innovatum, sed caute quidem omissum, cum dispositionis Concilij Lateranensis mentio facta sit, nec derogata, imo roborata inveniatur.

40 Quæ si in clandestini matrimonij progenie vera sint, multo magis procedere debent in ea, quæ ex copula post sponsalia contracta nata est, aliud enim est matrimonium clandestinum, aliud præsumptum: clandestinū quidem à jure reprobatur, & prohibetur, ut in cap. Cum inhibitio de clandestin. despons. præsumptum vero à jure inducitur in d. cap. Is qui fidem de spons. illud ad vitanda peccata reprobatur, ut in d. cap. 1. sess. 24. Trident. istud eadem ratione inducitur, ut supra notavi: quod clandestine contrahitur illicitam habet originem actus illiciti, quod sponsalibus sequuta copula procedit, ex actu licito oritur, sponsalia enim nec solemnitatem aliquam requirunt, nec circa ea aliquid per dispositionem S. Concilij immutatum est, ut sæpius S. Congregationem respondisse testatur Belarmin. & Farinac. in d. cap. 1. sess. 24. Cypæus, Gutierrez, & alij quos refert Vallens. lib. 4. Jur. Can. tit. 1. §. 2. in fin. Præterea si sponsalibus rite contractis, sequuta copula, non induceretur præsumptum illud matrimonium, sed clandestinum à jure reprobatur, sequeretur quod in casu, quo Ecclesiæ constat de matrimonio, tum ex sponsalibus palam contractis, tum ex facto (copula scilicet) consensu declarato, posset priori uxore derelicta, sponsus cum alia contrahere, & in perpetuo adulterio vivere, quæ est ratio prohibitionis clandestini matrimonij, sed eadem ratio militat pro præsumpto matrimonio: ergo ex ratione Concilij debet admitti, quia in eo opposita ratio locum habet, & cessat dubium, an matrimonium contractum sit, vel non, ut in clandestino. Item etiam considerandum est, quod in præsentibus quoad successionem filiorum agitur de validitate matrimonij incidenter, & in eo sufficit præsumptivè probari, ut docet Marta de Jurisd. p. 2. cap. 8. num. 20. & 21. probatio enim per modos constitutos à Concilio non est

sublata. Vide Capyc. *Latro dec.* 139. num. 18. *Cyric. Nigro controu.* 277. *Cancer. Var. tom. 3. resol. cap. 11. à numer. 92. & 90. & 98. Farinac. decis.* 61. tom. 2. *in posth.* *Buratt. decis.* 59. & 530. num. 17. *Peña dec.* 1322. tom. 2. *Seraph. decis.* 978. quibus contrarium suadentibus satisfacit *Capon. dict. discept.* 266. cap. 3. n. 19. & 20.

43 Hæc omnia à nobis proposita, quo veritas magis examinata melius eluceat, non autem ut quid novi, & contra communem sensum, vel mentem Concilij inducamus, levioribus fundamentis, & apparentibus moti, rationibus seducti potius, quam edocti, ideoque priori opinione retenta, firmiter asserendum esse non dubitamus dispositionem *textus in d. cap. Is qui fidem de sponsalibus*, omnino esse sublatam ex nova Tridentini dispositione *ex d. cap. 1. sess. 24. de Reformat. matrimonij*, qua ratione hodie ex copula post sponsalia subsequuta præsumptum matrimonium induci non potest, cum irritus sit contractus similis, & reprobatus, non tantum quoad validitatem Sacramenti, sed etiam quoad filiorum legitimitatem, cum ex matrimonio invalido, nullo, & à jure reprobato soboles legitima produci nequeat, ut docent supra relati, quidquid dicat *Capon.* & quos ipse sequitur, ideoque ex injustis nuptiis injusta soboles procreatur, §. *Si adversus inst. de nupt. L. 9. C. de incestis nupt. L. Paulus 11. ff. de stat. hom.* quæ nec successionis capax existere potest, cum successionis legitime jus habeat. *L. Non facile 4. §. Sciendum ff. de gradib. §. Vulgo quæsitos inst. de succession. cognat. L. Si spurius 4. ff. und. cogn. L. 2. ff. ad Tertulian. in princ. L. 2. §. 1. ff. unde cogn. §. fin. inst. de S. C. Tertyl. cap. Referente 10. qui fil. sint leg. & 35. q. 7. in princ.*

45 Nec contra prædicta obsunt rationes à *Caponio* adductæ, nec quæ à nobis sunt ponderatæ: quoad primam enim facile respondetur, si advertas

quod licet verum esset aliquando ex illegitimo conjugio posse legitimam prolem nasci, vel ex legitimo illegitimam: in specie tamen proposita ex matrimonio nullo, & à jure reprobato, proles saltem quoad successionem legitima produci nequit; hoc ideo, quia in sacro Concilio non solum clandestinum matrimonium reprobatur, sed etiam contrahentes omnino inhabiles, & incapaces ad sic contrahendum redduntur illis verbis: *Qui aliter quam præsentem Parocho, & c. matrimonium contrahere attentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsentem decreto irritos facit, & annullat.*

46 Et ex quibus verbis observa clandestinum matrimonium hodie post decretum Concilij nullum esse sine aliqua Ecclesiæ declaratione, & contrahentes inhabiles esse, & incapaces illud contrahendi; unde, cum Ecclesia impediat ejusmodi contractus ex potestate, quam habet, constituendi etiam impedimenta matrimonium dirimentia, ut docet sacrum idem Concilium *sess. 24. de Sacram. matrim. can. 4.* ubi *Aug. Barbof. & in cap. 1. de Reform. num. 145.* collegit plures, quibus adde *D. Covar. de Matrim. cap. 6. §. 10. à num. 17. Bellarmin. tom. 2. Controu. lib. 1. de Matrim. cap. 32. Lammet. lib. 2. de Vet. Cleric. cap. 102. Dian. tom. 3. tract. 1. resol. 88. & 91. cum seqq.* sequitur ejusmodi contractus irritos, & nullos, non posse efficere legitimam prolem, nec quidem quoad successionem, cum matrimonium non tantum nullum sit, sed etiam contrahentes inhabiles; ad hoc autem, ut sponsalibus copula subsequuta matrimonium præsumptum induceretur de jure communi, necessario habitas contrahentium requirebatur, qua deficiente induci non poterat. *Cap. 1. §. Idem quoque de desponsat. impub. lib. 6. cap. Veniens el 1. de sponsal. cap. Continebatur*

*batur 6. §. Si autem fuerit cap. à Nobis 8. de spons. cap. Jurvenis 4. de sponsal. cap. Insuper 4. qui matrim. accus. poss.* Cum ergo qualitas hæc deficiat, proles legitima produci nequit, unde post decretum Concilij, matrimonium quod jure decretalium ratum erat, licet non legitimum, nec legitimum, nec ratum est, sed nullum, ut observat *Valens. in Paratilla jur. can. lib. 4. tit. 19. num. 2.* & consequenter filij ex eo illegitimi sunt, *d. cap. Referente 10. qui fil. sint legit.* quia procedunt ex matrimonio ab inhabilibus contracto, & ab Ecclesia irrito.

47 Non obstat secunda ratio *Capon.* in primis dubia est eorum sententia, quos pro se adducit, post decisionem enim Concilij difficile est dari ratum, & validum matrimonium, quod non sit Sacramentum, ut docet *P. Sanchez, & alij* pro hac sententia relati ibidem.

48 Præterea in matrimonio infidelium potest dici tunc fieri Sacramentum, quando baptizantur, & tunc benedictionem accipere tenentur, saltem de consilio. Vide *Tancredo de Matrim. lib. 2. disp. 9.* ubi late disputat.

49 De matrimonio autem per procuratorem contracto cum solemnitatibus Ecclesiæ nullum est dubium saltem esse validum, & ratum, non obstante Concilij dispositione quidquid alij contradicant, quos refert *D. Vela in d. cap. fin. de Procur. in 6. p. 1. n. 42.* unde argui in præsentem de eo non potest, bene de matrimonio juxta Ecclesiæ ritum contracto, ad matrimonium ex copula inductam non ratum, sed irritum, non validum, sed reprobatum.

50 Nec obstat tertium à nobis propositum argumentum, nam licet verum sit, quod de jure communi in matrimonio essent solemnitates requisitæ, ideoque sine ijs contrahi matrimonium non posset, ut constat ex ibidem late adductis, maxime ex *Concil. Latera-*

nensi dispositione relata *in d. cap. Cum inhibito de clandest. de spons.* tamen ex solemnitates contrahi aliter matrimonium prohibebant, non vero contractum irritabant, ut patet ex eodem textu ibi: *Matrimonia clandestina penitus inhibemus*; at vero Tridentinum, non solum matrimonium aliter contractum inhibet, sed & irritat, & annullat, ideoque jure communi legitima proles ex clandestino matrimonio procedere poterat, jure novo non potest.

51 Qua ratione, cum hodie nullum detur matrimonium, quo sine solemnitatibus subsistere possit, verum est etiam præsumptum cessare, ut post alios relatos, docent postea visi *Menocho. lib. 3. præsumpt. 50. à numer. 99. Mieres de Maior. 3. p. q. 15. num. 132. Menoch. cons. 398 lib. 4. Costa de Retroact. cap. 6. numer. 5.* sponsalia autem rite contracta valida manent, quia matrimonio irritato adhuc subsistunt, cum à matrimonio sint separate contracta: textus est elegans *in L. Cum hic status 32. §. Siquis sponsam 27. ff. de don. inter. cap. 1. de Desponsat. impuber.* quia matrimonia clandestina, non vero sponsalia irritantur, ut post alios docet *Barbof. in d. cap. 1. sess. 24. num. 146.* ubi etiam observat *num. 150.* matrimonium contractum sine Parocho, & testibus in vim sponsalium non resolvitur.

54 Præterea illud incoveniens, quod sequeretur, si sequuta copula post sponsalia, cum alia matrimonium contraheretur, cessat ex dispositione Concilij, antea enim ejusmodi matrimonium potius erat adulterium, utpote contra primum contractum, hodie verum, primum matrimonium irritum posterius irritari non facit.

55 Nec etiam quoad filiorum legitimitatem sufficit, quod de matrimonio incidenter tractetur, quo casu sufficiat præsumptive probari, ut ex *Marta* ibidem docui; licet enim incidenter tractetur de matrimonio, ad-

huc tamen probari debet esse contractum, juxta novam Concilij solemnitatem. Ideoque licet præsumptivam probationem admittas hodie, ea tamen cum qualitatibus nove constitutis probanda est, nec sufficere matrimonium probare ex sponsalibus, cum copula subsequuta, & ex decenniali cohabitatione, cum maritali tractatu, nisi simul si solemnitas Concilij supponatur, & allegetur, ut docet Guilkenius, qui præsumptivam probationem admittit de *Præscript. 2. p. cap. 5. num. 22.* ibi: *Quod si vero quis contendat conjugium publice in Ecclesia præsentis Parocho: ex præscripto Concilij Tridentini contractum esse, & loco probationis alleget cohabitationem diutinam mutuam illam tractationem, aliaque, quæ ad fulcidam hanc conjecturam necessaria sunt, non puto talem probationem indistincte repudiandam esse, innumeri enim emergunt casus, qui probandi facultatem rei etiam publice gestæ inhibeant.* Sequitur Costa de *Retract. d. cap. 6. n. 6.*

## ADDITIO

AD CAP. III.

PART. VIII.

SUMMARIUM.

- 1 *Domus Hispanè, Casa, idem quod familia, & 2.*
- 3 *Maioratus à viro, & uxore institutus, an dividatur in duos, vel sit unus maioratus, & 4.*
- 4 *Decisio Lusitani Senatus refertur. Ibidem.*
- 5 *Et quid in Cappellanis à viro, & uxore institutis.*
- 6 *Facultas ad maioratum instituendum viro, & uxori concessa an sufficiat*

*ad instituendos duos maioratus.*

- 7 *Maioratus à viro, & uxore institutus in uno successore in dubio non est dividendus, & 8.*
- 9 *Cappellania Ecclesiastica indivisibilis est.*
- 10 *Maioratu à viro, & uxore instituto is in successione præferri debet qui prior sit nominatus.*
- 11 *Consanguineus utroque latere conjunctus præferatur in successione maioratus à viro, & uxore instituti.*
- 12 *Proximior viri consanguineus præferatur in maioratus successione instituti à viro, & uxore, 13. & 14.*
- 15 *Maioratus à viro institutus de consensu uxoris de bonis utriusque, irrevocabilis individuus quare sit?*
- 16 *Aggregatio ejusdem naturæ, est ejus rei cui aggregatur.*
- 17 *Limita in unione partiali.*
- 18 *Maioratus ex se compatibles, an uniti, si excedant summam Legis, efficiantur incompatibiles.*
- 19 *Dignitas Marchionatus pretio concessa an conferatur inter filios.*
- 20 *Cappellania, & patronatus Legibus maioratus deguntur.*
- 21 *In Cappellania an detur linea continuatio, saltem ex voluntate testatoris, & 22.*

Num. 1.

Garcia de *Nobil. gloss. 18. n. 41.*

Num. 3.

Noviter Mostazo de *Caus. pjs lib. 3. cap. 7. à num. 47.*

Num. 5. 6. 7. cum seq.

Vide Baeza de *Non melior. cap. 23. num. 7.* ad Auctoris resolutionem: de quaestione autem addendi Cevallos *Comm. q. 265.* D. Castillo *lib. 5. cap. 67. à num. 27.* Fontanel. de *Paët. nupt. tom. 2. claus. 14. gloss. 2. 1. p. 2. numer. 76.* Aug. Barb. *voto 126. num. 221.* itidem Ca-

Castillo *lib. 2. cap. 4. num. 149.* Giurba in *Consuet. Messan. 1. p. cap. 13. gloss. 10. num. 14.* & de *success. feud. §. 2. gloss. 8. num. 26.* Noguero. *alleg. 9.* Suelves *cons. 3. num. 6.* Balmased. de *Collect. q. 43. num. 3.* D. Larrea *decis. Granat. 60. à num. 1.* Doctiss. Alvarez Pegas ad *Ordin. Lusitan. lib. 1. tit. 50. gloss. 3. cap. 2. num. 176.* ubi Auctorem refert, & juxta ejus sententiam esse decisum: Michael Moez in *lib. 6. Decretal. in alleg. posita sub Commentarijs ad cap. Quamvis pactum de pact. num. 41. & 42.* ubi idem esse ait in Cappellania, vel alio opere pio à conjugibus instituto, & *num. 40.* ubi etiam ampliat, quando facultas viro, & uxori simul conceditur ad instituendum maioratum, ex qua duos possunt instituere. Fragos. de *Regimin. lib. 4. disp. §. 1. num. 27.* & *lib. 9. disp. 20. §. 2. num. 18.* ubi de successione in eis, & *disp. 19. §. 1. n. 27.* ubi an à superstitite revocari possit.

Limita Auctoris sententiam, primo, quando ex verbis institutionis colligitur conjuges unum maioratū voluisse instituere, vel si unum tantum successorem nominaverint, vel unionem bonorum desideraverint, & ut vadant de successore in successorem, tunc enim cum unitati repugnet divisio, unus, & individuus erit maioratus; D. Greg. Lopez in *L. 2. tit. 15. p. 2. gloss. Si dextere hjo. o hja, col. 3. in med. vers. Sed pone,* Gutierrez *cons. 2. num. 6.* Ceval. *q. 265. num. 25.* D. Castillo *d. cap. 65. num. 28. col. 6. vers. Dubium itaque,* Noguero. *alleg. 9. n. 20.* Azeved. *cons. 3. num. 30.* in dubio autem an unus, vel duo maioratus judicentur, vide D. Greg. in *d. L. 2. gloss. El mas propinquo q. 15.* ubi requirit, ut expresse velint conjuges unum maioratum instituere, aliter duos esse dicendum ex Oldrad. *cons. 174.* D. Covar. in *Rub. de testam. 2. p. numer. 8.* Gutierrez in *cap. Quamvis pactum n. 48.* Cevallos *quaest. 265. num. 17.* D. Molin. *lib. 4. cap. 2. num. 84.* D. Larrea

*decis. 6. num. 11.* Mostazo de *Caus. pjs lib. 3. cap. 8. num. 27. & 28.* ubi in Cappellanis Ecclesiasticis limitat, quæ tamquam Ecclesiastica beneficia indivisibiles reputantur: Garcia de *Benef. 1. p. cap. 6. num. 31.* qua ratione etiam in maioratibus qui sui natura sint individui fors idem dicendum sit.

In hac specie quando unus est maioratus, dubitatur quis debeat præferri in successione, an consanguineus viri, vel uxoris? ad quod solet allegari textus in *L. Cum pater §. à te peto ff. de leg. 2. L. Quoties 34. ff. de usufruct.* per eos que videtur illū debere præferri, qui ordine scripturæ sit prius nominatus, ideoque vocatis consanguineis viri, & uxoris, illius consanguineus præferendus est consanguineo uxoris. Novar. *Var. quaest. 139.* Jul. Capon. *tom. 1. discept. 101. à num. 2.* sequitur Mostazo de *Caus. pjs lib. 3. cap. 8. num. 21.* ubi etiam au Cappellanas extendit cum D. Larrea *lib. 2. cap. 3. num. 47.* Valasco *consult. 121. num. 3.* D. Valenzuel. *cons. 63. num. 113.* D. Castillo *lib. 2. cap. 26. num. 5.* Silva de *Qualitat. prælatro. à num. 7.* Castro Palao *tract. 13. disp. 4. punct. 9. n. 4.*

Quod si indistincte utriusque consanguinei vocati sint, tunc qui ex utroque latere conjunctus sit, omnibus alijs debet præferri, D. Lara de *Vita hom. cap. 30. num. 110.* & *lib. 2. de Cappell. cap. 3. à num. 32.* sed utriusque consanguineo deficiente, is præferri debet, qui viro sit proximior. D. Greg. Ceval. D. Castill. Noguero. ubi sup. Paz in *Proem. Legum Taur. num. 131.* Alvarad. de *Conject. ment. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 21. & cap. 2. §. 1. num. 31. & 32.* Garcia de *Benef. 7. p. cap. 13. num. 22.* Fragos. de *Regim. dict. disp. 20. num. 18. §. 2.* ubi eleganter loquitur. Quod tenendum est, & observandum locum habere, etsi uxoris sit consanguineus proximior, nam familiam viri sui uxor conservare velle præsumitur: & pro hac sententia vi-

detur stare Doctiff. Alvarez Pegas ad *Ordin Lusit. lib. 1. tit. 50. gloss 3. cap. 2. num. 177. & seqq.* ubi Cevallos, Castill Noguero. & alij. Sed quod præferatur consanguineus uxoris proximi, tenent D. Larrea, & alij à Doctiff. Pegas relati, quibus adde Valasc. *consult 7. Aug. Barbof. vot. 126. num. 222. Pereyra decis. 11. D. Molin. hic ab Auctore citatus Mostazo de Caus. pijs lib 3. cap 8. n. 24.* ubi in Cappellanijs loquitur, & *num. 25.* videtur stare pro contraria sententia.

15 Limitatur secundo Auctoris sententia, quando de consensu alterius, conjux de omnibus bonis utriusque maioratum instituit, qua in specie ne quidem eo mortuo, ab altero revocari posse, negat Fragofo de *Regim. p. sup. & lib 4. disp. 7. §. 1. num. 18. arg. L. 9 tit. 13 p. 5. L. Sicuti §. Venditionis ff. de pignor. solv. L. Sine, C. ad velley. L. Non videtur ff. quæ in fraud. patron. D. Molin lib. 4. cap. 2. num. 84. & cap. 3 num. 24. Pereyra dec. 11. numer. 4. itidem Fragofo. 3. p. lib. 9. disp. 19. §. 1. num. 25.* ubi etiam de maioratu ab eis cum Regia facultate instituto: Mieres de *Maior. 1 p. q. 23 num. 47. Gutierrez in cap. Quamvis pactum de pact. in 6. initio num. 45. Cevallos Comm. q. 3 10. num 10. Menoch. cons. 1095. num. 22. & seq. Rota apud Farinac. dec. 463. n. 1. in fin. tom 2. in noviss. D. Castill. lib. 2. cap. 18. num. 38. Maldon. in addit. ad Molin. d. num 84. Gomez Bayo in Præxi Alphabet. lit. T. num. 19. Aug. Barbof. vot. 65. D. Paz de Tenut. cap 34. n. 75. Alvarado de Conject. ment. lib. 2. cap. 2. § 1 num. 99. Salazar de Usu, & consuet. cap. 4 num. 27. D. Castillo lib. 2. Controv. cap. 18. num. 38. D. Larrea decis. 60. num. 12. & 13. ubi contrariū tenet. Melioratio autem jure maioratus ab utroque parente in filium facta juxta *L. 27. Tauri*, sine divisione etiam sustineri potest in præjudicium transversalium uxoris, si Avendaño sententia vera est de qua *sup. 1. p. cap. 6. num. 231.* ubi dixi.*

## Num. 9. cum seqq. ad 13.

Diximus alibi late, ubi hic Auctor se remittit, interim vide Baltas. Thom. *tract. 9. de Maior. tit. 7. num. 25. tom. 1. fol. 619.* Noguero. l. & alij apud Doctiff. Pegas *lib. 1. Ord. Portug. tit. 50. gloss. 1. cap. 1. num 9. textus alleg. in L. Prædij 91 §. Qui domum ff. de leg. 3. §. Balneas ejusd. leg. L. Olimpico fin. ff. de servitut. urban. præd.* ex quibus rem unitam eandem efficiam quâ unitur, & individuum tenet D. Castill. *lib. 5. cap. 62. à num. 1. fac. etiam textus in L. uxorem § Legaverat ff. de leg. 3. L. Si fundus in pr. & §. Sires L. Paulus §. Si domus ff. de pignor. cap. Quia monasterium de relig. domib gloss. in cap. 1. Ne Sede vacante, Caved. de Patron. Reg. Coron. cap. 40. Aug. Barbof. in Collect. cap. fin. de offic. Vicarij, D. Castill. cap. 100 num 19. & cap. 165 & 168. Ramon. cons. 49. & cons. 100. num. 527. & seqq.* ubi de unione Ducatus cū Marchionatu, vel econtra, & *cons. 24. numer. 29.* ubi an res quoad quædam uniri, quoad alia non valeat uniri: de qua unione partiali dubitari potest, an si maioratus partialiter alteri unatur, judicari debeat ut separatus, quod affirmandum est *ex L. Caius §. fin. ff. de leg. 2.*

## Num. 13. 14. &amp; 15.

Conferunt textus in *L. Sancimus 34. §. Siquis autem 3. C. de donat. Gomez Var. lib. 2. cap. 4. num. 7. & 10. L. Si idem 11. ff. de jur. iudic. L. Qui separatum 10. §. 1. ff. de appell. & ad L. 7. 17. & seqq. tit. 18. lib. 4.* itidem Gomez *lib. 2 Var. cap. 11. num. 16. Maldonad. in Silva respons. lib. 1. respons. 15. D. Solorzan. in Politic. lib. 5. cap. 1. fol. 752. vers. Tamenque, Baeza de Non meliorand. cap. 23. num. 7.*

Num.

## Num. 20. &amp; seqq.

Dixi cum Auctore 4. p. cap. 4.

## Num. 21.

De quo dubitatum vidi, & maxime controversi in hoc Granatensi Prætorio, an pretium in dignitate Marchionatus erogatum, veluti pro tertio Regi oblatum ad dignitatem consequendam, conferendum sit, licet dignitas ipsa non conferatur, nec imputetur: in qua lite post longam disquisitionem imputari non debere decisum est: pro qua videndi Ant. Fab. *de Error. pragmat. dec. 41 error. 9 num. 6. 10. & 11. ad text. qui est aptissimus in L. 1. §. Nec castrense ff. de collat. bonor. & in terminis Marinis Alleg. divers. 148.* ubi resolvit primogenitum non teneri conferre pretium à patre erogatum in tali dignitate, ex text. *de Habro sup.* vide etiam *L. 12. tit. 21. p. 2. D. Crespi observ. 117. num. 216.* dixi etiam *p. 1. cap. 6. num. 359.*

## Num. 33.

Mieres de *Maior. 1 p. præfat. à num. 62.* & vide Auctorem, & quæ diximus *1. p. cap. 7. à num. 34.* D. Castillo *tom. 2. cap. 22. num. 43.* Barbof. *vot. 72. num. 2.* Doctiff. Alvarez Pegas *Resol. cap. 4. num. 172. & 175.* D. Molin *lib. 3. cap. 6. num. 42. & cap. 7. numer. 19.* itidem Barbof. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 5. à num. 7.* & Doctiff. Alvarez Pegas *ad Ord. Lusitan lib. 1. tit. 50. cap. 2. num. 128. vers. Et eodem modo,* ubi de Cappellanijs & patronatibus agunt: addendus Mostazo de *Caus. pijs lib. 2. cap. 11. à num. 1.* ubi latissime idem docet, & per aliquos casus explicat in anniversarijs, & *lib. 3. cap. 2. num. 50.* in Cappellanijs laicalibus, & in patronatibus *cap. 7. num. 29.* ubi etiam an in Cappellania Ecclesiastica possint consanguinei vocari sicut in maioratibus?

& affirmative resolvit *num. 28. & 29.* & observat quod licet in Cappellanijs non detur lineæ continuatio, D. Lara de *Cappell. lib. 2. cap. 2. numer. 8.* Garcia de *Benef. 7. p. cap. 15. numer. 22.* Robles de *Repræsent. lib. 3. cap. 3. num. 10.* idem Mostazo *lib. 3. cap. 2. n. 51. & 52.* ubi quod repræsentatio in Cappellanijs *ex L. 40. Taur.* non potest induci: tamen favore institutorum potest sustineri fundatio facta in modum maioratus, quod & alibi latius in quadam causa defendi, & ideo non infulto.

## ADDITIO

## AD PART. VIII. CAP. IV.

## SUMMARIUM.

- 1 *Institutor maioratus non potest se conformare cum Lege, quæ nondum est lata.*
- 2 *Incompatibilitas maioratum potest induci conjecturis.*
- 3 *Officia Reipublicæ quomodo æstimentur. 5. & 7.*
- 4 *Hypothecæ, & censui possunt objici.*
- 6 *Beneficium sufficiens ad Congruantiam dicitur deductis sumptibus.*
- 8 *Maioratus possessor ad quæ onera tenentur. & 9.*
- 10 *Beneficij valor distinguitur à valore fructuum ipsius & ad quid.*
- 11 *Maioratus possessor tenetur ad onera rebus maioratus inherentia.*
- 12 *Et pro redditibus decursis tempore antecessoris conveniri potest.*
- 13 *Maioratus possessor conventus pro redditibus decursis tempore antecessoris an possit contra creditorem excipere quod fuerit negligens in petendo.*
- 14 *Bona maioratus oneri census affecta censentur vinculata in eo quod superest deducto censu.*
- 15 *Maioratus possessor quando possit*

- rem maioratus oneri census suppositam libere dimittere, & seqq.
- 16 Alienatio rerum maioratus crediti solvendi causa permissa est.
- 18 Maioratus possessor censum, maioratum redimens, sibi acquirit, & 19.
- 19 Maioratus possessor, qui censum super bonis maioratus impositum redemit, potest idem alium super ipsis imponere, maxime si utiliter provideat maioratui, & 21.
- 20 Facultas Regia, vulgo para crecer censos, an sit necessaria ad novam impositionem census ex extinctione antiqui super rebus maioratus.
- 22 Maioratus possessor censum redimens potest consequi cessionem adversus suum maioratum in ipsa redemptione.
- 23 Dominium, & hypotheca sunt incompatibilia, sicut creditor, & debitor, iura.
- 24 Dominium revocabile potest consistere, & jus hypothecæ in eadem re non extinguitur.
- 25 Maioratus possessor representat institutorem quatenus possessor est, & distinguitur à sua persona.
- 26 Maioratus possessor censum maioratus redimens non potest ex post facto cessionem valide adversus maioratum consequi.
- 27 Maioratus possessor censum redimens absque cessione potest actione negotiorum gestorum ab hæredibus impotentis repetere debitum.
- 28 Maioratus successor, qui censum impetit in rebus maioratus, manet obligatus ex persona sua cum bonis liberis, & astrictus redimere intra terminum in facultate assignatum.
- 29 Iudices de defempños de maiorazgos ad quid sunt deputati. L. 66. tit. 4. lib. 2 Recop. explicatur. Ib.
- 30 Maioratus successor censum redimens an semper maioratui acquirat.
- 31 Census maioratus à possessore redemptus an adhuc inter onera maioratus numeretur.
- 32 Alimentorum onus reale esse probatur.
- 33 Maioratus possessor, quatenus possessor est, tenetur alere consanguineos fundatoris.
- 34 Frater maioratus possessor an teneatur alere fratres tamquam possessor maioratus, & 37.
- 35 Maioratus institutoris bona manent obligata realiter ad omnium descendendum alimenta.
- 36 Bona maioratus manent libera ab onere alimentorum, si institutor alimenta assignata reliquerit.
- 37 Frater maioratus possessor an teneatur alere fratrem si habeant matrem divitem, & 38.
- 39 Frater maioratus possessor tenetur alere fratres tamquam possessor bonorum, quando avus, vel pater institutor non reliquit cæteris filijs alimenta.
- 40 Patruus quando teneatur alere sobrinos, usque ad 44.
- 45 Maioratus possessor non tenetur alere transversales fundatoris.
- 46 Successor maioratus an teneatur ad debita contracta in necessariam antecessoris sustentationem.
- 47 Successor maioratus an teneatur ad funeris impensas antecessoris si alimide non reliquerit.
- 48 Successor maioratus an teneatur alere uxorem prædecessoris inopem. Decisio Granatensis observata ad hoc refertur. Ibid.
- 49 Maioratus possessor an teneatur alere eum qui renuntiavit maioratum.
- 50 Maioratus possessor an teneatur alere successorem exclusum ob naturalem incapacitatem.
- 51 An fæminam à successione exclusam. Maioratus successor, à quo bona auferuntur ob dissipationem, an debeat alere ex bonis maioratus. Ibid.
- 52 Maioratus possessor debitis oppressus, & concursus firmans, an debeat ex bonis maioratus alimenta percipere.
- 53 Maioratus possessor, qui ex redditibus maioratus sustentari non potest, an possit alienare proprietatem, & 54.

- 55 Maioratus possessor an teneatur alere immediatum successorem.
- 56 Monachus consanguineus an possit alimenta ex bonis maioratus petere immediatus.
- 57 Monachus in usus determinatos, & necessarios potest acquirere redditus.
- 58 Intellige cum Superioris licentia, & 59.
- 60 Monachus potest alimenta petere si Religio non possit ei subvenire, & 62.
- 61 Primogenitus tenetur alere fratres Monachos.
- 63 Alendi obligatio non extinguitur professione filij, sed suspenditur quoties à Monasterio alimenta habet.
- 64 D. Olea ad hanc quæstionem scripsit allegationem, dum esset Magister, & Doctor in Pinciana Academia.
- 65 Successor duorum maioratum incompatibilium, an tamquam immediatus possit ab illorum possessoribus simul alimenta petere, & 71.
- 66 Alimentorum legatum non est reiterabile, & 76. cum seq.
- 67 Alimenta percipere non potest ex duobus maioratibus qui in illis simul nequit succedere, & 69.
- 68 Argumentum de successione ad alimenta an valeat.
- 70 Alimenta legata sub conditionibus incompatilibus non possunt simul acquiri.
- 72 Alimenta recipiunt divisionem secundum quantitatem, & tempus, & 78.
- 73 Alimentorum obligatio est secundum quantitatem bonorum alere debentis inspectis fructibus.
- 74 Alimenta ab uno recipiens non sufficientia, potest usque ad Congruam ab alio petere.
- Filius à patre alimenta recipiens potest supplementum, quod sibi deest, à matre, vel fratribus petere. Ibid.
- Idem in dote filie dicendum est. Ibid.
- 76 L. Alimenta §. Basilicæ ff. de alim. leg. explicatur.
- 79 Successor unus qui in duobus maioratibus succedere nequit, potest similis

ad eos, licet incompatibiles, jus habere.

## Num. 2. cum seqq.

SENTENTIA ab Auctore reprobata sine dubio falsa est; quid enim si in maioratibus ante legem conditis, eam intelligas? non potuere disponentes cum lege non extante se conformare: *L. Iubemus C. de testam. in fin. L. 12. C. de suis, & legitim.* quid si in maioratibus post eam conditis? testator se conformare cum Legis dispositione præsumitur. *L. Heredes mei §. Cum ita ff. ad Trebel.*

Hæc tamen obeffe non debent, quin incompatibilitas induci urgentibus conjecturis possit. *D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 7 in fin. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 4. illat. 8. num. 25. Menoch. conf. 97. num. 90. itidem Molin. lib. 3. cap. 2. num. 28. D. Castillo hic citatus, & lib. 6. cap. 180. num. 2. D. Larrea de cif. 50. n. 3.*

## Num. 8. &amp; seqq.

Vide Auctorem 1. p. cap. 5. ubi dixi.

## Num. 10. &amp; seqq.

Conferunt *D. Solorzan. tom. 2. de lur. Indiar. lib. 5. cap. unic. à numer. 99. Escalon Gazoph. lib. 1. 2. p. cap. 10. §. 9. Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 8. num. 48.*

## Num. 17.

Dixi ad 7. p. cap. 5. num. 104. adde *Bobadill. lib. 3. Politic. cap. 8. numer. 293. Ricc. collect. 2678. Marefcotum Var. lib. 3. cap. 10. D. Salgad. 1. p. Labyr. cap. 35. Leotard. de Vjur. q. 45. & seqq. D. Olea tit. 5. de Cess. jur. q. 8. num. 17. & 18. & tit. 1. q. 1. à n. 50.*



## Num. 18. &amp; seqq.

- De quo videndi D. Solorzan. *tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 26. num. 16.* & 17. noviter Balmased. *de Collectis q. 18. num. 14.* ubi Auctorem laudat: & 6 *conducit Riccius 3. p. dec. Neapol. 255.* ubi late an deductis sumptibus dicatur beneficium sufficiens ad pluralitatem removendam; & affirmative resolvit.
- 7 Ad materiam vide Escalon *Gazophil. lib. 2. p. 2. cap. 36.* D. Solorzan. *lib. 6. Politic. cap. 13. fol. 1006.* Tondut. *de Pension. cap. 10. per tot.*

## Num. 20. &amp; seq.

- 8 Ad quæ onera teneatur possessor maioratus ratione bonorum, D. Molin. *lib. 1. cap. 27.* ubi Addent. *Garcia de Expens. cap. 16.* Balmased. *de Collect. q. 77. num. 4. & num. 6.* ubi Auctorem adducit *hic n. 21.* cū *Batiller de Succ. theorem. 11. num. 29.* D. Salgad. *3. p. Labyr. cap. 11. à num. 6.* & alijs, & idem docet Auctore non relato *in d. num. 21. q. 13 n. 9.*

## Num. 22.

- 10 Decius *conf. 155. per tot.* Cyriac. *contr. 223. num. 86.* Gigas *de Pension. q. 89.* ubi idem docet: quod verum est, quando de valore fructuum beneficij tractatur; secus vero, quando de valore ipsius beneficij agitur, ut tenet Auctor *1. p. cap. 5. num. 31.* ex Rotæ decisione ibi relata, & quam sequitur Tondut. *de Pension. cap. 10. num. 27.* conferunt etiam *decif. Rot. 640. p. 3.* *Recensior. Buratt. decif. 418. & 468.* itidem Tondut. *ubi sup. cap. 14. n. 22.*

## Num. 23.

- 11 Docent Costa *de Portion. rat. q. 158.* D. Valenz. *Velasquez conf. 94. num. 97.* Barbof. *in Prax. exigend. pens.*

1. p. q. 2. à *num. 46. ad 59.* D. Amaya *in L. 1. num. 11. C. de annon. & trib. G. mez in L. 40. Taur. num. 72.* D. Olea *tit. 1. q. 1. num. 52.* D. Salg. *in Labyr. 1. p. cap. 26. §. unic. à num. 24.* D. Vela *dissert. 34. num. 56.* Molin. & Addent. *d. lib. 1. cap. 27. num. 8. & 9. & cap. 10. num. 24.* D. Maldon. *ibidem d. cap. 27.* Noguero. *alleg. 2. à num. 108. & 122. & seq. & alleg. 4. num. 57.* D. Solorzan. *tom. 2. de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 3. num. 67. & in Politic. lib. 3. cap. 4. fol. 270.* *vers. Todo,* Balmased. *q. 77. num. 4. de Collect.* & licet pro onerum redditibus decursis tempore antecessoris conveniri possit tamquam possessor bonorum maioratus, quæ ad ea sunt affecta, ut docent sup. relati *ex L. Imperatores 7. ff. de public. & vectig. L. Cum possessor 5. §. fin. ff. de censib. L. 1. C. de annon. & trib. L. Prædij 36. ff. de iur. fisc.* habet tamen recursum contra bona libera antecessoris. Pirrus Maur. *de Solut. q. 81.* ubi etiam ait posse contra ipsum creditorem excipere, quod fuit negligens in exactio- ne contra antecessorem, cum potuerit ab eo redditus sui temporis exigere; quod quidem nec verum esse iudico, nec in praxi umquam admissum testatur Doctiss. Retes *de Legat. famul. 1. p. num. 9.* Noguero. *ubi sup. alleg. 2. numer. 108. in fin. & num. 123.*

Cum ergo res maioratus oneri census est supposita, id minus vincula- tum censetur, quod continet, seu dimi- nuit pensio ipsa, & ejus pretium, *ex Reg. text. in L. Subsignatum 49. §. Bona ff. de verb. signif. Auct. hic num. 21.*

Vnde infertur maioratus possesso- rem libere posse rem maioratus oneri census suppositam, quando plus one- ris, quam emolumentum affert, dimit- tere, ut liberet maioratum, *L. Cum usufructuarius 64. ff. de usufr. Barbof. vot. 108. & vot. 126. num. 256.* D. Sal- gad. *Labyrinth 3. p. cap. 2.* D. Olea *tit. 1. q. 1. num. 50.* crediti enim solvendi causa alienatio rerum maioratus per- missa

missa est, Carleval. *de Iudicijs tit. 2. disp. 1. num. 20.* Hieronym. *Leo decif. Valent. 171.* Balmased. *de Collect. q. 5. num. 17.* quia est causa necessaria. D. Salgad. *1. p. Labyr. cap. 24. à num. 48. & 67.* D. Molin. *lib. 1. cap. 10. num. 20. & 24. & cap. 12. num. 30.* Nisi pro pe- sionibus suo tempore decursis rem di- mittere velit, quia culpa sua deterior causa maioratus fieri non potuit, arg. *text. in L. Sed cum usufructuarius 65. ff. de usufr.* ubi in usufructuario idem dispositum est.

Infertur etiam, quod si maioratus onus à possessore redemptum sit, pre- tium census, vel oneris manere libe- rum, & in patrimonio possessoris redi- mentis, ut de eo valeat disponere tã- quam de reliquis bonis suis; quod probatur *ex L. Pater 38. ff. de leg. 3.* ex cujus specie infertur, possessorem maioratus, qui censum solvit, à fun- datore impositum, vel ab alio anteces- fore cum facultate Regia, posse pe- cuniam ab alio creditore accipere ad solutionem, illi que rem maioratus oppignorare, si de pecunia ejus in cõ- tinenti dimittat priorem creditorem, cum successoribus in hoc nullam in- juriam inferat, neque novum onus maioratus adjiciat, *d. L. Pater juncta Leg. Papillorum 7. §. ultim. ff. de reb. eorum;* quod multo facilius procedet, si id fecerit in maioratus utilitatem, veluti si diminuti sint redditus prio- ris census, ut si pendebantur ad ratio- nem octo pro centum, & novi pendan- tur ad rationem quinque. D. Molin. *lib. 1. cap. 10. num. 25 & seq.* ubi Ad- dent. *Rosenthal. de Feud. cap. 2. con- clus. 9. & in gloss. litt. C. Avendaño de Censib. cap. 65.* Cassanat. *conf. 10. num. 104.* Roderic. *de Annuis reddit. 1. p. q. 14. num. 18.* D. Salgad. *2. p. Labyr. cap. 7. à num. 2.* Noguero. *alleg. 32. n. 44. & seq.* D. Ferdin. *Arias de Mesa lib. 1. Var. cap. 11. à num. 6.* D. Olea *de Cess. jur. tit. 4. q. 1. à num. 26.* ubi ad caute- lam contulit, ut impetretur facultas Regia in supremo Concilio dicta:

21 *para crecer. censos:* quam facillime ex- pediri docet Noguero. *d. num. 45.* & de ealate ad rem agit ibi D. Olea, *& tit. 1. q. 1. num. 58.* hæc tamen fa- cultas non est necessaria, modo con- flet de redemptione per fidem Ta- bellionis, & cum scriptura subroga- tionis denuo confecta, tradatur, assua- tur que vetus, & fundamentalis scrip- tura census, ut in causa satis ardua se obtinuisse testatur doctissimus Retes, ubi supra *in M. S. num. 11.* D. Salgad. *Labyr. 2. p. cap. 7.* Add. ad Molin. *infra citandi.*

22 Illud etiam observa possessorem maioratus consequi posse cessionem contra maioratum suum pro censu redempto à semetipso, ut census ille, & redditus sint de suo patrimonio, & sic suus maioratus maneat sibi subje- ctus, ut posset alij extraneo subesse in quo nullum etiam est successoribus præjudicium. Ratio est; quia licet 23 creditoris, & debitoris jura simul in unam personam non possint esse, ut- pote incompatibilia, sicut etiam do- minium, & hypothecæ jus non pos- sunt consistere, *L. Neque pignus 46. ff. de reg. jur. L. 95 §. Aditio ff. de solut. L. 7. C. de pact. D. Valent. Illustr. tract. de Confusion. oblig. cap. 7. & seqq. tract. 4. lib. 1. Reg. Ponte conf. 8. num. 8. lib. 1. & conf. 169. num. 5.* Anna *conf. 35. num. 1.* Censius *de Censib. 3. p. cap. 1. q. 5.* attamen cum dominium posses- 24 soris maioratus sit revocabile, eo reso- luto, hypotheca reviviscit. *L. Ex sex- tante 30. §. Latinus largus ff. de ex- cept. rei judic. optime Marini lib. 1. Resol. cap. 21. num. 7. & 8. & cap. 38. num. 14.* D. Salg. *3. p. Labyr. cap. 2. nu- mer. 129. & seqq.*

25 Item etiam, cum in possessore ma- ioratus duplex consideretur persona, sua, & quæ fundatorem repræsentat, poterit ut quilibet extraneus, esse cre- ditor, & quatenus successor est, debi- tor esse; ex quo consequetur posses- sorem maioratus, si censum redimat, & in continenti cessionem postulet

contra maioratum, acquirere censum sibi ipsi, ut docent D. Molin. & Addent. *lib. 1. cap. 10. num. 27. & cap. 26. num. 10.* Cassanat. *conf. 28.* D. Salg. *2. p. Labyr. cap. 7.* secus si ex intervallo cessionem postulet, quia tunc inutiliter postulat, cum jam sit extincta actio juxta aliquos, quos inter D. Pichard. *in Princ. inst. quib. mod. tollit. oblig. ex num. 55.* Noguero. *alleg. 11. à num. 34.* D. Olea *tit. 5. q. 4.* Merlin. *de Pign. lib. 4. q. 70. à num. 34. ex L. Papinianus 28. ff. de mand. L. Modestin. 76. L. Stichum 95. S. Ex mandat. 10. ff. de solut. L. 11. tit. 12. p. 5.* superest tamen possessori redimenti actio contra successorem, qui censum Regia facultate constituit, ejusque hæredes, quorum negotium gestum est, ut pote qui sunt obligati censum redimere intra tempus in facultate assignatum *ad textum in L. 66. tit. 4. lib. 2. Recopil. & docent Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 10. num. 25. & 26.* ibi: *Quam receptam sententiam limita ubi stant hæredes constituentis censum, quo casu etsi simpliciter sine jurium cessione dubium à successore maioratus solutum fuerit, hi actione negotiorum gestorum conveniri possunt, vel alijs juris remedijs quasi utiliter possessor maioratus expenderit.*

28 Maioratus enim successor, qui censum imposuit, non solum manet obligatus cum bonis liberis, vinculata enim in subsidium, manent oneri astricta, Addent. *ubi sup. n. 20. 21. & 23.* sed etiam tenetur intra terminum in facultate assignatum ab onere census maioratum liberum reddere, D. Molin. *lib. 4. cap. 3. num. 6. vers. Quamvis,* & ibi Add. *& cap. 7. num. 16. vers. Aut res,* qui etiam in facultate non expressus subintelligitur. Avendaño *de Censib. cap. 65. num. 9.* D. Salg. *in Labyr. 2. p. cap. 9. à num. 96.* Mieres *de Maior. 3. p. q. 12. num. 11.* isque est, qui duplicatus conceditur *in d. L. 66. tit. 4. lib. 2. Recop.* Dominis locorum, qui in locis suæ jurisdictionis habitare velint. Ad idque ut successores im-

pleant solent deputari Iudices à Supremo Senatu, qui vocantur *de desempenos de maiorazgos.* D. Larrea *alleg. 115. num. 43. & seq.* D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 35. num. 34.* Felician. *de Censib. lib. 2. cap. 3. num. 19.* Bedoya *in Specul. Jurispr. lib. 2. disc. 2. n. 18.*

An autem in possessore maioratus censum redimente, ut si acquirat sufficiat saltem aliqua animi declaratio ante redemptionem, à qua excludatur præsumptio, se maioratui velle prospicere, optime, & eleganter docet omnino videndus D. Olea *de Cess. jur. tit. 4. q. 1. à num. 36.* quod alij antea dubium non ita resolvunt, ut potest videri apud Afflict. *dec. 287.* Rosenthal. *de Feud. tom. 1. cap. 7. concl. 37. à num. 9. & tom. 2. cap. 10. q. 44. n. 10.* ubi tenent hypothecam non extinguere, & censum hæredibus redimentis expectare. Sequitur Marinis *lib. 2. Resol. cap. 21. num. 7. & seqq.* adde D. Molin. *lib. 1. cap. 26. num. 10. & cap. 10. n. 25. & lib. 4. cap. 9. num. 22.* Addent. *lib. 1. cap. 10. num. 20. & 21. in fin.* ubi contra docent illic: *Neceffe est, ut Legge id caveatur, vel quod inter partes conventionione, ac jurium cessione actum sit, & ideo si maioratus possessore debitum simpliciter solutum fuerit, extinguetur actio, cum pactum, vel conventio deficiat.* Sequitur Garcia *de Expens. cap. 21. num. 15.* Cassanat. *conf. 10. n. 140. & 205. & conf. 28. num. 1. 2. & 3.* Sesse *decif. Arag. 46.* D. Salgad. *2. p. Labyr. cap. 7. num. 26.* D. Crespi *observ. 117. §. 6. num. 190. & à num. 183.* ex quibus cū Auctore resolves, quando census à possessione redemptus adhuc inter onera maioratus debeat computari ad valorē ejus minuendum, & an saltē pro vita successoris nõ debeat.

#### Num. 25.

Onus alimentorum reale esse negant D. Salgad. *in Labyr. 1. p. cap. 24. ex num. 127.* & alij ab eo relati *num. 141. 145. & à num. 164. usque ad 185.* sequitur noviter Scoppa *ad decif. Gratian.*

*tian. observ. 7.* Doctiss. Alvarez Pegas *de Competent. inter Archiep. 2. p. cap. 105. à num. 59.* Mostazo *de Caus. pjs lib. 4. cap. 10. n. 48. 49. & 50.*

Ex qua sententia necessario infert possessorem maioratus, quatenus possessor est, alendi consanguineos obligatione non astringi, D. Salg. *ubi sup. num. 146.* Spino *de Testam. gloss. 19. num. 27.* ubi concludit alendi obligationem minime augeri ea ratione, quod ille, à quo alimenta petuntur, maioratus possessor sit. Sequitur Doctiss. Alvarez Pegas *ubi sup. n. 60.*

Contrarium tamen sentiunt alij relati à D. Salgad. *ubi sup. num. 186. & seqq.* quos inter præstant D. Molin. *in Annot. ad fin. tract. de primog. n. 14.* ubi meminit ejus sententiæ de qua *lib. 2. cap. 15. num. 58. & seq.* tenet que fratrem, quatenus possessor est maioratus, cæteros fratres alere teneri, quia maioratus institutio, ex horum Regnorum consuetudine, ea lege facta esse videtur, ut filius primogenitus familiæ caput, & robur sit, fratresque, & sorores egentes, alere, & dotare teneatur, quæ obligatio in omnes primogenitos in infinitum transfunditur, atque in ipsorum maioratum propriam, ac peculiarem naturam convertitur: sequuntur Addent. *dict. cap. 15. num. 56. ad 60.* Alvarado *de Conject. lib. 2. cap. 2. §. 1. numer. 73.* Baltas. Thomas *tract. 8. de Primog. tit. 16. cap. 1. num. 15.* ubi Intigliol. & in hanc sententiam expendi potest D. Olea *de Cess. jur. tit. 3. q. 13. numer. 9.* Bossius *de Effectib. matrim. tom. 2. cap. 7. §. 25. num. 401.* ubi Adderium sententiam probat, improbatque D. Salgad. *ex ejusmet sensu, quem d. cap. 24. num. 200.* ita sentire fateri esse coactum. Bossius ibi: *Qui tamen d. cap. 24. num. 196. fatetur institutorem maioratus, dum omnia sua bona in unum vult conferri, id ea præsertim intentione facere, ut maioratus possessor sit divos effectus, & cæteris consanguineis egētibus, ad eum tamquam ad caput familiæ re-*

*currentibus possit subvenire, & habeat unde possit succurrere.* Cui concinit D. Castillo *lib. 4. cap. 61. num. 53.* & non male in hanc sententiam potest adduci *L. Titia 35. §. Lucius Titius ff. de leg. 2. ibi: A te peto, filia charissima, ne velis irasci, quod ampliore summam fratri tuo reliquerim, quem scis magna onera sustentaturum, ex L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. ibi: En los quales muchos de sus criados y parientes pobres se acostumbravan mantener, y si fueren.* Auct. *hac part. cap. 1.* quibus junctis, quæ ex *L. Lucius ff. de alim. legat. DD.* tradunt, bona alimenta assignata, eo onere affecta manere, & obnoxia hypothecæ, Boss. pluribus relatis *ubi sup. cap. 7. n. 485.* evidenter hæc sententia probatur.

Intelliges tamen respectu omnium descendentium institutoris, quia eos alere tenebatur, quorum intuitu obligatio realiter afficit maioratus possessorem, quatenus bona obligati possidet, & tenet text. *in L. Siquis à liberis §. Vtrum ff. de liber. agnos.* ubi non solum pater filias, sed & avus, & proavus, & cæteri ascendentes per lineam masculinam obligantur alere nepotes, pronepotes, & alios ex ipsis progenitos: igitur, quo ad descendentes institutoris onus esse reale dicendum est. Hier. Leo *decif. Valent. 27. lib. 1. Surd. de Alim. tit. 1. q. 27. num. 3. & 4. D. Molin. lib. 4. cap. 6. numer. 4. & 5. Boss. dict. cap. 7. §. 27. num. 400.* Mostaz. *de Caus. pjs lib. 4. cap. 10. num. 50.* ubi intelligit in descendentibus natis tempore testamenti, quia legitima solum debetur conceptis, vel natis vivo testatore, sed male, quia alimenta regulantur pietate, & æquitate potius, quam aliquo jure *ex d. L. Siquis à liberis, & §. Vtrum:* addendus etiam D. Olea ubi supra cum alijs relatis, qui in hoc casu intelligi possunt.

Quod tamen limitant aliqui, quando institutor maioratum ab hoc onere liberum reliquit, quia in vita assignavit filijs, natisque descendentibus

partem bonorum ad alimenta, D. Salgad. *dict. cap. 24. num. 127.* D. Larrea *decis. 42. n. 22.* alijque apud Boffium *num. 389.* quia scilicet cum primus institutor obligationi satisfecerit, cū cæteris filiis congrua alimenta reliquisset, non superest apud successores obligatio aliqua, eos astringens ad alimenta. Boff. *dict. cap. 7. n. 390.* Prior tamen sententia absolute vera est, ex *textu in d. L. Siquis à liberis §. Vtrum ff. de liber. agnosc. & Auth. res, quæ C. comm. de legat.*

37 Ex quibus inferes ad quæstionem, maioratus possessorem teneri alere fratres, & sorores, duplici obligatione, & quatenus frater est, & quatenus possessor maioratus: quæ frater est, alere fratres consanguineos tenetur in subsidium, si aliunde non habeant, de quo late Boff. *ubi sup. cap. 8. per tot.* ubi ad rem plura discutit; at quatenus possessor est maioratus aviti, tenetur ratione bonorum fratres descendentes ab institutore alere juxta vires bonorum maioratus arbitrio Judicis, ut per Cyriac. *controvers. 501.* & in hoc casu, si habeant matrem, vel avum divites, an frater maioratus possessore eos alere teneatur dubitari potest, de quo late Boffius *ubi sup. dict. §. 25.* ubi affirmativam veriore ait: ego vero sententiam D. Molinæ *lib. 2. cap. 15. num. 68.* veriore esse iudico, quam tenet Gomez *in L. 40. Taur. num. 75.* Lara *in L. Siquis §. Si mater num. 49 ff. de liber. agnosc.* Pat. Molin. *de iust. & jur. tract. 2. disp. 616. num. 8.* quia ascendentium obligatio est potior, quam fratris, etiam quatenus successor maioratus. Videndi Cynus *in L. Alimenta C. de neg. gest.* D. Larrea *decis. 47. num. 22.* D. Salgad. & alij à Boff. *relati dict. cap. 7. §. 23. num. 387.* qui limitant, quando institutor maioratus nihil reliquit pro alimentis, quo casu onus alendi transit in successorem maioratus bonorum patris, avi, vel aliorum ascendentium ex linea paterna; sed ad patrem prius ale-

re filios spectat, quam ad matrem, vel ascendentes maternos, Boff. *dict. cap. 7. §. 14. num. 330.* ubi alij: ergo tunc frater, quatenus possessor est, maioratus aviti, potius fratres alere tenetur, & prius quam mater, vel avus maternus.

Secundo inferes ad quæstionem, an patruus maioratus possessor teneatur alere sobrinos? in qua negativam sententiam tuentur Costa *lib. 2. select. cap. 20.* ubi tamen contra decisum refert D. Molin. *lib. 2. cap. 15. num. 67.* Fontanel. *de Pact. claus. 5. gloss. 3. numer. 38.* D. Larrea *dec. 48.* Fragof. *de Regim. 3. p. lib. 2. disp. 5. num. 47.* & alij ab his relati, quibus adde Doctiff. Alvarez Pegas *de Compet. inter Archiep. Conimbric. 2. p. cap. 105. à num. 1.* ubi quæstionem late disputat & pro hac parte pluries decisum refert *num. 27.* & sequitur *num. 59.* ubi in possessore maioratus expresse loquitur Pat. Molin. *dict. disp. 616. num. 8.* Lara *in d. L. Siquis à liberis §. Idem rescriptit num. 127.* Mieres *de Maior. 4. p. q. 28.* Mastrill. *dec. 85. n. 17.* D. Francisc. Themud. *dec. 300. & dec. 317. p. 3.*

Contraria tamen sententia, quando maioratus ab ascendenti est institutus, verissima est, & tenenda ex ratione supra relata, quam sequuntur plures alij à Boff. *relati dict. cap. 8. numer. 580.* D. Olea ubi sæpius retulimus *tit. 3. q. 13. num. 9.* At vero quando patruus non possidet maioratum avitum, an tamquam consanguineus teneatur sobrinos alere? maior est dubitatio. In qua specie veriore iudico priorem sententiam negativam, quam bene defendit Doctiff. Alvarez Pegas *ubi sup. num. 65.* limitat, nisi patruus sit hæres patris, vel avi paterni, ut & nos in casu maioratus ab ijs instituti: & *num. 54.* limitat etiam quando patruus possidet maioratum, cui dignitas sit annexa, veluti Ducis, Comititis, vel Marchionis, tunc enim, ne in opprobrium dignitatis patruus, vel sobri-  
no,

no, vel patruo, patruo vel sobrinis alimenta esse præstanda docet ex Fabri originali doctrina *in Auth. novissima C. de inof. testam.* D. Lara *in d. L. Siquis à liberis §. Si mater n. 53.* Boff. *dict. cap. 8. num. 579.* ex Rotæ *decis. 194. num. 48. p. 7. divers. apud rub.* D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 61. num. 53.* probabilis tamen est etiam opinio eorum, qui affirmant sobrinos alere teneri patruum, vel ecõtra, quos inter videndi Surd. *de Alim. tit. 1. q. 28. num. 7.* Giurba *decis. 5.* Monter. *à Cueba decis. 16.* Leo *decis. 27.* D. Castillo *dict. cap. 61. num. 51.* D. Solorzan. *lib. 3. Politic. cap. 18. num. 1. & 2. fol. 367. vers. Loque.*

45 De transversalibus fundatoris, qui maioratum instituit, an respectu eorum sit onus reale, disputari non debet, cum enim nulla obligatio eos alendi apud institutorem consisteret, ea ratione, nec apud successorem potest considerari, quia is pleno jure succedit, & sibi maioratus fructus acquirit, sine ullo onere à testatore imposito, ut bene in hunc casum considerat D. Salg. *dict. cap. 24. num. 139. & à num. 136.*

46 An autem respectu ipsius maioratus successoris hoc onus alendi reale in bonis maioratus consideretur, quaeri potest, & distinguendum est, an de persona, quæ fuit successor maioratus, loquamur, vel de ea, quæ est, vel futura est, in hisce enim omnibus quæstio proponi potest, & in primis, de eo, qui fuit successor maioratus, quaeri potest, an possessor teneatur solvere debita ab eo contracta in necessariam sui sustentationem, si aliquod forte æs alienum contraxisset in vita, quod ex fructibus maioratus non potuit suo tempore resarcire? & successorem solvere teneri affirmant Padilla *in L. Vnum ex familia §. Si defalcidia num. 11.* Surd. *de Alim. tit. 8. privil. 54. maxime num. 10. & seq.* Fragof. *de Reg. Regn. 3. p. lib. 8. disp. 17. §. 5. num. 43.* & *lib. 9. disp. 19. §. 2. num. 10.* & conducit

Aug. Barbof. qui de prælato successore loquitur *in Collect. cap. 1. num. 3. de solut.* Steph. Gratian. *tom. 1. Digept. cap. 94.*

47 Et in funeris impensa ultimi possessoris itidem successorem solvere teneri docent contra D. Molin. Giurba *in Consuet. Messan. cap. 15. gloss. 7. num. 8.* Faria *ad Covar. lib. 1. Var. cap. 1. n. 77.* Rodriguez *de Concurf. reg. 1. ampliat. 1. num. 11. & pag. 60. sub num. 40.* in noviss. cum addit. Mieres *de Maior. 4. p. q. 26. num. 19.* Censal. *ad Peregr. de Fideicom. art. 40. fol. 265.* ex Peregr. *ibidem num. 19.* Afflict. *in cap. 1. numer. 15. de feud. & cum Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 10. num. 33.* Garcia *de Expensis cap. 16. num. 33.* Valasc. *de Partit. cap. 19. num. 44.* D. Larrea *decis. 47. num. 5.* D. Castillo *cap. 161. num. 1.* Spinus *de Testam. gloss. 2. n. 55.* D. Retes *in MS. de Leg. familiae 1. p. n. 21.*

48 An autem, & ob eandem rationem, uxorem prædecessoris inopem successor maioratus alere teneatur? Affirmativa sententia in Chancellaria Granatensi jam diu obtinuit, ex quo ita decisum fuisse comperitur *pro Dom. Vrraça de Aguilar, & Sandobal, contra Dom. Beatricem de Carrasco,* in qua lite obtinuit D. Petrus Muriel Berrocal. tunc advocatus, qui aëtricem patrocinavit. Videndi tamen D. Castillo *dict. cap. 161. num. 38.* Hier. Leo *decis. 150.* Mieres *de Maior. 4. p. q. 27.* D. Greg. Lopez *in L. 24. tit. 9. p. 6.* D. Solorzan. *tom. 2. de Indiar. jur. lib. 2. cap. 16. num. 76. & 81. & lib. 3. Politic. cap. 17. fol. 368. vers. En lo que, ubi de noverca,* D. Salg. *dict. cap. 24. num. 152.* D. Valenzuela *conf. 197.*

49 Idem etiam dicendum est de successore qui maioratum renuntiavit, cui à successore, in quem fuit renuntiatus, alimenta esse præstanda probari potest ex eo, quod in feudo sic esse communiter receptum docent Franchis *decis. 20.* ubi Addent. eleganter Marta *de Iurisdict. 4. p. cent. 1. cas. 23. num. 36.* Giurba *in Consuet. Messan.*

cap. 7. gloss. 9. num. 8. p. 1. Marinis lib. 2. Resol. cap. 29. num. 8. & 139. num. 17.

50 Idem etiam observandum est in eo, qui ob furorem, vel alium defectum à successione excluditur. Surdus de Aliment. tit. 1. q. 58. num. 4. ibi: *Qua ratione idem duci posset in secundogenito, qui ob furorem primogeniti succedit in maioratu, secundum Sozin. conf. 47. vol. 3. D. Greg. in L. 6. gloss. 10. tit. 26. p. 4. Colerius de Aliment. lib. 1. cap. 17. n. 87.*

51 Et de femina à successione exclusa, idem Surd. tit. 8. privileg. 33. n. 4. & tit. 9. q. 38. num. 7. D. Castillo lib. 4. Controv. cap. 37. n. 16. & num. 26. Boffius ubi sup. dict. cap. 7. §. 20. num. 378. Aug. Barbof. in Reportor. jur. verb. alimenta, vers. Alere patrem. & probatur ex cap. 1. §. fin. de Episcop. vel Abbat. in usib. feudor. Alvaradus de Conject. mente, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 77. ubi alios tradit, & limitat in excluso ob delictum, ex cap. 1. §. Si vero violator pacis de pace tenend. Giurba, qui plures refert de Success. feud. §. 2. gloss. 4. num. 41.

Etanei, qui bona maioratus dissipavit, à quo ideo maioratus aufertur juxta A. D. Molin. tradita lib. 1. cap. 16. Giurba in Consuet. Messan. cap. 7. gloss. 9. à num. 15. D. Castillo de Aliment. lib. 8. cap. 43. à num. 29. Antunez de Don. Reg. tom. 1. prælud. 2. §. 2. à n. 33. D. Salgad. 4. p. Labyrinth. cap. 15. à num. 13. alimenta debeantur ex maioratu ad textum in L. Imperator 50. ff. ad Trebell. Videndi Mieres de Maior. 4. p. q. 34. num. 16. D. Molin. ubi supr. num. 17. D. Castillo num. 38. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 30. num. 4. & q. 58. à num. 5. & conf. 116. num. 24. & 48. Fufar. de Subst. q. 519. num. 9. Censal. ad Peregrin. de Fideicommiss. art. 16. fol. 21. vers. Secunda sit conclusio, Antunez ubi sup. n. 33. ubi id ferunt.

52 An & ipsi maioratus possessori debitis oppresso, & cōcursum formanti, ex bonis maioratus, & fructibus se-

questratis congrua alimenta assignanda sint? Videndi D. Vela dissert. 33. n. 26. D. Salgad. in Labyr. 1. p. cap. 24. ubi negativam defendit, nisi ex magnatibus sit, qui concursum formavit, uti Ducis, Comitum, vel Marchionis dignitate cohonestatus. Sed absolute affirmant Hieronim. Leo decis. 85. p. 1. Rodriguez de Concurf. 1. p. in princ. num. 25. Novarius decis. 84. in fin. in novissim. Avendaño de Censib. cap. 53. D. Castillo de Alim. cap. 37. §. 1. & 2. Merenda lib. 4. Controv. cap. 34. à n. 10. Steph. Gratian. Discept. cap. 832. num. 31. Pat. Joann. Angel Boffi, tom. 2. de Effect. matrim. & de alim. oblig. cap. 13. num. 824. ubi ita ait, & si debita à possessore sint contracta, D. Bolero de Decret. debit. fiscal. tit. 3. q. 5. n. 9.

Potest & in alio casu dubitari in ipso possessore maioratus: veluti si bona non reddant quotannis ei sufficientes redditus ad se alendum; tunc enim, an procedere is possit ad bonorum alienationem dubitarunt alij Authoritate Gloss. in L. Ob æs alienum C. de pred. minor. ut per Lara in L. Siquis à liberis §. Sed si filius n. 18. Boffius in d. tom. 2. cap. 13. §. 6. num. 803. Negant tamen verius ex Gloss. in Auth. res quæ C. commun. de leg. Peregrin. de Fideicom. art. 4. num. 9. Surdus de Alim. tit. 8. privileg. 19. D. Molin. lib. 4. cap. 6. num. 22. Lara in d. L. Siquis à liberis §. Vtrum num. 22. Boffius dict. cap. 13. §. 13. num. 818. ubi limitat in descendentes institutoris, quos possit

54 se bona fideicommissi alienare pro alendis, se, & suis filijs, & uxore: Padilla in dict. Auth. res quæ numer. 79. D. Greg. Lopez in L. 24. tit. 9. p. 6. gloss. fin. Gomez in L. 40. Taur. n. 87. Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 19. numer. 1. & privileg. 10. num. 3. Fufarius de Subst. q. 536. num. 5. & in conceptis, & natis post mortem institutoris. Idem tenent Petra de Fideicom. q. 8. n. 394. & 405. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. Contrarium tenent Alciat. conf. 640. D. Præf. Covar. lib. 3. Var. cap. 6. n. 10. vers.

vers. Illud tamen, Theaur. decis. 192. num. 11. & Menoch. ipse Alciati sententiam sequitur conf. 132. Boffius tamen priorem sententiam veriorē ait num. 818. & pro solvendis possessoris debitis juste posse facultatem ad alienanda bona maioratus concedi docet Noguero. alleg. 32. n. 155. & pro alimentis ipsius posse alienari num. 156.

55 Denique de futuro successore dubium est, an successor eum alere teneatur? quod, & ob id solum quod sit immediate successurus, debeat ex bonis maioratus alimenta percipere, arg. textus in L. 6. ff. de ventr. in possession. mittend. L. 1. §. Sed si incertum ff. eod. L. Si neget ff. de jur. aeliber. Pretis de Interpret. ultim. vol. lib. 5. interpret. 2. dub. 2. num. 7. fol. 497. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 5. num. 1. & q. 8. numer. 4. Lara in d. L. Siquis à liberis §. Sed si filius num. 19. ex quibus in successore maioratus immediato docet D. Greg. Lopez in L. 24. tit. 9. p. 6. gloss. 4. Mieres de Maior. 4. p. q. 28. numer. 9. Giurba dec. 5. num. 5. Monter. à Cueba dec. 16. num. 36. D. Larrea dec. 47. num. 11. & 46. Marta de Success. leg. 4. p. q. 18. n. & art. 7. Boff. dict. cap. 13. §. 6. num. 803. ubi in descendentes institutoris plane id procedere ait, sed in quolibet immediato, aliquando in praxi obtentum esse comperimus, & consobrinum astrictum alimenta præstare decisum vidi, licet à fundatore non descenderet alter consobrinus, qui petebat.

56 Illud tamen dubium est, an in his casibus successor teneatur præstare alimenta fratri, vel forori, Monacho vel Moniali, in Monasterio capaci professis, vel cæteris alijs, quos uti immediatos alere teneretur? Qua in re breviter dicendum esse non dubito, Monachum posse alimenta percipere, si aliunde à Monasterio non habeat ad alimenta; certissimum enim est posse Monachos in usus determinatos, veluti ad vestitum, vel infir-

mitatis, habere aliquos redditus in id sufficientes, non obstante Tridentin. disposit. sess. 25. de Reformat. cap. 2. ut docent Valentia 2. 2. disp. 1. q. 4. punct. 3. Emmanuel. Rodrig. in Summ. tom. 2. cap. 31. num. 3. vers. Lo tercero, Tapia in Auth. ingressi verb. in ipso ingressu cap. 3. num. 55. Aug. Barbof. cum alijs in Collect. ad cap. 2. Concil. Trid. ubi sup. num. 3. vers. contra, Pat. Sanchez in Præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 8. 9. & 10. omnino videndus per tot. Et potest juste ex hac causa à Superiori concedi licentia Monacho, ut possit habere usum fructum temporalem, vel redditus annuos ad nutum Superioris amobiles. Sanchez ibidem num. 5. & 11. cum seqq. Barbof. ibi; Zened. de Paupertate Religiosi dub. 6. num. 4. Fagundes in Præcepta Eccles. lib. 8. cap. 6. num. 15. Villalobos in Summ. 2. p. tract. 35. dubio 30. num. 2. Mirand. in Manuali Prælator. tom. 1. q. 28. art. 8. cum ergo 59 habeat capacitatem de licentia Superioris, quod necessario debet supponi, ex cap. Insinuante ne Cleric. vel Monach. Abbas in cap. Monachi de stat. Monach. num. 4. & seqq. Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 7. n. 2. 3. & seqq. 60 poterit, si Religio non possit ei subvenire, alimenta consequi pro statu, & qualitate personæ. Basil. Ponc. disp. scholast. 9. P. Euseb. de Herrera decis. Moralis, decis. 5. vers. Lo tercero, ibi: Por la calidad de la persona: docent ita Matheus de Afflict. in Const. Neapol. lib. 3. rub. 18. à num. 6. ubi late defendit, Primogenitum teneri vitam, & 61 militiam assignare fratri Monacho in Religione in communi capaci professio. tenet etiam Intigriol. de Feud. cent. 1. q. 57. num. 23. Marta de Jurisd. dict. 4. p. cent. 1. cas. 23. ubi late à numer. 12. Marinis lib. 2. Resol. cap. 45. n. 4. & seqq. Franchis decis. 20. Suarez de Religion. tom. 4. lib. 3. cap. 4. 5. & 6. 62 ubi quod Religiosus habet jus ad petenda alimenta sicut emancipatus, & quod non extinguitur jus petendi ali-

menta, quod habebat in saculo, sed tantum suspenditur, quia cum sit jus naturale, & intrinsecum, transit cum ipsa persona; & quod Monachus sit capax alimentorum docet ibidem *lib. 1. cap. 12. num. 2.* Optime ad rem Sesse *decis. Aragon. tom. 1. decis. 45. ex num. 10.* & quoties filius non habet à Monasterio unde se alat, reviviscit obligatio patris, vel fratris, eumque alere tenentur. Suarez *tom. 4. cap. 7. & seqq. ubi sup. & lib. 6. cap. 9. numer. 4.* Azor *Inst. moral. 2. p. lib. 2. cap. 14. vers. Et quaeritur q. 9.* Filiucius *tom. 2. tract. 23. p. 2. cap. 3. num. 35.* Fragos. *de Regim. Reipub. tom. 3. lib. 1. disp. 2. §. 2. num. 1. 8.* Bossius *de Aliment. obligation. cap. 5. §. 10. num. 138.* ubi etiam *Surd. de Aliment. tit. 1. q. 75. numer. 5.* quibus consequens est possessorem maioratus sicut cæteris descendentibus ab institutore alimenta præstare tenetur, ut diximus, probatque Bossius *cap. 7. an. 389. ubi sup.*

Ita & ipsis licet Monachis non esse deneganda si licentiam Superioris, & indigentiam supponas ex parte petentis, & impossibilitatem succurrèdi ex parte Monasterij, quod semper verum est; & in hac specie Doctissimus D. Olea quondam in Vallisoleitano Conventu, dum Primariæ Canonum Cathedræ Doctor incumberet, pro quodam Religioso D. Augustini contra patrum maioratus possessorem quæstionem defendisse constat ex allegatione juris, quam pro eo scripsisse audivi: adde etiam Gratian. *Discept. cap. 552. num. 25. & cap. 815. num. 3.*

Hic etiam dubitari potest, an unus idemque duorum maioratum immediatus successor possit à possessore diversis eorum simul alimenta consequi, maxime si maioratus sint incompatibiles? Dubium facit, primo, quod alimenta duplicia quis recipere est incompatible, ideoque alimentorum legatum non esse reiterabile, sed tantum semel peti possit,

ex *L. Dominus 75. §. 1. ff. de usufr. L. Libertis ff. de aliment. legat. L. Aliment. 16. §. Basilica ff. eod. docent Bar. tol. in L. Re conjuncti num. 42. ff. de leg. 3. Crotus num. 73. Ripa num. 141. Salicet. in L. Plane la primera §. Si eadem ff. de leg. 1. Jason ibi numer. 10. Duran. de Arte testandi tit. 6. cant. 23. num. 1. Pechius de Testam. conjug. lib. 5. cap. 25. num. 6. Cavalcan. de Usufr. mulier. relict. num. 31. Cravet. conf. 32. numer. 1. facit bene ratio Bonifac. Vitalinis in Clement. Ad nostrum de censib. num. 48. ubi ait, quod semel in die alimentatus, non potest eadem die iterum alimentari, cum venter non recipiat alimentationis geminationem.*

Quod si maioratus inter se incompatibiles sunt, fortius procedere videtur, cum enim in ijs simul non possit succedere, nec ex illis alimenta percipere eundemque dicendum est, argumentum si quidem de successione ad alimenta validissimum est; qui enim ad successionem non invitatur, alimenta de bonis percipere nequeunt, vel contra. Bossius *de Alim. cap. 8. num. 492.* Valet enim juxta *DD. (ait) argumentum de successione ad alimenta, ita quod ut res se habet in jure quoad jus succedendi, & hereditandi, ita quoad jus alendi.* Et quoad collaterales, valere argumentum de successione ad alimenta, tenent fere communiter *DD. ex Bald. doctrin. in L. Cum in adoptivis num. 5. C. de adoption. Surd. de Alim. tit. 1. q. 2. num. 6. & 10. & q. 25. num. 6.* Lara *in L. Siquis à liberis §. Si mater num. 47 ff. de liber. agnosc. itidem Bossius cap. 8 §. 8. numer. 513.* Fachineus *Controv. lib. 12. cap. 60.* Simon Barbof. *Axiomat. lit. A. n. 580.* Ricc. *de Union. prol. cap. 8. num. 6.* Coler. *de Alim. lib. 1. cap. 9. n. 28.* Monter. *à Cueb. decis. 16. num. 37.* Giurba *dec. 5. n. 5.* D. Valenzuel. Velazquez *conf. 197. num. 30.* Atqui successor immediatus in duobus maioratibus incompatibilibus nequit simul succedere,

dere, quia eorum condiciones simul implere non potest: ergo ex ijs alimenta percipere nequit, sic enim, & in legato alimentorum ait *Surd. de Aliment. 44. q. 4. num. 22.* quando alimenta à duobus legantur uni sub conditionibus incompatilibus, & quæ eodem tempore non possint verificari: puta in uno testamento dicitur onus habitandi in uno loco, in alio idem onus in alio loco habitandi adjicitur, indubium esse utraque legata consequi non posse, quia utramque conditionem implere non potest legatarius.

His tamen minime obstantibus, contrarium verissime dices; supposito enim alimenta ab eo, à quo petuntur, debita esse, dicendum est non impedire, ut is qui petit ex alterius bonis ea recipiat, nisi sit probatum congrua recipere, & ad vitam sufficientia secundum qualitatem, & dignitatem. *Cyriac. controuv. 34. numer. 11.* Certissimum est enim, alimenta recipere divisionem secundum quantitatem, & tempus, ut notat *Surd. de Alim. tit. 7. q. 8. num. 14.* Bossius *de Alim. oblig. cap. 10. num. 645.* unde cum ea prætentur secundum quantitatem patrimonij alere debentis, *L. Imperator ff. ad Trebel. D. Salg. 1. p. Labyr. cap. 24. num. 16.* *Cyriac. controuv. 34. num. 24.* Bossius *cap. 13. numer. 787.* plene *Giurba decis. 6. numer. 2.* quoad fructus qui ex bonis annuatim percipiuntur, *L. Ius alimentorum §. Modum ff. ubi pupil. Giurb. D. Salg. & alij supra.*

Infertur manifeste, ex petitione alimentorum ab uno, non excludi alimentatum petere ab alio, si adhuc sufficientia alimenta non habeat: pone enim patrem filium congrue alere non posse, quia deductis proprijs alimentis, solum tenetur, quatenus sibi superest. *Surd. d. tit. 7. q. 8. num. 14.* Boss. *dicto cap. 10. num. 645. & tract. de dote cap. 4. num. 226. & cap. 5. n. 19.* ubi contrario casu loquitur: quis du-

bitabit in hoc casu filium posse reliqua alimenta, quæ desunt, ab avo, & matre, vel fratre, qui in subsidium obligati sunt, petere; obligatio enim alimentorum, subsidiaria est, & ideo si congrua alimenta non habeant, pro rata ab alio petere possunt, ut in filia quæ dotem congruam non habet, docet Boss. *dict. tract. de dot. cap. 5. numer. 19.* & ex alijs ante eum *Costa de Remed. subsidiar. remed. 65. num. 6. & remed. 66. num. 1.* ibi: *Imo si soror habeat aliqua bona, sed insufficientia, adhuc frater tenetur de suo supplere ad congruam usque ad dotem juxta honestatem, & qualitatem personarum; & expressius remed. 64. num. 1.* ibi: *Quandoquidem obligatio patris sit principalis, L. Qui liberos ff. de rit. nupt. avi autem obligatio sit secundaria, teste Ripa ibidem (in L. 1. ff. solut. matrim.) Idque ipsum obtinet tam in materno, quam in paterno avo juxta tamen ordinem suum, ut primo pater dotet de suo, si habeat congruam substantiam, deinde transferatur hoc onus in avum paternum, qui si non solvendo, in matrem rejicitur vice subsidiaria hujusmodi onus, mox pro ultimo refugio ad avum maternum, & c.*


Ex quibus in nostro casu idem dicendum est in quolibet descendente institutorum maioratus, is enim si ab uno possessore alimenta recipiat etiam tamquam immediatus, non impeditur eodem jure ab alio possessore petere alimenta usque ad quantitatem congruam juxta facultates maioratus, & dignitatem.

Nec obstat quod pro dubitandi ratione supra est propositum, quamvis enim alimentorum legatum non possit duplicari juxta illorum sententiã, quos ibi retuli sequuntur alij relati à *Tulcho Pract. conclus. 286. n. 74. & 53.* hoc tamen intelligendum est, quando eodem testamento uni pluries alimentorum legatum relinquitur, ut in *d. L. Alimenta §. Basilica ff. de alim. legat.* hoc ideo, quia alimenta

non ad compendium legatarij censentur relicta, sed ad necessitatem, ideoque semel ex testamento debentur, licet quatenus in quantitate sint relicta, non obfit prohibitio acquirendi ex duabus causis lucrativis, ut explicat ex Duaten. Cujac. & alijs Doctiff. Retes Opuscul. lib. 7. cap. 6. §. 1. num. 27. de concurs. multiplic. caus. lucrativ. & adnot. Claudij lib. 4. Opuscul. fol. 437. ubi etiam prædictam legem explicat.

77 Sed præter hunc casum ex duorum testamentis alimentorum legatum esse reiterabile verius docent Simon de Præf. de Interpret. ult. vol. lib. 4. interp. 1. dub. 11. num. 13. Lara in L. Siquis à liberis §. Sed si filius num. 102. ff. de liber. agnosc. Card. Tusch. litt. A. conclus. 286. num. 73. Surd. de Alim. tit. 9. q. 4. à num. 4. per tot. seqq. & ex Castrenf. eleganter notat Tusch. ubi sup. num. 35. quod licet alimenta sint indivisibilia respectu recipientis, quia non potest ali medius, tamen sunt divisibilia respectu dantis, ut unus det medietatem, alter aliam medietatem.

79 Nec item obstat, quod ex argumento de successione ad alimenta deduximus, cum enim unus idemque successor, licet in duobus incompatilibus maioratibus simul nequeat actualiter succedere, possit tamen ad eos jus simul habere, ut dixi ad A. p. 4. cap. 1. ad num. 6. ex Paul. Castrenf. in L. Is potest num. 3. ff. de acq. hered. ibi: Nam possibile est quod quis habeat potentiam adeundi, & tamen non potest adire. Ratio est; quia incompatibilitas non datur in actu, sed in habitu. L. Filio ff. de inof. testament. Giurba dec. 40. num. 3. Molin. lib. 3. cap. 2. 19. & lib. 2. cap. 14. num. 27. ubi Addent. D. Paz de Tenut. cap. 57. num. 212. D. Larrea dec. 52. num. 12. & 13. Consequenter inferes, posse duorum maioratum incompatibilium tamquam immediatum alimenta consequi: & hæc satis.



## ADDITIO

### AD PART. VIII.

#### CAP. V.

#### SUMMARIUM.

- 1 Provisio hominis, quando faciat cessare legis provisionem, vel simul concurrant, usque ad 7.
- 8 Proximior primogenitus, vel maior natus an differant.
- 9 Representatio non censetur exclusiva ex vocatione filij maioris.
- 10 An si vocatio ita concepta sit: El maior que quedare vivo al tiempo de la muerte del ultimo poseedor, 11. & 12.
- 13 Substitutus à testatore præfertur ei qui venit ex representatione.
- 14 Minor ex majori progenitus an præferatur ei qui ex minori maior est ætate.
- 15 Verba proprie accipi debent.
- 16 Representatio inter descendentes ab institutore in infinitum procedit.
- 17 Representatio inter transversales institutoris an detur in maioratus successore, & seqq.
- 18 L. 40. Tauri explicatur, & 19.
- 22 L. 14. tit. 7. lib. 5. Recop. explicatur, & 29.
- 23 Primogenitus, & filius maior idem sunt.
- 24 Primogenituræ jus apud duos esse non potest.
- 25 Iura non adaptantur ad ea quæ raro accidunt.
- 26 Representatio est fictio, & privilegium.
- 27 Representari, is nequit, qui jus succedendi non habuit, & 31.
- 28 Representatio an detur ex sola potentia succedendi.

30 Vo.

- 30 Vocato filio fratris, an frater ipse vocatus censetur.
- 32 Representatio ex quibus excludatur.
- 33 Successio maioratus cui deferatur ex duobus æquali jure contententibus, remiss.
- 34 Proximior quomodo probetur quis.

#### Num. 1.

1 **O**bserva, quod si concurrant Legis, & hominis incompatibilitas, una non tollit aliam, sed utraque effectum suum operatur, ut innuit hic Auctor. Nec obstat regula, quod provisio hominis facit cessare provisionem Legis, L. fin. C. de dot. promiss. L. fin. & ibi DD. C. de pact. convent. Rota decis. 71. num. 8. p. 2. in noviss. & alij communiter; quia non habet locum, quando provisio hominis non continet idem per omnia, quod Legis dispositio, vel econtra, ideo una aliam cessare non facit. Ant. Gabr. Cõmun. opin. tit. de reg. jur. conclus. 8. num. 9. & 15. Costa de Portion. rat. q. 237. n. 4. ut in nostra materia exemplificari potest, regulariter enim electio, quæ primogenito à lege datur, non prohibetur à fundatore. Vide Auctorem hic cap. 7. num. 11. & 12. & cap. 8. numer. 15. & seqq. D. Larrea decis. 51. in fin. & vide infra cap. 7. n. 3.

4 Adde Gratian. Discept. cap. 117. n. 10. & 11. Valenz. Velazquez conf. 83. num. 140. D. Solorzan. tom. 2. de lur. Indiar. cap. 8. num. 6. lib. 2. & lib. 4. cap. 7. num. 37.

5 Vbi quando provisio hominis faciat cessare provisionem Legis, & quod in eodẽ casu non cessare unam per aliam ex textu in L. Si cum dotem in princ. ff. soluto matrim. L. Si extraneus ff. de condit. ob causam aiunt Barbosa. axiom. 195. D. Vela disert. 11. n. 111. Neguf. de Pign. 2. p. membr. 4. n. 87. vbi exempla: Menoch. lib. 4. præsumpt. 190. num. 40. Fontanel. tom. 2. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. à num. 50. p. 1. ubi quod provisio hominis fa-

6 cit cessare provisionem Legis, quando provisio hominis est derogatoria, & non cumulativa ad provisionem Legis, præsertim, quando incompatibiles sunt, ut bene Franchis dec. 135. num. 9.

7 Item quãdo provisio hominis non æque providet ac Lex, tum ambæ concurrunt. Jul. Capon. tom. 1. discept. 11. num. 9.

#### Num. 8.

8 Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 6. num. 55. ubi an differant proximior, & primogenitus: Costa de Facti. scientia cent. 2. distinct. 63. num. 1. ubi an differant maior natus, & primogenitus. Malvass. conf. 22. Menoch. conf. 318. num. 17. & conf. 442. à num. 19. Sard. conf. 403. num. 40. Peregrin. conf. 39. Mieres de Maior. 2. p. q. 4. illat. 3. num. 1. ubi alij.

#### Num. 10. & seq.

Vide Giurbam de Success. feud. §. 1. gloss. 8. num. 38. Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 1. num. 1.

9 Et utrum per vocationem filij maioris censetur exclusiva representatio? Affirmant Robles lib. 3. de Repræs. cap. 14. à num. 20. vide Addent. cum Molin. lib. 1. cap. 6. num. 21. Reynof. obs. 24. num. 15. contra D. Valenz. conf. 23. D. Paz de Tenut. cap. 57. Gutierrez lib. 2. Pract. q. 92. D. Castillo lib. 5. Cõtrov. cap. 89. à num. 77.

#### Num. 15.

Hercul. Marefcot. Var. lib. 1. cap. 99.

#### Num. 18.

Vide supra relatos num. 10. & 11. Giurba ibidem.

Num.

Num.20.

Giurba de Succesf.feud.S.2.gloss. 10.num.50.& 53.

Num. 22.

10 Priorem sententiam cum alijs fequitur Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.7.num.81.& seqq.

11 Contrariam sequuntur alij in allegatione super statu de Maqueda,relati à D.Petro Guerrero num. 142. ubi in hanc sententiam inclinare Molinam ait : *Y se reconoce, en la forma de proponer los fundamentos de ella, hazerlo en el ultimo lugar, y aplicar las Leyes del Reyno, con cuyo motivo resolvió todas las questiones de representacion.*

Num. 24.

13 Substitutus à testatore præfertur ei, qui venit ex repræsentatione Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.7.n.65.

Num. 25.

Vide num.42.infra.

Num.26. & seqq.

14 Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.10. à num.47. ubi late examinat, an senior, vel maior ex patre minori, vel minor ex patre maiori præferendus sit. Idem Giurba S.2.gloss.6.n.25.

Num. 28.

Giurba S.1.gloss.8.n.40.de feud.

Num. 31.

D.Vela dissert.49.num.106.Cyriac. controu.207.

Num. 35.

D.Solorzan. tom.2. de Jur. Indiar. lib.3.cap.12.num.46.& in Polit.lib.3. cap.22. fol. 397. D. Vela dissert. 38. n.76. ubi quod verba proprie sunt accipienda.

Num. 37.

Vide infra num.61.

Num.42.

16 Repræsentatio inter transversales, descendentes tamen ab institutore, in infinitum procedit in dubio. Addendi plures quos sequitur Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.2. num. 23. Bedoya in Specul. Jurisprud. lib.3. disc.3. à num.19.

17 An autem, & inter transversales institutoris detur in infinitum repræsentatio ex L.40.Taur. dubium est, & maxime apud nostrates juris interpretes controversum, & adeo apud Iudices agitatum, ut Regia sanctione decisum sit, quæ est pragmatica anni 1615. in nova Recop. L.14. tit. 7. lib.5. Recop. quam refert Auctor hic num.25. sed juxta L.40.Taur. verior sententiam negativam judicant D.Greg. Lopez in L.2. tit. 15. p.2.gloss. El mas propinquo, vers. Sed quid si aliquis, col.2. Gomez in L.8. Taur. Avendaño in L.40.gloss.14. à n.22. ad 30. Mieres de Maiorat. 2.p.q.6. n. 31. Robles de Repræsent. in fin. oper. in addit. ad lib.2. num.66. & pro hac parte facit D. Molin. lib.3. cap.7. num.10. & 11. vers. Quæ omnia, & in alleg. pro Rege nostro, quam ad hoc vide apud Cevallos Comm. q.762. ex n. 192. & idem docet is q.905. à num. 97. itidem Robles in Addit. ad lib. 2. cap. 29. num.41. Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.10. à num. 51. & S.2.gloss. 2. n. 19. latèque hanc sententiam tuetur D.Ferd. Matute Disquis. Leg.29. num. 12. &

12. & ibi Legi 4. Taur. satisfacit: idem Mieres de Maior. 2.p.q.6. num. 136. & seqq. & alij ab Auct. relati infra num. 56. quem sequitur Bedoya in Specul. Verit. jurispr. lib.3. disc. 3. n.30.

19 Contrariam tamen, & affirmativam sententiam tuetur Robles hic ab Auct. relatus lib.2. cap.29. numer. 35. D.Castillo lib.3. Controv. cap.19. num. 86. Marienzo in L.5.gloss.4. & gloss. 1. num.17. tit.7. lib.5. Recop. D. Molin. d lib 3 cap.7. num.10. ubi vere hanc sequitur Pat. Molin. de Inst. & Jur. tract.2. disp.627. num. 8. Valasc. Govea de Succesf. Regni 2.p.punct.1. S. 4. num.106. ubi in his Castellæ Regnis indubitanter procedere ait ex d. L. 40.Taur. in Lusitania tamen secus esse, quia nulla Lex repræsentationem admittit, & ideo jure communi statuitur, quod & in Aragonia admissum ex foro obsitem si frater de testam. per quem repræsentationi numquam locus est, nisi in successione testamentaria ascendentium non transversalium.

20 Et pro hac sententia vide Parlador. in Sexquicent. different. 24. num.2. & 3. & alios apud Addent. ad Molin. dict. lib.3. cap.7. num. 20. ubi limitant in simplici fideicommissio, ibi: Nos vero in simplici fideicommissio juxta regulas juris communis repræsentationem admittimus, &c. & juxta pragmaticam anni 1615. hodie sine dubio procedit, & pro ea decisum refert Bedoya ubi supra num.38. in fin. ad eam tamen vide Robles de Repræsent. in addit. ex num.63. ubi ejus verba expendit, & num.66. ubi eam intelligit de descendentibus institutoris maioratus ad successionem vocatis, aut de transversalibus consanguineis etiam ad eum invitatis, cujus successio jam in eorum lineam ingressa, & radicata sit, & antea n.64. latius idem docet, eum vide.

Num.43.

23 Plures referunt Addent. ad Molin.

lib. 1. cap.5. num.22. vers. In versiculo.

Num.44. & seq.

Vide sup. num.10. & 11. relatos, & D.Molin. & lib.3. cap.8. num.19.

Num. 45. & 46.

24 Et facit etiam, quod jus primogenituræ uno eodemque tempore à multis possideri non potest, sed penes unum solum esse debet. Bedoya in Speculo Jurisprud. lib.3. disc.3. num. 33. & lib.2. disc.7. n.81. ubi alios refert.

25 Sed tamen ad ea quæ raro accidunt jura non adaptantur, L.3.4.5. & 6. ff. de legib. L.3. in fin. ff. si pars hered. pet. Novel.105. cap.1. neque adventitij casus computandi sunt, quia quod evenire potest dispositionem juris non immutat, L. Damni infecti, L. Stipulatio ff. de damno infecti. L. pen. S. ult. ff. de jur. & fact. ign. L.1. S. Quod vulgo ff. de vi armat. D. Molin. lib.1. cap.18. n. 3. & 4. Gratian. Discept. cap.573. num. 73. & cap.740. num.19. & cap.900. n. 8. & 10. futura enim regulariter non sunt in consideratione. D. Salgad. in Labyr. 2.p. cap.22. n.102. & 108.

Num.54.

26 Valasc. de Jure emphyt. q.50. num.4. & 6. Gama decis.174. num.13. & procedere de jure speciali, & irregulari ait Cyarlin. Controv. forens. cap. 81. n. 5. esse etiam fictionem, præter Robles docet Gama dec.59. num. 3. Caldas de Nomin. emph. q.17. num. 42. ubi Honded. conf.70. num.16. lib.1. Valasc. ubi sup. Menoch. conf.200. numer. 42. & conf.357. num.33. videndus Giurba de Succesf. feud. S.2.gloss.1. numer. 28 & 33.

Num.55.

Dixi sup. num.42.

Ccc

[Num]

Num. 56.

- 27 Vide Auct. 7. p. cap. 6. num. 22. & 1. p. cap. 6. num. 154. addendi Avendaño gloss. 7. in L. 40. Taur. Raudensis conf. 142. num. 125. inter consilia Zileti ultim. volunt. vol. 2. Menoch. conf. 269. lib. 3. Surd. conf. 403. volum. 3. Cevallos 4. p. Comm. q. 505. num. 97. & seqq. Ribera de Success. Regni art. 5. n. 142. cum seqq. ubi D. Tapia, D. Molin. ab his relatus in Alleg. pro Sapientiss. Philippo 2. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 5. num. 33. & gloss. 6. num. 32. & 46. & gloss. 10. num. 44. & seq. ad rem Matute disquisit. 29. num. 21.

Vers. Ac per consequens.

Et Num. 57.

- 28 Dixi num. 42. Rivera hic cit. n. 142. ubi etiam D. Tapia à num. 52. D. Molin. in Alleg. pro Philippo numer. 163. Goveanus contr. de Success. Lusitaniae 2. p. punct. 1. §. 4. num. 105. ubi inter transversales repræsentationem non admitti ex sola spe, & succedendi potentia.

Num. 58.

- 29 Hæc quæ Auctor docet notanda sunt ad verba pragmaticæ anni 1615. ibi: *Aunque la muerte aya sido antes de la institucion de ellos.*

Num. 59. &amp; seqq.

- 30 Videndus Horat. Barbat. de Fidei. commiss. 1. p. cap. 4. inspect. 4.

Num. 61.

Horat. Barbat. ubi supra.

- 31 De hac tamen Auctoris sententia dubitari potest ex nova sanctione L. 14. tit. 7. lib. 5. Recop. repræsentationi enim hodie ex ea locus est, licet nul-

lam spem habuisset persona repræsentata, quia ante maioratam institutum defecisset, nam ut repræsentetur, sufficit, quod si viveret, vocatus fuisset ab institutore, arg. text. in L. fin. ff. de hæred. inst. cum alijs. Hoc tamen non habet locum, quoties ex verbis, & mente testantis excluditur ea præsumptio, ut hic L. Siquis ita §. Siquis eum ff. de testam. tutel. L. 3. C. de inoffic. testam. D. Molin. lib. 1. cap. 4. n. 27.

De repræsentationis exclusione præter Auctorem sup. p. 3. cap. 6. n. 22. & p. 4. cap. 5. num. 48. & 1. p. cap. 6. n. 52. 154. & 287. vide Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 1. à n. 2. & §. 2. gloss. 7. à n. 59. D. Molin. lib. 3. cap. 8. add. ibidem Pat. Molin. tract. 2. disp. 628. D. Valenzuel. conf. 23. Maldon. ad Molin. sup. n. 11. & 12. D. Ferdin. Matute disq. 29. n. 23.

Num. 62. ad finem.

Tiraq. de Primog. q. 64. ubi conducit Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 4. num. 17. & seqq. D. Valenzuel. conf. 1. n. 67. & Cyriac. contr. 414. Auct. 1. p. cap. 8. n. 24. & 25. & cap. 11. à n. 12.

Et quomodo quis probetur proximior. Vide textum in L. Filius qui patri §. Cum filium ff. de bon. libert. L. 3. ff. de acq. hæredit. D. Molin. lib. 3. cap. 9. à num. 21. Giurba in Consuet. Messan. cap. 11. gloss. 6. à n. 17. Doctiff. Alvarez Pegas ad Ordin. Lusitan. tom. 4. tit. 62. gloss. 45. num. 11.

## ADDITIO AD CAP. VI. PART. VIII. SUMMARIVM.

- 1 Electio an detur in maioratibus ex dispositione hominis incompatilibus. Ele-

- 2 Electio nulliter facta ex duobus maioratibus, non præjudicat.  
3 Maioratus delatus, non quæsitus, repudiari an possit.  
4 Electio in maioratibus incompatilibus non potest fieri nisi delati sint.  
5 Electio ex duorum maioratum incompatibilium dispositione intra quod tempus fieri debeat à primogenito.  
6 Auct. hoc amplius C. de fideicom.  
7 Lapsus temporis præfixi ad electionem habetur pro repudiatione.  
8 Maioratus quis dicatur, el mejor, y mas principal, juxta Leg. 7.  
9 Maioratus duo incompatibiles, si alter sit maior, & agnatus, alter regularis, & minor, an & quando possint retineri.

Beneficia incompatibilia retineri possunt si sint litigiosa. Ibid.

- 10 Electio an ex duobus maioratibus incompatilibus quando facta dicatur, ut iterum fieri nequeat, & 11.  
12 Minor electionem ex duobus maioratibus incompatilibus tenetur celebrare cum solemnitatibus, 12. 16. 22. & 30.  
13 Minor actum faciens Legis necessitate non eget solemnitatibus.  
14 Alienatio honorum minoris, vel Ecclesie ex Legis, vel testatoris dispositione nullam solemnitatem requirit.  
15 Bona Ecclesie legata alienari possunt sine solemnitatibus, si Ecclesia ea non possit retinere ob incapacitatem.  
16 Repudiatio maioratus delati non acquisiti non est alienatio.  
17 Repudiatione maioratus delati translatio ex L. 45. resolvitur, quia non delatus videtur, & 18.  
19 Repudiare hæreditatem monasterio delatam Superior potest sine solemnitatibus.  
20 L. Magis puto §. Fundum ff. de reb. minor. expenditur, & 27.  
21 Minor hæreditatem, vel fideicommissum sine solemnitatibus non potest repudiare.  
22 Bona Ecclesie relicta cum onere restituendi sine solemnitatibus restitui debent.

- 24 Legatum pupillo delatum repudiare tutor potest sine decreto, & quare, & 25.

- 26 L. Ait prætor 7. §. Hodie ff. de minorib. expenditur.  
28 Electio in legato alienativo, vel optio in electivo à minore cum auctoritate tutoris facta valet sine decreto.  
29 L. Ait prætor §. Hodie ff. de minor. explicatur.  
31 Minor habet restitutionem ad fructus amissos ob non impletas condiciones, & maioratum recuperat, non vero fructus maioratus.  
32 Mulier an possit eligere unum ex maioratibus sine licentia viri.  
33 Mariti licentia an requiratur ut mulier repudiare possit hæreditatem, vel donationem acceptare.  
33 Acceptatio an sit hodie necessaria ad validitatem donationis.  
34 Maritus an teneatur licentiam concedere, & pro data habeatur si denegaverit injuste, & si juste, an ipse appellare teneatur.  
35 Primogenitus si ex duobus maioratibus elegerit maternum, utrumque maioratum retinet si fratrem uterinum non habeat.

Num. 1. &amp; seqq.

D. Larrea decis. 52. tom. 2. ubi pro Auctoris sententia decisum refert in maioratu incompatibili, ex Legis, vel hominis dispositione loquitur, omnino videndus.

Num. 2. &amp; 3.

Addendus Mieres de Maior. 1. p. q. 52. num. 15. & 16. ibi: Ex qua doctrina, & superioribus infertur intellectus ad pragmaticam datam Matrivi anno 1534. hodie Leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. quod si duo maioratus uniti fuerint per matrimonium, valoris in illa Lege assignati, filius maior habeat electionem: qui si nulliter elegerit, electio illi non præjudicabit. Conducit idem dict. 1. p. quæst.



48. à num. 167. usque ad finem, ubi de actu, & electione nulliter, vel sine solemnitate facta repetenda, vel non, Hieron. Gonzales in Reg. 8. Chancelar. gloss. 2. num. 47. Hier. Leo decis. Valent. 100. p. 1. ubi an liceat variare: D. Salg. de Ret. p. 2. cap. 12. §. unic. n. 46. ubi quid si prima electio effectum non est fortita.

93 An autem postquam maioratus sit delatus, nondum tamen quæsitus, repudiari possit ad textum in L. 1. §. Decretalis ff. de success. edict. Rovit. in Pragmatic. 7. de Composit. num. 65. & 74. cum seq. D. Salg. in Labyr. 2. p. cap. 16. n. 79.

4 Vide L. Iulianus ff. de leg. 1. L. Si usufructus 14. ff. quando dies leg. ced. L. 25. ff. eod. L. Cum illud, ubi gloss. eod. L. pen. ff. de opt. legat. Nec potest electio ante delatam fieri successionem, cum incertum sit an vivo filio maioratus cedat dies, vel natis, alijs, alter renuntietur, L. Heres meus §. Heres ff. de cond. & dem. quamvis enim heredem moriturum certum sit, tamen incertum est, an vivo legatario dies legati cedat, & non est certum ad eum legatum perventurum. L. Cum pater §. Hereditatem, ibi: Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, ff. de leg. 2. Surd. conf. 264. n. 24. D. Molin. lib. 2. cap. 4. n. 24.

#### Num. 4. & seqq.

5 Vide D. Solorzan. in Politic. Indiar. lib. 3. cap. 24. fol. 414. vers. Lo qual. Mieres de Maior. 1. p. q. 2. num. 14. ubi ait: Potest secundogenitus à Iudice petere, ut assignetur terminus pro primogenito, intra quem eligat, quo elapso excludendus est, & eliget minor. Et quod primogenitus debeat interpellari ut eligat, nec ante in mora constitui, defendi potest ex L. Cum quidam ff. de leg. 2. ubi DD. Mieres 1. p. q. 48. num. 293. & vide L. 8. tit. 10. p. 6. aliàs facultas durat in perpetuum ex sententia eiusdem Mieres 2. p. q. 17. n. 7.

ex Bart. Paul. Iafon. Alex. in L. Si stipulatus fuerim ff. de verb. oblig.

6 Adde D. Molin. lib. 2. cap. 14. num. 21. & seqq. ubi Addent. D. Castillo lib. 4. cap. 55. à num. 46. Pard. ad Molin. lib. 2. cap. 12. n. 31. & 32. Theod. Oping. de Iur. Insignium cap. 8. n. 376. ubi late agunt de Auth. hoc amplius, & vide etiam D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. cap. 22. à num. 58. D. Salgad. 2. p. Labyr. cap. 15. num. 72. Surd. dec. 226. D. Castillo lib. 4. cap. 36. n. 11. Tondut. lib. 2. q. 50. & 51.

#### Num. 12. & 13.

7 Paul. Castrenf. in L. Siquis suus n. 2. ff. de iur. deliber. ibi: Quia fuit ei datum tempus ad deliberandum, ad instantiam substituti, quo casu lapsus temporis habeatur pro repudiatione. Roman. conf. 443. D. Greg. in L. 2. verb. Cien dias tit. 6. p. 6. Peralta in L. Cum quidam num. 15. ff. de leg. 2. D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. de Indiar. Iur. cap. 22. num. 58. & 59.

Adde etiam Cyriac. contror. 481.

Vide etiam L. 7. ff. de opt. leg. L. Si tibi 8. L. Cum optio ff. eod. L. Quamdiu 68. ubi Castrenf. ff. de acquir. her. Peralta in L. Statu liberum §. Sticham num. 4. ff. de leg. 2. Mieres ubi sup. num. 4. relatus.

#### Num. 14. & seqq.

8 Notandum est tamen maioratum unum posse esse minorem in reddito, dignitate vero maiorem, alium vero econtra, quo casu dubitari non debet, recte eligere primogenitum, qui maioratum digniorem elegit, quam opulentiorem, hoc enim verba Legis sonant, el mejor, y mas principal. facit textus in L. Maiorem 8. ff. de pactis, ibi: Qui dignitate eos præcellit, & ideo liberum est primogenito, quem voluerit, eligere, ut ex verbis Legis constat: de digniore autem maioratu vide Molin. lib. 2. cap. 14. n. 37.

Quod

9 Quod si & opulentiore maioratus sit agnatus, & alter regularis, arbitrio doni viri electio fieri debet: Imo & uterque potest retineri, ne alter agnatione perdat, alter ob incompatibilitatem, arg. Leg. Diximus ff. de excus. L. Sufficit ff. de condit. in debit. & in beneficijs incompatilibus, qui retineri possunt, si unum sit litigiosum, probat Cap. Commissa de elect. in 6. cap. Licet epus. de præbend. Ojeda de Incompatib. 1. p. cap. 13. num. 79. Garcia de Benefic. p. 11. cap. 5. num. 101. & expresse probat Lex Portugallie lib. 4. tit. 100. §. 10.

#### Num. 18. & 19.

10 D. Larrea decis. 52. & alleg. 115. Phebo decis. 151. Mieres de Maior. 3. p. q. 18. num. 29. D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. cap. 18. Hermosill. in L. 7. tit. 4. gloss. 6. num. 23. fol. 265. p. 5. & vide sup. numer. 3. citatos.

#### Num. 20.

11 Adde D. Salg. 2. p. de Retent. cap. 12. §. unic. num. 22. Tondut. lib. 2. quæst. Civil. 51. Hermosill. in L. 53. gloss. 6. num. 35. tit. 5. p. 5. Aug. Barboi. voto 126. num. 115. & 117. Dian. tom. 6. tract. 9. resol. 61. Giurba in Consuetudin. Messan. cap. 10. gloss. 6. à numer. 22. itidem Salgad. de Reg. 2. p. cap. 13. à num. 103. & 2. p. Labyr. cap. 27. à num. 16. D. Valenz. conf. 83. Carleval de Iudic. tit. 1. disp. 2. num. 489. & à numer. 603. Gomez in L. 17. Taur. n. 6.

#### Num. 21. & seqq.

12 Et in expresse ad intellectum Legis adde Mieres de Maior. p. 1. q. 21. n. 86. ubi de restitutione, & 3. p. q. 18. n. 29. ubi de solemnitatibus requisitis ad actum electionis, ac si alienatio esset. sed cursim hoc dictum verum non esse videtur, quia electio à mino-

re necessitate Legis fieri debet, actus autem à minore factus Legis necessitate non indiget solemnitatibus, L. 1. §. Sed si ff. de reb. eorum, L. Si tibi pecuniam ff. si cert. petatur, Merlin. Contror. cent. 1. cap. 99. à num. 41. D. O. lea cum alijs tit. 2. de Cess. jur. q. 2. n. 7. quoties enim minor, vel Ecclesia, alienationem necessariam faciunt, non requiritur aliqua solemnitas, Hermosilla in L. 15. tit. 5. gloss. 1. num. 90. p. 5. ubi id docet, quoties Ecclesia alienat ex Legis, vel testatoris dispositione, vel contrahentium pacto, probatque L. 1. C. quando decret. op. non est. Neque enim (ait) in ea re auctoritas prædis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur si voluntati defuncti pareant. L. 3. C. eod. m. Cyriac. Trentacinq. Giurba, Carpan. Retes, & alij apud Olam ubi sup. n. 8. quibus adde Aug. Barboi. de Potest. Episc. 3. p. alleg. 95. num. 59. ubi bona relicta Ecclesie, quæ est incapax ea retinendi, possunt alienari sine solemnitatibus: & cum alijs idem docet Lezana Quæst. Regul. tom. 1. p. 2. cap. 19. n. 65. & dixi cum Auct. sup. p. 7. cap. 5. num. 106. & 116. in addit. numer. 126. quæ omnia procedunt maxime, quoties ex duobus maioratibus acquisitis minor unum eligat, alterum renuntiet, quia electio eo casu data sit à testatore, vel à Lege, quæ accedente tutoris auctoritate fieri debet. nec amplius requiritur, si vero electio fuit inter maioratus nondum acquisitos, sed tantum delatos, id sine dubio procedit, quia nihil de suo minor alienat. Arg. text. in L. 6. ff. quæ in fraudem, L. 1. §. Vtrum ff. si quid in fraudem patrom. ex qua D. Larrea decis. Gran. 52. num. 34. eleganter ait, electionem unius ex maioratibus incompatilibus efficere, ut videatur successorem alterum nūquam acquisisse, ibi: Tunc eo ipso, quod eligat possessorem maioratum unum, & alium omnino idem causetur, ac si nunquam, & retro ab initio non acquireretur exemplo legati, & postea:

18 *Ita in maioratibus dicendum, ut quasi non delatus censeatur, eo quod repudiatur, & alius eligitur.* Idque ad translationem possessionis ex *L. 45.* notandum est, ad tradita per eum seq. *decif. 55. num. 6.* quæ quidem revocabilis est, & resolvitur facta renuntiatione, ut alibi diximus.

19 Idemque hic assumptum comprobatur ex eo quod prælatus, qui res Monasterij alienare nequit, quin pænas extravag. *Ambitiosæ de Reb. Ecclæs.* incurrat, potest libere legatum, vel hæreditatem repudiare, & non acquirere, cum hæreditas delata adhuc non sit de bonis Monasterio quæsitis, ideoque verum est Monasterij bona nulla alienasse, idque probant *Ricc. Bonacin. Sanchez, Castro Palao,* & alij à *Barbos. relati de Potest. Episcop. 3. p. alleg. 95. num. 52.* *D. Larrea decif. 55. num. 4. in fin. Pat. Lezan. Moral. tom. 1. p. 2. cap. 19. num. 60. Bossius Moral. tom. 3. tit. 6. à n. 267. & seqq.*

20 Sed obstat prædictis maxime text. in *L. Magis puto 5. §. Fundum ff. de reb. minorum,* ubi: *Fundum legatum repudiare pupillus sine prætoris auctoritate non potest, nullam enim esse hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat: & confert Jafon conf. 107. num. 2. lib. 4. vers. Item licet Imperator,* ubi docet minorem fideicommissum renuntiare non posse sine decreto, & solemnitatibus ad alienationem requisitis. Vide *Fufar. & ab eo relatos de Subst. q. 590. à num. 1.* *Narbon de Ætat. anno 25. q. 13. num. 9.* Nec item potest hæreditatem repudiare sine solemnitate requisita, & Judicis decreto ex *Bartol. doctrina, quem sequitur cum alijs D. Salgad. de Retent. Bullarum 2. p. cap. 32. num. 93. & de Reg. prot. 2. p. cap. 7. num. 18.* & cum *Tiraquel. Rebuffo, Simoncel. & alijs Narbon anno 14. q. 16. num. 1.* *Gomez lib. 2. Var. cap. 14. num. 14.* *Cyriac. Controv. tom. 1. controvers. 182.*

22 Hæc licet vera sint, adhuc tamen verissimum videtur electionem duo-

rum maioratum incompatibilium à minore fieri posse sine decreto, & solemnitatibus ad alienationem requisitis, sive is maioratus jam acquisierit, sive illi sint tantum delati; quia utroque casu electio, licet alienationis speciem contineat, quatenus unus ex maioratibus renuntiat, habet tamen causam necessitatis, sive ex *Legis potestate, sive ex testatoris dispositione, quo casu alienatio rei à minore acquisitæ cum onere restitutionis decretum non requirit, nec solemnitates, ut est text. in d. L. Magis puto 5. §. Si fundus ff. de reb. eorum,* & ideo bona Ecclesiæ relicta cum onere restituendi, die restitutionis adveniente sine solemnitatibus restitui possunt, quia conditione existente amplius non sunt Monasterij, ideoque alienationis prohibitio resolvitur, necesse aliquid quod impediat restitutionem, ut tenent *Barbos. de Potest. Episcop. alleg. 95. num. 61.* *Lezana tom. 1. Regul. cap. 19. num. 58 p. 2. & n. 66.* quod eleganter dicto *§. Si fundus* comprobatur, junctis, quæ pro ejus explicatione tradit *Ant. Faber. in Jurisprud. Papin. tit. 12. princ. 8. illat. 58.* ubi dubitat, cum res à pupillo relicta fiat pupilli, cur inconsulto prætore alienatio permittitur? nam ex quo res, ejus facta est, definit posse alienari inconsulto prætore, *L. 3. §. Si pupillo ff. illo tit.* sicut nec invito eo diledere dominium ab eo posset. *L. Si ego 9. §. Si res ff. de jur. dot. cui satisfacit in fine, ibi: Ratio est, quia quod per legatum damnationis, aut per fideicommissum relinquatur licet fiat hæredis, & consequenter alienetur cum præstatur, concessam tamen alienationis habet necessariam, quoniam ab initio acquisitionis habuit onus illud admixtum, ut alteri deberet præstari, nec potuit acquiri hæredis nisi cum suo onere.*

25 Quæ ratio elegans est ad maioratus incompatibiles in quibus electio unius, & alterius repudiatio necessaria est, & se habet ut onus annexum actui acqui-

acquisitionis, quia simul non possunt retineri, ideoque licet sint acquisiti, & inde latis ipsius *Legis 45. Tauri. vi* possessio translata, adhuc, cum retineri non possint, unum ex ijs minorem dimittere necesse est.

26 Nec obstat, quod minor possit in electione circumveniri, & capi, nam ad id restitutionis beneficio juvabitur, ut probat textus in *L. Ait prætor. 7. §. Hodie ff. de minorib. ibi: Si sine dolo cujusquam legatum repudiaverit, vel in optionis legato captus est dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit illam, aut illam, & pretiosior em dederit, deberi subveniri.* Ex quibus verbis etiã constat repudiationem legati, à minore factam, optionem, vel electionem validam esse, alioquin restitutionis beneficio non indigeret, si nulla esset, ut ex text. in *L. Non omnia 44. in fin. ff. de minor.* ubi conceditur restitutio minori omittenti emolumentum arguit *Narbon. de Ætat. ann. 25. q. 13. n. 10.*

27 Nec obstat textus in *d. L. Magis 5. §. Fundum ff. de reb. eorum,* pro cujus explicatione plura vide apud *Gomez lib. 2. Var. cap. 14. num. 14.* *Simoncel. de Decretis lib. 3. tit. 8. inspect. 9. n. 69.* *Pereyra de Empt. & vendit. cap. 13. num. 10.* *Ant. Fabr. lib. 8. Conjectur. cap. 19. & in Papinian. tit. 12. princ. 8. illat. 59.* *Schiphordeger. ad Fabrum lib. 1. tract. 9. q. 1. Narbon. ann. 25. q. 13. num. 6. & 7.* *D. Larrea decif. Granatens. 55. num. 4.* ubi etiam *Ostwald. ad Donel. lib. 23. Comment. cap. fin. lit. D.* ex quorum omnium sententia certissimum est, hodie sublata differentia legatorum, & attentata exæquatione fideicommissorum à Justiniano introducta *L. 1. C. comm. de legat. minore fideicommissum, vel legatum non posse repudiare, cum sit ei quæsitum dominium rei legatæ, vel fideicommissum relicte: acquiritur autem in legato pure relicto à morte testatoris, à quo in legatarium recta via dominium transit, numquam fa-*

ctum hæredis. *L. Legatum 80. ff. de leg. 2. junct. L. à Titio 64. ff. de furt.* Cum ergo minor sibi quæsitam rem alienare sine decreto non possit, consequens est, ut rem sibi legatam sine decreto nequeat alienare. Sed hæc omnia cessant, quoties ea res pupillo legata sit, ita ut dominium non possit in eum transire à morte testatoris, quia cum sibi non acquirat, licet ratione lucri omitti sit circumventus, non poterit dici contra divisionem, aut acquisitionem alienasse, ideoque actus sustinebitur, indigebitque in integrum restitutione. Exemplum est in *d. L. Ait prætor 7. §. Hodie cum seq. ff. de minor.* in legato optionis, quod à morte testatoris non cedit, nec ante optionem res legatario acquiri potest. *L. Nec semel 12. §. fin. ff. quando dies legat. ced. L. Si ero 11. L. Servo 15. ff. de opt. leg. D. Martin. Larriatego lib. 5. Select. cap. 4. & 5.* Idem dicendum est in legato alternativo, ut in *L. Illud, aut illud 19. ff. de opt. leg. L. Hujusmodi 84. §. Stichum 9. ff. de leg. 1. L. Si is cui 19. ff. de leg. 2. L. Cum ita 16. ff. quand. dies legat. cedat, L. Titio usufructus 21. ff. de usufr. leg. junctis. L. Si stipulatus 76. in princ. ff. de verb. oblig. L. Si sit legatum 75. §. Siquis ita ff. de leg. 1. quibus, & alijs similibus speciebus, cum adhuc pendente conditione, vel declaratione voluntatis dominium legati minori non sit acquisitum, licet actionem habeat, quam ad hæredes possit transmittere, certum est non requiri solemnitates ad repudiationem legati hujusmodi, cum pupillus nihil de suo alienet: in quo sensu intelligendus est textus in *L. Ait prætor 7. §. Hodie* in illis verbis *sine dolo cujusdam legatum repudiaverit,* aliter opponeretur *d. L. Magis 5. §. Fundum,* quatenus minorem restitutione indigere affirmat *Consultus, cum sine solemnitatibus repudiatio nulla non indigeat revocatione tot. tit. C. quand. in quib. caus. in integ. restit. non est necess.**

Ex quibus vides minorem ad electionem inter maioratus incompatibiles non indigere solemnitatibus, quæ ad alienationem requiruntur, quia ea conditione maioratus acquiruntur, vel delati sunt, ideoque ante electionem, nihil de suo alienat minor, quod quidem probabile iudico, licet Mieres, & Auctoris sententia securior, & in praxi sequenda sit.

## Num. 27.

<sup>31</sup> Dixi ad *Auct. 3. p. cap. 1. not ab. 9.* & intellige quod minor restituatur ad maioratum, non vero quoad fructus ob conditiones non impletas amissos. Mieres, & ex eo Pereyra in *L. Si curatorem verb. adversarij dolo num. 79. vers. Quid igitur, de in integr. rest. Oping. de iur. in sig. cap. 14. n. 185.*

## Num. 28.

Vide quæ dixi *p. 4. cap. 3.*

<sup>32</sup> Et vide DD. in *L. 1. tit. 3. lib. 5. Recop. Matienzo in L. 2. eod. tit. gloss. 1. n. 17. D. Lara in Compend. vitæ horn. cap. 24. num. 26.* ubi quod mulier poterit sine viri licentia contractum ex præcedenti causa, vel & iudicio testatoris perficere. Mieres de *Maior. 4. p. q. 23. à num. 122.* ubi de licentia ad repudiationem hæreditatis necessaria agit D. Salg. *2. p. Labyr. cap. 14. à n. 62.* ubi etiam an donationem sibi factam uxor repudiare possit: de quo videndus Narbon. de *Ætat. ann. 25. q. 13. num. 10.* ubi etiam ante acceptationem non posse firmat, ex eo quod hodie acquiratur donatio sine acceptatione, quia necessaria non est, ut docuit ipse *anno 10. cum dimidio q. 15. à num. 14.* & D. Castillo *lib. 4. Controv. cap. 37. à n. 50.* D. Retes de *Don. cap. 6. D. Salg. 2. p. Labyr. cap. 26. à numer. 37. & seqq.* adde Antunez de *Don. 1. p. prælud. 2. cap. 4.* & alios relatos à D. Castejon in *Alphab. verb. don.* & quomodo denegata licentia pro data ha-

beat ad textum in *L. 4. tit. 3. lib. 5. Recop. Vide Tiraquel. ad Leg. Connub. gloss. 6. num. 36. & gloss. 8. num. 127. & seqq. Mieres de Maior. 1. p. q. 50. n. 63. & q. 1. num. 408. & Fontanel. de Pact. nupt. claus. 6. gloss. 3. p. 5. à num. 5.* qui etiam ait, posse maritum, qui consentire compellitur, appellare à decreto, si justam habeat non consentiendi causam. Vide text. in *L. Si tutor 17. ff. de auct. tutor. juncta Leg. Ait prætor 7. §. 2. ff. de immor. D. Olea tit. 5. q. 8. num. 21.*

## Num. 29. &amp; seqq. usq. ad 33.

Vide Legem Lusitanæ in *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 10.* ubi quæstio decisa est ubique de irregulari maioratu loquitur, & ideo in alio casu resolvendum est, primogenitum qui fratrem consanguineum non habet, eligendo maioratum ex parte matris, utrumque retinere, donec filios habeat in quibus Lege dividantur.

## ADDITIO

## AD PART. VIII. CAP. VII.

## SUMMARIUM.

- 1 *Secundogenitus respectu tertiiogeniti dicitur primogenitus.*
- 2 *Fæmina, excluso primogenito, in maioratu incompatibili succedere debet, nisi inveniatur exclusa.*
- 3 *Electio à Lege concessa in maioratibus hominis dispositione incompatibilibus non habet locum: ubi decisio refertur.*
- 4 *Legis dispositio cessat ubi adest hominis.*
- 5 *Vocatio sequentis in gradu an differat à vocatione secundogeniti. Secundogenitus respectu patris est sequens in gradu. Ibid.*

6 Ordini.

- 6 *Ordin. Lusit. lib. 4. tit. 100. §. 11. expenditur, 13. & 15.*
- 7 *L. 11. tit. 7. lib. 5. Recop.*
- 8 *Secundogenitus an possit succedere in maioratu bonorum Regiæ Coronæ à primogenito repudiato ob incompatibilitatem, & seqq. & 14. & 15.*
- 9 *Maioratus bonorum Regiæ Coronæ, deficiente linea primogeniti, ad Coronam revertitur: & ibi decisio Senat. supremi.*
- 10 *Secundogenitus an succedat in maioratu Regiæ Coronæ, si primogenitus sine filijs decesserit in vita patris.*
- 11 *Frater non est de linea fratris, & 27. & 28.*
- 12 *Maioratus bonorum Regiæ Coronæ in quo differat à cæteris quoad successionem, notabilis differentia traditur.*
- 13 *Linea primogeniti, eo deficiente sine filijs, extinguuntur.*
- 16 *Secundogenitus an succedat immediate patri in maioratu incompatibili à primogenito derelicto, & 22.*
- 17 *Maioratus duo incompatibiles an deferantur primogenito, & in eum juxta Legem Tauri possessio transferatur, & 18.*
- 19 *Possessio ex L. 45. Tauri non translata resolvitur maioratu dimisso à primogenito, & 20.*
- 21 *Contraventio per viam conditionis apposita acquisitionis initium impedit successoribus maioratus, ideoque lineam constituere nequit.*
- 22 *Maioratus successio in casu contravenientis an deferatur ex persona ultimi possessoris, vel ex persona contravenientis.*
- 23 *Filius ex primogenito vivo patre non potest admitti ad successionem maioratus incompatibilis, & seq.*
- 25 *Maioratus incompatibiles transferuntur ad nepotem ex filio maiori, si is vivo patre mortuus sit.*
- 26 *Linea immediata præfertur in successione maioratus incompatibilis.*
- 29 *L. 45. Tauri contraria est à L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. & explicatur, & 30.*

- 31 *Filius primogeniti à L. 7. tit. 7. lib. 5. excluditur.*
- 32 *Filius primogeniti an excludatur in maioratu incompatibili ex dispositione hominis.*
- 33 *Distinctio D. Castillo proponitur.*
- 34 *Patruus quando admittatur ad successionem maioratus excluso filio primogeniti, & seqq.*
- 35 *Lineam constituere non potest, qui jus succedendi non habuit, & 36.*
- 38 *Et quando excluso eo admittantur filij.*

## Num. 1. &amp; seqq.

**M**Enoch. *conf. 981. num. 3. lib. 9.* D. Molin. *lib. 1. cap. 6. num. 42. & 43.* Giurba. de *Succes. feud. §. 2. gloss. 10. num. 28. vers. Eo tamen ipso,* D. Ferdin. Matute *Disquisit. Leg. 22. & 30.* Secundogenitus est frater, immediatus successor ejus, in quo evenit concursus duorum maioratum. Ita D. Olea in *Poster. Addit. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 6.*

## Num. 4. &amp; 5.

Contrarium tenet Jul. Capon. *tom. 4. discept. 237.* ubi vocato filio secundogenito Comitis Aloisij, & ejus linea, docet tertiiogenitum non subrogari in locum secundi, sed ad alios vocatos maioratum, vel fideicommissum transire, ut pote in defectu lineæ secundogeniti substitutos, quia sub vocatione lineæ secundogeniti non comprehenditur tertius, cum lineæ ejus vocatio intelligatur de linea recta. Mieres de *Maior. 2. p. q. 7. num. 29.* D. Castillo *lib. 5. cap. 93. num. 34.* Hugo de Celso *conf. 93.* D. Molin. *lib. 3. cap. 6. num. 30. & 31.* Burgos de Paz *conf. 26. num. 4. & conf. 29. num. 7.* Gutierrez *lib. 3. Pract. q. 67. num. 46.* & alij plures ab ipso relati *num. 36.* de linea autem fratris secundogeniti effectiva frater tertiiogenitus non est. Giurba in *Consuet. Messan. cap. 12. gl. 3.*

à num. 4. ad 10. p. 1. & alij quos refert à num. 38. ergo non potest in exclusionem alterius specificè vocati, ad successionem admitti: adducit D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 42. Menoch. conf. 97. à num. 91. & conf. 220. à num. 103. D. Castill. lib. 5. cap. 93. §. 1. à numer. 28. ubi alios referunt, qui docent fideicommissum primogenito relictum, eo mortuo, secundogenito non deberi, quia vere non est primogenitus, licet subrogetur in ejus locum, qualitas enim ætatis naturalis connaturalis est, & substantifica, atque ideo inseparabilis, & in nullo alio subiecto verificari potest. Menoch. dicto conf. 97. num. 55. & seqq. ex text. in L. Tubernus §. ult. ff. ad Trebell. Quod autem de secundo dicitur respectu primi, idem de tertio respectu secundi debet intelligi: cum ergo tertio genitus improprie dicatur secundogenitus: sicut non proprie secundus dicitur primus ex hujus defectu, Menoch. dicto conf. 97. n. 101. & conf. 220. num. 58. & de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 92. num. 3. D. Castillo d. cap. 93. num. 66. sequitur filium tertio genitum non posse admitti, cum verba proprie sint accipienda, nec ab eorum significatione sit recedendum; L. Non alter ff. de leg. 3.

Sed hæc omnia apud nos in maioratibus Hispaniæ periculosa sunt, nec unquam admissa, ideoque ab Auctore proposita vera sunt, & dubito in specie Caponij, an ex prædictis posset obtinere, maioratus enim ibi supponitur institutus juxta vocationes regulares maioratus Hispaniæ, ideoque rationes à Caponio ponderatæ parum urgent, cum in lineæ vocatione comprehendantur transversales, ut prævidit Bursat. conf. 157. num. 40. Menoch. conf. 205. D. Castillo lib. 6. cap. 138. n. 6. 7. & 8. Auct. sup. p. 1. cap. 6. §. 19. & notavit Capon. num. 36. & sententia eorum, quos refert D. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 42. in maioratibus non procedat. Idè

Molin. num. 43. D. Castillo. cap. 93. §. 1. à num. 30. Mieres de Maior. 2. p. q. 10. Hermosill. in L. 7. gloss. 5. à num. 26. & decis. 45. num. 38. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 5. num. 20. & alij communiter; eo maximè, quod in vocatione appellativa secundogeniti vere comprehendatur qui hæc qualitate tempore delatæ successionis inveniatur, ut docet Auctor hic, & ex indefinita vocatione deducit D. Castill. dicto cap. 93. §. 1. à num. 28. Quid autem in Capellanij observandum sit, dubitari potest, & in specie quando vocatus invenitur filius Petri, qui tempore delatæ successionis non vivit, an admittatur alter ex eodem Petro postea natus videri dubitari, & pro negativa vide Roman. conf. 308. pro affirmativa Imola conf. 103. & sub distinctione ex conjecturis resolvunt Mantica de Conject. lib. 8. tit. 7. num. 10. Azaved. conf. 1. num. 43. Dian. 2. p. tract. 2. resol. 52. vers. Eum legatum, Trullench. de Sacro Ord. dub. 12. num. 15. vers. Deinde legatum, Delbene de Immunit. cap. 8. dub. 21. sect. 11. Leoncill. de Privil. 2. p. privil. 345. num. 3. Genuehl. in Pract. recent. 13. q. 387. numer. 4. & pro altero filio Petri in Judicio Ecclesiastico decisum vidi anno 1682. in Cappella instituta ab uxore Senatoris Granatensis Licentiatum D. de Frias.

## Num. 6.

Avenidaño in L. 40. Taur. gloss. 17. num. 11. D. Molin. ubi sup. Gurba ibid.

## Num. 7. &amp; seqq.

Sententiam Auctoris hic numer. 9. 2. contra Mieres relatam ubi num. 7. & 1. p. q. 2. n. 108. probat Lex Lusitan. in Ordin. lib. 4. tit. 100. §. 7. 8. & 10. ubi vide.

## Num. 11. &amp; seqq.

Vide tradita h. p. cap. 5. num. 4. ubi 3 an

an electio à Lege concessa habeat locum in maioratibus ex dispositione hominis incompatibilibus; & pro negativa vide D. Larrea decis. 51. n. 16. pro eaque decisum audivi in Pincia- no Senatu in maioratu de los Guerras. D. Olea in addit. ad tract. de Cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 7. ubi contra sentit.

Et quod cesset dispositio Legis, ubi est hominis quoad successionem, D. Castillo de Usufruct. cap. 19. D. Vela disert. 11. num. 111. Jul. Capon. tom. 1. discept. 12. adde Mieres 1. p. q. 38. à num. 6. ubi rectè explicat Ricc. collect. 330. p. 2. & conducit Gutierrez. Pract. lib. 1. q. 18. D. Castillo cap. 180. n. 2. & à n. 14. & cap. 181. tom. 6.

## Num. 14. &amp; 15. &amp; seqq.

Vide quæ dixi ad Auctorem p. 4. cap. 1. & p. 7. cap. 6. & fin. & ibi dictis quæstio proposita resolvenda est; & videtur, quod vocatio secundogeniti non differat à sequentis in gradu, in utriusque enim conceptu vocatur is, qui immediate successurus est ultimo possessori, & juxta Leg. 7. tit. 7. lib. 5. ad hoc ut dividantur maioratus necessario conjungi debent in parentibus, divisio enim conjunctione præsupponit, sicut privatio habitum: cū ergo is possessor judicetur apud què junguntur, exque ejus persona successio deferatur, subducta de medio persona filij primogeniti, succedit secundogenitus, quia & is est respectu patris sequens in gradu, ut probat aperte Lex Lusitana Ord. lib. 4. tit. 100. §. 11. ubi in maioratu bonorum Regiæ Coronæ loquitur, in quo filius maior succedit, & ejus linea deficiente, ad Coronam revertitur, apud nos ita dispositum L. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. 7. ibi: Pero todavia, que las ayan por maiorazgo, y si fueren al hijo legitimo maior de cada uno de ellos, y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus bienes del que assi muriere a la Corona de los nuevos Reynos.

Ideoque si concurrat maioratus bonorum Regiæ Coronæ cum alio incompatibili ex Leg. 7. dispositione, & filius maior alium elegerit, illumque omiserit, poterit non male dubitari, an secundogenitus in eo possit succedere? cum linea primogeniti extincta maioratus bonorum Regiæ Coronæ ad eam revertantur, nec transversalibus deferantur, ideoque primogenito sine liberis decedente, ad fratrem ejus non transeant, quia & is respectu fratris transversalis est, uti ex prædictæ Leg. 11. dispositione post maximam controversiam in Supremo Concilio decisum esse affirmat D. Molin. lib. 1. de Primog. cap. 6. num. 22. ubi Addent. alios adducunt.

Sed adhuc in proposita specie verissimum est, quod si primogenitus decesserit in vita patris nullis liberis relictis à quibus primogenituræ jus occupari possit, maioratus bonorum Regiæ Coronæ non extinguitur, sed ad filium secundogenitum transibit, quia tempore mortis patris invenitur cum qualitate primogeniti, ideoque attenda persona patris, ex qua immediate defertur successio, linea primogeniti non defecit; aliter si post mortem patris filius maior jam acquisiverit maioratum, & decesserit sine filijs, tunc enim non transibit ad fratrem, quia de fratris linea dici non potest; ideoque jus lineam non potest continuare, pluribus Gurba de Success. feud. §. 2. gloss. 10. numer. 30. Ex quibus observa ad intellectum prædictæ Legis 11. quod in maioratibus bonorum Regiæ Coronæ successio durat, dum linea primogeniti non extinguitur; in cæteris autem maioratibus, licet primogeniti linea extinguatur, adhuc successio permanet, ex natura maioratus, & ex voluntate testatoris, & aperitur via ulteriori vocato, qui proprio, non alieno jure in eum translato admittitur ad maioratum, in eumque radicata successio efficit lineam primogenituræ, quæ

quæ denuo, usque extingatur, continuari debet, & sic proceditur donec familia durat.

13 Cum ergo primogeniti linea sic extingatur, quando post mortem patris filius primogenitus apud quem sit actualis successio maioratus decesserit sine filijs, nec possit per fratrem secundogenitum continuari, sequitur necessario bona maioratus ad Coronam Regiam reverti debere, aliter atque si in vita patris primogenitus defecerit, tunc enim secundogenitus succedet, cum delatæ successio tempore sit primogenitus.

14 Et idem dicendum est, quando concurrentibus duobus maioratibus incompatilibus, filius maior unum eligit, & alterum repudiat ex dispositione Legis 7. tit. 7. lib. 5. Recop. nam in omisso, vel repudiato succedit secundogenitus, non fratri repudianti, sed patri, hoc est, successio deferretur immediate de patre in filium secundum excluso primo, sive de medio sublato; unde licet maioratus à primogenito repudiatus, sit ex bonis Regiæ Coronæ, adhuc non extinguitur, quia linea patris continuatur in filium secundum cum ea qualitate

15 primogenituræ ad successionem requisita, ut eleganter probat d. L. Ord. Lusitanæ lib. 4. tit. 100. §. 11. ibi, Hispaniæ sic: *Y puede aver duda si el hijo següdo succederà en el tal maiorazgo por ser de bienes de la Corona, avemos por bien, y mandamos, que el otro hijo pueda en el succeder, siendo tal, en quien concurren las calidades, que conforme a dicha Ley Mental, y Ordenacion buviere tener para succeder en dichos bienes, y maiorazgo, si su hermano maior no le precediera; por quanto la successio del maiorazgo de los bienes de la Corona, no se desirio al hijo maior, en quanto no eligio, qual de los dichos maiorazgos queria, y assi no es visto succeder el otro hijo a su hermano en ellos mas inmediatamente que a su padre, conforme a la donacion, que tu-*

*viere de los dichos bienes de la Corona.*

16 Ex quibus constat filium secundum immediate succedere patri in maioratu à primogenito, non electo, vel repudiato; sed filius respectu patris, ex cuius persona deferretur successio, est sequens in gradu: ergo nulla distinctio datur inter vocationem sequentis in gradu, & vocationem filij secundi.

17 Nec obstat, quod uterque maioratus incompatibilis primogenito deferatur, & in eum ex L. 45. Tauri transferatur possessio; electio enim supponit concursum utriusque maioratus apud filium maiorem: ergo ex ejus persona successio deferretur immediate tamquam ab ultimo possessore.

18 In hujus difficultatis solutione est tota quæstionis difficultas: ego pro viribus pusilli ingenio mei satisfacere conabor, quisque poterit, quod dixerim, in melius reformare. In primis suppono translationem ex L. 45. Tauri, & delationem maioratus utriusque esse resolvablem, & momentaneam, nam eo ipso, quod primogenitus unum maioratum eligit, & aliud omittit, idem causatur, ac si nunquam, & retro ab initio omissus non fuisset delatus, nec acquisitus, exemplo legati, cuius rei dominium licet à morte testatoris transferatur in legatarium; L. à Titio ff. de furt. L. 38. §. Si legatum ff. de leg. 1. L. 1. §. Vtrum ff. quæ in fraudem patron. tamen si repudiatur, perinde habetur, ac si nunquam fuisset legatarij; L. Si tibi homo §. Cum servus ff. de leg. 1. imo idem, ac si non fuisset legatario legata res. L. 38. §. Si legatum ff. de leg. 1. Si legatum (ait) nobis relictum, constituerimus, nolle ad nos pertinere pro eo erit, quasi nec legatum quidem sit. Id ergo quod repudiatio efficit voluntaria in legato, operatur necessaria electio in maioratibus, & cum ex Lege fieri debeat, quando deferuntur, pro facta habetur ad hoc ut primogenitus non possit

19 possit in utroque maioratu lineam constituere, ut pote Lege prohibente; delatio enim utriusque maioratus est conditionalis & resolutive, ideoque existente conditione solvitur, & solum manet secundogenito attenda persona patris, à quo immediate deferretur. Sicut in contraventione per viam conditionis apposita, quæ initium acquisitionis impedit non impleta conditione, ideoque lineam non constituit successor, nec filij ejus possunt admitti, ut docet D. Olea tit. 3. de Cess. jur. q. 4. num. 20. ex Mieres de Maior. 2. p. q. 7. num. 28. & cum alijs Doctis. Alvarez Pegas Resol. for. cap. num. 98. ex L. Titio usufructus, ibi: Nec initium accepit ff. de cond. & dem. L. Scia 42. ff. de donat. caus. mort. ibi: Quæ nondum in persona filiorum initium acceperat: docent etiam D. Castillo tom. 3. Controv. cap. 15. num. 63. Bellon. cons. 65. num. 71. & seq. D. Larrea decis. 34. num. 38. D. Solorzan. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 37. itidem Larrea decis. 52. num. 34. ubi ad rem videndus.

20 Et sicut in contraventione per viam conditionis successio deferretur ex persona ultimi possessoris, & non ex persona contravenientis, cum adhuc ei non sit delata successio, ut intelliges ex sup. relatis: ita in casu incompatibilitatis dicendum est maioratum non deferri ex persona filij, sed ex patris persona, iraut incompatibilitas videatur respicere, ne successio locum habere possit in linea, ubi alterius maioratus successio procedit, cum acquisitio ab initio ex incompatibilitate prohibita videatur, ideoque sequens in gradu non possit dici, qui exclusus est, vel in linea exclusus, secundogenitus, qui respectu patris capax est, ut in eo continueretur linea primogeniti. Cum ergo sequens in gradu, & secundogenitus in conceptu Legis idem sint, dicendum est secundogenitum ideo admitti, quia est sequens in gradu.

23 Nec dubium potest proponi de successione filiorum primi geniti, ad huc enim eis successio deferri non debet cum vivat pater, & successio deferatur per mortem avi immediate filijs, non vero nepotibus, ut docet Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 150. filiosque admitti patre superstitite absurdum esset, cum non possit plus juris apud filium esse, quam ad patrem pervenit: sicut in fideicommissio, vocatis masculis, docet Bald. Ruin. & & alij à Menoch. adducti cons. 1036. num. 10. filios, vivo patre, non esse admittendos num. 9. ibi: Nam, & si ali- quando filius succedere possit ex propria persona, attamen id intelligitur, quando ejus antecessor non est ei impedimento, ut si pater, vel mater, qui ipsum filium antecedunt, defuncti sunt alias si viveret, nullomodo succedere potest filius. & cons. 172. num. 30. & 802. num. 40. & 1228 num. 39. & 112. num. 17. sequitur Fufar. de Subst. q. 4. num. 8. videndus D. Castill. lib. 3. Controv. cap. 15. num. 70. vers. Nec obstat. & n. 72. cum seqq. & probatur ex L. si ex patronis 10. §. 1. vers. Idem ait ff. de bon. libert. juncta Leg. seq. ibi: *Vivente patre, quamdiu in potestate ejus ero, non petam contra tabullas avitorum libertorum bonorum possessionem; & L. Vivo filio ff. eod. L. Queritur 38. ff. eod.*

25 Quod si vivo patre mortuus sit filius, an ad nepotem transferatur maioratus, quæstionis est? & cum Lex non impediat duorum maioratum successione deferri, saltem ob resolutivam conditionem ut diximus, & pater primogenitus sibi, & suis jus primogenituræ jam à natiuitate quæsitum habuerit, ex L. 40. Taur. duo maioratus ad nepotem maiorem devenient, isque juxta Legem unum eligere cogendus est, aliumque omittere, & in eum frater ejus minor succedit; nec quidem poterit patruus de successione contendere, deferretur enim ex persona patris nepoti successio, Ddd cujus

cujus respectu patruus est transversalis, & invenitur exclusus, maximè quia linea primogenituræ invenitur occupata à nepotibus ex filio maiori, qui patrem in ea repræsentant, nec patruus conqueri ex eo potest, cum etsi nulla divisio fieret maioratum, dum extant descendentes ex filio maiori, licet is antea decefferit, nihil juris patruo superesset ex d. L. 45. Taur. ut dixi cum A. h.p. cap. 5. Præterea in maioratus incompatibilis successione immediata linea debet præferri ex L. 7. ibi: *El hijo, o hija segundo*; sed respectu nepotis maioris lineæ, nepotis minoris linea immediata est, & proximior, quàm linea patris: ergo: nam inter illos de eadem linea facilis est transitus, D. Valenz. conf. 97. num. 40. & filij respectu patris sunt de eadem linea, ut dicam statim.

## Num. 17. &amp; seqq.

27 Adde Meroch. conf. 220. & conf. 205. num. 19. & conf. 233. num. 20. & conf. 926. num. 11. & de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. num. 11. Decian. conf. 339. num. 3. & 4. D. Castillo cap. 91. lib. 5. Controv. ad fin. cap. Robles de Repræsent. lib. 3. cap. 4. num. 15. juncta Menochij doctrina conf. 1250. à n. 25. cum D. Castillo lib. 5. cap. 93. num. 24. & 25. vidend. ad textum in cap. univ. de benefic. frat. in usib. feud. Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 10. num. 18. & nos 1. p. cap. 6. num. 168. diximus ad Auctorem, & eo relato Bedoya in Speculo veræ jurispr. lib. 2. discurs. 7. numer. 83.

28 Sed respectu patris ultimi possessoris omnes ex eo filij unius sunt lineæ, licet inter se transversas lineas efficiant. Giurba d. §. 2. gloss. 10. num. 28. ubi alij.

## Num. 18. &amp; 19.

Vide Auctorem p. 4. cap. 1. & 5. p. cap. 1.

## Num. 20. &amp; seqq.

De qua late Giurba de Success. feud. §. 2. gloss. 10. & num. 90. & gloss. 7. à n. 54. & integro tract. Costa Lusitanus de Patruo & nepote, sed in specie nostra negari non potest Legem novam 7. contrarie disponere à L. 40. cautum est; hæc enim in eum transmittit successione maioratus, qui ab instituto re est vocatus, secundum ejus voluntatem; at Lex 7. eum qui erat successurus excludit, is autem successurus erat, qui à testatore, & juxta ejus voluntatem erat admittendus, nihil enim aliud ea verba sonant: *El hijo maior, que en las dichas dos casas, assi juntas por via de matrimonio podia succeder.* Quis autem hic? ait Lex 40. ibi: *En el siguiente en grado que segun la voluntad del fundador debiere succeder.*

An autem per Legem septimam filius primogeniti exclusus maneat? Affirmative dicendum est, ut sup. ad A. diximus n. 14. 15. & seqq.

Quid autem in successione maioratus ex dispositione hominis incompatibilis? Videndus est Auct. 7. p. cap. 6. per tot. & partes filiorum primogeniti late defendit D. Castillo lib. 3. Controv. cap. 15. per tot. ubi in speciali casu latissime tuetur vocationem illam: *Quiero que passe en el siguiente en grado*, & illam: *T succeda en tal caso el llamado tras el*, necessario intelligendam esse ad favorem filiorum primogeniti excluso secundogenito, secundum regulares vocationes in utroque maioratu incompatibili, ubi specificè filius maior, & descendentes vocati sunt, quod bene fundat à num. 24. usque ad 57. & idem tom. 6. cap. 178. Iterum quæstionem exagitat, & num. 2. vers. *Distinguendum itaque erit*, docet, quod si filius primogenitus expresse à successione excludatur, & acquirere prohibeatur, ita quod lineæ principium non possit constituere, exclusio ejus realiter totam ejus lineam

lineam efficiet, quod si vocatus inveniat, cum gravamine tamen incompatibilitatis ex ejus contraventione excludatur, lineam constituit, ideoque ejus filij non manent exclusi ob contraventionem, quia exclusio personalis est, nec afficit lineam: quo casu filius primogeniti patrum excludet. & num. 18. dubitat, an in his casibus si vocetur sequens in gradu, vel proximior consanguineus, possit admitti nepos ex illo filio maiori, excluso secundogenito? Quod tamen indecisum relinquit ex schedulis tamen quas refert D. Solorzan. lib. 2. de Jur. Indiar. cap. 19. num. 2. & 32. contra patruum secundogenitum defendi posse pluribus placet, quod in dubio certum est, sed & pro hac parte videndi Franc. de Ponte conf. 4. n. 66. pro Marchione de Verlanga de Poza, contra Marchionisam de Almazan.

34 Sed juxta propositam distinctionem D. Castillo in priori specie contra filios resolves, quia filius primogenitus potius non vocatus, quam exclusus censetur. L. Si tibi homo §. Cum servus ibi: *Numquam videtur ejus fuisse ff. de leg. 1. L. 1. ibi: Non tam adeptus, quam non data videtur hereditas ff. quæ in testam. delentur.* Ideoque lineam constituere non potuit, quia succedendi jus non habuit. Oltrad. conf. 224. num. 27. & alij apud D. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 36. quod & probatur ex text. in L. Nam etsi §. Post defectum ff. de injust. rupto, ibi: *Gradum non rumpi, quia nullus est: L. Denique 4. ff. eod. Bart. in L. Posthumorum 3. §. Liceat autem num. 3. ff. eod. ubi docet, quod & si spes gradus rumpi possit, ut not. per eum in d. §. Liceat num. 1. & comm. DD. ibidem: tamen gradus propter conditionem defectam caducatus rumpi non valet, quia non est nec re, nec spe: filius ergo maior licet videatur vocatus, sub ea tamen conditione vocatur, si alium maioratum non habeat: hac ergo conditione deficiente, vocatus non est. L. Si*

quis sub conditione 8. ibi: *neque enim legatarius est, ff. si quis omiff. caus. vide Auctorem p. 5. cap. 6. à num. 71. & p. 4. cap. 1. à n. 76. & ibi datos.*

In secunda specie pro filijs primogenij resolvendum est ex adductis à D. Castillo lib. 3. cap. 15. ubi plura adducit: & faciunt textus in L. Peto §. Fratres, ibi: *Neque tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum laedi debet ff. de leg. 2. L. 1. §. fin. de bon. poss. L. 1. §. Si filius ff. de conjung. cum emancip. lib. L. Si instituta, L. Pater filium, L. Is qui ff. de inof. testam. L. Siquis filium C. eodem. Bald. in Auth. cessante C. de leg. hæred. num. 5. Sozin. in L. Gallus §. Nunc de Lege ad fin. ff. de lib. & posth. Dec. conf. 307. num. 8. ad fin. Sozin. Junior conf. 2. numer. 19. Corneus conf. 27. num. 7. lib. 1. Mant. lib. 8. de Conject. lib. 8. tit. 18. num. 54. D. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 48. Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 48. Cephal. conf. 103. num. 13. Gabriel com. opin. tit. de Fideicom. conclus. 6. n. 8.*

## ADDITIO

## PART. VIII. CAP. VIII.

## SUMMARIVM.

- 1 Primogeniti exclusio strictissime intelligenda.
- 2 Maioratus incompatibilis non transit ad transversalem lineam ultimi possessoris.
- 3 Nepotes an comprehendantur filiorum appellatione, & 4.
- 5 Conditio executioni adjecta non facit actum conditionalem.
- 6 Filius naturalis an comprehendatur in dispositione Leg. 7. ibi: *El hijo, o hija segundo*, & 7.

## Num. 3. &amp; seqq.

In hac quæstione Auctoris sententia verissima est, quia Lex 7. cum privet successione lineam primogeniti, strictissime est interpretanda, ut minus lædat jus commune. Mieres de Maior. 2. p. q. 6. num. 499. ubi loquitur in casu exclusionis primogeniti, & cum maioratum, quem filius maior habiturus erat, auferat, noluit Lex omnino à dispositione testatoris deviare, & maioratum de linea parentum ad alios, quàm filios transferre, & sic tot regulas circa maioratum successione admittas prævertere: dum ergo fratrem non habuerit filius maior, ad aliam lineam maioratus non faciet transitum, sed apud filium manebit, quousque in pluribus nepotibus, vel alijs descenditibus possit ab alio separari, quod & Legis Lusitanæ §. fin. de qua sæpius meminimus, expressum est.

## Num. 6. &amp; seqq.

De quo videndi D. Molin. lib. 1. cap. 15. num. 31. & lib. 2. cap. 11. à num. 34. D. Solorzan. in Politic. lib. 3. cap. 17. fol. 368. vers. Lo octavo, D. Larrea decis. 54. à num. 13. addendi Cevallos Comm. q. 694. Surd. dec. 73. Ant. Fab. de Error. dec. 29. error. 1. & seqq. Gomez 3. Var. cap. 2. num. 15. Aug. Barbof. vot. 70. & vot. 126. num. 167. Cyriac. controu. 8. & 9. & controu. 11. & 521. & seq. Giurba in Consuet. Mesfan. cap. 5. gloss. 2. à n. 4. & cap. 7. gloss. 6. num. 4.

## Num. 11. &amp; 13.

Docent D. Molin. ubi sup. D. Castillo lib. 5. cap. 66. & 92. hic citatus D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. n. 83. & in Politic. ubi sup. D. Crespi observ. 21. & vide Costa de Patrimo. & nepote §. de maiorat. bonor. patrimonialium, vers. Sed, pag. 85.

D. Salg. de Retent. bullar. 2. p. cap. 26. n. 15.

## Num. 14.

Observa tamen filios naturales non comprehendi in statuto de filijs loquente, Giurba de Success. feud. §. 1. gloss. 9. num. 1. quod in dispositione Legis 7. maxime procedit, cum ob id filius secundus vocatus sit, ut familie confusio excusetur, & inducatur ejus conservatio, quoad naturales fieri non potest. L. Jure naturæ ff. de stat. homin. Giurb. sup. num. 8. ubi alij, & passim DD. notant.

Auctoris ergo sententia intelligenda est tantum in suo casu, quando scilicet naturalis sit successibilis, quod si licet naturalis sit, aliàs semper excluditur. Vide Auct. & ibi observata 1. p. cap. 6. §. de Naturalibus tantum: adde etiam latissime à nobis tradita ad Auctorem 1. p. cap. 4. ubi qui filij sint legitimi, ut in maioratu possint succedere, videre poteris; & an natus ex Monacho, & Moniali conjugibus, qui separati sunt, quia in Vallisoletano Conventu maxime controversum esse audivi, & tandem filium legitimum esse, & posse in maioratu succedere decisum, ex veriori Abbat. Sententia in cap. Litteras num. 4. de fil. presbyter. ubi docet matrimonium non esse dissolutum professione conjugum: sequitur Pat. Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 38. num. 7. noviter Pat. Dubal. tract. de Sacram. cap. 8. de matrim. disp. 2. dub. 22. n. 256.

Tamen pro contraria sententia vide Archidiacon. in cap. 2. de fil. presbyter. Paleot. de Spur. cap. 10. num. 4. Jul. Capon. tom. 4. discept. 266. num. 7. ubi hanc sententiam videtur sequi ex decis. text. in cap. Litteras de fil. presbyter. vers. In continentia.

## Num. 15. &amp; seqq.

Vide D. Castill. tom. 6. Contr. cap. 178. ad fin. AD.

## ADDITIO

### PART. VIII. CAP. IX.

## SUMMARIVM.

- 1 Maioratus duo incompatibiles apud unum existere possunt, unus jure proprio, alter ex persona alterius. Monasterium ex persona Monachi potest retinere maioratum. Ibid.
- 2 Maioratus duo incompatibiles possunt existere apud Monasterium ex personis diversorum Religiosorum.
- 3 Maioratus duo uni Monacho delati, si incompatibiles sint, an Monachus, vel Monasterium eligere debeat.
- 4 Monachus non potest sine licentia Superioris adire hæreditatem, vel repudiare.

## Num. 1. 2. &amp; 3.

Vide Auctorem h. p. sup. cap. 3. num. 27.

## Num. 4.

Auct. ubi sup. cap. 3. num. 25.

## Num. 5.

Auct. sup. 7. p. cap. 1. n. 47.

## Num. 6. &amp; 7.

Nos latè cum Auctore diximus, & quod etiam si pater, maritus, vel administrator, fructus percipiant, non dicitur eos possidere maioratus incompatibiles, quamvis maioratus proprio jure possessus sit incompatibilis cum alio, qui ex alterius persona possidetur, ut in maioratu Monacho delato, cujus successio ex persona ejusdem

apud Monasterium consistit, ex L. Debitor 82. §. Servo ff. de leg. 2. ubi Valens ait: Domini persona ad hæc tantum inspicitur, ut sit cum eo testamenti factio, cæterum ex persona servi constituitur legatum. Vide Oroz. de Apic. jur. lib. 1. cap. 7. num. 14.

Ex quibus judico non dari incompatibilitatem inter duos maioratus à diversis Monachis, vel Monialibus ejusdem Monasterij possessis, licet si apud unam personam concurrerent, esset prohibita retentio à Lege, vel à testatore, quia licet Monasterium utriusque maioratus fructus percipiat ex acquisitione Monachorum ad textum in L. Si pater 15. ff. de adopt. Auth. Ingressi C. de sacros. Eccles. non tamen conjunguntur, sed separati manent, & ex persona utriusque Monachi consistunt, ex d. §. Servo. Quid autem si in uno Monacho, vel Moniali duo maioratus concurrant incompatibiles, an Monasterium electionem datam facere debeat, vel Monachus? Vide L. 10. ff. de opt. leg. ex cujus decisione Monasterium cum ipso eligere debere, hoc est, Superiorem, quia Monachi nulla voluntas est, & per professionem omne arbitrium Superiori commisit, Cap. Non dicatis 12. q. 1. ideo hæreditatem adire, vel repudiare Superiori, non ipsi competit. Vide Mieres de Maior. 2. p. q. 3. num. 138. Barbof. in Auth. ingressi num. 1. C. de sacros. Eccles. Ossualdus ad Donel. lib. 7. comm. cap. 6. litt. G. Pat. Sanchez in Præcept. decal. lib. 7. cap. 6. & lib. 7. de Matrim. cap. 4. à num. 11. Cevallos Com. q. 416. à num. 17. Petr. Barbof. latè in L. 1. ff. de vulgar. à num. 316. confert Jul. Capon. Discept. tom. 2. discept. 84.

## ADDITIO

## AD PART. VIII. CAP. X.

## SUMMARIUM.

- 1 Potestas Principis extra id, quod potest, non extenditur.
- 2 Princeps quam potestatem habeat in rebus privatorum.
- 3 Princeps an possit jus quæsitum, bona, & facultates auferre privatis.
- 4 Princeps cum causa jus quæsitum auferre potest.
- 5 Jus in spe quæsitum à Principe auferri potest.
- 6 Princeps an possit alterare vocationes maioratus? & quid si cum facultate Regia sit institutus, vel sit ex bonis Regiæ Coronæ? & n.7.
- 8 Princeps propter bonum publicum potest mutare, vel alterare vocationes maioratus, & 9.
- 10 Utilitas publica an requiratur ad esse primario, ut Princeps possit alterare vocationes maioratus, & n.7.
- 11 Intellige, ita ut aliter utilitati publicæ consili non possit.
- 13 D. Castillo distinctio, an jure quæsitum, vel dominio acquisito privare velit Princeps, reprobatur.
- Spes ex vocatione ad maioratum est infallibilis, & certa. Ibid.
- 14 Princeps an juri quæsitum præjudicari possit cum justa causa, licet utilitatem privatam respiciat.
- 15 Princeps an teneatur damnum privato refarcire, & si propter utilitatem publicam ei in jure quæsitum præjudicaverit.
- 16 Princeps potest facere pacem, & dàna subditis illata remittere, nullo eis restituto pretio.
- 17 Princeps per viam Legis generalis potest jus quæsitum à privatis auferre, ut in L.7. tit.7. lib.5. Recop. sine

aliqua recompensa.

- 18 Princeps non potest impedire effectus productos ex Lege priori, licet possit eam posteriori Lege revocare.
- 19 L. fin. C. de usufr. intelligitur. Leges ad præterita non trabuntur, & de differentia inter Legem appellativam, & constitutivam. Ibid.
- 20 Infantissæ extra Regnum nuptiæ semper excluduntur à successione Coronæ: exempla referuntur pactorum matrimonialium, 24. & 25.
- 21 Clausula testamenti Philippi tertij ad idem refertur.
- 22 Pactum nuptiale inter Regem Christianissimum, & Catholicum magni Philippum quartum Hispaniarum Regem refertur.
- 23 Regna Hispaniæ publice interest ne uniantur Regno Franciæ.
- 24 Exclusionis causa deficiente non deficit exclusio Infantissæ extra Regni nuptiæ, ut expresse in pacto est comprehensum.
- 26 Deficientibus omnibus vocatis an admittantur perpetuo exclusi. Ibid.
- 27 Prohibitis succedere non admittitur, non obstantibus Legibus Regni contrarium disponentibus.
- 28 Infantissa in viduitate remanens sine filijs iterum reassumit jura successio- nis.
- 29 Filiæ Regis à successione Regni exclusæ manent quoties extra Regnum nuptiæ.
- 30 Filij filiarum Regis eadem exclusione comprehenduntur.
- 31 Filiæ Regis debent nubere cum naturalibus Regni.
- 32 Exteri ad successionem Regni admitti non possunt.
- 33 Regna Hispaniæ, & Franciæ inter se sunt incompatibilia.
- 34 Regem decet maiestatem Regiam illæsam conservare.
- 35 Pacto conveniri potest ob utilitatem publicam ne succedant filiæ Regis extra Regnum nuptiæ.
- Rex an in hoc casu possit Legem fundamentalem successionis immutare. Ib.

D.

D. Salzedo. refertur. Ibid.

- 36 Regni translatio de Gente in Gentem, de familia in aliam incommodam referuntur.
  - 37 Lex in Comitibus lata circa Regni successionem sine consensu populi immutari à Rege non potest.
  - 38 L. 12. tit. 7. lib. 5. Recop. remissive exornatur.
  - 39 Princeps absolutam habet potestatem disponendi libere etiam de bonis subditorum pro commodo pacis.
- Ibid Princeps ob pacis commodum bona Coronæ alienare potest.  
D. Salzedo refertur. Ibid.

## Num. 1. &amp; 2.

**E**legantè M. Seneca ait : *Cæsari omnia licent, propter hoc ipsum omnia non licent.* Plin. in Paneg. ad Traian. *Ut enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis.* Hinc cum Princeps absolutam habeat potestatem quantum ad protectionem in rebus privatis, & ut Senec. idem ait : *Omnia Princeps possidet.*

Imperio singuli dominio L. de precario 9. ff. ad L. Rhod. deject. L. Bene à Cenone C. de quadrienn. præscript. quæ ita intelligendæ sunt.

